

Historia brevis Thomæ Walsingham, ab Edwardo primo ad Henricum quintum.

Contributors

Walsingham, Thomas, active 1360-1420.

Parker, Matthew, 1504-1575.

Edward I, King of England, 1239-1307.

Henry V, King of England, 1387-1422.

Publication/Creation

Londini : Excusum apud Henricum Binneman typographum ..., 1574.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/s3gn7d6v>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>









680 Walsingham (T.) Historia, viz.: Ælfredi Regis Res
Gestæ, Historia Brevis and Ypodigma Neustriæ, woodcut
titles, capitals and ports. 3 vols in 1 (title to Ælfredi
missing) London, Binneman & Day 1574

507

6690
6691

X

With Walsingham's History &c
3 Vols in One

SIR C. G. YOUNG.

College of Arms

S.T.C. 863


S.T.C. 25004

S.T.C. 25005

4/2/99

Pe 47

~~25~~ 552



CICERO.
*Historia est tellu temporum, lux veritatis,
 vitae memoria, magistra vitae, memia ve-
 titatis.*

HISTORIA BRE-
 uis Thomæ Walsingham,
ab Edwardo primo, ad
 Henricum quintum.



LONDINI
 Excusum apud Henricum
 Binneman Typographum.
 sub insigno Syrenis.



ANNO DOMINI
 1574.

NOMINA REGVM QVORVM

*res gestas præsens Historia
describit.*

Edwardus.1.



Edwardus.2.



Edwardus.3.



Richardus.2.



Henricus.4.



Henricus.5.



Præfatio ad Lectorem.



UM nos non nobis solum natos esse meminerim, (Lector optime) sed Patriæ, Parētibus, & Amicis, istam Thomæ Walsinghami historiam non uni mihi priuatè retinendam, sed ad communem omnium utilitatem diuulgandam putavi: idq̃ eò magis, quoniam ille percom-

modè exordiri mihi videtur ab Henrico tertio Rege, in quo vera illa & fidelis Matthæi Parisij historia desijt. Lex autem cum hæc sit historiæ, ut rei potius veritatē quàm orationis elegantiam desideret, illud me quoquo modo dehortari non poterat, quod ille crasso ac leuidensi filo scripserit. Egregia enim & rarissima gesta cum illius historia contineat, non dubito quin multa apud nos præclara ingenia sint, qui cum per ætatem melius possint, hoc illius opus meliori fuco & apparatu splendidiore illustrent. Rationem interim & exemplum Titi Liuij Frulouisij Ferrariensis odi: qui cum Henrici quinti res gestas proposito præmio scribendas in se susciperet: ne videretur Authorem quendam eisdem vestigijs insequi, quoniam pingui Minerva usus esset, cuius historia sic exorditur (Lucerna posita sub Modio) multa ab eo egregiè scripta, & à principe inclito diuinitus facta omninò prætermisit. Curiosam istam in alios iniuriam, seu delicatam philautiam non approbo, maloq̃ cum bona fide crassissimè dicta commemorare, quàm (ut mihi aliquid arrogē) mortuos iniuriā afficere, posteros rerum antæactarum veritate fraudare. Vitio ego hic mihi datum fore

Præfatio

non dubito, quòd multas huius regni historias antiquissimas ediderim, in quibus monastica quædam fragmenta, aut potius aniles fabulæ reperiuntur, Sed hijs libenter ignosco, qui zelo bono adducti, rem prima specie fœdam detestantur, cum nullam habeant occasionem altius & profundius considerandi, quanta, & quàm quotidiana sit istius rei necessitas. Nam si rem mecum penitiùs introspicerent, Matthæos Parisium & Westmonasteriensem, cum suis fabulis & portentis (quibus hodie nemo credit) potiùs edendos, quàm homines pios & scriptores sinceros reliquis illorum historijs (quæ hodiernæ veritati magnopere suffragantur) priuandos putarent. Quibus si ad Papiasticæ disciplinæ expugnationem mutulato, inuerso, & conciso eorum opere uteremur, illi contra iustissimè reclamarent, aut non esse illorum hominum historias, aut si sint, deletas, corruptas, mutatas, imperfectas, adulteratas esse. Ita eo fugiendo quod non est necesse, in id incidemus quod non est decorum, & cum exemplis superiores simus, fide inferiores erimus: & nos illorum virulentia & maledictis obnoxios faciemus, cum alioqui suis eos sententijs configere, suis gladijs interficere possimus. Quid enim oratori tam prodest ut exultantem aduersarium frangat, quàm aliquod illius stultè dictum aut impurè factum commemorare? & suis eundem vocibus sic obtundere, magis ut pudeat quid ipse dixerit, quàm rectè caueat quid aduersarius possit dicere. Sed concedamus paululum nullum in eo Papiasticis scandalū dari, nec historiæ fidem in dubium vocari posse, si multa corrigantur, multa ne inserantur quidem: quid tandem erit in illis nugis & insomnijs periculi? Certè si delirijs & monasticis vanitatibus quisquam ebriosus & tanquam fasciatus fuerit, is eisdem credet, etiamsi in nostris historijs nihil tale reperiatur. Totus siquidem terrarum orbis istis
insomnijs

Ad Lectorem.

in somnijs, & miraculis circumfluit, & qui in sordibus est, sordescet adhuc. Quod cum ita sit, videamus quis sit hodie rerum nostrarum status in Anglia, & utrum nimium an parum credendo magis periculum impendeat. Sanè quidem (tibi grates o summe Pater) ita omni ex parte bestiae magnae & tripitis caput contritum est, ita concussae sunt nugae monasticae, ita depulsae tenebrae, ita lux euangelica propagata, ut nemo iam adeo hebetis & obtusi ingenij papista sit, quin Legendae aureae miracula, & illis consimilia ad politicam Romanae ecclesiae gubernationem potius excogitata dicat, quam se eisdem credere quoquo modo fateatur. Et ut propius ad nos veniamus (ut nunc sunt hominum ingenia) nonne id potius metuentum est, ne multi sint qui se nihil credere oportere existimant, quam ut pauci supersint qui nimium credant? Magis ut miseranda illorum ignorantia, quam ferenda istorum incredulitas & insolentia videatur? Utinam profecto iste sermo quotidie in circulis & conuiuijs liberius non exiret, tantum se credere quae oportere, quantum ratione (ne dicam sensu) consequi poterunt: in utroque extremo vitium est, in illo crassum, in isto periculosum. Illi nimium desipere videbantur: nos nimium sapere videri volumus. Ego equidem quoties in fabulas monasticas & aniles ineptias oculos conijcio, iisdem summa cum voluptate mea fruor. Aperta enim dei bonitate, & expressa misericordiam in nostra tempora videre mihi videor. Intueor siquidem eodem momento, & inanes illas tenebras quas patrum nostrorum oculis Deus effudit, & immensam lucem, quam idem nobis eorum posteris reuelauit. Istius sententiae bonos omnes iuxta mecum esse existimo, magisque vereor, si omnia istiusmodi somnia & deliria deleantur, ne tandem aliquando papistae negent huiusmodi nugae in Ecclesia Anglicana unquam fuisse ante diruta Caenobia (quod multi iam dudum factitarunt)

Ad Lectorem.

quàm ut eadem re perspecta, & cognita veritate, quenquam decipiant. Multa antiquitus prodita sunt mendacia de gentium & virorum origine, multa erant auguria, multa aruspicum responsa, multæ diuinationes, quibus tanta fides est habita, ut religio ex illis constituta plus quàm mille annis perdurauerit: & tamen veniente in mundum Christi Euangelio, omnia tanquam nebulae penitus euanuerunt. Adulterinae merces lucem ferre non poterant, eadem tamen post aliquod tempus in manus hominum recepta sunt, non tam ut ijs quisquam capi quàm ut delectari posset. Ridebat quisq; superiorum temporum inscitiam, deprehendit errorem, deniq; prophanos ritus, mores & ceremonias (ut nos hodie) sine ullo conscientiae labe aut discrimine legebant. Quis est qui in hoc æuo Romulum in cælum subditò emigrasse credat? Quis Numam Pompiliū cum dea Ægeria congressus tacitos habuisse, & ex illa leges Romanas didicisse? Quis Titi Latinij insomnium? Quis Marci Ceditij de Gallorum aduentu vocem admiretur? Quis putet paulò ante Cæsarem interfectum bouem corde caruisse, aut si caruerit, Cæsarianæ mortis portentum fuisse? Quis Tarquinij iussu Attium Naviū cotem nauacula præcidisse opinetur? Quis Alexandrum crediderit amicum Ptolomæum à morte ad vitam radícula quadam reuocasse, quam illi Draco per quietem ostenderat? Et hæc tamen omnia ab Historicis & Oratoribus præstantissimis scribuntur, & à nobis quotidie sine ullo superstitionis discrimine leguntur. Et ut historicos paululū omittamus, veniamus ad Theologos. Scribit Turpinus Remensis Archiepiscopus, & vnus de primoribus Galliae, eam illi cum Carolo magno familiaritatem intercessisse, ut alter alteri religiosè promitteret, ut quisquis prius moretur, mortis suæ tempus quàm fieri potuit diligentissimè

Hæc omnia
apud Titū
Liuū.

Cice. de Di-
uinatione.

In historia
sua de Ca-
rolo. cap. 23.

Silumē quod
in te est tene-
bræ sunt, ipse
tenebræ quia-
ta? Math. 6.

Ad Lectorem.

simè superstiti significaret. Quod cum inter eos utrinque pactum conuentumque esset, Turpinus die quadam, dum rem diuinam faceret in extasim raptus, agmen demonum vidit versus Lotharingiam prætereuntium, è quibus cum unum rogaret quo proficisci vellent, respondit se Aquisgranum ad Caroli magni mortem festinare, ut illius animam ad infernum raperet. Tum ille in nomine Iesu illum adiurauit, ut eadem via reuersus fideliter illi ostenderet quid de Carolo factum esset. Quod cum sollicitè demon faceret, dixit Caroli animam ex illorum manibus abreptam esse: quia cum omnia illius facta tum bona tum mala statim librarentur, tot ligna & lapides in alteram à diuo Iacobo Gallitano decapitato (quibus ille multas ecclesias dicauit) imposita esse, ut illius benefacta malefactis longè superiora essent. Quid hoc miraculo stultius aut inanius? Quis est hodie apud Anglos tam stupidus & insensatus ut huic credat, etiamsi à Matthæis Westmonasteriensi & Parisio scribatur? Quis hodie putat vel Dunstanum Archiepiscopum diabolum illius operi insidiantem naso suspensum tenuisse, vel Vlstanum Wigorniensem iuxta Diui Edwardi sepulchrum baculum marmoribus adeo infixisse, ut nec à Lanfranco, nec alio quocunque nisi solo Vlstano euelli posset? Ista omnia antiquitatis deliria cognoscere salus est adolescentulis: & plures credo ad castissimam nostram Religionem crassis istis & impuris exemplis ante oculos positis adducuntur, quam ullis politicis aut humanis præceptis. Difficile est enim id diligere quod aperte sordet, nec unquam postea ille cibus stomacho placere potest qui semel nauseam ingenerauit. Ita qui populum semel aut sæpè miraculis deceptum viderit, nunquam eisdem in posterum credet. Hunc enim sensum unusquisque nostrum habet, ut si ab homine ista fieri dicatur, nihil possibile, sin à Deo, nihil impossibile credamus. Ipsa Euangelij lux vanitatis tenebras non

Hoc cōmentū habetur in hist. aurea li. 2. ca. 7. Et Mat. Paris. pa. 1. 90 anno. 1106. Et in Florilego anno. 814. Et in sermōnibus Dilecti. poli. Et in Polichron. lib. 5. cap. 26.

Præfatio ad Lectorem.

patitur, neq̃ in ea gente deliria & præstigia vnquam possunt
reuiuiscere, apud quam Christiani verbi puritas semel inua-
luit, quod si vnquam credamus, imbecillitatis nostræ fidei, nō
alicuius periculi argumentū est. Nam cū omnes vrbes, om-
nia templa, omnis domus scripturis sanctissimis abūdent, non
potest ista antiquitatis crassities in vllō angulo aut latibulo
sine lumine, sine inditio, sine veri perspicuētia delitescere: aut
si quisquam omniū sit qui in tāta luce tenebras etiamnū mor-
dicus retineat, indurauit cor eius dominus, & de eo magis
desperandum est ne nunquam resipiscat, quā metuendum
ne istis miraculis cæcus fiat, qui iamdudum in ipsa luce cæcu-
tire & offendere desiderat. Hæc in eum finem à me scribun-
tur (suauissime Lector) non vt te à puro Euangelij fonte ad
turbulentos miraculorum lacus adigam, sed vt tu (cū in ea
incideris) Deo gratias agas, quòd eam tibi lucem ostenderit
quam patribus tuis denegauit: nec antiquissimas istas Pa-
triæ tuæ Historias prorsus reijcias, quoniam in illis falsa mi-
racula produntur, ne in summa rerum nostrarum ignorance
semper verferis, cū nec vlla antiquitatum vestigia nisi in il-
lis scriptoribus reperiri possint, nec quisquam sit qui perfectā
rerum nostrarum Historiam hætenus scripserit. Id ego ali-
quando exactissimè futurum non dubitarem, nisi in deum &
homines ingrati essemus, dum nec labores alienos meritò ap-
probamus, nec ingenia excellentia (vt solent aliæ nationes)
præmio & honore afficimus. Immo verò, quasi nati ad Bar-
bariem essemus, doctissimos quosq̃ & viros eloquentissimos
cum indignitate reijcimus. Hæc in nobis & alia quæcunq̃
vitia Deus optimus maximus pro sua summa clemētia corri-
gat: & tibi Lector optime multorum annorum felicitatem
cum salute sempiterna concedat.

Vale.

¶ Tabula historiæ Tho. Walsingham.

Nomina regū.	An. Do. Pag.	Nomina regū.	An. Do. Pag.	Nomina regū.	An. Do. Pag.
Henrici. 3. ult.	1273 1	16	1323 95	47	1373 182
Edw primi. 1.	74 2	17	24 98	48	74 183
2	75 4	18	25 100	49	75 184
3	76 5	*19	26 102	50	76 185
4	77 6	Edw. 3. 1	27 106	51.	77 187
5	78 7	2	28 110	Richar. 2. 1	78 200
6	79 8	3	29 110	2	79 225
7	80 8	4	30 112	3	80 243
8	81 9	5	31 113	4	81 256
9	82 9	6	32 114	5	82 300
10	83 10	7	33 115	6	83 319
11	84 11	8	34 116	7	84 333
12	85 12	9	35 117	8	85 338
13	86 13	10	36 119	9	86 349
14	87 14	11	37 131	10	87 355
15	88 14	12	38 131	11	88 364
16	89 15	13	39 132	12	89 368
17	90 15	14	40 134	13	90 376
18	91 16	15	41 149	14	91 577
19	92 17	16	42 149	15	92 380
20	93 20	17	43 149	16	93 386
21	94 23	18	44 154	17	94 387
22	95 24	19	45 155	18	95 388
23	96 27	20	46 156	19	96 390
24	97 29	21	47 158	20	97 391
25	98 34	22	48 159	21	98 394
26	99 41	23	49 159	22	99 395
27	1300 43	24	50 160	Henr. 4. 1	1400 403
28	1 45	25	51 160	2	1 405
29	2 48	26	52 160	3	2 406
30	3 55	27	53 161	4	3 409
31	4 56	28	54 162	5	4 412
32	5 60	29	55 162	6	5 416
33	6 61	30	56 163	7	6 418
34	7 62	31	57 164	8	7 418
Edwar. 1. ult.	8 64	32	58 165	9	8 419
Edwar. 2. 2	9 69	33	59 166	10	9 420
3	10 70	34	60 167	11	10 421
4	11 71	35	61 170	12	11 422
5	12 73	36	62 171	13	12 424
6	13 77	37	63 173	Henr. 5. 1	13 426
7	14 78	38	64 173	2	14 430
8	15 82	39	65 174	3	15
9	16 83	40	66 175	4	16 440
10	17 85	41	67 175	5	17 442
11	18 87	42	68 177	6	18 448
12	19 88	43	69 178	7	19
13	20 90	44	70 179	8	20
14	21 90	45	71 181	9	21 452
15	22 93	46	72 181	10	22 456

Thomas Walsingham patria Nordouolgius
sed ad Albani fanum Benedictinorum or-
dinis Monachus, ac præcentor eiusdem cænobij,
homo in historijs colligendis studiosus atque di-
ligens erat. Duas historias, ynam breuem, alterã
quidem longiorem posteritati tradidit. Primam
inchoauit ab Anno Christi. 1273. & in Anno il-
lius, 1422. finiuit, quæ continet centũ quinquagin-
ta annos vno dempto. Alterã ab irruptione Nor-
mannorum (quæ vocatur ab authore *Ypodigma*
Neustriæ) vsque ad .6. annũ regni *Henrici* quinti
Anglorum regis, cui opus illud dedicauit, habet-
quæ rarissimas historias, & à nullo alio scriptas :
claruit anno à Diuini verbi incarnatione. 1440.
sub Henrico sexto.

Chronica Thomæ Walsingham,
quondam Monachi S. Albani.

De tempore Regis Edwardi post conquestum primi.



10 ANNO GRATIAE. 1273. qui est annus reg-
ni regis Henrici à conquestu tercij. 57. & ultimus,
cum idem Rex Henricus condignam ultionem
Northwicensibus dedisset sacrilegijs, Londonias
redire decrevit. Ex cum ad abbatiam sancti Ed-
mundi Regis & martyris declinasset, graui lāguo-
re corripitur, qui eum non deseruit vsque ad vitæ
finem. Dum agrotaret enim, venerunt ad eum
Comites & Barones terræ cum Pontificibus, vt
eius transitui interessent. Confessus est autē hu-
militer peccata sua, tundens pectus suum, & malā
remittens omnibus voluntatem, emendationem
20 quoque vitæ promittens. Ex hinc absoluitur à Prælato: deinde deuotē susce-
pit corpus Christi, & vnctione delibatus extrema, Crucem Domini suppleci-
ter adorauit, iubens debita sua solui, & residuum indigentibus aq̃ue parti-
ri. Cū hęc ritē peregisset, reddidit spiritum suum Deo: Corpus autem eius
apud V Vest monasterium honorificē traditur sepulturæ. Regnauit quinq̃ua-
ginta sex annis & amplius, quantum distat à festo Sanctorum Simonis & Iu-
dæ, vsque ad festum Sancti Edmundi Pontificis v. z. viginti diebus. Duxerat au-
tem in vxorem mulierem nobilem, filiam Comitis de Saueye, nomine Alieno-
ram, de qua suscepit filios, Edvardum qui post ipsum regnauit, & Edmundū
qui fuit Comes Leycestriae & Lancastriae, & duas filias, scilicet Beatricem quæ
30 nupsit Comiti Britannia, & Margaretam quæ fuit Regi Scotiae coniugata.
Iste Henricus Rex inchoauit nouam fabricam Ecclesie V Vest monasterij, sed
non perfecit.

Singulis namque diebus tres Missas cum nota audire solebat, & plures au-
dire cupiens priuatim celebrantibus assidue assistebat, ac cū m. Sacerdos corpus *Mores Regis*
Dominicum eleuaret, manum Sacerdotis tenere & illam osculari solebat. *Henrici.*
Contigit autem aliquando Sanctum Lodouicum Francorum Regem cum eo
super hoc cōferentem dicere, quodd non semper Missis, sed frequentius sermo-
nibus audiendis esse vacandum. Cui faceta vrbanitate respondens, ait se
malle amicum suum sepius videre, quā de eo loquentē, licet bona dicentem
audire. Erat autem staturæ mediocris, cōpacti corporis, alterius oculi palpebra
40 demissione, ita vt partem nigredinis pupillo celaret robustus viribus, sed præ-
ceps in factis. In quibus tamen quia fortunatos & felices exitus habuit, putant
eum multi apud Merlinum fatidicum per linēem designatum omnia penetran-
tem. Cum igitur corpus magnifici Regis commissum fuisset honorificē se-
pultura, quia Edvardus filius eius primogenitus in terra Sancta detentus fuit
Crucis negotio, & absens regni administrationem nō valebat exequi, die prox-
imo post patris eius sepulturam, Frater Robertus Kylwardy Cantuariensis
Archiepiscopus, & Gilbertus Comes Glouernia, cū alijs praelatis ac regni pro-
ceribus Londonijs apud nouum templum conuenientes, Edvardum absentē
Dominum suum ligum recognouerunt, paternique successorē honoris ordi-
50 *Electio Edo-*
wardi Regis.

Mores Ed-
wardi Regis.

nauerunt: & de assensu Reginae matris statuerunt custodes regni, ministrosque fideles, qui regio fisco praesent, & prouentus regni ad opus regis noui ex integro referuarent, cuius pacem iam vbique fecerunt per Angliam proclamari. Eodem anno Edmundus filius Regis Henrici, frater Edvardi, redijt in Angliam de terra Sancta. Edvardus igitur Regis Anglorum Henrici tertij ex Alienora filia Comitis Prouinciae vel Sabaudiae primogenitus, aetatis suae anno tricesimo quarto patri successit in regnum. Fuit autem prudens in gerendis negocijs ab adolescentia, armorum deditus exercitio, quo in diuersis regionibus eam famam militiae acquisierat, qua totius orbis Christiani sui temporis Principes singula iter transcendebat. Elegantis erat formae, staturae procerae, qua humero 10 & supra communi populo praeminebat. Caesaries in adolescentia à colore penè argenteo vergens in flauum: in iuuentute verò à flauo declinans in nigredinem, senectutem in cigneam versa caniciem venustabat. Frons lata, ceteraque facies pariliter disposita, eo excepto, quod sinistri oculi palpebra demissior paterni aspectus similitudinem exprimebat, lingua blesca, cui tamen efficax facundia ad persuadendum in rebus non defuit perorandis. Brachiorum ad proportionem corporis flexibilis productio, quibus viuacitate neruica nulla cuiusque erant ad vsum gladij aptiora. Pectus ventri praeminebat, tibiarmque longa diuisio equorum nobilium cursu & saltu, sessoris firmitatem prohibuit infirmari. Cum vacaret ab armis, venationibus tam 20 auium quàm ferarum indulgebat, & maximè ceruorum quos in equis cursoribus solebat insequi, gladioque vice venabuli confodere apprehensos. Quem commorari in protectione Dei cœli notum erat. Nempe cum adhuc adolescens esset, & cum quodam milite in camera testitudinata ludo scaccarij occuparetur, subito nulla occasione praestita, inter ludendum surgens discessit, & ecce lapis immensae magnitudinis qui sedentem conquassasset cecidit in eundem locum quo sederat, propter quod miraculum beatam Mariam apud VValsingham propensius honorabat. Ei verò attribuebat quòd periculum istud euasit. Inerat ei praeterea magnificus animus, iniuriarum impatiens, periculorum obliuisci cogens dum vindicari cuperet, qui tamen facillimè hu- 30 militate exhibita potuit emolliri. Nempe cum quodam tempore iuxta quandam ripam falconum aucupio se exerceret, vnum de Comitibus suis ex altera parte fluij negligentius se habentem circa falconem, quae anatem inter salices corripuerat, arguit, & obiurgationi minus vt videbatur obedienti, minas adiecit: at ille attendens nec pontem nec vadum consistere in propinquo, facilitate quadam respondit: Eya (inquit) sufficit mihi quod nos abinuicem diuidit fluuium istud. Quo responso exasperatus filius Regis, aquam ignotae profunditatis ingressus equo natante, transiuit in crepidinem aluci fluminis decursu cauatam, & cum difficultate ascendens gladio extracto insequitur fugientem, qui tandem per fugam desperans euadere, regitato e- 40 quo, nudatoque capite, humiliter collum praeendit, & Edvardi se obtulit voluntati. Quo facto, ab incepto suo fractus Regis filius, gladium reposuit in vaginam. Deinde reuersi pacificè, falconis relictì pariter curam egerunt. Hec de moribus & adolescentia filij Regis Henrici commemorauimus, ne posteris gesta talia sint ignota.

Annalis cœlus
sio.

Moritur Im-
perator.

Transit annus iste frugifer & fructifer inter vtrunque, Romanis desideratus, propter intronizationē Papae: tristis terrae Sanctae, propter discessum exercitus Christiani: Anglis latus, propter electionem Regis noui.

ANno gratiae millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, qui est annus Edvardi a conquestu primi primus, Principes Teutonicae cognoscentes

centes veraciter mortuum esse de mirum Richardum Regē Alemanniae, quondam fratrem Regis Anglorum Henrici, conuenerunt in vnum, & Radulphum de Alsio Comitem Ruphum elegerunt in Imperatorem Romanorum, qui anno eodem in Regem Alemanniae solemniter coronatur. Edvardus iam Rex Angliæ præsignatus, dum moram apud Acton faceret, & Christianorum ac Tartarorum auxilia frustra diutius expectaret, consilio inito, relictis ad terræ Sanctæ defensionem stipendiarijs, naues repatriaturus ingreditur, cursuque veliuolo Siciliam vsque peruenit, vbi à Rege Carolo honorificè susceptus est. Cùmque per dies aliquot recreandi gratia se & suos ibidem continuisset, rumores primò de morte filij sui Henrici, ac postmodum de morte patris accepit. Qui dum mortem patris anxius quàm filij sui plangeret, à Rege Carolo vice consolatoris assistente, plurimùmque mirante super hoc requisitus, dicitur respondisse; Iactura (domine Rex) filiorum facilis est, cū quotidie multiplicentur: Parentum verò mors irremediabilis est, quia nequeunt restaurari. Carolus autem Rex discedentem Edvardum conduci fecit per Carolum filium suum, vsque ad vltimos terminos regni sui. Cum autem ad veterem urbem (vbi Papa cum sua curia residebat) aduenisset, occurrentibus ei Cardinalibus omnibus, cū honore maximo ad Domini Papæ præsentiam est deductus. Cui super morte consanguinei sui Henrici de Alemannia, anxiam deposuit quærimoniam, quem non modò in offensam iuris humani à Gvvidone de Monteforti, dum Missarum solemnij assisteret, constabat interfectū, sed in contemptū Ecclesiæ & scandalum nominis Christiani. Papa igitur hijs cōmotus, Gvvidonem excommunicauit, & omnes eundem receptantes, & quousque Ecclesiæ satisficeret terras eorum supposuit interdicto. Discedens denique Edvardus à curia, per ciuitates Italiæ progreditur, vbique receptus à ciuibus cum gaudio maximo & honore. Ingressuro autem Sabaudiam, Prelati ac proceres Angliæ quamplurimi in descensu montium occurrerunt.

¶ Rex Edvardus in torneamento reportat victoriam.

Cumque Edvardus pertransisset Sabaudiam, Comes Kabilanensis eum ad ludum militare (qui vulgo torneamentum dicitur) inuitauit. Optabat enim ipse Comes cum multis alijs militiam Edvardi opere experiri, cuius iam fama repleuerat totum orbem, quorum votis condescendens Edvardus, se cum militibus suis licet longa peregrinatione vexatis, partem velle tenere contra Comitem & suos proclamari fecit, ac quosunque alios milites aduentantes. Die itaque statuto congregiuntur partes, gladijsque in alterutrum ingeminantes ictus vires suas exercent. Comes verò cuneum Edvardi penetrans, cum ipso cominus congreditur. Cui tandem abiecto gladio appropinquans, collum Edvardi brachio circumduxit, & tota fortitudine astringens, ab equo detrahere conabatur. Sed Edvardus inflexibiliter se tenens erectum, dum Comitem sibi sensit firmiter adherentem, equum vrgendo calcaribus Comitem à cella abstraxit quem ad collum suum pendentem fortius excutens à se in terram deiecit. Commouentur exinde Burgundiones in iram, & vbique exercituum armorum in hostilem insultum, ceptumque ludi, bellicum vertitur in tumultum. Cedunt igitur cedentes Anglici, & vim vi repellunt, fortiter impetus frangentes aduersariorum. Interim Comes refocillatus paululū, Edvardū secundo aggreditur, cuius super se manum sentiens aggrauari, dedit se eidem. Sicque peregrinis concessa victoria, partes ambæ in urbem pacificè reuertuntur.

¶ *Edwardus facit homagium Regi Franciæ.*

Edwardus tra-
fit in Wascos-
niam.
Annalis cœlus-
sio.
Post hæc Edvvardus venit in Franciam, & à Philippo Francorum rege magnificè susceptus est, fecitque homagium pro terris suis quas de eo tenebat, sub cōditione restitutionis terrarum patri suo in venditione Normanniæ pronissarum. Deindè in VVasconiam proficiscitur ad compescendum novos motus quos in eadem Gasto de Bierna miles nobilis & strenuus, sed à fide domini sui Edvvardi deficiens concitauerat. Cuius terras Edvvardus cum exercitu potenter ingressus, ipsum in fugam coegit, & in quodam castro forti ac munito obse-
dit. Tansit annus iste frugifer & fructifer opulenter: Romanis, Anglis, & 10
Francis sub quiete transactus, Saracenis etiā & cunctis incredulis nociuus.

Concilium Lug-
dunense.
Anno gratiæ millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, qui est annus regni Regis Edvvardi à conquestu primi secundus, fuit Rex Edvvardus ad natale in VVasconia cum vxore sua. Hoc anno Gregorius Papa decimus, Kalendas Maij apud Lugdunum generale cōcilium celebravit, ad quod Græci & Tartari solemnes nuncios transmiserunt, Græci ad vnitatem ecclesiæ se redire respondent, in cuius euidens signum cū cantaretur Symbolum, hortante Domino Papa, trina vice nuncij eorum, & in Spiritum Dominum viuificantem, qui ex patre filioque procedit, replicauerunt: celebriter & deuotè. Nuncij verò Tartarorum baptizati & infra tempus concilij ad propria redierunt. Af- 20
fuit ibi Prælatorum numerus, quingenti Episcopi, Abbates sexaginta, prælati verò alij circa mille, vnde dixit quidam:

Gregorius deus, congregat omne genus.

Ibi statutum est illud insigne, & à retrosculis insolitum, quod omnes rectores curati deinceps forent sacerdotes: prohibiti sunt & Bigami primam tonsuram deferre, & quod nulli hominum deinceps liceat decimas suas ad libitum, vt antea vbi vellet assignare, sed matri Ecclesiæ omnes decimas persoluerent. Ipse quoque Gregorius decimam sexennalem vniuersali Ecclesiæ imposuit, pluralitatem beneficiorum curatorum damnauit. Aliquos status de ordinibus mendicantium approbavit, vtpote prædicatores, & minores aliquos tol- 30
lerauit, vtpote Carmelitas & Augustinenses. Aliquos reprobauit, vt Saccinos qui intulantur de pœnitentia, siue de valle viridi, & consimiles. In via versus istud consilium doctor venerabilis frater Thomas de Aquino de ordine Prædicatorum, in quadam Abbathia monachorum Cisterciensium, quæ dicitur Fossa noua diem clausit extremum. Cuius tam acuta, tam publica sunt monumenta, vt doctor communis à viris Scholasticis nuncupetur. Hic natione Campa-
De gestis &
moribus Tho-
ma de Aquino
nus, filius Comitis de Aquino, inuitis parentibus qui eum monachari volebant, Prædicatorum ordinem est ingressus, missus verò ad studium Parisiense, doctoratus gradum merito est adeptus: super libros sententiarum quatuor scripta fecit, scripsit & primam partem de quæstionibus disputatis de veritate, scripsit & secundam partem de quæstionibus disputatis de potentia Dei, & tertiam partem de quæstionibus disputatis, quarum initium est de virtutibus. Item contra gentiles quatuor libros scripsit. Item summam Theologiæ quam in tres partes diuisit, & secundam in duas, sed morte præuentus tertiam non cōpleuit. Quatuor Euangelia continuata expositione de dictis Sanctorum glossauit. Literalis etiam expositionis in Iob, adidit librum vnū. Multaque alia scripsit ad vtilitatem legentium, quæ diligens lector inuenire poterit, intitulata in chronicis Nicolai Triuetti. Sanctitati verò ipsius à vitæ meritis attestantur miracula quæ post eius transitum, & in vita ipsius plurima contigerunt. Nocte verò ipsa qua de hoc mundo transijt, apparuit in somnis germano suo Comiti de Aquino 40

no in habitu ordinis sui, tradens eidem in manu literam quandam clausam. Qui cito post excitatus cum sentiret se literam habere in manibus, camerarium suū aduocauit, iussitque lumē celeriter apportare, quo allato, literam aperies, inuenit ibi aureis apicibus omne humanum artificium sua formositate excedentibus, hoc inscriptum, *Hodie factus sum doctor in Hierusalem.* Conseruata itaque litera, per nuncios ad inquirendum de statu suo missos, ipsum eadem nocte qua apparuit sibi comperit ex hac luce migrasse.

Sub eisdem diebus Gasco de Bierna à Rege Anglorū obsessus, cum omni iā via euadendi sibi praelusa attenderet rem esse in foribus, vt ad deditionem
10 cogereetur, super negotio quod inter Regem Edvardum & ipsum vertebatur, appellationem interponit ad curiam Regis Francorum, cui deferens Rex Edvardus, nolens Regem Francorum (quem nuper Dominum suum proterris in Francia recognouerat) contra se partem facere, dissidentibus multis de suis obsidione ammoueri iussit, ministris suis committens, vt in curia Regis Franciæ causam prosequerentur contra Gasconem. In qua tandem iniuriosę rebellionis cōiunctus per Regem Francorū, Regis Angliæ adducitur voluntati. Edvardus Rex postquā obsidione dimiserat, ordinatis pro articulo tēporis rebus VVasconiæ in Angliā properauit, vbi à clero & populo est recept⁹ cū gaudio & honore.

Dominica verò infra octauas assumptionis B. Virginis, in ecclesia VVest-
20 monasterij vnā cum Alienora consorte sua à Roberto Cantuariensi Archi-
episcopo inungitur in Regē & solēniter coronatur. Coronationis solēnitati interfuerūt Regina mater, Alexāder Rex Scotorū, Dūxq; Britannię, ambo Regis sororij, cū Prælatorū, Comitū & Baronū, aliorūq; nobiliū, multitudine copiosa, & tūc tricesimi sexti ætatis suæ anni Rex impleuerat duos mēses, qui in crastino coronationis suæ recepto à Rege Scotorum homagio, ipsum dimisit ad propria plurimū honoratū. Eo anno infausta lues ouīū surrepsit in Angliā, vt vbi-
que repente ouilia peste grassante vacuarentur, quæ durauit sequentibus viginti octo annis. Ita vt nulla totius regni villa huius miseriæ clade careret. Causam huius morbi prius insuetā incolis, attribuebāt multi cuidam diuiti de Frācorum

30 partibus, qui applicuerat in Northumbriam, adducens secū quandam ouē Hispaniæ morbidā, quæ totū gregem Angliæ morbi traductione cōtaminauit, quæ erat de biennalis bouiculi quātitate. Transiit annus iste frugifer & fructifer opulenter, ecclesię memorialis ac celebris propter honorabilis cōcilij celebrata statuta apud Lugdunum, VVasconibus inquietus propter rebellionem Gasconis, Anglis desiderabilis propter solemnitatem diu desideratæ regiæ coronationis.

Anno gratiæ millesimo ducētesimo septuagesimo sexto, qui est annus regni Regis Edvardi à conquestu primi tertius, Gasco de Bierna in Angliam veniens cum resti circa collum, ad Regis præsentiam est adductus, quem ad suā misericordiā Rex recipiēs, morte cōdonata in castro VVynōniæ per annos aliquot custodiæ mancipauit, qui tandem per Regis gratiam liber dimissus ad propria, Regi Angliæ semper in posterum gratus extitit & fidelis. Hoc anno coactum est parliamētum Londonijs, ad quod inuitatus est per solemnes nuncios

40 Leuulinus Princeps VVallię, qui inuitatus regiæ coronationi primò contempserat interesse. Cūque moneretur per nuncios, vt veniret & homagium debitum Regi faceret, finxit se nō audere intrare Angliam, propter insidias quorūdam maiorum regni sibi insidiantium eā vice. Et ideo pro sua securitate filium Regis, & Gilbertum Glouerniæ Comitē, Robertūmq; Būnelij Regis Cancellarium obsides postulauit, quod Rex indignē tulit, sed tamen dissimulato negotio inceptum parliamētum consummavit. In quo statuta edidit contra mortuum mortuam ne de cetero possessiones terrarum seu redditum, sine speciali

Coronatio Reginæ.

De prima peste ouium.

Annalis cōtinuus.

De Gasconia.

Parliamētum.

Statuta de mortuo.

*Dissentio in-
ter Regem &
Principem
Wallie.*

Regis licentia ad manū mortuā deuoluantur. Vocantur ergo statuta in presenti
parliamēto ædita, statuta VVestmonasterij prima. Post parliamentū verò Rex
vt Levylino Principi VVallie liberior ad se pateret accessus, Cestriā vsque, quę
in confinio VVallie sita est, progreditur. Missis iterum nuntijs, homagiū exi-
git ab eodem. Quo mandatis regijs parere detrectante, Rex exercitum conuo-
cat disponens Principem sibi denegantem homagium de suo feodo expugnare.

Terræ motus.

Eodem anno in partibus Australibus Anglię & Occidentalibus, Terrę motus
horribilis contigit feria quarta infra octauas natiuitatis Virginis gloriosę: pesti-
lentialis etiam ægritudo oues consumens scabie plurimas interfecit. Hoc anno
soluit populus Regi quintam decimam bonorum, quę patri suo dicebatur præ-
concessa. Transit annus iste frugifer & fructifer Anglię regioni: Christianis
& Incredulis à bellis vbiq̃ue quietus.

*Quinta deci-
ma.
Annalis cœlus
sio.*

*Comitissa Ley-
cestrie mittit
filiam suam
Principi Wals-
lie maritandā*

ANNO gratiæ millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, qui est annus
regni Regis Edvvardi à conquestu primi quartus, Comitissa Leycestrię,
relictā videlicet Simonis de Monteforti quondam Comitis Leycestrię, quę fu-
erat soror Henrici regis Anglię, & occiso marito cum suis in Galliam fugeret,
ac in domo Sororum de ordine prædicatorum apud Montargis à sorore viri sui
fundata, morabatur: filiam suam transmisit in VValliam Principi (sicut patre
viuente sub certis pactis conuentum fuerat) maritandā: ducem verò itineris ac
procuratorem negotij Aimericum filium suum germanum puellę constituit, 20
assignatā eisdem comitiua. Qui suspectum habentes iter per Angliam, emen-
so multo maris spacio ad Insulas Siluias (quę terminos Cornubię è vicino re-
spiciūt) deuehuntur, vbi à quatuor nauibus Bristollensibus ex insperato super-
venientibus comprehensi, ad præsentiam regis Anglię deducuntur, qui retenta
puella honorificē in comitiuam reginę, Aimericum fratrem suum primò in ca-
stro de Corf. & postea in castro de Scherebourne sub custodia libera detinuit,

*Obijt Grego-
rius Papa.*

sed secura. Eodem tempore Papa Gregorius apud Arescium defunctus, ibidē
traditur sepulturę, cui successit Innocentius quintus, natione Burgundus, de
Tarentasia, dictus antea frater Petrus, qui in ordine prædicatorum studio scrip-
turarum deditus, ac Doctor Theologię Parisius factus, sapientię suę memo-
ria multa scribendo vtilia posteris dereliquit. Qui cum esset vir Religionis exi-
mię, expertęquę prudentię, primò Prior prouincialis Fratrum suorum in Frā-
cia, deindē efficitur Archiepiscopus Lugdunensis, demumque à Papa Grego-
rio ad Cardinalatum assumptus, constitutus est Episcopus Hostiensis. Factus
autem Papa, sedit mensibus quinque, diebus duobus, moriturque Romę, & in
Lateranensi ecclesia sepelitur. Cui eodem anno successit Adrianus quintus,
natione Ianuensis, dictus antea Octobonus, qui tituli sancti Adriani diaconus
Cardinalis à Papa Clemente quarto Legatus in Angliam missus fuit. Hic papa
factus, statim constitutionem quam papa Gregorius decimus fecerat de inclusi-
one Cardinalium pro electione summi Pontificis suspendit, proponens eam a-
liter ordinare: Sed morte præuentus, constitutionem suspensam reliquit: sedit
verò mensibus duobus Papa. Adriano defuncto, successit Iohannes vicces-
imus primus, dictus Petrus Hispanus. Hic episcopus Tusculanus erat prius, in
actibus diuersis famosus, sed scientiarum florem pontificalemque dignitatem
quadam morum stoliditate deformauit, adeo vt naturali pro parte carere videretur
industria. In hoc tamen quamplurimū laudabilis fuit, quod se tam pau-
peribus quam diuitibus communem exhibens, studiumque literarum amplec-
tens, multos in beneficijs ecclesiasticis promouit egentes. Rex Anglię de Ce-
striā in VValliam progrediens cepit castrum quod dicitur Rodolanum, misit-
que in VValliam occidentalem militem nobilem dictum Paganum de Ca-
nusijs,

*Adrianus
quintus.*

*Obijt Adria-
nus Papa.*

*Wallie dena-
statio.*

striā in VValliam progrediens cepit castrum quod dicitur Rodolanum, misit-
que in VValliam occidentalem militem nobilem dictum Paganum de Ca-
nusijs,

nusis, qui cuncta eade incendioque vastavit. Hoc tempore Frater Iohannes de Derlington, ordinis Prædicatorum confessor, quondam regis Henrici auctoritate papali in regno Angliæ collector efficitur decimarum, salva papali reuerentia contra sui ordinis professionem tali officio deputatus. Huius tamen studio & industria æditæ sunt Concordantiæ magnæ, quæ Anglicanæ vocantur. *Concordantiæ editæ.*
 Hoc anno sextodecimo kalendas Iulij venerabile corpus beati Richardi Cicerstrensis Episcopi est translatum, & in capsâ argentea & deaurata honorifice collocatum. Transiit annus iste frugifer & fructifer Anglicanis: sed propter tot Paparum interitum, tristis lugubrisque Romanis: & non solum orbi Christi-
 10 ano à bello generali, sed Saracenis Incredulisque quietus. *Translatio S. Richardi. Annalis cōclusio.*

Anno gratiæ 1278. qui est annus regni regis Edvardi à conquestu primi quintus, Iohannes Papa 21. cū sibi vitæ spacium in annos plurimos extendi crederet, & hoc etiā corā multis assereret, subito cū noua Camera quā sibi Viterbij circa Palatium cōstruxerat, solus corruit & inter lapides & ligna collisus, sexto die post casum (sacramētis omnibus ecclesiasticis perceptis) moritur, & in ecclesia S. Laurentij sepelitur. Cui successit Nicholaus tertius, prius dictus Iohannes Gagetanus de genere Vrsinorū. Hic super regulam S. Francisci expositionem quandam ædidi, quam inter alias decretales de verborum significationibus inseri ordinauit. VVallenses occidentales per id temporis ad pacem Regis Angliæ venientes, Pagano militiæ regis in partibus illis capitaneo, castrum de Stredevvey cum adiacenti patria reddiderunt. Princeps verò VVallie videns se regi Angliæ quotidie inualecenti non posse resistere, pacem petijt & obtinuit sub hac forma, videlicet, quod omnes captiui quos hætenus ratione regis Angliæ detinuit in vinculis, simpliciter & sine calumnia liberarentur. Item pro pace & beneuolentia regis habenda, daret quinquaginta milia librarum sterlingorum, quarum tamen solutio in voluntate & gratia Regis foret. Item quod terra quatuor cantredorū sine omni contradictione Regi & suis hæredibus cum omnibus terris conquisitis per Regem hominesque regios, excepta Insula Angleseya, in perpetuum remaneret. Insula enim Angleseya concessa est Principi, ita quod soluat pro ea singulis annis Regi mille marcas, quarum solutio incipiendâ erat in festo Sancti Michaelis proximo tunc instantis: pro ingressu verò quinque milia marcarū daret. Et si Princeps sine hærede de corpore suo moreretur, Insula illa in regis Angliæ possessione remaneret. Item quod Princeps veniret in Natali Domini ad Regem in Angliam pro homagio faciendo. Item quod omnia homagia VVallie remanerent Regi, præterquam quinque Baronum qui in confinio Snovvdoniæ morabantur: quia se Principem conuenienter vocare non posset, nisi sub se aliquos Barones haberet ad vitam suam & post mortem eius. Quinque prædictorum Baronum homagium regi Angliæ fieret & suis hæredibus in æternum. Et pro asssecuratione istorum, tradidit Princeps
 30 decem obsides de melioribus VVallie absque incarceratione, exhæredatione, & termino liberationis. Et de omni Cantredo & de Snovvdonia, & de consilio Principis meliores, iurabunt tactis sacrosanctis reliquijs, quod quādocunque Princeps aliquem prædictorum articulorum infregerit, nisi admonitus se correxerit, abalienabunt se ab eo, & eidem in omnibus quæ poterunt hostes fieri. Item præter hæc, princeps fratres suos quos læsisset placabit, habuit enim tres fratres, quorum duos Ouyvenū & Rodericum posuerat in carcere, tertius verò David, fuga dilapsus multis annis cum Rege Angliæ stetit, à quo contra morem gentis sui miles factus in ista gravata, ob probitatem & fidelitatem suā plurimum erat regi acceptus, vnde & eidem castrū de Dimby cōtulit in VVallia cū terris ad valorem mille librarum annui redditus, insuper & vxorem dedit
 40

dit filiam Comitiss Derbeia, quæ nuper alio viro fuerat viduata. Ovvenus ergo favore regio liberatur à carcere quem fregerat paulò ante. Rodericus verò fratrem fugiens, in Anglia morabatur. Rex autem in Occidentali VVallia apud Lampaden Vaur ad cohibendum irruptiones VVallensium castrum construxit in signo. In subsidium huius vveræ concessa est Regi à populo vicesima pars bonorum. Transit annus iste frugifer & fructifer satis abundè, sine tumultu inter Christicolas & Sarracenos: Romanis notabilis, propter inopinabile mortem Papæ: Anglis prosper propter subiectos rebelles VVallia, sed ipsis VVallensibus infamis & odibilis propter admissionem dominationis insuetæ.

Archiep. Cant.
sis Cardinalis.

ANno gratiæ millesimo ducentesimo septuagesimo nono, qui est annus regni Regis Edvvardi a conquestu primi sextus, Robertus Cantuariensis Archiepiscopus, per dominum Nicolaum Papam ad Cardinalatum assumptus, factus est Episcopus Portuensis. Rex Angliæ circa tempus istud filiam Comitiss Leycestriae Simonis de Monteforti, apud insulas Siluias, prout superius dictum est, captam à Bristollensibus, & sibi adductam, Principi VVallie dedit vxorem, nuptiarum solemnitatem agens impensis proprijs, suæque ac Reginae præsentia illas honorans. Hoc anno Iudæi de consuta monetae conuicti in magna multitudine vbique per Angliam suspenduntur: puniti sunt eo tempore & eorum consentanei pro prauis escabijs & pto causa prædicta. Eodem anno tenuit Rex parliamentum Glouernia in octauis sancti Iohannis Baptista in quo addita sunt statuta quæ de Glouernia appellantur. Circa mensem Augustum Rex Edvvardus transfretauit in Franciam, ad habendum colloquium cum Philippo

Iudæi suspensi
duntur.

Statuta Glo-
uernia.

Restitutio ter-
rarum Edwar-
di Regi facta.

Rex Scotiæ ve-
nit in Angliam.

Annalis cœlu-
sio.

Rege Francorum, unde tunc obtinuit restitutionem aliquarum terrarum, non tamen omnium quæ in venditione Normanniæ promissæ fuerat patri suo. Per hoc tempus obiit Regina Castellæ, mater Reginae Angliæ, ad quam iure hereditario post mortem matris deuolutus est Pontini Comitatus. Isto anno antequam Rex transiret in Gallias, Rex Scottorum Alexander in Angliam veniens, Regem consuluit de negotijs arduis terræ suæ. Impetravit autem à Rege literas testificantes auxilium in guerra VVallie præstitum non nomine seruiicii factum esse. Hoc anno Robertus Burnel Episcopus Bathoniensis in Cantuariensem Archiepiscopum est electus, sed Papa electione cassata lectori curiæ fratri Iohanni de Peccham de ordine Minorum, eandem contulit dignitatem. Transit annus iste frugifer & fructifer, Romanis, Anglis & Francis, Scotis & VVallensibus sub silentio quietæque transactus, Sarracenis etiam otiosus.

ANno gratiæ millesimo ducentesimo octuagesimo, qui est annus regni Regis Edvvardi a conquestu primi septimus, frater Iohannes Peccham Cicestrensis diocesis, de ordine Minorum, venit in Angliam à Domino Papa in Câtuariensem Archiepiscopum consecratus, hic Parisius in Theologia & Oxon. lectiones suas resumperat. Deinde minister prouincialis Angliæ, ac tandè lector palacij in Romana curia factus fuit, qui ordinis sui zelator præcipuus, carminum dictator egregius, affatusque pompatici fuerat, mentis tamen benignæ extitit & animi admodum liberalis. Hoc anno moneta Angliæ per consuram nimis deteriorata ex mandato Regis renouatur. Obolus quoque qui prius formam semicirculi habebat, tanquam pars denarii in medio diuisi, fit rotundus, iuxta vaticinium Merlini dicentis: *Findetur forma commercij, diuidium rotundum erit.* Facti sunt etiam eo tempore primo & quadrantes. Illustris miles Rogerus de Mortuo mari apud Kelingvorthie, ludum militarem quem vocat rotundam tabulam, centum militum ac tot dominarum constituit, ad quam pro armorum exercitio de diuersis regnis confluit militia multa nimis. Prater Robertus quodam Cantuariensis Archiepiscopus, & post Cardinalis & Episcopus Portuensis, post aduentum suum ad cu-

De rotunda ta-
bula.

ad curiam grauitur infirmatur, ex qua infirmitate citò postea mortuus est. Eo *Obijt Archie-*
 tempore obiit VValterus Giffard Archiepiscopus Eboracensis, cui successit ma- *piscopus Ebo-*
 gister VVilhelmus de VVikevane in Romana curia consecratus. Eodem *racensis.*
 anno frater Iohannes Peccham Cantuariensis Archiepiscopus conuocat con- *Concilium Ras-*
 cilium apud Radingiam vbi suffraganeis suis imposuit, vt statuta generalis con- *dingia.*
 cilij facerent arctius obseruari. Transiit annus iste frugifer & fructifer, Anglis, *Annalis cœles-*
 Francis, Romanis, Sarracenisque quietus. *sio.*

ANno gratiæ millesimo ducentesimo octuagesimo primo, qui est annus *Moritur Pas-*
 regni Regis Edvardi a conquestu primi octauus, Nicolaus Papa tertius *pa Nicolaus*
 moritur. Successitque ei Martinus quartus, prius dictus Simon Turonensis, *tertius.*
 Gallicus natione. Hoc anno Edvardus Rex Angliæ de lapidibus præciosis ias-
 pidum quos secum attulerat de partibus Gallicanis, paternum sepulchrū apud
 VVestmonasterium fecit plurimum honorari. Eodem anno Oliuerus de Sut-
 tona fit Episcopus Lincolnensis, qui prius fuerat eiusdem Ecclesiæ decanus.
 Frater Iohannes Peccham Cantuariensis Archiepiscopus ne nihil fecisse videretur
 conuocat concilium apud Lambheyth, in quo cōstitutiones Ottonis, Octoboni *Concilium apud*
 quondam legatorum in Angliā innouās, iussit eas ab omnibus custodiri. Tran- *Lambheio.*
 sit annus iste frugifer & fructifer, Romanis, Anglis, Gallicis, Sarracenis incre- *Annalis cœles-*
 dulisque quietus. *sio.*

ANno gratiæ millesimo ducetesimo octuagesimo secundo, qui est annus re- *Papa fit Senas*
 gni Regis Edvardi a conquestu primi nonus, Martinus Papa Senator effi- *tor.*
 citur vrbis Romæ, qui in Romaniolā exercitū misit contra Gvvidonē Comitē *David cōcitāt*
 Montis Febri, qui in partibus illis terras ecclesiæ occupauit. Hic Martinus Papa *Wallenses con-*
 capas fratrum Carmelitarū mutauit in albū, quæ prius erant stragulatæ & bir- *tra Regem.*
 ratæ. Eo tēpore David germanus Principis VVallie, immemor beneficiorū re-
 gis Angliæ, qui eum promouerat & contra fratrem persequētem protexerat, cōci-
 tauit penè totā VValliā ad insurgendū cōtra Regem. Et vt Principem nobilēsq;
 VVallensiū ad seditionem facilius inclinaret, ipse primus facinus aggreditur, &
 Rogerū de Clifford militem nobilē & famosum, quē Rex illuc miserat tanquā
 totius VVallie Iusticiarium, nihil tale suspicantē proditoriē in castro suo de Ha-
 vvardin, dominica in Ramis palmarū cepit. Quosdāmq; milites eius volētes re-
 sistere inermes occidit, exinde reuersus ad Principē, collecto exercitu vnā cū eo
 Rodolanū venit, obsidionēq; posuit circa castrū. Eo tēpore Rex Paschalē so-
 lenitatē in diocesi Sarū tenuit apud Visas, vbi super hac cōmotione auditis ru-
 moribus, iussit quāprimū totū exercitū cōgregari. Militiā quā tūc in prōptu ha-
 bebat vsq; Rodolanū premisit. Ipse verò Rex clā Ambresbiriā adiit vt matrē suā
 saluaret quē tunc in illo monasterio morabatur. Cōtigit autē dū ibi esset, vt qui-
 dam ad matris eius prēsentiā adduceretur, qui per tēpus aliquod cecū se finxerat,
 visūmq; sibi ad Henrici Regis quondā mariti sui tumultū dixerat restitutū. Ed-
 vardus verò Rex hunc ab antiquo nouerat famosum flagitijs, notatūque ma-
 licijs ac fraudibus ab olim, & mendacijs assuetum, matrēque narrationibus plu-
 rimum applaudenti ne crederet dissuasit, quæ in morem faminarum vetula-
 rum subito in iram versa, filium grauissimē redarguit, camerāque suam eua-
 cuare præcepit. Cui iussis matris humiliter parenti, dum egrederetur occurrit
 Prior prouincialis fratrum prædicatorum, dictus frater Hugo de Mācestria, vir
 magnę discretionis ac magister in Theologia, qui & ipsi Regi familiariter notus
 erat, quem Rex ad partem trahens, offensam matris & omnia quæ contigerant
 enarrans per ordinem, finaliter hoc adiecit: Ego (inquit) iustitiam patris mei
 tantū noui, quod potiūs huic scurræ euisset oculos integros, quā tantē in-
 quitati lumen perditum restaurasset. Altera verò die accepta à matre licen-
 tia,

Acta in VVallia. tiam cum celeritate ad militiam quam præmiserat, in VValliam properavit. Cuius audito aduentu, Princeps VVallia obfidiōe soluta longius se subtraxit. Interim captum est castrum de Lampaderna per Resum filium Maylgonis, & Griffinū filium Mereduci. Capta sunt etiā in illis partibus per alios nobiles VVallensium castra plura. Eodē tēpore procurante fratre Io. Pecchā Cantuariensi Archiepiscopo, Aimericus de Monteforti, quem Rex in custodia detinuerat, liberatur, spondente pro eo clero se velle de periculo regni cauere. Qui transfretans in Gallias, non multo post curiam Romanam adiit, ubi post aliquot annos renunciāns clericatui miles efficitur. Sed infaustus, nam citò postea defunctus est. Hoc anno translatus est in locum eminentiorem venerabile corpus beati Hugonis quondam Episcopi Lincolnensis. Eo tēpore Cantuariensis Archiepiscopus profectus in Snovdoniam, Principem VVallia, & germanum suum, sategit ad pacem reducere, sed frustratus, regressus in Angliam excommunicationis in ipsos sententiam fulcrinauit.

Annalis cōclufio.

Transitannus iste frugifer & fructifer: Romanis infamis, Francis quietus, sed Anglis & VVallicis inquietus.

Rex Sicilia expellitur per Regem Arragonie.

ANno gratiæ millesimo ducētesimo octuagesimo tertio, qui est annus regni Regis Edvardi à conquestu primi decimus, idem Rex cum exercitu valido de Rodolano per Anglesiam, cuius per nautas portum capi fecerat, versus Snovdoniam progrediens, ut viam pararet exercitui, ultra maris brachium quod insulam diuidit à continente iuxta Bangoriam, constituit pontem fieri ex nauibus inuicem colligatis. Hoc anno Petrus Rex Arragonie vendicans regnum Sicilia iure hæreditario vxoris suæ, subito cum nauigio regnum Sicilia ingressus, Carolum Regem expulit de eodem, qui in Franciam fugiens, à Rege nepote suo pro recuperando regno subsidium implorauit. Papa verò Martinus, in Petrum prædictum, vel omnes ei fauentes, vel ipsum Regē appellantes, excommunicationis tulit sententiam, regnō Arragonie cum priuans, & conferens illud Carolo filio Regis Francorum. Petrus verò de Arragonia missis ad Regem Sicilia nuncijs, petiuit ut cum quadraginta tantum militibus ad plana Burdegalia secum tot tantum habente milites dimicaturus veniret ad diem certū, sub certa pœna se ad hoc obligans: dū tamen Carolus modo se simili obligaret, & cui in hoc cōflictu cessisset victoria, ille sine cōtradictione regno Sicilia potiretur. Eo tempore Gilbertus Comes Glouerniæ magnas prædas VVallensium cum militia sua faciens iuxta Lantilovvhir, facta copia aperta pugna cum eisdem, duro prælio dimicauit. In quo peremptis multis de parte VVallensium, ipsemet Comes quinque milites perdidit, de quorum numero erat VVilhelmus Valentis, iunior consanguineus Regis Angliæ. Discedente autem Comite Glouerniæ, Princeps VVallia intrauit terras de Cardigan & Stradevv, deuastauitque terras Resi filij Mereduci, qui cum Rege contra Principem tenuit in hoc bello. Progressus deinde Princeps versus terrā de Vueld, se cum paucis ab exercitu reliquo seperauit. Cui cum sua militia superuenientes viri nobiles Iohannes Giffard, & Edmundus de Mortuomari, nihil tamen suspicantes de Principe, ipsum cum socijs pugna aggredientes occiderunt feria sexta antè festum Beatæ Lucie. Principis autem caput post mortem à quodam qui intererat agnitū, mox abscinditur, regisque defertur. Quod transmissum Londonias, positum est per tempus aliquod super turrē & hederā coronatum.

Acta in VVallia.

De Levvlino prædicto scripserunt duo religiosi metricè in hunc modum, VVallicus sic scripsit:

Elliciaet Anglorum tortor, tutor VVallicorum,

Prim.

*Princeps Wallorum, Lewlinus regula morum,
Gemma coenorum, flos regum praeclitorum,
Forma futurorum, dux, laus, lex, lux populorum.*

Anglicus ita scripsit: *Hic iacet errorum Princeps & praeceps virorum,
Proditor Anglorum, fax liuida sectae reorum,
Numen Wallorum, trux dux, homicida piorum,
Fex Troianorum, stirps mendax, causa malorum.*

Circa idem tempus milites quidam de Regis exercitu à seruiētibus VVallen-
sibus territi, pontē quē Rex inchoauerat non dū perfectū, minus prudenter ac-
celerantes transire, dū in multitudine cōglobata reuertētes fugiunt, submergū- *Milites transi-*
tur, inter quos erat miles strenuissimus, Lucas de Thanay, & duo germani *seuantes sub-*
Robertū Burnel Bathoniensis Episcopi, & alij quāplures. Hoc anno B. Thomas *merguntur.*
Herefordensis in via versūs curiā de presenti saeculo nequā ereptus ad regna mi-
grauit cœlestia, cū septē annis gregem sibi cōmissum sollicita cura rexisset. Hic
nobilibus ortus natalibus à puero Deo vixit deuotus, studij autē exercitatione
literarum acquirens peritiā, primò in artibus liberalibus, deindē in iure
rexit canonico, tandem ad theologiam totam transtulit intentionem, in qua
licentius ad magisterium, cum sub fratre Roberto de Kylevardby, ordinis
Prædicatorum, quem dum prouincialis fuerat admodum familiarem habuit,
deceuiisset incipere, incidit negocij dilatio medio tempore, præfato fratre as-
sumpto ad Cantuariensis ecclesiæ præsulatum. Sub quo tamen post consecra-
tionem eius Oxonias veniente in Ecclesia fratrum Prædicatorum incepti iux-
ta sui desiderij complementum. In cuius commendatione (quæ solet fieri ante
principium post disputationem quæ vespertiæ appellantur, de Bachalarijs magi-
strandis) asseruit præfatus Archiepiscopus (quem dictus Thomas ab olim con-
fessorem habuerat) nullius ipsum mortalis criminis vnquā sensisse contagium.
Quantique meriti fuerit apud Deum crebrescentium ad sepulchrum eius mi-
raculorum gloria, indubitata fide demonstrat. Post quem ad Ecclesiam Herefor-
densē electus & consecratus est Magister Richardus de Svvynefeld, Sacræ
Theologiæ doctor, vir iucundus in verbis, & egregius prædicator. Hoc anno
30 cassato electo VVintoniensi, magistro Richardo de Mora: ex dono curiæ Ro-
manæ magister Iohannes de Pontissa in eiusdem Ecclesiæ Episcopum conse-
cratur. Hoc anno Rex de consilio Baronagij VValliam intrauit cum exercitu,
ibique per irruptiones VVallensium amisit de suo exercitu vexilla quatuorde- *Rex perdis*
cim, quotēpore perēpti sunt dominus VVilhelmus de Audeleya, & dominus *multos in*
Rogerus de Clifford iunior, alij quoque multi. Coactusque est Rex intrare ca- *Wallia.*
stellum de Opa. Cito postea Rex cepit insulam de Anglesea: sed hæc antē mor-
tem Levvlini Principis cōtigerunt. Non multò post Rex superior effectus pe-
nētōrā VValliā subiugauit, villas & terras quæ erant in meditullio VValliæ,
suis proceribus distribuit, sed retinuit maritima castra sibi, ex quo facto magna
40 tranquillitas tēpore sequenti prouenit. Transit annus iste frugifer & fructifer *Annalis cōtinu-*
copiosè. Romanis, Sicul. Apul. atque Francis sollicitus & molestus, propter cie- *sio.*
tionem Caroli Regis Siculorum: VVallicis exitialis, propter libertatem cum
suo Principe perditam: Anglis varius, propter diuersos casus qui modò durè,
modò prosperè contigerunt.

ANno gratiæ millesimo ducētesimo. 84. qui est annus regni Regis Edvvar- *Bellū in VVal-*
di a conquestu primi vndecimus, Rex Angliæ ponte iam perfectō, cum *lia.*
exercitu suo in Snovdoniam transijt, castra eius omnia sine notabili resisten-
tia capiens & comburens. Comes verò Penbrochiæ castrum de Bere, quod erat
quondam Levvlini Principis cepit, & citò post tota VVallia cum omnibus
castris suis subacta est regiæ voluntati. Antē festum verò Sancti Iohannis
Bapti-

David capitur Baptista captus est David frater Principis per Regios exploratores, & Rodolanum adductus. Quem Rex ad sui conspectum admittere renuit, licet ipse David hoc instantius flagitaret. Rex igitur transmisit eum Salopiam, carceri mancipandum. Eodem tempore per quendam secretarium Principis allata est Regi crux dicta Neoti, magnam de ligno Dominice crucis continens portionem.

De Cruce Neoti. Quae idem Neoti dicitur, quod per quendam Sacerdotem sic vocatum antiquitus de terra Sancta fuit in VValliam deportata. Post festum sancti Michaelis habitum est parliameptum Salopiae, in quo per deputatos ad hoc Iusticiarios, David iudicialiter condemnatus, tractus & suspensus est, visceribusque combustis, corpus capite truncatum & in quatuor partes est diuisum. Quibus in ciuitatibus Angliae nobilioribus suspensis, caput Londonijs super palum fixum est ad terrorem consimilium proditorum. Resus autem Vazhan VVallensium nobilissimus, audita captione David, Comiti Hertfordiae se dedit, Regique redditus ad turrim London. missus, carceri mancipatur. Translata est hoc tempore Abbathia de Aberton, per Regem, ad locum alium, & constructum est in loco quo Abbathia fuerat, forte castrum ad irruptiones VVallensium compescendas. Et Rex in Comitatu Cestriae aliam Abbathiam Monachorum fecit Cisterciensium, quam multis ditatam praedijs, vallem Regalem voluit appellari.

Nota de abbathia de valle Regis.

Nota de subsidio.

Qualiter Guido de Monteforti à carcere liberatur.

Hoc anno Regi conceditur à populo in subsidium vverrae suae tricesima & à clero vicesima pars bonorum. Eo tempore Papa Martinus Gyvydonem de Monteforti à carcere liberans, in quo per Gregorium Papam positus fuerat propter homicidium in Ecclesia commissum in Henricum Regis Alemanniae filium cognatum Regis Angliae, misit in Romaniam, quam eo anno etiam obtinuit, excepta ciuitate Vrbinatē, quā Gyvido incepit obsidere in manu potētī. Sed cito post, de licētia Papae, omīssa obsidione dictae vrbs in Tusciam rediit, vt hereditatem vxoris suae patre eius Comite Rufo mortuo occuparet. Carolus Rex Siciliae prima die Iunij venit ad plana Burdegaliae, Comitante eum Rege Francorum cum milia magna valde. De cuius aduentu Petrus quondam Rex Arragoniae praemunitus, diem prauehit coram Senescalco VVasco, protestans se paratum tenere pactum, sed non posse, Rege Francorum veniente cum tanta multitudine militum contra formam. Reuerso post haec Carolo Rege Siciliae in Apuliam Siculi contra Neapolim cum viginti septem galeis venerunt armatis. Aduersus quos Carolus filius Regis Carolitunc Princeps Achaiae egressus est cū magna galeatum multitudine ad pugnandū, obstinētibus victoriam hostibus captus est cum multis alijs, & ad ciuitatem Messanā deductus captiuus. Eodem anno Rex Angliae apud Aiton Burneltenuit parliamentū post festum Sancti Michaelis, in quo editum est statutum quod à loco cognominatum est. Ipso anno ossa beati VVilhelmi Eboracensis Archiepiscopi ad altiore locum cum solemnitate maxima transferuntur. Transiit annus iste frugifer & fructifer satis frugaliter. Romanis sollicitus, Apul. Catabris atque Sicul. inuisus & odibilis propter vverras moras ibidē effectuum variorum, Francis quietus, sed Anglicis & VVallicis inquietus. Hoc anno natus est filius Regi Angliae apud Karnaruan in VVallia die Sancti Marci, & vocatus Edvvardus. Eodem anno Rex Edvvardus fecit leges Anglicanas per VValliam obseruari, Vicecomites ponens in ea.

Princeps Achaiae capitur.

Parliamētum apud Aiton Burnel.

Annalis conclusio.

Nascitur Edvvardus apud Karnaruan.

Aita in VVallia.

ANNO gratiae 1285. qui est annus regni Regis Edvvardi à conquestu primidiuodecimus, Rex de Snovvdonia per VValliam occidentalem progrediens, intrauit Glomorganciam quae ad ditionem Comitis Glouerdiae nō scitur pertinere. Receptusque à Comite cum honore maximo ab eodem proprijs

prijs impensis vsque ad terrarum terminos est deductus. Rex verò Bristolliam
 veniens, ibidem festum Dominicæ natiuitatis tenuit eo anno. Philippus filius *Filius regis*
 Philippi regis Francorum duxit uxorem Iohannam filiam regis Nauarræ pri- *duxit uxorem*
 mo genitam, accipiens cum eadem regnum Nauarrorum, & Campaniæ comi-
 tatam. Hoc anno mortuus est Carolus rex Siciliae, cuius regni ac filiorum tu- *Moritur Ca-*
 torem, Papa Martinus Robertum Comitem Atrabatensem constituit, latus *rolus.*
 eidem pro hac re pecuniæ magnam summam. Eodem anno obiit apud VVin-
 deleshore Alfonsus filius regis, iuuenis optimæ indolis, etiam admodum Deo *Moritur Al-*
 deuotus: cuius corpus apud VVestmonasterium, cor verò apud Fratres præ- *fonsus filius*
 10 dicatores Londonijs (ordinatæ sic Regina matre) traditur sepulture. Hoc quo- *regis.*
 què anno obiit Robertus de VVickhåptona, Salesburienfis episcopus, cui suc- *Quomodo fir-*
 cessit VValterus Scammel ecclesiæ eiusdem Decanus. Eotempore Maria filia *lia regis efficitur*
 regis Angliæ, Ambresbyriæ Sanctimonialis efficitur, parètibz licet cum diffi- *Sanctimonias*
 cultate assentientibus, ad instantiâ matris Regis, Transiit annus iste frugifer & fru- *malis.*
 ctifer satis vberit: Romanis tristis, propter desolationem regni Siciliae: Enacis sol- *Annalis cons-*
 licitus propter eandem causam: Anglis verò mediocriter pacificus & quietus. *clusio.*
 Anno gratiæ millesimo ducentesimo octuagesimo sexto, qui est annus reg- *Qualiter rex*
 ni Regis Edvardi à conquestu primi tertius decimus, Rex Angliæ de Bri- *Edwardus ro-*
 stollia protectus Cantuariam, disposuit in Gallias transire: sed audito ru- *gatur ad colles*
 20 more de matris infirmitate, reuertitur Ambresburiam, missis nuntiis quire a- *quum regis*
 pud regem Francorum (ad cuius colloquium speciale inuitatus fuerat) excusa- *Franciæ.*
 rent. Eo tempore Papa Martinus moritur, cui successit Honorius quartus, na- *Moritur*
 tione Romanus, prius dictus Iacobus de Sabella, cui pedum ac manuum iere *Mar. Papa. 4.*
 ossa abstulerat arctica agritudo, vnde sedendo in sella, ad hoc artificiose facta,
 missarum solemnia celebravit. Hoc anno Philippus rex Francorum profectus *Nota de bello*
 in Arragoniam vt regnum illud iuxta donationem papæ Martini filio suo Ca- *in Hispania.*
 rolo adquireret, ciuitatem Girundam obsedit. Petrus verò rex quondam Arra-
 gonie, sed priuatus per Papam, iniit bellum cum quibusdam militibus Gallicis, inter
 quos principales erant Radulphus de Nigella, Constabularius Franciæ, & Io-
 30 hannes de Haricuria Normannus, miles strenuissimus & probatus. Cumque
 durus ex vtraque parte conflictus inualeceret, Petrus Arragoniæ Rex leuiter
 vulneratur, qui mox se cum suis subtraxit à prælio, & mortuus est in breui.
 Philippus Francorum rex capta Girunda, hominibusque suis munita, incipi-
 ens infirmari, discessit vsque per Piniacum, vbi inualecente agitudine, depre-
 senti luce migravit: cuius carnes & viscera in ecclesia Narbonensi, ossa verò a- *Mors Philip-*
 pud Sanctum Dionisium, cor in choro Fratrum prædicatorum Parilius sunt *pi regis Franc.*
 humata. Huic successit filius eius Philippus, qui pulcher agnominatus est, ob *Philippus le*
 corporis speciem excellentem. Medio tempore Arragonenses, naues Gallicorum *Beau rex Fran-*
 in portu Rosarum captas abducunt, urbem etiam Girundam obsidentes ipsam, *ciæ.*
 40 & Gallicos ad eius defensionem derelictos, ad deditionem breui tempore coe-
 gerunt. Eotempore Alphonsus filius Petri quondam regis Arragoniæ, patre de-
 functo vt præmittitur, regnum illud gubernandum suscepit, inter quem & fi- *Alphonsus rex*
 liam regis Angliæ Alienoram, sponsalia facta fuerunt, patre adhuc viuentem. Iac- *Arragonia.*
 obus autem filius Petri iunior, cum matre Constantia transiens in Siciliam, se
 fecit coronari. Eodem anno tenuit rex parliamentum Londonijs, in quo edita
 sunt statuta, quæ VVestmonasterij secunda dicuntur. Transiit annus iste fru- *Alia Westm.*
 gifer & fructifer plebi communi: Romanis, Siculis, Apuleis, Calabris, Fran- *Annalis con-*
 cis, Hispanis, & Arragonijs inquietus, propter bella mora, mortisque regum: *clusio.*
 Anglicis tamen transcurfus sub silentio & quiete. Hoc anno tanta fuit licet-
 tas & æstus, vt homines morentur.

*Honorius Pa-
pa. 4. moritur*

*Rex in Gal-
lias transit.*

*Regina fit san-
ctimonialis.
Annalis con-
clusio.*

*Acta inter
Christianos
et Iudeum
quendam.*

*Conseruatio
Regis miras-
culosa.*

*Novus Rex
Ierusalem co-
ronatur.*

*Annalis con-
clusio.*

ANno gratiæ millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, qui est annus regni Regis Edvvardi à conquestu primi quartus decimus, Papa Honorius quartus moritur, cui succedit Nicolaus quartus natione Romanus, prius dictus frater Ieronimus de ordine fratrum Minorum, hic idolum (vt dicitur) fratrum eiusdem ordinis multa priuatim statuit, quæ faciunt non solum superbire minores, sed etiam insanire. Hoc anno Rex Angliæ in Gallias transiens Ambianis cum honorifica turba peruenit, cui occurrit ibidem honoris gratia Rex Francorum. Rex autem Angliæ tecit homagium Regi Franciæ, pro terris quas de eo in regno Franciæ tenere debebat Parisius, & interfuit parlimento quod Rex Francorum tunc Parisius tenuit, in quo multa (quæ pro libertate terrarum suarum pertinent) obtinuit, licet ipsa concessio Regis Francorum, & parium diu in suo robore non maneret. Expectauit autem Rex Edvvardus Parisius ad festum Pentecostes, circa quod tempus fratres Prædicatores ibidem suum capitulum generale tenuerunt. Quod vterque Rex Francorum & Anglorum & vtrique Regina diebus diuersis sua præsentia honorant. Post Pentecosten verò Rex Angliæ de Parisio VValconiam est profectus. Eo tempore Alienora Regina Angliæ, mater Regis Edvvardi, spreta pompa sæculi, apud Ambresburiam induit habitum monacharum. Transit annus iste frugifer & fructifer huic regno, & eo magis fructifer, quod fructum fecit centesimum, faciens de Regina Sanctimonialem.

ANno gratiæ millesimo ducentesimo octuagesimo octauo, qui est annus regni Regis Edvvardi à conquestu primi. 15. cum adhuc Rex Angliæ in VValconia moraretur, Miles quidam Anglicus quendam Iudæum super detentione indebita cuiusdam manerij sibi impignorati, coram iudicibus conuenire decreuit, sed Iudæus versipell. respondere renuit, prætendens cartam Regis quondam Henrici, qua sibi indultum fuit, ne coram iudice aliquo, solo corpore Regis excepto, in iudicium trahi posset. Miles super hoc anxius VValconiam adiit, vt super hoc à Rege remedium aliquod impetraret. Quem cum Rex audisset, non deest irritare facta parentum, quibus lege diuina iubentur reuerentiam exhibere, propter quod, factum patris mei reuocare non decreui, sed tibi cæterisque regni mei, æqua lege (ne potior videatur Iudæus quàm Christianus) indulgeo, ne pro quacunque iniuria illi Iudæo illata quandiu charta sua gaudere voluerit, coram iudice aliquo (me excepto) conueniri possitis. Reuertente cum hoc priuilegio milite, attendens Iudæus sibi imminere damnum & periculum, spontaneè renuntiat suæ chartæ, optans & euacuata conditione priuilegij, pars vtrique legi communi valeat subiacere. Eo tempore, die quadam cum Rex & Regina in camera quadam conuenientes super lectum quendam confabularentur, ictus fulminis per fenestram quæ eis erat à dorso, ingressus est, & inter eos transiens, ipsis penitus illæsis, duos domicellos qui in eorum stabant præsentia interfecit: stupefacti admodum cæteri omnes qui aderant, ex euidenti quod contigerat perpendebant miraculo, diuini protectionis numinis saluti Regis non deesse. Sub eodem tempore Rex Cipri apud Acon in Regem Ierusalē coronatur. Quod comes Attrebatensis in præiudiciū Regis Siciliæ qui regnū illud vendicabat factum existimans, bona templariorū & hospitaliorum (quia factō huic consenserant) ubiq; per Apuliam confiscavit. Per idem tempus Alfonso Rex Arragoniæ missis ad Curiam Romanam nuncijs, reconciliari petiuit Ecclesiæ, de hijs quæ per patrem suum facta fuerant se excusans.

Transit annus iste frugifer & fructifer omni plæbi, Iudæis per Angliā tristis & malorum inchoatiuus: Francis Angliisque quietus.

Anno

ANno gratiæ millesimo ducentesimo octuagesimo nono, qui est annus regni
 Regis Edvvardi à conquestu primi sextus decimus, Carolus filius Caroli
 Regis quondam Sicilię, Princeps Achaia, procurante Rege Anglię, liberatur à
 carcere sub hac forma, videlicet, quod data Regi Arragoniæ certa summa pecu-
 niæ, ipse Carolus à Domino Papa pacem Arragonensibus impetraret, quam si
 infraterminū limitatū impetrare non posset, rediret ad carcerem. Quibus cōdi-
 tionibus iuramēto firmatis, tradere debebat Carolus tres filios suos obsides, & a-
 lios milites nobiles quadraginta, pro quibus quousque venirent Rex Anglię
 liberationem Caroli accelerans, nobiles viros qui secum erant obsides tradidit,
 10 & pecuniam vsque ad triginta millia librarum persoluit. Postquam autem fi-
 lii Caroli venerant, Rex Anglię militibus suis liberatis in VVasconiam reuer-
 titur, & apud Blanktorde crucis suscepit caracterem, moxquē Iudæos omnes
 tanquam crucis hostes expulit de VVasconia, & alijs terris suis omnibus quas
 in regno Franciæ possidebat. Interim Resus filius Mereduci V Valliam contur-
 bavit, impugnatēque cepit aliqua regis castra. Eo tempore Tripolis ciuitas trās-
 marina à Soldano capitur, qui & in ea multa Christianorum millia ucidauit,
 ex cuius capione terrici Christiani qui erant in Acon, à Soldano inducias im-
 petrant biennales. Per idem tempus Edmundus Comes Cornubię, cui Rex
 Anglię in sua absentia regni commiserat custodiam, magnū ducit exercitū
 20 in V Valliam cōtra Resum. Cum autem castrum de Drusselau, quod erat Reli,
 obsideret, & muros eius suffodi faceret, casu illorum subitō vir nobilis VVilhel-
 mus de monte Canisij, alijsque milites plurimi & scutiferi opprimuntur. Hoc
 anno armiger quidam dictus Robertus Camerarius cum suis complicibus ve-
 rē demoniacis, tentoria mercatorum apud sanctum Botulphum & mercimo-
 nia incendens, diffuso igne magnam partem villę & ecclesiam fratrum Prædi-
 catorum combussit, in diuersis nempe villę locis ignem apposuerunt, vt ipsi li-
 berius possent residua spoliare. Dūquē mercatores pro mercibus suis saluādis
 & extinguendo igne discurrerent, per dictum armigerum & suos ucidantur.
 Dicebatur reuera quod tota pecunia Anglię vix restauraret damna ibidem fa-
 30 cta. Currebant namque riuuli argentei & aurei & metallorum fusilium vsque
 in mare. Fuit autem hoc anno in Angliā tāta frugum abundantia, vt quarteriū
 frumētalicubi pro viginti, alicubi pro sexdecim, alicubi pro duodecim denarijs
 vēderetur. Trāsit ann⁹ iste frugifer & fructifer mirabiliter: Iudæis lugubris: ter-
 ræ sanctę atque Christianicolis lamentabilis: Anglię dānosus: sed Fracię otiosus.
ANno gratiæ millesimo ducentesimo nonagesimo, qui est annus regni Regis
 Edvvardi à conquestu primi septimus decimus, Carolus Princeps Achaia
 Romam veniens, per Papam Nicholaum, à iuramento Regi Arragoniæ præ-
 stito absoluitur, & in Regem Sicilię coronatur. Eodem tempore inter Iacobum
 occupatorem Sicilię & Comitem Attribatensem firmantur inducię bienna-
 40 les. Circa tempus istud Rex Anglię de VVasconia reuersus, Londonijs solem-
 niter recipitur à clero totaque plebe. Qui iudæos omnes eodem anno expel-
 lens de Angliā, datis expensis in Gallias, bona eorum reliqua cōfiscauit. Eodem
 tempore Rex auditis quæremonijs eorum Anglicorum, quide regijs ministris
 volebant conqueri, omnibus exhibens iustitiam, Iustitianos ferē omnes de fal-
 sitate deprehensos à suo officio deposuit, ipsos iuxta demerita puniens
 graui multa. Tempore quadragesimali huius anni cum Alexander Rex
 Scotorum vxorem suam filiam Comitis Flandrię, quam post Margaretam
 filiam Regis Anglię duxerat, nocte quadam admodum obscura visitare vo-
 luisse, cespitante equo lapsus & collisus grauius expirauit. Hic de secunda vx-
 ore nullam, de prima verō prolem geminam, filium scilicet Alexandrum,
 B. ij. & filiam

*De amicitia**fructuosa in**ter Regē Ed. et**Carolū Prin-**cipem Achaie.**Med. Westm.**p. 374. 775.**Ed. Rex cruce**signatur & lu-**deos expellit**de Wasconia.**De Tripoli cap-**ta à Soldano.**Profectio in**Walliam.**De damno ira-**recuperabili &**iud. S. Botul-**phum.**Copia frugum**& villas.**Caroli iuran-**tum irritū fit.**Iudæi fugati.**Iustitia q̄ mul-**tiati.**Rex Scotorum**miserabiliter**interficiatur.*

*Soboles Regis
Scotia.*

*Tempestas in-
audita.*

Fames.

Ecclesie taxata

*hic scilicet anglica
mro lau parant ad
in vabo. n. m.*

*Annalis cœlu-
sis.*

*Dubitatio de
heredibus Sco-
tia.*

*Filia Regis
nuptui datur.*

*Regina mori-
tur.*

Mores Regine

*Cruces erigun-
tur pro Regis
na.*

*Annalis cœlu-
sis.*

& filiam genuit nomine Margaretam. Alexander absque prole patrem in ma-
tura morte præuenit. Filia verò Margareta Regi Northvviagie desponsata fi-
liam vnicam peperit nomine Margaretam, quæ matri mortuæ superuixit. Hæc
consulto Rege Angliæ magnates Scotiæ recognouerunt hæredem, quæ accer-
sita per nuncios Regis Angliæ cum per nauigium tenderet in Scotiam, infirma-
ta in mari apud Orkadas Insulas est defuncta. Hoc anno nocte Sanctæ Marga-
retæ descendit tempestas Imbrium, tonitruui & fulguris, à retro sæculis vix audi-
ta, concutiens sata & submergens, ita vt Londonijs modius tritici qui prius ad
tres denarios vendebatur, ex tunc paulatim vsque ad duos solidos excreuit, sicq;
per quadraginta ferme annos, vsque ad obitum Regis Edvvardi post conquestū
secundi, dicti de Karneruam, extitit Karistia bladorum & præcipuè frumentū,
ita vt aliquotiens Londonijs modus frumenti ad decem solidos venderetur.
Circa præsens tempus iubente Papa Nicolao taxatæ sunt ecclesiæ Anglicanæ se-
cundum verum valorem, & ex tunc cessauit taxatio Norvicensis, per Innocē-
tium quartum prius facta. Transiit annus iste primo frugibus opulentus, sed tē-
pore frugum atque fructuum veniente, vtroque cōmodo destitutus. Iudæis per
Angliam & iusticiarijs exitialis: Scotis dubius & sollicitus propter destructio-
nem regni, per mortem hæredum: Gallicis plenè quietus.

ANno gratiæ 1291. qui est annus regni Regis Edvvardi à conquestu primi
octauus decimus, mortua Margareta filia Regis Northvviagie, ex Marga-
reta filia Regis Scotiæ Alexandri, ad quam iure hæreditario defunctis auo, pa-
truo & matre regnum Scotiæ deuolui debebat, quis foret iustus heres Scotiæ
apud omnes in dubium vertebatur. Propter quod Rex celebratis Londonijs
nuptijs inter Iohannem filium & hæredem Ducis Brabantie, & Margaretam
filiam suam secundam, ac inter Gilbertum Comitem Glouerniæ, & Iohannam
filiam suam tertiam, versus Scotiam dimicaturus de iusto hærede tanquam su-
perior dominus dirigit iter suum. Sed dum finibus Scotiæ appropinquaret, Re-
gina consors graui infirmitate correpta, quarto idus Decembris ex hac vita mi-
grauit in villa de Herdeby iuxta Lincolniam, propterea Rex cœpto intermisso
itinere Londonias funus deducendo reuertitur cum mœrore, qui cunctis diebus
vitæ suæ eam plangebat. & Iesum benignum iugis præcibus pro ea interpella-
bat, elemosinarum largitiones & missarum celebrationes pro ea in diuersis reg-
ni locis ordinans imperpetuum & procurans. Fuerat nempe mulier pia, mode-
sta, misericors Anglicorum, amatrix omnium, & velut columna regni totius.
Cuius temporibus alienigenæ Angliam non grauabant, incolæ nullatenus per
regales opprimebatur, si ad aures eius vel minima quærela oppressionis aliqua-
liter peruenisset. Tristes vbique prout dignitas sua promittebat consolabatur, &
discordes ad concordiam quantum potuit, reducebat. Huius corpori cum ad Sā-
ctum Albanum appropinquasset, totus conuentus solemniter reuestitus in ca-
pis perrexit obuiam vsque ad finem villæ, quæ est ad Ecclesiā Sancti Michaë-
lis, ibidem deducendūque corpus, ante maius altare in monasterio collocarunt,
vbi nocte illa à toto conuentu officijs diuinis ac sacris vigilijs assidua deuotio-
ne honoratur. Ab eo loco corpus defertur Londonias, vbi Rex cum tota reg-
ni nobilitate regniq; Pontificibus & Prælatibus occurrit. Conditū est ergo corpus
aromatib⁹ in ecclesia VVestmonasterij, cū summa omniū reuerētia & honore.

Cor verò in choro fratrum prædicatorum Londonijs est humatū. In omni loco &
villa quib⁹ corp⁹ paulauerat, iussit Rex crucē miro tabulatu erigi ad Regine me-
moriā, vt à transeuntibus pro eius anima deprecetur, in qua cruce fecit imagi-
nem Regine depingi. Transiit annus iste carus, sed nō famelicus: Scotis turbu-
lenti: Anglicis vicissim lætus & tristis.

ANno gratiæ millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, qui est annus regni Regis Edvardi primi nonus decimus, Soldanus Babylonie lapsus iam treugis cum Christianis per biennium initis versus Acon tendens cum magno exercitu in ipso itinere moritur, cuius filius Soldanus factus prosequitur cepta patris, & ciuitatem Acon obsidens à quarto die mensis Maij, per decem dies continuos fortissimè oppugnauit. Ciues verò viriliter urbem defendentes, interim thesauros suos ac merces sacrosanctasque reliquias, senes etiam atque debiles mulieres & paruulos fecerunt in Ciprum nauigio deportari. Multi etiam tam pedites quam equites discedentes, ad defensionem ciuitatis reliquerunt tantum duodecim millia armatorum. ¹⁰ Quintadecima verò die mensis tam graue dederunt Sarraceni insultum, quod cedente ferè Regis Cipri custodia, ciuitatem intrassent, nisi obscuritas noctis alienumque subsidium obstitisset. Denique Rex Cipri commissa custodia sua ministro militum domus teutonico-
rum promittens, se mane rediturum aufugit in Ciprum. Sarraceni autem videntes in crastino custodiam Regis Cipri destitutam ex parte illa, impleto fossato ingressi sunt urbem, prælioque ancipiti cum Christianis duobus diebus, nunc his, nunc illis præualentibus dimicarunt. Tertia tandem die irrumpente per portam Sancti Antonij Sarracenorum multitudine, intersectisque templarijs & hospitalarijs urbem capiunt, muros eius cum turribus, ecclesiasque cum
²⁰ domibus alijs funditus euerrentes. Patriarcha verò qui de ordine prædicatorum fuerat, & minister hospitalis lathaliter vulnerati, tracti à suis in Dromædum in mari cum multis alijs perierunt. Per hoc tempus Carolus frater Regis Franciæ renuncians iuri suo in regnum Arragoniæ, uxorem duxit filiam Caroli Regis Siciliæ, qui cum ea prædicta renunciatione Andegauicæ & Cenomaniæ contulit Comitatus.

Soldanus pater moritur.

Soldanus filius Acon obsidet. Acon capitur à Soldano.

innot. 3. innot. 13.

innot. 14. innot. 15. innot. 16. innot. 17.

Declaratio iuris Regij in regno Scotiæ.

Eodem anno post Pascha Rex Angliæ Scotiæ appropinquans, parlamentum tenuit apud Northumb. vbi consultis prælatis ac vtriusque iuris peritis, reuolutisque priorum temporum annalibus, vocari fecit Prælatos ac Maiores regni Scotiæ, & coram eis in ecclesia parochiali de Northumb. ius suum in superius dominium regni Scotiæ fideliter declarauit, petiuitque vt hæc recognoscerent, protestando se ius coronæ suæ vsque ad effusionem sanguinis defensurum. Ob quam causam Rex isto anno omnia monasteria Angliæ, Scotiæ, & Valliæ perscrutari fecerat, ad dinoscendum quale ius posset sibi competere in hac parte. Et repertum est in chronicis Mariani Scoti, VVilhelmi de Malmesburia, Rogeri de Houeden, Henrici de Huntyngdon, Radulphi de Luzeto, quod anno domini nongentesimo decimo Rex Edvardus senior, subegit sibi
³⁰ Reges Scotorum & Cumbrorum. Item ibidem, quod anno domini nongentesimo vicesimo primo, prædictæ gentes elegerunt sibi Edvardum prædictum in dominum & patronum. Item ibidem anno domini nongentesimo vicesimo sexto Rex Angliæ Adelstanus deuicit regē Scotiæ Constantinū, & iterum sub se permisit regnare. Itē Edredus frater Adelstani Rex Angliæ, deuicit Scotos & Northumbranos, qui se submiserunt ei & fidelitatem iurauerunt. Item ibidem, Edgarus Rex Angliæ superauit Rinadum filium Alpini Regem Scotorum. Et ex tunc factus est Rex quatuor regnorum, scilicet, Angliæ, Scotiæ, Daciæ, & Norvvagiæ. Item ibidem Sanctus Edvardus regnum Scotiæ dedit Malcolino filio Regis Cumbrorum de se tenendum. Item VVilhelmus Bastard anno regni sui sexto, vicit Malcolinum Regem Scotiæ, & accepit ab eo sacramentum
⁴⁰

Scotia subdita Anglia.

Dirch.

B. iij.

fideli-

fidelitatis. Item V Vilhelmus Rufus, simile fecit quod pater suus fecerat, erga Malcolinum Regem Scotiæ & contra duos filios Malcolini successiue regnantes. Item Alexander successit fratri suo Edgato in regnū Scotiæ de cōsensu Regis Henrici primi. Item David Rex Scotiæ fecit homagium Regi Stephano. Item V Vilhelmus Rex Scotiæ fecit homagium Henrico tertio, filio Regis Henrici secundi in coronatione sua. Et iterum Henrico patri anno regni sui vicesimo, sicut patet in quadam conuentione inter eos inde facta. Item dicit Rogerus de Houeden, quod V Vilhelmus Rex Scotiæ venit ad dominum suum Regem Henricum in Normanniam, & similiter fecit Regi Richardo, & etiā Iohanni Regi apud Lincolnā. Item in Chronica sancti Albani reperitur quod Alexander Rex Scotiæ, apud Eboracum desponsauit Margaretam filiam Regis Henrici, anno regni sui tricesimo quinto, & fecit ei homagiū. Item reperitur in chartis regum Scotiæ. Itē repertum est in bullis Papalibus Scotiæ directis, Reges Scotorum excommunicatos fuisse, quia noluerant obedire dominis suis Anglorum Regibus.

Chronica sancti Albani.

Multi recognoscunt Regem Angliæ priorem dominum suū.

Conuenientibus igitur apud Northumb. in finibus Anglorum versus Scotiā Rege Anglorum, cum suis peritiis, ac Scotorum valentioribus, cum suis prudentioribus, petiuit Rex Angliæ inprimis, vt Scoti pacifice assentirent suæ ordinationi super Rege Scotiæ, præsertim cum sibi competeret ratione sui dominij capitalis. Scoti verò responderunt se ignorare quod talis superioritas Regi Angliæ competeret, nec posse sine capite Rege ad talia respondere, cui incumberet talem denunciationem audire, nec aliud responsum ad præsens debere reddere testabantur, propter iuramentum excommunicatione vallatum, quod post mortem Regis Alexandri sibi inuicem fecerunt, vnde deliberatione librata fecit Rex Edvardus Scotis literas suas patentes, quibus recognouit aduentum Scotorum in Angliam citra aquam Tvede, non debere aliās illis vgeri in præiudicium iterum veniendi in Angliam. Post hæc Maiores Scotiæ & Angliæ qui vendicabant ius successionis in regnum Scotiæ, per literas suas patentes recognouerunt se velle sponte recipere iusticiam coram dicto Rege Edvardo tanquam coram capitali domino, & firmum tenere quicquid ipse decreuerit in præmissis literarum dominorum vtriusque regni qui ius successionis in Scotorum dominium vendicabant.

Literæ recognitionis.

Omibus præsentibus literas visuris vel audituris, Florentius Comes Hollandiæ, Robertus le Brus dominus Vallis Anandiæ, Iohannes de Balliol dominus Galvvidiæ, Iohannes de Hastings dominus Abergauennæ, Iohannes Comin dominus de Badenavv, Patricius de Dunbar Comes Marchiæ, Iohannes de Vesci vice patris sui, Nicolaus de Sules, V Vilhelmus de Ros, Salutē in domino. Cū nos in regno Scotiæ ius habere credamus, & ius illud coram illo qui potiore habet potestatem, iurisdictionem & rationem, examinandi ius nostrum habet declarare, vendicare & probare intendamus, nobilisque Princeps dominus Edvardus Dei gratia Rex Angliæ, per bonas sufficientes rationes nos informauerit quod ad eum spectat, & habere debet superius dominium regni Scotiæ, & cognitionem in audiendo examinando & definiendo ius nostrum. Nos de propria nostra voluntate sine omni violentia & coactione volumus, annuimus & cōcedimus, vt recipiamus ius corā eo tanquā superiori domino terræ, volumus insuper & promittim⁹, quod habebimus & tenebimus firmū & stabile factum suum, & quod ille habebit regnum cui corā eo ius potius illud dabit. In testimonium istorum nos literis istis apposuimus sigilla nostra. Data apud Northumb. feria tertia post ascensionem &c. Facta itaq; recognitione superioris domini & submissione recipiendi, quod coram Rege Angliæ

Angliæ iure fuerit definitum, petiuit Rex castra & terram totam sibi reddi, vt per seysinam pacificam ius superioris dominij, quod iam per suas literas recognouerant, claretur vniuersis. Annuerunt statim Regiæ petitioni confectis super hoc literis, & ab eisdem signatis, continentibus in Gallico, sicut priores literæ, hunc tenorem.

*Literæ Seysinæ datæ Regi Angliæ de
toto regno Scotiæ.*

- 10 **O**Mnibus præsentibus literas visuris vel auditoris, Florentius Comes Hollandiæ, Robertus le Brus dominus Vallis Anandiæ, Iohannes de Balliolo dominus Galvvidiæ, Iohannes de Hastings dominus Abergauennæ, Iohannes Comyn dominus de Badenavv, Patricius de Dunbar Comes Marchiæ, Iohannes de Vesci vicepatris sui, Nicolaus de Sules, VVilhelmus de Ros, Salutem in domino. Quia de bona voluntate nostra & communi assensu sine omni coactione, annuimus & concessimus nobili Principi domino Edvardo Deigratia Regi Angliæ, quod ipse tanquam superior dominus terræ Scotiæ, possit audire, examinare & definire vendicationes nostras & quas intendimus ostendere, & probare pro iure nostro recipiendo coram eo, tanquam superiori
- 20 domino terræ, promittentes insuper quod factum suum habebimus firmum & stabile, & quod ille obtinebit regnum Scotiæ, cuius ius potius declaratur coram eo. Cum autem non possit præfatus Rex Angliæ isto modo cognitionem facere nec complere sine iudicio, nec iudicium debeat esse sine executione, nec executionem possit debito modo facere sine possessione & Seysina eiusdem terræ & castrorum eius, volumus, annuimus, & concedimus, quod ipse tanquam dominus superior ad perficiendum prædicta habeat Seysinam totius terræ Scotiæ & castrorum eius, quousque ius in regnum petentibus fuerit satisfactum. Ita tamen quod antequam habeat Seysinam, bonam & sufficientem securitatem faciat petitoribus, & custodibus, comunicati regni Scotiæ restituendi, & i-
- 30 dem regnum cum tota regalitate, dignitate, dominio, libertatibus, consuetudinibus, iusticijs, legibus, vsibus, possessionibus, & quibuscunque pertinentijs in eodem statu, in quo erant ante Seysinam sibi traditam, liberabit illi cui iure deberetur secundum iudicium regalitatis, saluo Regi Angliæ homagio illius qui Rex erit. Et debet hæc restitutio fieri infra duos menses, à die quo fuerit hoc ius discussum atque firmatum. Exitus dictæ terræ medio tempore recipiantur, & in saluo deposito reponantur, & bene custodiantur per manum camerarij Scotiæ, qui nunc est & illius quem assignabit ad hoc Rex Angliæ, & hoc sub sigillis eorum salua rationabili sustentatione terræ & castrorū, ministrorūq; regni. In testimonium istorum omnium prædictorum apposuimus ad has literas
- 40 sigilla nostra. Data apud Northumb. die Mercurij proxima post ascensionem domini, anno &c. Has duas literas misit Rex Angliæ sub sigillo suo priuato, ad diuersa monasteria regni sui, vt ad perpetuam rei gestæ memoriam in chronicis ponerentur.

Rex aßecurat reddere regnum Scotiæ cui debetur.

Ideirco facta Scotis securitate ex parte Regis Angliæ, de restituendo prout præfertur regno Scotiæ infra duos menses, illi cui de iure hoc competeret, sub pœna centum millium librarum sterlingorum, Romæ in subsidium terræ sanctæ soluendarum, ac etiam sub pœna excommunicationis & interdicti in Regis personam & regnum Angliæ, si non restitueret fulminandum. Scoti per

*Obijt mater
Regis.*

*Refus Walli-
sus condemna-
tur.*

*Obijt Nico-
laus Papa. 4.*

*Discordia in-
ter Anglicos
& Francos.*

chartas suas tradiderunt Regi Edvardo, regnum Scotiæ cum castellis, iuribus, & consuetudinibus, posueruntque custodes qui medio tempore exitus & appromamenta terræ ad opus illorum quorum intererat custodirent, quousque videlicet debita discussione habita de legitimo constaret hærede. Quo facto, Rex Angliæ post longas disceptationes vendicantium illud regnum discussis iuribus prætulit Iohannem de Bayllo, qui recognouit Regem Angliæ fore Scotiæ capitalem dominum, fecitque ei homagium, & fidelitatem iuravit, ut in gestis anni sequentis plenius declaratur. Eodem anno circa festum beati Iohannis Baptistæ, Alienora mater Regis Angliæ Ambresburiæ est defuncta, propter quod Rex de Scotia in Angliam rediit, ut funus maternum sepulture traderet debito cum honore. Sepultum est itaque corpus eius in monasterio Ambresburiæ, eor verò Londoniis in ecclesia fratrum minorum, qui sicut & cuncti fratres reliquorum ordinum aliquid de corporibus quorumcunque potentium morientium, sibi met vendicabant more canum cadaueribus assistentium, ubi quisque suam particulam autem consumendam expectat. Post festum sancti Michaelis Rex iterum tendens in Scotiam, cum Eboracum venisset, moramque aliquam fecisset ibidem, Refus filius Mereduci captus illucque deductus iudicialiter condemnatur. Deinde Rex profectus in Scotiam, omnibus in regnum Scotiæ ius vendicantibus imposuit, ut in festo sancti Iohannis Baptistæ proximo futuro coram se comparerent, & quo iure regnum illud vendicabant, plenius declararent. Transiit annus iste frugifer, sed qui incolis vix sufficeret: terræ sanctæ flebilis, propter nobilem ciuitatem Acon, quæ Acres vel Tholomayda dicitur, ereptam Christianis. Anglis & Scotis sub magna expectatione transactus, dum unusquisque scire cupit, quis in regno gentium dominabitur.

ANno gratiæ millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, qui est annus regni Regis Edvardi à conquestu primi vicesimus, Nicolaus Papa quartus viam vniuersæ carnis ingressus est, qui paulò ante Regem Angliæ ad recuperandam terram Sanctam inuitans, ducem & capitaneum omnium constituit Christianorum. Hoc anno suborta est discordia inter Anglicos & Francos huiusmodi occasione: duo nautæ (quorum vnus erat Anglicus, alter Gallicus de Normannia) conuenerunt apud Galconiam ad quendam fontem, ut haurirent aquam, ubi dissensio facta est dum quisque nititur prius haurire, cumque diutius contendissent & mutua conuicia inuicem intulissent, parauit Gallicus Anglicum percutere pugione, sed Anglicus vitato periculo Gallici pugnum tenuit quo gladium tenebat strictum, eum eripere volens sibi. Interea cecidit Normannus super mucronem suum, confossusque morti subiucuit suo casu. Cum verò casus iste Normannis fuisset cognitus, persecuti sunt Anglicum ut in eum necem socij vindicarent, sed nautæ confocij Anglici resistunt Normannis & fit conflictus grauissimus inter eos, tandem Anglici sine magno dispendio euaserunt. Tunc accesserunt ad Philippum Regem Franciæ, quibus grata fuit regni turbatio, & eius bilem contra Anglicos commouerunt dicentes: turpe fore sibi gentique suæ, ut à caudatis taliter tractarentur. Rex verò iussit nautis suis ut ubicunque obuiarent Anglicis de nece confocij caperent ultionem. Feruebat igitur furor Gallicorum, & dum sitiunt Anglicorum sanguinem, multociens damna grauiâ intulerunt. Vice quadam igitur dum maris obseruant semitas, conspiciunt naues Anglicas à remotis, quibus cursu appropinquantes velocissimo subito prælium inchoarunt, inter congregiendum quandam nauem Anglicam inter confocias suas vncis attraxerunt Gallici, & quandam Anglicum trahentes de nauis sua, mox in summitate mali nauis Normannici suspenderunt. Quo facto (quia potentiores & plures pro tunc erant Gallici) sine magna læsione recesserunt.

cesserūt. Ex his causis creuit timor & inuidia populis vtriusq; regni. Eo tēpore *Obijt Rex Romanorum.* moritur Rex Romanorū Radulphus. In cuius successione elect⁹ est Adulphus *Obijt Rex Aragonie.* Comes de Naasso, & sine contradictione in regem Alemanniae solemniter coronatur. Alfonsus etiam Arragoniae Rex mortuus est hoc anno.

Rex Angliae post festum sancti Iohannis Baptistae in Scotiam veniens, receptis eorum qui regnum Scotiae vendicabant allegationibus, pro iure suo *Processus de Scotia.* eligi fecit quadraginta personas, videlicet, de Anglia viginti, & viginti de Scotia, qui istas allegationes deliberata diligentia discuterent: sententiam finalem vsque in festum sancti Michaelis, primo venturum differens proferendam.

- ¹⁰ **E**o tempore Ericus Rex Norrvagiae venit coram cōsilio domini Regis Angliae per attornatos suos, & protulit quoddam scriptum in haec verba: Om- *Rex Norrvagiae vendicat Scotiam.* nibus praesentes literas inspecturis vel audituris pateat euidenter, quod nos Ericus Dei gratia Rex Norrvagiae tenore praesentium fecimus, constituimus & ordinauimus, prout de iure & facto melius facere potuimus, nostros veros & legitimos attornatos & procuratores & nuncios speciales, nobilem virum Aduen. de Hagē, & magistrum H. Plebanum, plebis de Castillione arre-
tino domini Papae capellanum, & magistrum Petrum Algoī, ad comperiē-
dum pro nobis & vice nostra, coram excellenti Principe domino, Dei gratia Edvardo Rege Angliae illustri, & superiori domino regni Scotiae, & ad peten-
²⁰ dum nomine nostro, tanquam per superiorem dominum regni Scotiae nobis adiudicari regnum Scotiae supradictū, cū omnibus iuribus & pertinentijs suis cū ipsū regnū per mortē dominae Margaretae filiae nostrae olim dominae & Reginae regni Scotiae, sit ad nos iure haereditario deuolutū legitimē. Item ad peten-
dum nomine nostro adiudicari nobis & praefatis attornatis & procuratoribus nostris, assignari pro nobis fructus & redditus regni Scotiae quatuor annorum, qui fluxerunt à tempore mortis domini Alexandri, bonae memoriae quondam Regis Scotiae, vsque ad diem mortis dominae Margaretae filiae nostrae, olim do-
minae Reginae Scotorum, qui percepti sunt vel percipi potuerunt de dicto reg-
³⁰ no, cum ad nos dicti fructus seu redditus pleno iure pertineant, tum quia fui-
mus legitimus administrator bonorum Reginae praefatae cum viueret, tum etiā quia grauias expensarum & sumptuum onera sustinuimus propter eam, dum in regno Norrvagiae moram traxit, & postmodum mittendo eam ad regnum suum Scotiae supradictum. Item ad petendum nomine nostro condemnari vniuersitatem regni Scotiae, & ipsum regnum ad soluendum nobis seu dictis at-
tornatis & procuratoribus nostris recipientibus vice nostra poenam centum millium librarum sterlingorum, in quam inciderunt vniuersitas praefata & reg-
num praedictum non recipiendo liberē praefatam dominam Margaretam, filiam nostram, in dominam & Regnam regni Scotiae, nec ei obediendo in aliquo. Et
ad petendum supplementum septingentarum marcarum quas habere debemus
⁴⁰ à regno Scotiae, occasione dotis dominae Margaretae olim filiae nostrae & vxoris Regis Scotiae praedicti, cum fructus & redditus terrarum nobis assignati pro septingentis marcis annuis, ad quingentarum marcarum summam non ascen-
dant. Item ad agendum & defendendum, lucrandum & perdendum, coram praefato Principe domino Edvardo Rege Angliae, superiore domino regni Scotiae debita quomodocunque, & qualitercunque, & ex quacunque causa vel causis nobis debeantur, & à quibuscunque personis, loco vel vniuersitate, & quocunque nomine illa iura censeantur, & ad omnia alia & singula facienda, quae veri & legitimi attornati seu procuratores & nuncij facere possent in praemissis, & quilibet praemissorum si mandatum etiam exegerint speciale, & quae nosmet facere possem⁹ si praesentes essemus, promittētes sub hypotheca & obli-
gatio-

gatione omnium bonorum nostrorum, pactum firmum & gratum habere & tenere perpetuò, & non contravenire aliquo ingenio vel modo, quicquid per prædictos attornatos seu procuratores nostros, vel duos saltem ex eis actum vel procuratum fuerit in præmissis, vel quolibet præmissorum. Datum Tonsborg. anno domini &c. anno regni nostri tertio decimo, in cuius rei testimonium has literas fieri fecimus, & nostri sigilli munimine roborari.

Quod dies datus est Regi Norwagiæ.

Requisitum fuit de eisdem attornatis quid voluit addere, minuire vel mutare, 10
& quod in petitione sua danda declararet. Qui dicunt quod nolunt declarare antequam habuerint colloquium cum dicto domino Rege Angliæ, superiori domino regni Scotiæ, nec aliquid aliud proponere vel dicere ea vice. Et hæc requisitio fuit facta, quia aliàs in petitione sua, quæ coram ipsis fuit ibidem lecta, reservavit sibi beneficium addendi, minuendi & mutandi, prout plenius ex tenore ipsius petitionis apparet, & datus est eis dies usque ad diem Mercurij proximum sequentem, ad audiendum voluntatem domini Regis. Postea die Mercurij proximo post festum beati Martini, venerunt prædicti attornati Regis Norwagiæ, coram consilio prædicti domini Regis Angliæ & superioris domini Scotiæ, & dictum fuit eis per consilium dicti domini Regis, quod de- 20
clararent manifestè actionem domini Regis Norwagiæ, per quam intendunt recuperare regnum Scotiæ tanquam ius domini sui, qui quidem attornati responderunt & dixerunt, quod voluerunt prius habere colloquium cum prædicto domino suo Rege Norwagiæ, & ipsum super actione & petitione prædictis consulere antequam ulterius prosequerentur. Et multonens requisiti, quod petitionem præfati domini sui manifestius declararent, tandem dixerunt præcisè quod petitionem supradicti domini sui noluerunt declarare, nec ulterius super hoc aliud dicere antequam eundem dominum suum consulti iuerint in præmissis. Ideo datus est eis dies de die in diem coram prædicto domino Rege Angliæ (superiore domino dicti regni Scotiæ, ad audiendum iudicium suum de 30
eo quod noluerunt ulterius prosequi petitionem Domini sui prædicti. Igitur post diligentem huius negocij discussionem inter ceteros, de assensu communi, Iohanni de Balliolo qui de filia David Regis Scotorum descenderat seniore, ad iudicium Rex ex integro regnū ipsum. Robertus nempe de Brus, inter quem & ipsum Iohannē de Balliolo (exclusis cæteris) quæstio vertebatur, licet vno gradu esset propinquior, tamen descendit à filia Regis David secunda. Iohannes de Balliolo in festo sancti Andreæ sequenti collocatus super lapidem regalem, quē Iacob supposuerat capiti suo, dum iret de Bersabee & pergeret Arā, in ecclesia canonicorum regularium de Stone solemniter coronatur. Post coronationem verò accedens ad Regem Angliæ, qui festū natiuitatis dominicæ apud nouū ca- 40
strum tenuit super Tynam, eidem fecit homagium sub his verbis.

Domine Edvarde Rex Angliæ superior domine Scotiæ: Ego Iohannes de Balliolo Rex Scotiæ, me hominem vestrum de toto regno Scotiæ & omnibus pertinentijs & hijs quæ ad hoc spectant, quod regnum meum teneo, & de iure debeo & clamito tenere hæreditariè de vobis & hæredibus vestris regibus Angliæ, & de vita & membris, & terreno honore contra omnes homines qui putant viuere & mori. Et Rex Angliæ recepit homagium in forma prædicta suo & alterius iure salvo. Recepto autem Regis Iohannis homagio, Rex Angliæ eidem regnum Scotiæ integraliter cū omnibus pertinentijs restituit indilate. Trahit annus iste multum frugifer nec famelicus: Anglicis & Francis discor-

Iudicium contra Regem Norwagiæ. Iohannes Balliolo obtinet regnum Scotiæ exclusis cæteris. Qualiter Iohannes coronatur.

Scotus facit homagium Regi Anglorum. Homagij forma.

Annalis cædus.

discordiæ inchoatius, Romanis & Arragonijs lugubris, propter mortem Papæ regumque Alemanniæ & Arragoniæ: Scotis nec tristis nec hilaris de adoptione noui Regis.

ANno gratiæ 1294. qui est annus regni Regis Edvardi à conquestu primi
 vicissimus primus, fuit idem Rex ad natale apud nouum castrum super
 Tynam, ubi suscepit homagium Regis Scottorum. Eo tempore Henricus de
 Hispania in carcere Regis Siciliae diu detentus, euadens Hispanias, ad nepotem
 suum sanctum Regem venit. Per idem tempus mercatores Angliæ, varijs in
 mari laesiti periculis, super mercium suarum amissione Regi Angliæ cōque-
 10 runtur. Qui Comitem Lincolniae Henricum de Lacy ad Regem Franciæ trās-
 misit, suppliciter petens, vt de assensu ipsius per Reges & eorum consilia, con-
 tra huiusmodi maritima dispendia prouideretur, cum celeritate de remedio
 competenti. Interim verò dum Comes responsum expectat, classis ducenta-
 rum nauium Normannicarum & amplius, quæ coadunata vt Anglos virtuo-
 sius inuaderet, & inuadendo fortius propulsaret, in V Vasconiam profecta fue-
 rat, quicquid de parte aduersa obuium habuit, prædæ ac morti facile destinando.
 Dum onusta vino reuerteretur gloriunda quasi sibi soli maris celsisset libertas,
 à sexaginta nauibus Anglicanis capitur in portu Sancti Matthæi, in minori
 20 Brytannia, & in Angliam adducitur feria sexta ante vigiliam Pentecostes, sub-
 merlis aut calis hominibus omnibus qui erant in nauibus, solis illis qui in
 scaphis vix sibi saluti fuerant fugiendo. Perdiderunt nempe Gallici quindecim
 millia hominum in hoc conflictu, rumor facti diffusus per Galliam, Regem
 consiliumque suum non tam admiratione quàm indignatione vehementi com-
 mouit. Ordinantur igitur ambasciatores, qui ex parte regis Francorum à Rege
 Angliæ peterent, vt absque mora naues cum mercibus per homines suos raptas,
 & in regno suo receptas restitueret, si vellet sua negotia pro terra V Vasconiae in
 curia Regis Franciæ fauorabiliter expediri. Super mandato Rex deliberans ha-
 bito consilio, Richardum Londoniensem Episcopum adiunctis eidem alijs vi-
 ris prudentibus, ad Regem Francorum & suum consilium cum huiusmodi
 30 transmisit responso, videlicet, cum Rex Angliæ curiam suam habeat nulli subie-
 ctam, si qui se laesos senserint per homines regni sui, veniant ad curiam suam, &
 declaratis sibi illatis iniurijs, Rex eis celerem fieri iusticiam ordinabit, quod, vt
 securius possint facere quibuscunque conqueri volentibus, rex de eundo & re-
 deundo per terram suam saluum dabit conductum. Quod si hoc regi Franco-
 rum non placeat, eligantur hinc inde arbitri qui pensatis damnis vtriusque par-
 tis prouideant, quomodo querelantibus satis fiat, & Rex Anglorum dicto eo-
 rum, & laudo sub certa obligatione se submitter, dum tamen Rex Francorum
 se submittat & obliget pari modo. Si verò aliquid occurrat tam arduum, quod
 per arbitros discindi nequeat, definiendum regibus reseruetur. Et Rex Angliæ
 40 habito conducto ad Regem Franciæ accedentem, ad aliquam villam maritimam
 veniet, & de assensu mutuo finis negotio imponatur: quod si nec istud Rex
 Francorum acceptauerit, in summum Pontificem cuius est inter Reges & reg-
 na pacem fouere, transferatur de assensu mutuo negotium, vel quia tunc sedes
 sancti Petri vacabat, ad Cardinales omnes vel aliquos vt litis & discordiæ sub-
 mota materia, pax inter eos & eorum populos refloreat vt solebat. Spreuit hæc
 omnia consilium Franciæ, nec nuncijs instanter flagitantibus dignatum est ali-
 quid respondere. Misit denique Rex Francorum ad ciuitatem Agennum quæ
 ad Ducatum Aquitanniæ spectare dignoscitur, ibique nominatim citari fecit
 Regem Angliæ, vt die certa Parisius compareret, de iniurijs & rebellionibus in
 terra factis V Vasconiae responsurus. Quem ad diem præfixum non comparē-
 tem,

De homagio

Regis Scottorum.

Congressus in

mari apud san-

ctū Mattheū.

De mandato

Franciæ regis.

Responso res-

gis Angliæ.

Citatur Rex

Angliæ.

tem, rex Francorum in propria persona pro tribunali sedens, sententiam protulit iudicans in defectu. Moxque præcepit Contrabulario Franciæ, ut in manu armata proficiscens, Ducatum Aquitanie regis Francorum nomine occuparet, caperetque vel expelleret quoscumque per regem Angliæ illius custodiæ deputatos. Siquidem paulò ante miserat illuc Rex Angliæ, Iohannē de Sancto Iohanne, militem discretum, in armis strenuum, & in rebus bellicis exercitatum, qui ciuitates & castra per totum Ducatum muniuit armis, & victualibus & vi-
Nuptia filie regis. *Annalis conclusio.*
 fris strenuis ad bellandum. Rex Anglorum adhuc satagens regis Francorum animum emollire, mandauit germano suo Edmundo, qui tunc in Galliis morabatur, ut consilium Franciæ adiens, de aliqua forma pacis prouideret, quæ regi Francorum foret placita & sibi non nimium inhonestæ. Qui post tractatus multos frustra habitos, iter versus Angliam arripuit, & pace & concordia penitus desperatus. Eodem anno circa festum Sancti Michaelis, Alienora filia regis Angliæ apud Bristoliam Henrico Comiti Barrensi traditur in uxorem, de qua filium genuit Edvardum, & filiam quam Iohannes de VVarremia Surreiæ & Southsexiæ Comes duxit. Transiit annus iste nec vber frugum, nec fertilis fructuum: Normannis flebilis, quia quod charius dilexerunt, per Anglicos amiserunt: Francis & Anglicis discordiæ inchoatiuus, & damnorum u recuperabilium causatinus.

Regine tractant de pace cum fratre regis Angliæ.

Formula pacis.

ANno gratiæ millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, qui est annus regni regis Edvardi à conquestu primi vicessimus secundus, Edmundus frater regis Angliæ versus mare profectus, per reginas Franciæ, Iohannam regis consortem, & Mariam eiusdem nouercam, ut cum eisdem pacis tractatum resumat celeriter reuocatur. Denique medianibus reginis, post plurima interloquia in forma subscripta extitit concordatum, ut propter honorē regis Francorum, cui per ministros custodiæ VVasconie deputatos, ut videbatur nonnullis in pluribus fuerat derogatum, sex castra, videlicet, Sanctonas, Talemund, Tourn. Pomerel, Penne, & Mountflaukon, voluntati regis Franciæ dederentur. In omnibus verò ciuitatibus & castris totius Ducatus, exceptis Burdegalia, Baiona, & Regula vnus seruiens nomine regis Franciæ poneretur. De ministris quorū per regem Angliæ in VVasconia positis, alijsque per totam terram prohibitu regis Francorum obsides traderentur. Quibus pactis rex Franciæ citationē in aula Parisiensi publicatam faceret reuocari. Castra verò omnia, amotis seruientibus in ciuitatibus positis & castris, obsidesque ad petitionem duarum reginarum vel vnius earum restitueret sine mora. Rexque Angliæ (concesso sibi saluo conductu) Ambianis veniret, ut ibi habito mutuo regum colloquio, pax & amicitia in posterum firmaretur. Super hijs confectis scriptis, vnum per reginas signatum Edmundo traditur, aliud signatum ab Edmundo, cōmendatur reginis. Quæ data fide in manu Edmundi promiserunt pacta in scriptis inita nullatenus violanda. Certificatus super hijs rex Angliæ, per germanum suum literam vnā patentem directam omnibus ministris suis in VVasconia, continentem mandatum, ut in omnibus regis Francorum obtemperent voluntati, transmisit germano suo, per eum (cum sibi videretur) ulterius in VVasconiam transmittendam. Recepta litera, Edmundus veritus eam transmittere antequam sibi constaret an rex ipse acceptaret quæ facta fuerant per reginas, petiuit ab eis ut per dictum regis proprium super pramissis certior redderetur. Denique presentibus Edmundo germano regis Angliæ, & uxore sua Blankā, regina Nauarriæ, matre reginæ Franciæ, necnon Duce Burgundiæ, & Hugonē de Veer filio Comitis Oxoniensis, ac clerico quodam Iohanne de Lacy, rex ipse promissa reginarum ac pacta per eas concordata in fidelitate regia se adimpleturum

pleturum spondit. Moxque miles quidam nomine Galfridus de Langleya, de familia Edmundi fratris regis Angliæ, cum literis regis Francorum reuocantibus Constabularium Regis Franciæ, qui cum exercitu profectus fuerat ut VVasconiam expugnaret, missus est ad eum. Rex autem Angliæ, Cantuariæ solemnitate Paschalem tenuit, ibidem ut Ambianis proficisceretur expectabat de conductu. Iohannes etiam de Lacy clericus prædictus, in VVasconiam transmissus est, cum litera ministris regis Angliæ directâ, secundum formam prædictam. Iohannes verò de S. Iohanne, quæ rex Angliæ VVasconia præfecerat, auditis pactis initis, omnia quæ ad munitiones castrorum & urbium prouiderat vendidit, discedetque per Parisius versus Angliam iter suum direxit.

10 **E**T ecce procurante pacis æmulo, immutatum est cor regis Franciæ, conductusque regi Angliæ denegatur, & litera Constabularij reuocatoria, per posteriolem literam irritatur. Et quia per Cōstabularium VVasconiam in manu potenti intrantem, custodibus & ministris iuxta tenorē literæ sibi apportatæ se subdentibus, in manu regis Francorū accipitur terra tota. Ministri omnes regis Angliæ, terræque custodes, obsides & captiui Parisius deducuntur. Post dies tantum aliquot, Edmundus reginas rogauit, ut iuxta promissa sua & pactiones initas, regem Franciæ interpellarent, super conductu regis Angliæ concedendo, citatione reuocanda, terra restituenda, & oblidibus liberandis. Rex verò

20 Francorum per quosdam milites ad Edmundum missos inficiatur se quicquid de talibus pactis scire. Denique perpendens Edmundus se fratremque suum regem Angliæ delusos, reuersus in Angliam, regem & consilium suum ad plenum informat & certificat de re gesta. Igitur rex Angliæ conuocato Londonijs Parlamento, cui Iohannes rex Scotorum interfuit, de consilio prælatorū & procerum consentium terram sub dolo ablatam recuperandam gladio. Rex Angliæ ad regem Francorum misit nuncios, Hugonem de Mancestria de ordine prædicatorum, & VVilhelmum de Ginesborn de ordine Minorum, Doctores theologiæ, viros prouidos ac discretos, mandans ei per eosdem, quod cū

30 pacta inter progenitores eorum habita & ipsos, necnon & secretos tractatus, quos mediante germano suo cum eo habuit, violasset, non videbatur sibi quod ipsum regem Angliæ, ducemque Aquitaniæ, hominem suum reputabat, nec ipse homagio suo astringi vltius intendebat. Eodem tempore rex Angliæ misso in Teutoniā Antonio Dunelmensi episcopo, confederauit sibi Radulphum regem Romanorum. Exercitum etiam in VVasconiam transmittendū, adunari iubens apud Portesmoutham, Iohannem de Brytannia nepotem suum Comitem Richmundiæ, eidem præfecit, dans ei consiliarios, Iohannem de Sancto Iohanne, & Robertum Typetot, milites prudentes & in bellicis rebus expertos. Nauigiū etiam ad custodiendum mare in tres classes distinxit, tres præponens ei Admirallios, viz. Gernemuthensibus & cæteris illius partis nauibus,

40 Iohannem de Borecurtis Portesmouthensibus, VVilhelmum de Leybourn Occidentalibus verò nauibus & Hibernicis, militem quendam de Hibernia oriundum. Hoc anno concessum est regi in subsidium vverræ suæ medietas à clero, sexta à ciuibus, & a reliquo populo decima pars bonorum. Fuit autem hoc anno in Anglia maxima annonæ caristia, ita ut pauperes passim afflictj lienteria morerentur. Eodem anno post vacationem diutinam, electus est in summum Pontificem Petrus de Murrone, qui Monachus de ordine S. Benedicti existens heremiticam duxit vitam. Hic sublimatus in Papā dictus est Celestinus quintus, qui vnā ordinationem in mense Septembri faciens, creauit duodecim Cardinales. Exercitus regis Angliæ de Portesmoutha circa festum S. Michaëlis progrediens, vi ventorum repulsus, applicuit Dortemutham. In crastino verò

*Inconflantia
regis Franciæ*

*Parliamen-
tum Londoniæ*

Confederatio.

*Nauigiū dis-
positio.*

*Subsidium
regi concessum.*

*Eligitur
Papa Cele-
stinus.*

S. Dionisij captata aura cursu veliuolo ad Sanctum Matthæum in Britannia die secundo perueniunt, discedentes à Brytannia in crastino Sanctorum Crispini & Crispiniani, intrauerunt ostia Girundia fluuij à Burdegalia discedentes, per quem ascendentes, captis duabus villis bonis ac muratis, Burgo super mare, ac Blanio, cursu prospero transeuntes, coram Burdegalia Risunciu perueniunt, ubi reddita eis villa, equos suos de nauibus eduxerunt. Eodē tēpore V Vallēses insurgentes cōtra regē, in diuersis partibus, diuersos sibi principes præfecerunt. Aquilonares enim qui circa partes Snovvdonia habitant, capitaneum habentes & ducem, quendam de genere Levvlini principis vltimi, Madocum nomine, villam & castrum de Carnaruan combusserunt, magna Anglicorum multitudine (qui nihil tale suspicantes ad nundinas venerunt) interfecta. Occidentales verò V Vallenses præposito sibi quodam, nomine Mailgone, iuvene, in partibus Penbrochia & Carmerdin mala plurima perpetrarunt. Quidam etiam Morganus dictus, V Vallenses australes concitans, Comitem Glouernia Gilbertū, qui progenitores suos exhereditauerat, de terra sua quæ Glamorgan dicitur expulit & fugauit. Rex Angliæ auditus hijs rumoribus V Valliam ingressus, Edmundum germanum suum, & Henricum Comitem Lincolnia, qui iam se parabant ad transfretandum in V Valsconiam, cum exercitu ad se in V Valliam reuocauit. Quibus in die S. Martini appropinquantibus castello Comitis Lincolnia de Dimby, V Vallenses in magna virtute occurrerūt, & cōserto graui prælio repulerunt. Robertus de V Vinchelsee Doctor sacrae theologiae à Papa Celestino confirmatus, & in Archiepiscopum Cantuariensem in curia consecratus, Angliam veniens, Iohanni de Monemutha Doctori theologiae Episcopatum Londinensem auctoritate papali contulit, qui iam vacuerat multis annis. Celestinus papa se minis sufficientem ad regendum ecclesiam sentiens, de consilio Benedicti Caietani, celsit papatui, ædita prius cōstitutione super cessione pontificum Romanorum. In vigilia natalis Domini apud Neapolim in Papam eligitur Benedictus Caietanus, natione Campanus, de Anagnina ciuitate. Hic Bonifacius octauus vocatus, statim post suam creationem episcopum Ostiensensem super quibusdam in præsentia Cardinalium arguens durissimè, pallij vultu priuauit: & nihilominus ab eodem ante restitutionem pallij coronatur. Hic quinto pontificatus sui anno, qui Iubileus erat, vberes indulgentias limina Apostolorum visitantibus concessit. Sextum librum Decretalium ædidi, in quo multa dubia decedit. Nonnullas extrauagantes constitutiones Honorij, Adriani, Innocencij, Clementis & aliorū incorporauit, reprobanda rescacuit. De quo prædecessor suus Celestinus, vir vitæ anachoriticæ, eò quod eum ad cedendum papatui subdolè induxisset, prophetauit in hunc modum prout fertur. *Ascendi* Celestini in *isti vt Vulpes, Regnabis vt Leo, Morieris vt Canis.* Et ita sanè contigit: nam ipsum papam vt papatui cederet, & vt Papa quilibet cedere possit, cōstitutionē ædere fecit, quā quidē postmodū ipsemet Papa effectus reuocauit. Deinde rigidè regēs generosos quosdā de Columna Cardinales deposuit. Regi Francorum in multis non solum obstitit, sed eum totis viribus deponere insudauit. Igitur senescallus Francia V Vilh. de Longareto, vir quidem in agilibus admodū circūspectus, & fratres de Columna prædicti, fœderatis viribus Bonifaciū Papam comprehenderunt, & in equum effrenem versa facie ad caudam sine fræno posuerūt, quem sic discurrere vsque ad nouissimum halitum coegerūt, ac tandem fame necauerunt. Sed hæc in sequentibus, cum tempus occurrerit rei gestæ.

Annalis conclusio.

Transit annus iste frugibus & fructibus destitutus, ita vt pauperes fame peribant: Anglis subdolis, propter fallacitatem quæ de Francorum rege & regnis surrepsit, & sollicitus, propter bella parata versus V Valsconiam siue V Valliam: Romanis variis, propter Papæ Celestini cessione: Paganis, Saracenis & incredulis in terra sancta quietus, propter christianorū dissentionē.

- A**Nno gratiæ millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, qui est annus reg-
ni regis Edvvardi à cōquestu primi vicesimus tertius, fuit idem rex ad Na-
tale in VVallia apud Aberton. vbi Archiepiscopum Cantuariensem ad se ve-
nientem, misso ei obuiam ad securum conductum faciendum, quodam cle-
rico Iohanne de Berevico, cum manu armata gratiosè recepit, & eius fide-
litate quam ex more tenetur regi facere admissam cum fauore remisit.
In die Circumcisionis domini reddita est Iohanni de Sancto Iohanne ciuitas
Baionensis, quam die præcedenti ceperant nautæ fortiter expugnatam: mul-
tosque de ciuibus quos regi Anglorum aduersari compertum est, præfatus Io-
hannes captos in Angliam per mare transmisit. Obsidionem verò posuit circa
castrum, quod post dies octo cepit, Dominumque asperi Montis qui id detinu-
erat, cum alijs custodiæ mancipauit. Duas etiam galias pulcherrimas, quas ad
munimen vrbis rex Francorum fecerat, in vsum suum accepit. Non multum
verò post reddita est Anglicis villa Sancti Iohannis de Sordes, multasque ali-
as villas & munitiones ceperunt, quibusdam se spontè deditibus, quibus-
dam violenter subactis. Auctus est in breui Anglicorum exercitus, multis
fraude cognita Gallicorum, ad fidelitatem regis Angliæ reuersis in quatuor mil-
libus peditum, equitibusque ducentis. Rex Angliæ eo tempore transito flu-
mine de Conevvey vt ulterius progredetur in VValliam, cum nondum
totus comitaretur exercitus, captis bigis & curribus victualibus onustis, à
VVallensibus, per aliquod tempus penuria coarctatur, ita vt quousque ve-
niter ad eum reliqua pars exercitus, aquam melle mixtam biberet, panemque
cum falsis carnibus vesceretur. Comes VVarvvici, audito quòd VVallen-
ses in maxima multitudine, in quadam planitie, inter duo nemora se adu-
nassent, assumpta secum electa militia, cum balistarijs & sagittarijs, de no-
cte superueniens, eos vndique circumcinxit: qui fixis in terra lanceis, cus-
pides in oppositum irruentium dirigunt, vt sic se ab impetu equitum tueren-
tur. Sed Comes inter duos equites posito vno balistario, ac iaculis balista-
rum magna parte eorum qui lanceas tenebant prostratis, cum turma equitum
in reliquos irruens, tantam stragem iutulit, quanta eis vna vice illata, non cre-
ditur temporibus retroactis. Intecim rex Angliæ ad compefcendas VVallen-
sium insolentias, castrum in Insula, quæ Anglesey dicitur, construxit, quod
bellum Mariscum voluit appellari. Tandem VVallenses reliqui fame con-
sumpti & inedia, ad pacem regis in breui venire coguntur. In hoc tempore
succisa sunt nemora in VVallia, quæ belli tempore indigenis præstabant lati-
bula, firmataque sunt castra maritima circa loca. Cito post hoc captus est
Madocus prædictus, capitaneus VValliorum, & Londonias adductus, à
quo tempore vverrà in VVallia quieuêrunt, & VVallenses more Anglico-
rum penè viuere inceperunt, thesauros congregantes & rerum damna de cæ-
tero formidantes. Eodem anno Carolus germanus regis Franciæ VVasconiam
ingressus cum exercitu, Risunciū obsedit, & fugiente eius capitaneo Iohāne de
Brytānia, cum Roberto Typetot, paucis relictis ad tuitionem villæ militibus, fe-
ria quinta in hebdomada Paschæ cepit, militesque ibi repertos scz. Radulphum
de Gorges, Rogerum de Leybourne, & Iohannem de Cretingge, cum alijs
militibus tresdecim, & scutiferis triginta tribus, Parisius captiuos transmisit.
Occisus est ibi Adam de Cretingge, miles admodum probus, proditione cuius-
dam militis, nomine VValteri, cognomento Giffardi, qui factus transfuga, mo-
ratus est in Gallijs annis multis. Eodem die reddita est Anglicis villa Sancti
Seueri, cuius capitaneus Hugo de Veer constituitur. Carolus autem, euerfis
villo & castro Risunciij, Sanctum Seuerum (antequam sufficienter muniatur)
C. ij. prope-

Acta in Wal-
*lia.**Acta in Wals-*
*conia.**Acta in Wal-*
*lia.**Probitas Co-*
*mitis Warwic**Acta in Wals-*
*conia.**Acta in Wals-*
conia.

properat obsidere. Quam in magnum Gallicorum dispendium qui ibidem fame moriebantur & peste, tenuit præfatus Hugo tresdecim septimanis. Deficientibus tandem hijs qui intus erant, per mediationem Comitum de Anudoys & Fustensis qui erat cum Carolo, obtenta est treuga dierum quindecim, intra quosliceret obsessis pro subsidio mittere in Baionam, quo deficiente ad terminum prætaxatum, reddita est villa Gallicis, ita quod saluata sint recedentibus arma cum suppellectili sua tota, dato conductu vsque ad duas dietas ab exercitu. Remanentibus verò nulla est illata molestia, sed potius obsides prius abducti Tholosam per Seneschallum regis Franciæ in villa repositi sunt, restitutis eis omnibus rebus suis. Carolus (positus in villa custodibus) cum exercitu suo reuertitur in Franciam, post cuius discessum infra paucos dies capta est villa ab Anglicis iterato. Eodem anno duo Cardinales, Albanensis & Prænестinus, primò ad regem Franciæ, postea ad regem Angliæ venerunt, missi à Papa Bonifacio pro pace inter reges & concordia reformanda. Qui circa festum Pentecostes venientes Londonias, ibidem ex mandato regis (adhuc in Vallia existentis) eius præstolabantur aduentum, qui fuit citra festum Sancti Petri ad Vincula. Cardinales igitur coràm rege nuntium suum prosequentes & pacem suadentes, treugam duorum annorum petentes, respondenteque rege quòd in pacem vel treugam absque regis Romanorum consensu assentire propter fœdus inter eos initum iuramento firmatū non potuit. Rogauerunt regē, ut regis Romanorū consensum petendo indutias impetraret. Rege autem ob reuerentiam curiæ Romanæ, petitioni eorum annuente, circa natiuitatem Virginis gloriosæ in Gallias reuertuntur. Circa præsens tempus classis Gallicana Doueriam veniens, emisit prædones, qui spoliato Prioratu & vno Monacho senē occiso, partem magnam Oppidi incenderunt, quorum aliqui ante reditum ad naues interfecti sunt, sed plurimi euaserunt. Cito verò post, galia quædam Gallicorum casu quodam ad portum de Hyda appulsa, capta est per Iohannem de Columbarijs militem nobilem, nautis qui eam conabantur abducere interfectis. Nautæ etiam Gernemuthenses Cæsaris burgum in Normannia incendio vastauerunt Cherburgh, spoliataque Abbathia Canonico-
rum Regularium quendam senem in Angliam adduxerunt. Portesmouthenses quindecim naues Hispanicas onustas mercibus tendentes in Dammonem portum Flandriæ, captas deduxerunt Sandvvicum. Iohannes rex Scotiæ, homagij & fidelitatis suæ immemor, destinatis ad regem Francorum nuntijs, V Vilhelmo sancti Andreæ, & V Vilhelmo Dunkelaensi Episcopis, Iohanne de Soules, & Ingelrame de Ynfreuille militibus, clam contra Regem Angliæ fœdus iniit, petens in affirmationem negotij, matrimonium contrahi inter filium suum Edvardum ac nobilem puellam Iohannam filiam Caroli germani regis Francorum, spondēs se velle regnū Angliæ totis viribus impugnare, & à verra cum rege Franciæ impedire, sicut in scriptis inter virosque reges confectis plenius continetur. Scoti verò per idem tempus elegerunt sibi duodecim pares, quatuor videlicet Episcopos, quatuor Comites, & quatuor Barones, quorum consilio rex regnum suum gubernare debebat, per quos etiam ut in hanc consentiret prodicionem fuit inductus. Nempe horum consilio, & precipuè Abbatis de Menros, cum ad Parlamentum venisset Regis Angliæ, illicentiatus clam discessit tanquam fugitiuus, ad magnum dedecus personæ suæ. Ob quam causam rex Angliæ iussit omnia bona sua mobilia & immobilia quæ habebat in Anglia cōfiscari, qui eo tempore multas villas, & prædialia pingua in Anglia possidebat. Per idem tempus miles quidam dictus Thomas Turberuile in VVasconia captus est, & Parisius inter alios captiuos detentus.

*Duo Cardines
les veniunt in
Angliam.*

*Galli, Monachum,
direpto
prioratu Done
rie occidunt.*

*Rex Scotiæ fidei
violat.*

*Scoti eligunt
xij. pares.*

tus. Qui procurante ciuitatis eiusdem Præposito, liber dimittitur, sponsione iuramento firmata, quod contra regem Angliæ VValliam commoueret. Qui cum venisset in Angliam, proditoris cōiunctus, tractus ac suspensus, dignas lū-
 10 it sceleris sui pœnas. Eo tempore Henricus de Hispania, mortuo nepote suo Sanctio, custos regni Castellæ & filiorum regis tutor efficitur. Iacobus frater Alfonsi quondam regis Arragoniæ, tradita fratri suo iuniori nomine Frederici Sicilia, regnum Arragoniæ post mortem fratris accepit, & uxorem ducentis filiam Caroli regis Siciliæ, reconciliatur ecclesiæ, oblidibus quos frater suus tenuerat liberatis. Rex Angliæ per idem tempus à rege Scotorum (ignorans eorum proditionē) cum auxilium pro vverra sua instanter petijisset, & sibi semper responderetur in dubijs, suspectum habens negotium, rogauit vt ob securitatē vique ad finem vverra suæ castra tria, videlicet Bervvici, Edinburgiæ, & Rokesburgiæ traderentur in manu sua, quæ post vverram restitueret, si eos sibi comperisset fideles. Quod cum Scoti facere renuissent, rex de proditione e-
 20 orum certior, cum exercitu versus Scotiam progressus, disposuit eam vi subijcere, nisi ab hijs quæ referebantur & quæ iam in opere ostendebantur, se possent legitimè excusare.

Thomas Tur-
 bernile suspi-
 citur.

12 nobilit-
 12 nobilit-
 12 nobilit-

Rex cognouit
 Scotorum pera-
 fidia in hac re.

Per idem tempus, cum maiores Flandriæ, qui Scabnij dicuntur in villis, renuissent stare iudicio Comitis in hijs propter quæ discordia suborta erat inter
 20 eos & communem populum, ad curiam regis Franciæ appellarunt. Vocatus autem Comes à rege, cum Parisius venisset, detentus est ibidem, quousque filiam suam cum qua filius regis Angliæ matrimonium fuerat (vt dicebatur) contracturus, pro se regi Francorum obsidem reddidisset. Circa præsens
 30 tempus fecit rex Angliæ omnia regni monasteria perscrutari, & pecuniam inuentam Londonias apportari, fecitque lanas & coria arrestari: & subsequen-
 40 ta est magna caristia bladi & vini.

Comes Flan-
 drie arefiatur
 Parisius.

Rex scrutatur
 Monasteria.

Annalis cons-
 clusio.

Transit annus iste molestus diuitibus, importabilis pauperibus, propter frugum inopiam magnamque caristiam: Anglicis, Gallicis, Aquitanis, Flandrensibus, atque Scotis turbulentus: VVallibus exitialis, & finis li-
 30 bertatis eorum: Sarracenis & incredulis à Christianorum bello pacificus & quietus.

ANno gratiæ millesimo, ducentesimo, nagesimo septimo, qui est annus regni regis Edvardi à conquestu primi vicesimus quartus, Petrus & Iacobus de Columna, à Cardinalatu per Papam Bonifacium deponuntur. Circa conuersionem Sancti Pauli, Edmundus germanus regis Angliæ, associato sibi Henrico Comite Lincolnæ, cum exercitu valido in VVasconiam transfretaui, cui redditum est feria quinta S. cœnæ domini, castrum de Spera, & postea alia castra plura. Cum autem appropinquauit Burdegala ad reficiendum se cum exercitu, & posuisset in villula quadam nomine Rekele, feria quarta in hebdomada Paschæ, Gallicorum exercitus de Burdegala egressus, disposuit ex improviso, Anglicos tantum per duas leucas ab vrbe distantes, celeriter occupare. Præmoniti aliquantulum Anglici de aduentu hostium, ad bellum se parant, & armati prout articulus temporis permisit, parti occurrerunt aduersæ, confertoque graui prælio, non sine strage multa Gallos cogunt ad urbem reuerti: quos dum fugientes insequuntur, ingressi sunt duo milites Anglici, fratres domini Petri de Malo Lacu, & tertius VVasco cum duobus vexilliferis, Iohanne de Brytannia & Alano la Souche, quos ceperunt Gallici portis clausis. Deuastata verò magna parte suburbij, Edmundus propter quasdam causas arduas reuertitur in Baionā, vbi nō multò post in ægritudinem decidens, terminum vitæ clausit: cuius corpus cēsenso dimidio anno per mare aduectum pa-
 40

Acta in Wasc-
 conia.

1295
 24 24 1296

trix, apud VVestmonasterium sepelitur. Post mortem Edmundi, Anglicanus exercitus obsedit urbem Aquensem, sed penuria victualium coactus discedere, obsidionem amisit. Eo tempore Comes Attrebatensis per regem Francorum missus in VVasconiam, munitiones quasdam de manibus Anglicorum extorsit. Qui verò Burgum super mare tenebāt, obsidente eos Domino de Sulliaco inducias impetrantes, vsq; Blanium pro succursu nunciostransmisērunt.

Probitas Simonis de monte acuto.

Vbi cum nauem victualibus onustam ceteri deducere recusarent, Simon de Monte acuto, miles strenuus & cordatus, per medias galias Gallicorū, quæ ad prohibendum transitum nauium fluiuium obseruabant, aspirante flatu prospero, vsque Burgum deduxit, quo cognito, soluta obsidione, Dominus de Sul-

Rex proficiscitur versus Wasconian.

liaco reuertitur in Gallias intento frustratus. Per id tempus rex Angliæ immenso coadunato exercitu, venit ad nouum castrum super Tynam, ad quē locum Iohannem regem Scotorum citari fecerat edicto publico, vt de hijs quæ sibi debeant obijci responderet, quo ad diem præfixum nec per se comparente, nec per nuntium se excusante, Rex de consilio suorum decreuit vltius procedendum. Interim miles quidā, Robertus de Roos, dominus castri de VVerk, non obstāte fidelitate quam regi Angliæ iurauerat, ad Scotos transfugit. Super quo germanus eiusdem, VVilhelmus de Roos, regem præmonens, petiuit sibi mitti subsidium, quo posset castrum defendere contra Scotos. Misit rex illuc viros mille, qui recepti in villa quadam dicta *Preff seu*, omnes eadem nocte à Scotis, quorum capitaneus erat præfatus transfuga, Robertus de Roos, interfecti sunt, exceptis paucis qui dilapsi sunt fuga. Quo audito, mox rex cum exercitu ad castrum illud properat, gauisus in hoc vt tertur, quod Scoti prima cœperunt hostilia exercere. Rex itaq; apud prædictū castrum, Paschalem solemnitatem peregit. Quo tempore, septem Comites Scotiæ, videlicet, de Bowvan, de Menteth, de Stradeherne, de Levenes, de Roos, de Athel, de Mar, ac Iohannes filius Iohannis Comyn de Badenau, collecto exercitu valido in valle Anandæ, feria secunda Paschæ Angliam ingressi, vastabant omnia cæde & incēdio, non parcentes ætati vel sexui: venientes Carleolum urbem, ipsam obsidione cinxerunt. Combustio autem suburbio, cum ad portam ciuitatis cremabilia con-
gererent, nobilis quidam de Galvvidia dum portæ ciuitatis appropinquaret, ignoto ferro ab his qui super portam erant attrahitur, confossusq; lanceis enecatur. In carcere verò ciuitatis, quidam explorator detētus, cum aduentum suorum audisset, carcerem incendit: Cuius igne flatu venti in domos alios delato, urbis pars magna crematur, viri tamen & mulieres ad muros concurrentes, lapidibus & telis, Scotos à muris propulsant, urbem viriliter defendentes. Scoti videntes nil se proficere feria quarta omissa obsidione, in Scotiam redierunt.

Rex Angliæ capis Berwicum.

Eadem die scilicet feria quarta in hebdomada Paschæ, Rex cū exercitu progrediens, transito flumine quod Tyveda dicitur, Scotiam est ingressus, & Burghenses Beruici ad pacem inuitans, per vnum diem integrum expectauit. Quibus ad pacem venire nolentibus, cœpit in die veneris villæ appropinquare, fixis tentorijs in domo monialium de Caldestreme, à qua distabat villa Beruici per dimidiam tantum leucam. Aduenerunt autem & viginti quatuor naues Angliæ, quarum nauæ incalcescente sole exercitum regni in quadam planitie præparatum conspicientes, vbi rex novos milites fecerat, æstimantes Regem velle dare insultum, portum ingressi, & ad terram applicantes, conflictum incunt cum villanis, vbi quatuor nauibus perditis, ceteræ cū refluxu saluæ & integræ retrahuntur. Diuulgato autem in exercitu factū nauarum, Rex aperta terræ trāsgressus sine difficultate fossatū, quod Scoti fecerant, villam occupauit, vnico tantum de suis militibus interfecto. Mercatores Flandrenses qui in villa eadem

eadem domum ad modum turris habebat fortissimam, iacula mittentes in Anglicos & pila, Richardum de Cornubia fratrem Comitis de Cornubia, militem strenuum casualiter spiculo traiecerunt, ad quos cum non de facili pateret accessus, allato igne incendio suffocantur. Eadem nocte dormiuit rex in castro quod redditum est eidem, saluis vita & membris his qui in eo erant, & praestito iuramento quod contra Regem Angliae arma de cetero non portarent. Omnesque quo volebant abire permittuntur, excepto eorum capitaneo VVilhelmo, quem secum retinuit usque ad finem vverrae. Et confestim iussit rex fodi profundam fossam inter Scotos & Beruicum, quae esset terrori hostibus, & eodem arctaret ab incurfibus repentinis. Cumque rex villam Beruici nouo fossato muniret, circa ingressum mensis Aprilis, venerunt ad eum gardianus & lector Fratrum Minorum de Rokesburgh, deferentes literas Iohannis regis Scotiae, tenorem huiusmodi continentes. Magnifico Principi Domino Edvardo Dei gratia regi Angliae, Iohannes eadem gratia Scotiae rex. Cum vos & illi de regno vestro, non ignorantibus vobis, vel ignorare non debentibus, per violentam potentiam nobis ac regni nostri incolis graues, imò intollerabiles iniurias, contemptus & grauamina, necnon & damna enormia contra nostras & regni nostri libertates, ac contra dominium & iustitiā notoriē & frequenter intuleritis nostra, extra regnū ad leuē quācūq; suggestionem pro libitu vestrae voluntatis, citando & indebitē vexando castra nostra, & terras & possessiones nostras infra regnum nostrum sine nostris demeritis, occupando bona nostra ac subditorum nostrorum, tam per terram quā per mare rapiendo, & infra regnum vestrum receptando, mercatores, & alios regni nostri incolas occidendo, hominesque nostros de regno nostro violenter abducendo, ipsosque ibidem detinendo & incarcerando, super quibus reformandis, nuntios nostros saepe transmisimus, quae non solum adhuc remanent incorrecta, verū etiam de die in diem per vos & vestros prioribus deteriora cumulantur. Vos namque iam cum innumerabili multitudine armatorū, vestro exercitu publicē conuocato, ad exharedandum nos & Regni nostri incolas, fines regni nostri hostiliter accessistis, & ultra progredientes, in regno nostro strages & incendia, necnon insultus & inuisiones violentas, tam per terram quā per mare commissistis inhumanē: Nos dictas iniurias, contemptus, grauamina, & damna, necnon & hostiles impugnationes vterius sustinere non valentes, nec in fidelitate & homagio vestro, licet per violentam impressionem impressam extortis, manendo contra nos etiam ad defensionem nostram, & regni nostri, cuius defensioni & tuitioni vinculo iuramenti sumus astricti, nos volentes erigere fidelitatem & homagium, tam à nobis, quā ab alijs quibuscunque regni nostri, incolis fidelibus nostris, ratione terrarum quas in vestro regno tenebant, & etiam ratione menagij, seu retentionis vestrae, nomine nostro ac nomine eorundem omnium & singulorum vobis reddimus per praesentes. Rex Angliae audita praesenti litera, resignationi homagij sui admisit, & Cancellario praecipit hanc literam registrari ad perpetuam memoriam. Interim comites Scotiae nominati superius, ad eorum comitiua apud castrum de Rodevvorth coadunati, profecti sunt in Angliam, & vastantes omnia caede & incendio, usque ad prioratum Haugustaldensem, & in eodem, fugientibus canonicis, se quarto idus Aprilis receperunt. Mane verò facto Prioratum cum tota villa incendio destruxerunt. Progressi inde ad domum monialium de Ramelay, domibusque quibusdam (salua ecclesia) incensis, cum ingenti praeda in Scotiam reuertuntur. Eodem tempore Patricius Comes de Dunbar ad regem Angliae veniens, se eidem cum tota sua potestate subdidit. Castrum de Dunbar in festo Sancti

*Rex Scotiae
reddidit bona
sua.*

*Scoti combu-
runt Hexam.
Strages Sco-
torum & ca-
strum Dunbar
Scotis proditi*

Martini, obsessum à Scotis, fraude quorundam in eo existentium redditum est eisdem. Pro quo recuperando, misit rex Iohannem Surreyæ & Southsexie, & V Vilhelmum VVarvici comites, cum militia magna valde. Quibus superueniens Scotorum exercitus, ut obsessis ferret auxilium, excipitur pugna dura. Effugientibus tandem Scotis, insequuntur Anglici per octo miliaria, ferè vsq; ad forestam de Selebarke, stragem nimiam inferentes, ita ut occisorum numerus ad decem millia hominū fuerat æstimatus. Sabbato sequente, videlicet de-

*Nota de capti-
uis.*

cimo octauo calendas Maij, regi aduenienti redditum est castrum, in quo capti sunt comites tres, de Menetez, & de Ascales, & de Roos, Barones verò sex, Iohānes Comyn iunior, V Vilhelmus de sancto Claro, Richardus Sivvardus se-
nior, Iohannes de Hic maritimo, Alexander de Muramia, Edmundus Comyn
de Killebrid, cum alijs militibus viginti nouem, clericis duobus, & scutiferis
octoginta tribus, quos ad diuersa castra Angliæ, rex transmisit in custodia de-
tinendos. Post captionem castri de Dunbar paucis diebus interpositis, accessit

*Castrum de
Rokesburg
capitur.*

*Castrum de
Edinburg.*

rex castrum Rokesburgiæ, quod statim redditum est ei à Senescalpo Scotiæ, saluis vita & membris sibi & suis qui secum erant in castro. Deinde progre-
ditur ad castrum Puellarum, quod octo diebus obsidione expugnatum est, cu-
stodibus eius vita & membris concessis. Veneruntque ibi V Vallenses ad re-
gem pedites in magna multitudine, & remisit rex ferè in eodem numero An-
glicos pedites fatigatos. Accedens deinde ad castrum de Stryuelin, vacuum il-
lud inuenit, custodibus dilapsis in fugam. Illuc cum militia sua de Hybernica,
venit comes Vltoniæ in subsidium regis nostri. Rex autem mare Scoticanum
transgressus, venit ad villam sancti Iohannis de Port, in festo Sancti Iohannis
Baptistæ, vbi solemnitate peracta, per aliquot dies mansit.

*Rex Scotorum
pacem impe-
trat.*

Dum hæc agerentur, videns Iohannes Scotorum rex, quia non haberet po-
testatem resistendi, missis ad regem Angliæ nuntijs, pacem & misericordiam
implorauit. Cui rex benignè annuens, remandauit ut ad castrum de Brithin
cum magnatibus terræ suæ veniret, cum his quos rex illuc mitteret nuncios, in-
frà dies quindecim tractaturus. Misitque illuc rex, Anthonium Dunelmensem
Episcopum, cum plena potestate regia: ad quem venerunt infrà præscriptum
tempus, Rex Scotorum magnatēque sui. Qui post multos variōsque tra-
ctatus, nudè & purè subiecerunt se, & Regnum Scotiæ Regiæ voluntati

*Subiectio
Scotorum.*

Pro qua submissione obseruanda, Iohannes Rex Scotiæ filium suum obsi-
dem tradidit, literasque confecit, continentes in Gallico hunc tenorem.
Iohannes dei gratia rex Scotiæ, omnibus præsentēs litteras visuris vel audi-
turis salutem, Quia nos per malum consilium falsumque, simplicitatemque, no-
stram grauitè offendimus & prouocauimus dominum nostrum Edvardum
dei gratia regem Angliæ, dominum Hiberniæ, Ducem Aquitaniæ, videlicet in
eo quod existentes & manentes in fide sua & suo homagio, alligauimus nos re-
gi Franciæ, qui tunc hostis eius erat & adhuc est: matrimonium procurantes
fieri cum filia domini Caroli fratris eius, & ut dominū nostrum grauaremus,
regemque Franciæ iuuaremus cum omni potestate nostra per vverram modis-
que alijs. Deinde per nostrum peruersum consilium anteditum, diffidauimus do-
minum nostrum Regem Angliæ, & posuimus nos extra fidem & homagium
suum, & misimus gentes nostras in terram suam Angliæ, ad incendia faciendā,
& prædas abducendas, homicidia & alia damna plurima perpetranda: & terram
Scotiæ quæ est de feodo suo, contra eum muniendo, ponentes & stabiliētes
gentes armatas in villis, castris, & alibi, ad defendendum terram contra eum de
feodo suo, pro quibus transgressionibus, dominus noster Rex Angliæ antedi-
ctus, ingressus terram Scotiæ in fortitudine sua, eam conquisiuit, & cepit, non
obstante

obstante omni eo quod facere potuimus contra eum, sicut potest de iure facere tanquam dominus de feodo suo, quia nos ei homagium nostrum reddidimus, & fecimus rebellionem antedictam. Nos igitur existentes adhuc in plena potestate nostra, & libera voluntate reddimus ei terram Scotiæ, & gentem totam cum homagijs. In cuius rei testimonium, fecimus fieri has literas patentes. Dat. apud Brithin decimo die Iulij, Regni nostro anno quarto. Consignata litera factoque sigillo communi regni Scotiæ processit rex ut videret montana Scotiæ, præcedente eum semper per unam dietam Episcopo Dunelmensi. Cumque transisset Morauiam, & peruenisset usque Eilgni, omnia videns esse pacata, conuerso itinere reuertitur Bervvicum. In redeundo autem, transiit per Abbatiam de Scone, ubi sublato lapide, quo reges Scotorum tempore coronationis solebant uti pro throno, usque V Vestmonasterium transtulit illum, iubens inde fieri celebrantium cathedram sacerdotum. Eo tempore, rex apud Bervvicum conuocato parlamento, omnium magnatum Scotiæ fidelitates recepit, & homagia, qui ad rei gestæ memoriam perpetuam, confecerunt super hoc literas patentes eorum sigillis munitas, continentes in gallico hunc tenorem.

*Thronus regis
Scotia lapis
fuit quem
erexit.
Parliamentum
apud Bervvicum.*

Omnibus præsentibus literas visuris vel audituris, Iohannes Comyn de Badenauz, &c. qui ad fidem & voluntatem illustrissimi Principis, ac charissimi Domini nostri Edvardi, Dei gratia Regis Angliæ, Domini Hiberniæ, ac ducis Aquitanniæ, venimus, promittimus pro nobis, & hæredibus nostris, sub pœna corporum nostrorum & castellorum, ac omnium quæ habere possumus, quod nos seruiemus ei bene & fideliter contra omnes gentes, quæ viuere & mori possunt, omnibus vicibus quibus requiremur vel præmonemur per antedictum dominum nostrum Regem Angliæ, vel hæredes suos. Et quod nos non sciemus damnum eorum, quin illud impediamus omnibus viribus nostris, & eos præmonemus. Et ad ista tenenda & seruanda obligamus nos, & hæredes nostros, & omnia bona nostra. Insuper & iuramus tactis sacrosanctis Euangelijs, & postea nos omnes, & quilibet nostrum, per se fecit homagium dicto domino nostro regi Angliæ in hæc verba. Ego vester homo ligius efficior de vita & membris, ac terreno honore, contra omnes homines qui possunt viuere & mori. Et idem dominus noster rex, recepit hoc homagium sub his verbis. Nos illud recipimus pro terris quibus estis seysiti, saluo iure nostro, aut alterius, & exceptis terris quas Iohannes de Balliolo quondam Rex Scotiæ nobis contulit, postquam nos ei regnum Scotiæ liberauimus, si forte aliquas terras dedit. Insuper nos omnes & singuli nostrum per se fecimus fidelitatem domino nostro regi prædicto in his verbis: Ero fidelis & legalis, fidemque & legalitatem seruabo Edvardo regi Angliæ & hæredibus suis, de vita & membris, & terreno honore, contra omnes qui possunt viuere & mori: & nunquam pro aliquo portabo arma, nec ero in consilio vel auxilio contra eum, vel hæredes suos, in aliquo casu qui possit contingere, sed fideliter recognoscam, & fideliter faciam seruitia, quæ pertinent ad tenementum, quod de eo tenere clamito, sic me Deus adiuuet & omnes sancti eius. In harum rerum testimonium factæ sunt istæ literæ patentes, & sigillis nostris signatæ. Dat. apud Bervvicum, Anno regni regis Angliæ Edvardi domini nostri vicesimo quinto. His itaque gestis ordinauit rex custodere Scotiæ, Iohannem de VVarëna Surrey & Southsexie comitem, thesaurarium Hugonem de Cressyngham, Iustitiarium Vilhelmum de Ormesby: cui mandauit rex, ut omnes tenentes de rege terras aliquas vocaret, & eorum homagia fidelitatesque reciperet. Iohannem verò Scotiæ quondam regem, misit Londonias ad turrim, assignata sibi decente familia, liberumque concessit exitum ad viginti miliaria circa urbem. Iohannem verò Comin

Litteræ Scotorum de fidelitate seruanda.

De iuramento Scotorum.

Rex Scotia misit tur Londonias.

de

*De parliamen-
to apud sanctū
Edmundum.*

*Constitutio Bonifa-
cie papæ p[ri]ncipes
et alios exactiones
et p[er]sonas h[ab]ere.*

*Celestinus o-
lin Papa mo-
ritur.*

Hispania.

*Comes Flan-
dræ confeder-
atur cum
Anglia.*

*Cardinalis ve-
nit ad regem.*

*Discordia Ox-
oniæ coorta.*

*Annalis cons-
clusio.*

*Natale cele-
brat. Londo-
niæ.*

de Badenhau, & alium de Lovvan, cæterosq; terræ illius magnates, transtulit in Angliam vltra Trentam, sub pœna capitis reditum in Scotiam interdicens, quousque vverra sua cum rege Franciæ finiretur. Post hæc rex Angliæ profectus in Angliam, apud sanctum Edmundum parliamentum tenuit in crastino animarum, in quo à ciuitatibus & burgis concessa est regi octaua, à populo verò reliquo duodecima pars bonorum. Clerus ob constitutionem Bonifacii Papæ hoc anno aditam, quæ prohibet sub pœna excommunicationis ne talliæ vel exactiones à clero per seculares principes quocunque modo exigantur, vel eis soluantur de rebus Ecclesiæ, regi pro vverra sua petenti subsidium denegauit. Rex autem vt de meliori responso deliberarent, negotium in aliud parliamentum tenendum Londonijs in crastino sancti Hillarij distulit. Hoc anno frater Petrus de Murrone quondam Papa Celestinus, per Bonifacium Papam captus & in arcta detentus custodia, soluto præsentis vitæ ergastulo ad cœlestia regna migravit. Eo tempore duo filij Blanchæ, vxoris quondam Ferrandi, hæredes regni Castellæ, videlicet Alfonso, & Ferrandus, audita morte patris sui Sanctij, Hispanias petiit, & confederato sibi Iacobo rege Arragoniæ, regnum Legionense acquirunt, quod Alfonso primogenitus patris sui Iohanni, qui in eius auxilium venerat, contulit, vt illud de se teneret in feodum. Guido comes Flandrensis multis à rege Francorum iniurijs lacessitus, confederans se regi Anglorum, homagio regis Francorum renunciauit per nuncios ad hoc missos. Vrbs Apamia hoc anno proprium recepit episcopum, à Tholosano episcopatu per Papam Bonifacium separata, sed cito post Lodouicus filius regis Siciliæ episcopus factus episcopatum tenuit reunitum. Circa istud tempus Cardinalis Albanensis reuersus in Angliam regem apud Bervvicum adiit, responsum requirens de treuga quæ concessa non fuerat propter confederationem cum rege Romanorum, à quo regi Angliæ responsum fuit, & per regem Cardinali, quod ipse in treugam noluit assentire. Reuersusq; est Cardinalis in Gallias, intentione sua in hac parte frustratus. Hoc anno suborta est discordia grandis Oxoniæ inter clericos & laicos, propter duos garciones diuersarum patriarum, qui pro leui causa ad pugnandum sunt accensi. Nam dum quidam ratione patriæ vnū iuuare laborarent, quidā alij nituntur manutene- & fauere, translata est pugna ad fautores partium diuersarum. In tantūmq; creuit seditio, vt tam clerici quàm laici euacuatis domibus ad pugnam accurrerent glomeratim. Dum autem clerici de suis hospitij egressi fuissent, cognoscētes vespiliones laici nullos vel saltem paucos remansisse domi apud hospitia clericorum, intrant habitacula, & bona diuersimoda asportant, damnum clericis irrecuperabile ingerentes. In hac pugna peremptus est dominus Fulco de Neyrmeth rector Ecclesiæ de Pychelestorn, & plures alij de vtraque secta. Audita huius facti quærela, dominus rex iussit iustitarijs villam adire, pacem reformare, homicidas iudicialiter condemnare. Qui venientes Oxonias, burghenses compulerunt soluere pro damnis factis clericis ducentas libras. Transit annus iste asper incolis frugum paritate: Scotis perniciosus pro nimia falsitate, ob quā causam eorum rex priuatur regia maiestate: Anglis sollicitus & damnosus pro expensarum nimia grauitate.

ANNO gratiæ millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, qui est annus regni regis Edvardi à conquestu primi vicesimus quintus, fuit idem rex ad natale Londonijs, vbi post festum Epiphaniæ Elizabeth filia regis Angliæ, conubio iungitur Iohanni filio comitis Holandiæ & hæredi. Quem pro hereditate patris nuper occisi, assequenda vnā cum vxore, conducente eos Humfredo de Boun, Herefordiæ & Estsexiæ comite, remisit rex Angliæ cum honore.

Parlia-

Parliamentum coactum est Londonijs post festum sancti Hillarij, in quo cle-
 ro in denegatione persistente subsidij, Rex ipsum à sua protectione exclusit. *Clerus exclusus*
 Pro qua tamen redimenda, multi per se, multi verò per mediatores, regi bono- *ditur à pro-*
 rum suorum dederunt postea quintam partem. Rex archiepiscopum rigidio- *testione re-*
 rem comperiens, terras eius omnes seysiuuit, & de bonis eiusdem debita in rotu- *gu.*
 lis Scaccarij inuenta præcepit cum celeritate leuari. Nam idem Archiepiscopus
 de consensu Cleri, procurauerat à Papa inhibitionem, nequis clericorum
 regem respiceret de bonis Ecclesiæ. Feria quinta ante Purificationem Comes *Angli pa-*
 Lincolnienlis & Iohannes de Sancto Iohanne de Baiona, versus Bellagarda, *rantur in*
 10 quæ obsessa à comite Attrabatenſi penuria victualium laborabat progredien- *Walsconiam*
 tes, ut eiusdem de victualibus prouideret, cum appropinquarent syluæ, quæ per
 tria miliaria loco præfato distabat, in duas se acies diuiserunt, quarum primâ
 ducebat Iohannes de Sancto Iohanne, secundæ verò præerat ipse comes. Io-
 hannes itaque de Sancto Iohanne suâq; acies transita sylua cum egrederetur
 in campi planitiem, obuiam habuit comitem Attrabatenſem, qui cum præsto-
 labatur cum magno exercitu, ubi statim commisso prælio, subtrahente se co-
 mite Lincolnienſi pauci vincuntur à pluribus, capti sunt ibi Iohannes de San-
 cto Iohanne, VVilhelmus de Mortuomari, VVilhelmus de Bermengham,
 cum alijs militibus octo, scutiferisque nonnullis. Quos omnes transmisit co-
 20 mes Attrabatenſis Parisius in pompam triumphi. Comes verò Lincolnienſis
 cū suis Baionam reuertitur. Hoc anno auxit rex tributum de lanis, accipiens *Augetur*
 de quolibet sacco quadraginta solidos, cum prius ultra marcam dimidiam non *tributum de*
 daretur. In festo Sancti Matthæi rex conuocatis quibusdam terræ maioribus *lana.*
 apud Sarum, rogauit eos ut eorum aliqui in VValsconiam transfretarent, qui-
 bus renuētibus, cepit inter regem & suos discordia popularis. Rex prouidē ci- *Citatio om-*
 tari fecit omnes qui sibi seruitium debebant, ceterosque omnes qui viginti *nium seruicij*
 libratas terræ & amplius tenebant, ut parati essent Londonijs in festo Sancti *virtu regis.*
 Petri ad Vincula, cum equis & armis, transfretaturi cum eo & regis stipen-
 dijs militaturi. Interim Cardinales qui à domino Papa missi fuerant, pro *Cardinales*
 30 pace reformanda inter reges, indicentes duorum annorum treugam inter *iniciunt*
 eos autoritate Papali, nihil proficere potuerunt. Iohannes per id tempo- *treugas.*
 ris cui Alfonsus regnum Legionense contulerat, ab hostibus capitur, pro cui-
 us redemptione Alfonsus reddidit iam in Hispaniam cōquisita. Iohannes ita *Ingratis*
 que liberatus à carcere, regnum Legionense reddidit aduersarijs, & tanquam *tudo.*
 spreto redemptore suo, hostibus se coniunxit. Alfonsus igitur omnium de-
 stitutus subsidio, fratrem suum Ferrandum pro auxilio peten- lo, primò in
 Franciam, deinde ad Romanam transmisit Curiam, sed ex neutra parte a-
 liquid reportauit. Per hoc tempus Cardinales de Columna, per Papam Bo- *Discordia*
 nisfacium depositi, ad urbem se conferunt Nepeſinam. Contra quos dam- *inter Papā*
 40 natos tanquam schismaticos & excommunicatos, Papa viros bellatores in *& Cardis*
 Italia cruce signauit. Eodem tempore, Philippus rex Francorum Flan- *nales.*
 driam in manu potenti ingressus, villam Insularum obsedit, suburbium de- *Flandrenses*
 struens, & totam deuastans per circuitum regionem. Comes verò Attrabaten- *affliguntur*
 sis de VValsconia reuersus, & ingressus Flādriam, commisso bello iuxta Furnas
 cepit, & citò post regi Francorum villa redditur Insularum. Eodem anno
 mēse Maio, coeperunt Scoti (instigante eos VVilhelmo VValeys, qui ut fer- *Wilhelmus*
 tur latro publicus fuerat) rebellare. Iusticiarius Scotiæ VVilhelmus de Or- *Waleys in-*
 mesby præceptum regis exequēs, multos qui regi Angliæ homagium & fide- *citat Scotos*
 tatem facere recusabāt, exilio condemnauit Qui præfatū VVilhelmū VValeys *ad rebellan-*
 sibi in principem eligentes, associato sibi VVilhelmo Duglas qui in reddendo *dum.*
 castrum

castrum Beruici se regi dederat, in magnam turmam creuerunt. Comite autem Surrey & thesaurario in Anglia consistentibus, VVilhelmū de Ormesby Iusticiarium, apud Scone opprimere cogitabant: Sed ille licet pramonitus suis omnibus pœnē reliētis ad spolia hostium eorum vix euasit insidias. VVilhelmus igitur VValeys, cum suis palām debacchando in Anglicos, quoscuq; inuenire potuit, trucidauit. De quibus viros religiosos ligatis ad dorsum manibus, coēgit saltare in fluuium, eorum submerlionem in ludibrium conuertendo. Rex commotione audita, pro veritate inquirenda misit episcopum Dunelmēsem, qui veritate comperta, rediens regē de omnibus informauit. Medio tempore, rex audiens afflictionē Flandrensiū, doluit vehemēter, habens maxime cordi, iter in Flandriam ad iuuandum amicum suū Comitem. Militiam totam vltā fluuium qui Trenta dicitur, assignauit comiti de VVarena, præcipiens vt Scotorum audaciam celerius reprimeret, & auctores mali debita iustitia castigaret. Scripsit etiam Iohanni Comyn de Badenau, & comiti de Bovyvan, vt memores fidelitatis suæ reuerterentur in Scotiam, & populi sui suscitatum iam tumultum sedarent. Qui iuxta mandatum acceptum, in Scotiam reuertentes, quæ pacis erāt segniter exequentur. Comes de VVarena in provincia Eboraci coadunans exercitum, nepotem suum Henricum de Percy, cum militia cōmunitatis Carleoli præmisit in Scotiam. Qui vsq; ad villam de Are profectus, Galvvidienses ad pacem regis admittere disponebat. Audito autem quod Scotorum exercitus erat iuxta Irvvine, quod inde ad quatuor miliaria distabat, illuc profectus, vidit vltā quendam lacum Scotorum exercitum confedentem, in quo capitanei erant episcopus Glascuensis, Andræas de Morima, Senescallus Scotiæ, & VVilhelmus VValeys. Miles autem quidam strenuus nomine Richardus de Liuidi, qui regi Angliæ nunquā homagium fecerat, reliētis Scotis factus transfuga, se statim Anglicis sociauit. Reliqui pacem petentes dediderunt se, saluis eis vita & membris, catallis & terris, ita vt omnia vsque in hanc diem essent simpliciter condonata. Quam pacem promissis obsidibus, & scripto confecto, admisit Henricus, sitamen hoc regi placeret. Qui super hoc consultus, ne accepto impediretur itinere, annuit postulat. Adueniente comite VVarenne, cum Scoti tergiuersando de die in diem transferrent obsides reddere, & VVilhelmus VValeys interim populum adunaret, arbitantes se Anglici proditos dum Scotos inuadere disponunt: Episcopus Glascuensis, & VVilhelmus Duglas, ne proditoris notam incurrerēt, se in sui excusationē protinus dediderūt, de quibus episcopus in castro de Roksburgia, VVilhelmus verò in castro Beruici custodiæ mancipantur. Parliamentum factum est hoc anno Londonijs in festo Sancti Petri ad Vincula, vbi in primis Rex recepit Archiepiscopum in gratiam suam, omnibus quæ eius erant restitutis eidem. Deinde præcepit magnatibus qui tunc aderant, vt fidelitatem filio suo facerent, ipsūmq; regni hæredem & suum futurum recognoscerent dominum. Rex verò de exactionibus in regno factis per necessitates werrarum diuersarum se erga populum excusauit. Comes verò Marescalli & Herefordensis se subtrahentes cum vocarentur vt sua officia transendo in Flandriam exercerent, se super hoc per nuncios excusabant. Denique rex ipse funere fratris sui anno præterito in VVasconia defuncti, apud VVestmonasterium sepultis honorificē vsque ad sanctum Albanum proficiscitur, vbi de discretorum consilio Radulphum de Moynhermer militem, quem filia sua Iohanna comitissa Glouerniæ, clām maritum accepit in grauem patris offensam, de castro Bristollæ fecit educi, & vxori suæ reddi, restituens eis omnes terras ad comitatum Glouerniæ spectantes, seruitium quinquaginta militum in

*Afflictio
Flandrensium.*

*Comes de
Warennia
proficiscitur in
Scotos.*

*Reddunt se
quidam
Scoti.*

De parlamento.

*Rex parat
ire in Flandriam.*

in Flandria imponens eisdem. Liberavit etiam de carcere comites de Ascales & Menteth, & Iohannem Comyn, cum quibusdam alijs militibus de Scotia qui in castro de Dunbar capti fuerant, ut secum in Flandria militarent. Collecto denique exercitu qualem habere potuit, Thoma de Berkeley Constabulario, & Galfrido de Monibilza Marscallo factis, versus mare in Flandriam profecturus iter suum dirigit, atque iuxta VVynchelseyam, ubi portum elegerat, confedit, milites virosque bellatores de diuersis partibus ad se confluentes per dies aliquot expectando. Dum rex moraretur ibidem, quadam die ad portum ire disposuit consideraturus nauigiū quod adunatū fuerat pro exercitu suo in Flandriam transuehendo. Villa autem de VVynchelseyā ubi portus erat, super montem sita est præruptæ altitudinis, ex eo latere quo vel mare respicit, vel imminet nauium stationi, unde via quæ apertæ villæ deducit ad portum, non in directum, ne nimia decliuitate descendentes in præcipitium vel ascendentes, repere potius manibus, quàm ambulare cogat, tenditur: sed obliquata in latus, nunc ad vnā partem, nunc ad aliam sinuosis flexibus sæpius recuratur. Cingitur nihilominus villa non muro lapideo, sed aggere terra factō, ac super latus hoc præruptum in modum nemorum ad humanæ staturæ altitudinem erecto, inter cuius propugnacula patet ad naues aspectus. Ingressus itaque Rex villam, cum iuxta hæc obequicaret aggeris propugnacula, contuendo classem in imo statutam, contigit ut molendino cuidam, quod vento agebatur (quorum in villa illa sunt plurima) appropinquaret. Equus verò regis strepitu velorum citatius circumactorū à vento territus, dū progredi refugit, & à rege ut progrediretur nunc flagelli (quod manu gestabat) ictibus, nunc subditis calcaribus vrgeretur, à latere aggeris propugnacula transiliuit, super quo tam equitum quàm peditum multitudo quæ vel regem sequebatur vel ipsum visura conuenerat, nemine aliud æstimare valente, nisi quod rex non comparens præcipitio in hoc saltu perisset, stabat admodum stupefacta. Sed diuina disponente virtute, equus à tanta altitudine in via quam descripsimus pedibus recipitur, in qua ex recenti pluuiā, a-

liqualiter resoluta in lutum, licet lubricando laberetur ad spacium duodecim pedum, non tamen cecidit, sed per habeam alteram à Rege paululū regiratus, directē ascendit ad portam, per quā rege ingressō incolumi, populus qui astabat, admiratione & gaudio multo repletur, super se solum diuinum in Regis salute miraculum contemplando. Rege moram adhuc faciente apud VVynchelseyā, venerunt ad eum nuncij ex parte comitum sui Regni petitiones in scriptis huiusmodi proponentes.

Hæc sunt nocumenta quæ Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & Priores, Comites & Barones, & tota terræ communitas monstrant domino nostro regi, & humiliter rogant eum, ut ea ad honorem suum & saluationem populi sui velit corrigere & emendare.

In primis videtur toti communitati terræ, quod præmonitio facta eis per breue Domini nostri Regis non erat satis sufficiens, quia non exprimebatur certus locus, quo debebant ire, quia secundum locum oportebat facere prouidentiam & pecuniam habere. Et siue deberent seruitium facere siue non: quia dictum est communiter, quod dominus noster vult transire in Flandriam, videtur toti communitati quod ibi non debent aliquod seruitiū facere, quia nec ipsi, nec prædecessores sui seu progenitores vnquā fecerunt seruitium in terra illa. Et quamuis ita esset quod deberent ibi seruitium facere, ut alibi, tamen non habent facultatem faciendi, quia nimis afflicti sunt per diuersa tallagia, auxilia, prisas, videlicet de frumentis, auenis, braseo,

D.

lanis,

*Miraculum
de regis salu-
tione.*

*Petitiones co-
munitatis regi,
ni directæ
regi.*

*Acusatio
communi-
tatis.*

lanis, corijs, bobus, vaccis, carnibus, falsis, sine solutione alicuius denarij, de quibus se debuerant sustentasse. Propter hoc dicunt, quod auxilium non possunt facere propter paupertatem in qua sunt, propter tallagia & prisas antedictas, quia vix habent unde se sustentent, & multi sunt qui nullam sustentationem habent, nec terras suas colere possunt. Propter hæc tota terræ communitas sentit se valde grauata, quia non tractantur secundum leges & consuetudines terræ, secundum quas tractari antecessores sui solebant habere, sed voluntariè excluduntur. Sentiant etiam se multi grauatos super hoc quod solebant tractari secundum articulos contentos in magna charta, cuius articuli omnes sunt omissi, in maius damnum populo vniuerso. Propter quod ro-
gant dominum nostrum regem, quod velit ista corrigere ad honorem suum, & populi sui saluationem. Propter hæc, communitas terræ sentit se nimis grauata de assisa forestæ, quæ non est custodita sicut consuevit, nec charta forestæ obseruatur, sed sunt attachiamenta pro libitu extra assisam, aliter quàm fieri consuevit. Præterea tota communitas sentit se grauata de vectigali lanarum, quod nimis est onerosum, videlicet de quolibet sacco quadraginta solidos, & de lana fracta, de quolibet sacco septem marcas: lana enim Angliæ ascendit ferè ad valorem medietatis totius terræ: & vectigal quod inde soluitur ascendit ad quintam partem valoris totius terræ. Quia verò communitas optat honorem & salutem domino nostro regi, sicut tenetur velle, non videtur eis quod sit ad bonum regis quod transeat in Flandriam, nisi plus esset assecuratus de Flandrensibus, pro se, & pro gente sua, & simul cum hoc propter terram Scotiæ, quæ rebellare incipit ipso existente in terra, & æstiment quod peius faciet cum certificati fuerint, quod rex mare transierit. Nec solum pro terra Scotiæ, sed etiam pro terris alijs quæ non sunt adhuc modo debito stabilitate.

De Regis responsione.

Has petitiones cum rex apud Odemer iuxta VVynchelseyam recepisset, respondit se talibus non posse sine suo consilio respondere, cuius pars aliqua iam transit in Flandriam, pars verò aliqua Londonijs est relicta. Rogauit autem per eisdem nuncios præfatos comites, quod si secum transire nollent, saltem regno suo in sua absentia non nocerent: sperabat enim (deo fauente) reuerti, & regnum suum debito modo obtinere.

Alta in Walsconia.

Rex transit in Flandriam.

Hac æstate comes Lincolnienfis, & qui cum eo erant in VValsconia, amouerunt obsidionem quæ posita fuerat circa villam Sanctæ Catharinæ, fugatis qui eam obsederant Tholosanis, in quorum terris incendia & deprædationes multas fecerunt. Duodecimo calendas Septembris rex Angliæ naues ingressus indissoluta classe sulcato mari, sexto die sequente applicuit in Flandria, receptus in quadam villa iuxta portum quæ vocatur Exclusa. Quo tempore, nautæ Portesmuthenses & Gernemuthenses, mutuo flagitate odio, euacuatis nauibus ab his rebus quæ erant militum, commiserunt ad inuicem grauem pugnam, sed succumbentibus Gernemuthensibus de nauibus eorum viginti quinq; incendio consumuntur.

Rex verò Angliæ ad Burgiam veniens, assensum villanorum in conditiones inter ipsum & comitem initas petiuit ex parte sua, & comitis medietatem expensarum, offerens ad muniendam cingendamque villam fossato. Quæ cum villani renuerunt, comperit eos à suo alienatos domino, & ad reddendam villam Gallicis inclinatos, reputansq; periculosum moram facere inter proditores, armato discedens exercitu versus villam Gandauensem dirigit iter suum, vbi dum moraretur rex, suborta est apud villam Samonem discordia inter Villanos & Anglicos, qui armati villani multis interfectis deprædati sunt in magnam displicentiam regis nostri. Rex Francorum audito aduentu

aduentu regis Anglorum vehementer consternatus, ad vnius dietæ spacium se subtraxit. Interim Papa Bonifacius scripsit Principibus Alemanniæ, vt regem Romanorum Adolphum, cuius occursum in Flandria rex Anglorum sperauerat, vt simul cum comite Flandriæ oppressores inuasoresque suos Gallicos propulsaret, commoto bello inquietarent, & ab inuasionem Gallicorum, modis omnibus, impedirent. Per idem tempus Comites Herefordiæ & Mar-
Seditio creuit in Anglia.
 rescalli cum suis complicibus Thesaurario & Baronibus de Scaccario inhi-
 buerunt, ne leuari facerent octauum denarium à populo qui regi concessus fuerat apud Sanctum Edmundum. Induxerunt etiam Ciues Londonia-
 10 rum, vt pro recuperandis suis libertatibus secum starent. Hoc anno beatus Lodovvici Francorum Rex à Papa Bonifacio Sanctorum Cathalo-
 go est ascriptus. Eo tempore ciuitate Nepesina expugnata per milites Papæ Bonifacij, Cardinales de Columna se receperunt in oppidum de Co-
 lumina.

Hoc anno insuper Papa Bonifacius constitutiones prædecessorum suorum
 quasdam extrauagâtes adiectis quibusdam nouis in vnū volumen fecit redigi,
 & tertio die Maij in Consistorio lectum & approbatum, constituit sextum
 Decretalium appellari. Eodem tempore idem Papa fratri V Vilhelmo de Ho-
 20 thum priori prouinciali fratrum Prædicatorum Angliæ, Archiepiscopatum
 contulit Dublinensem, indulgens eidem, vt à quocunque Episcopo Catholico
 & vbiunque decreuerit, valeat consecrari. Qui cum rege profectus in Flan-
 driam ibidem à domino Dunelmensi munus consecrationis accepit. Per cuius
 mediationem ex parte Anglicorum, & ducis Brytanniæ ex parte Gallicorum
 inter reges acceptæ sunt induciæ, & vltra datos terminos sæpius prorogata. In-
 30 terim verò diuersi hinc inde habiti sunt de pace inter reges tractatus reforman-
 da, quorum apud omnes finis sperabatur optatus, si de mutuo assensu reges
 fuissent, adinuicem collocuti. Itaque rege Angliæ in Flandria commoran-
 te, locum eius in Anglia tenuit filius suus Edvvardus. Cui quia minoris æta-
 tis erat, pater rectores consiliariosque deputauerat, Richardum Episcopum
 Londoniensem, & V Vilhelmum comitem V Varvicenssem, necnon & mi-
 30 lites, Reginaldum de Gray, Iohannem Giffardi, Alanum Plokenet, viros e-
 meritæ militiæ prouidos & discretos.

Exeunte mense Augusto, cum Comes V Varenna promissionem factam à
 Scotis de obsidibus decidere videret in nihilum, V Vilhelmum V Valeys
 commouentem populum & magnates, sub dissimulatione ista permitten-
 tes, de Bervvico progreditur vsque ad Strinelyn exercitu adunato, vbi vene-
 runt ad eundem Comitem V Varenna, Senescallus Scotiæ, & Comes de
 Levvenes, rogantes, vt quiesceret, dum ipsi populum Scotorum ad pacem
 regis reducere attemptarent. Concessit Comes quæ pecierant, sed ipsi cum
 40 nil proficerent redierunt, quarto idus Septembris, promittentes se cum quadra-
 ginta equis in crastino ad Comitis adiutorium redituros. Quo die missi
 sunt nuncij ad V Vilhelmum V Valeys & Scotos qui cum eo erant, inuitan-
 tes eos ad pacem Regis, & pro retroactis impunitatem spondentes. Qui
 responderunt se ad pugnam non ad pacem venisse. Erat iuxta Strinelyn
 pons arctus, qui ducebat vltra aquam profundissimam, quem Angli cer-
 tatim transire nitebantur, sed dissuasit hoc Richardus de Lundy, asserens,
 quod non possent simul in multitudine aliqua progredi, sed tantum bi-
 ni vel terni, ad plus, & si tali modo transiret exercitus, dicebat grande
 periculum imminere his qui primo transierunt, cum Scoti possent sem-
 per paucos pariter transeuntes, ad vota perimere. Comes tamen V Va-
 renna

*Bellum de
Strinelyn.*

renna suadentibus alijs minus sapientibus, elegit vt per pontem transirent. Et ecce antequam pertransisset medietas exercitus, superuenit multitudo Scotorum, & cum his qui iam transierant conghessa, penè omnes qui transierant trucidauit. Inter paucos qui euaserunt, fuit Marmeducus de Tyveuge qui in magna virtute obtinuit pontem, vt saluus rediret. Comes VVarennæ custos Scotiæ vsq; Beruicum fugiens, commisit custodiam castri de Strinelyn Marmeduco. Senescallus verò Scotiæ & comes de Leuvenes, videntes Anglicos corruisse, transfugerunt ad Scotos. Cecidit autem in hoc prælio Hugo de Cresyngam thesaurarius Scotiæ, quem Scoti ob odium speciale excoriantes, pellem eius in particulas diuiserunt. Comes VVarennæ custos Scotiæ de Beruico fugit in Angliam ad filium regis Edvardum, fugeruntq; post eum & ceteri Angli qui in Beruico erant, villam Scotis vacuam relinquentes. Custodes tamen castri illud tenentes viriliter defenderunt.

*Forma concors
diæ inter co-
mites Angliæ
& regem.*

Dum hæc agerentur à Scotis, suatum est filio regis à consilio suo, vt comites Herefordiæ & Marescalli vocaret, & si quomodo posset ad pacem alliceret. Qui cum vocati venirent, in formam pacis subscriptam, voluerunt, & nullam aliam consentire. Primò quod dominus Rex chartam magnam cum cæteris articulis adiectis, & chartam de foresta annuat & confirmet, & quod nullum auxilium vel vexationem exigat à clero vel populo, absque consilio & assensu, & quod omnem offensam comitibus, & eorum confederatis dimittat. 20 Articuli adiecti ad magnam chartam sunt isti. Nullum tallagium vel auxilium per nos vel hæredes nostros, de cætero in regno nostro imponatur seu leuetur, sine voluntate & assensu communi Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, & aliorum Prælatorum, Comitum, Baronum, Militum, Butgensium, & aliorum liberorum hominum. Nullus minister noster vel hæredum nostrorum in regno nostro capiat blada, lanas, coria, aut aliqua alia bona cuiuscunq; sine voluntate & assensu illius cuius fuerint. Nihil capiatur de cætero nomine vestigialis de sacco lanæ. Volumus etiam & concedimus pro nobis & hæredibus nostris, quod omnes Clerici & Laici de regno nostro, habeant omnes leges, libertates, & omnes consuetudines, ita liberè & integrè, sicut eas aliquo tem- 30 pore consueuerunt melius pleniusq; habere. Et si contra illas vel quemcunq; articulum in præsentis charta contentum statuta fuerint ædita per nos vel antecessores nostros, vel consuetudines introductæ, volumus & concedimus, quod huiusmodi statuta vacua sint, & nulla imperpetuum. Remisimus etiam Humfredo de Boun Comiti Herefordiæ & Essexiæ, Constabulario Angliæ, Rogero Bigor comiti Northfolchiæ Marescallo Angliæ, & alijs comitibus, Baronibus, militibus, armigeris, Iohanni de Ferrarijs ac omnibus alijs de eorum societate, confederatione & concordia existentibus, necnon omnibus viginti libratas terrarum tenentibus in regno nostro, siue de nobis, siue de alio quocunque in capite, qui ad transfretandum nobiscum in Flandriam certo 40 die notato vocati fuerunt, & non venerunt, rancorè nostrum & malam voluntatem quam ex causis prædictis erga eos habuimus, & transgressionem si quas nobis vel nostris fecerint, vsq; ad præsentis chartæ cōfectionem. Et ad maiorem securitatem huius rei, volumus & cōcedimus pro nobis & hæredibus nostris, quod omnes Archiepiscopi & Episcopi Angliæ in perpetuum in suis Cathedralibus Ecclesijs, habita præsentis charta & lecta, excommunicent publicè, & in singulis Parochialibus Ecclesijs suarum Diocesum excommunicari faciant, seu excommunicatos denunciare bis in anno omnes qui contra tenorem præsentis chartæ, vim & effectum in quocunque articulo scienter fecerunt, aut fieri procurauerunt quouis modo.

Missis igitur in Flandriam nuncijs ad ipsum regem, confirmationem omnium istorum, sub sigillo suo (tanquam ab eo qui in arcto positus erat, cedendum malitiæ temporis censuit) obtinuerunt. Pro confirmatione & harum rerum omnium dedit populus Anglicanus Regi denarium nonum bonorum suorum. Clerus verò Cantuariensis decimum, & Clerus Eboracensis quintum, quia propior damno fuit. Mandauit autem rex Angliæ eo tempore comitibus & magnatibus terræ suæ, ut assisterent comiti de VVarenna custodi Scotiæ, ad comprimendum rebelliones Scotorum, præfigens eis terminum octauas sancti Hillarij, in quo parati forent Eboraci contra hostes ulterius progressuri: ad quem diem & locum mandauit maioribus Scotiæ ut venirent, alioquin hostes publici haberentur. Ante natale domini Robertus Clifford miles illustris, cum centum armatis qui erant in præsidio ciuitatis Carleoli Scotiam ingressus, cædes & incendia exercuit, & abducta præda magna Carleolum est reuersus. Transiit annus iste pro penuria frugum illaudabilis: Clero Angliæ importabilis, quia de protectione regia est exclusus, & per regem nihilominus deprædatus: Anglis in VVasconia siue Scotia infortunatus, quia in vtraque regione populus Angliæ est prostratus: Regibus Angliæ & Franciæ sollicitus & laboriosus: Flandrensibus satis latus, sed infidelibus inquietus.

Subsidium regi concessum.

Annalis conclusio.

Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, qui est annus regni regis Edvardi à conquestu primi vicessimus sextus, fuit idem rex ad natale in Flandria apud Gandauum, ad quem venerunt in festo Sanctorum Innocentium, Magister ordinis prædicatorum, & minister generalis fratrum Minorum sub eadem forma, qua ante regem Franciæ, ex parte domini Papæ rogauerunt supplicantes, quatenus nuncios solemnes ad Curiam Romanam concessa eis plena potestate tractandi, ordinandi & perficiendi omnia quæ pacis reformationem tangerent, destinarent, & ipse apostolicus non tanquam iudex, sed ut bonus pacis mediator in nullius præiudicium, satageret ad pacem & tranquillitatem regnorum, regum amicitiam in statum pristinum reformare. Et quia hoc absque treugis fieri non posse iudicauit dominus Papa, idè per hos nuncios biennales inducias, quas per Cardinales implorauerat, indixit de nouo, sub pœna excommunicationis & interdicti terrarum suarum.

Papa mittit legatos ad regem Angliæ. Natale celebratum Gandauum.

Rex pœnit inducias biennales.

Rex Angliæ perpendens se in Flandria periculose commorantem illucque per informationem comitis Flandriæ minus prudenter attractum, regnumque proprium intestina seditione turbatum, fiduciamque suam de rege Romanorum per papam sibi minus beneuolum regnum Teutoniæ turbatam frustratam, cōsensit in treugas indictas. Conuenitque inter eos ut captiui interim taxata eorū redemptione liberarentur, hinc inde ea conditione, ut si pax non fieret, redirent ad suas custodias, vel redemptionem soluerent iam taxatam. Transmittunt igitur reges vtrique solemnes nuncios cum plena potestate ad curiam Romanam, ut per mediationem Apostolici, non tanquam iudicis, sed amicabilis compositionis discussis negotijs pax inter reges & concordia reformetur. Post hæc apud Gandauum suscitata est seditio per filios comitis Flandriæ, & villanos contra Anglicos quorum villa per VVallenses incensa fuisset, nisi rex accurrente ad eum comite impetum impeditset. Eo tempore, Comes VVarennae custos Scotiæ, ac comites alij, iuxta mandatum regium Eboracum conuenientes in octauis Sancti Hillarij, publicata confirmatione chartarum articulorum adiectorum, versus Scotiam processerunt. Maiores Scotorum Eboracum non venientes secundum vocationem Regiam, se intra terræ suæ terminos tenuerunt. VVilhelmus VValleys castrum de Rokesburgia iam multis

Seditio in Flandria.

Expeditio in Scotiam.

Perfidia Scotorum.

Parliamentum Eboracense. Rex proficiscitur in Scotiam.

Episcopus missum agit.

Rex ab equo deiecitus, duas costas confregit.

diebus obsederat. Sed audito aduentu Anglicorum, in multitudine magna diffugit. Comites vero regni Angliæ peruenientes Rokesburgiam, munito ca-
stro ac consolatis obsessis, digressi sunt vsque Kelson, & inde reuersi sunt vsq;
Bervvicum, quam iam Scotis vacuam inuenerunt. Dúmque ibi morarentur,
mandauit eis rex de treugis acceptis inter ipsum & regem Fræciæ, & reditu suo
celeri, iubens ne ante aduentum suum excepta occupatione Bervvici, aliquid
quo paterent discrimini attemptarent. Comites igitur remissa maiori parte
exercitus, & retentis qui ad defensionem villæ possent sufficere, aduentum re-
gium expectabant contra principium quadragesimæ tunc instantis. Interea
Robertus de Clifford cum his qui erant in presidio Carleoli, ingressus Scotiam
villam combussit Anandix, & redijt cum præda magna. Cùm rex Angliæ ad
propria reuersurus, venisset ad villam quæ Ardeburgia dicitur, Scoti ferè om-
nes quos secum in Flandriam duxerat, in expeditionem ab ipso rege disceden-
tes Parisius abiecerunt. Rex Edvvardus in Angliam veniens, ad Regem Franco-
rum misit pro liberatione captiuorum iuxta formam cõdictam. Rex verò Fran-
corum exegit à nuncijs liberationem Iohānis quondā regis Scotiæ, qui de suis
fuisse asseruit alligatis. Super quo rex Angliæ requisitus, cū recularet cum red-
dere, dicens, cõuentionem tantum de illis captiuis factam, qui in vverra VVal-
conix capti fuerāt, hinc inde dilata est in annū sequentem liberatio captiuorum.
Interim rex Angliæ Scotorum rebellionem disponens reprimere, & eos ad de-
bitam cõtere subiectionem, parliamentum tenuit Eboraci, vocatisq; Scotorū
maioribus, cū non venirent, suis indixit, vt cum equis & armis parati essent
Rokesburgiæ in festo Sancti Iohannis Baptiste, Rex interim visitato sancto
Iohanne de Beuerlaco, rediēs Rokesburgiam, inuenit ad præfixum terminum
exercitum congregatum. Sub eisdem diebus Comites Herefordiæ & Marescal-
li, quia confirmatio chartarum fuit facta in terra aliena, petierunt ad maiorem
securitatem eas iterum confirmari: sponderunt autē pro rege episcopus Du-
nelmensis, ac comites Iohannes Surrey, V Vilhelmus VVarvici, Radulphus
Glouerniæ, quod obtenta victoriæ rex eas post suum redditum confirmaret.
Proficiscitur deinde rex cum exercitu ad villam quandam de Temple Histon,
remisitq; iade episcopū Dunelmensem, ad capiendum castrum de Driltone,
cum duobus alijs castris, quorum custodes præter alia mala inuaserat extrema
castrorum confinia. Quorū primū incepit episcopus, custodibus liberis dimis-
sis, reliqua duo capta sunt per novos milites ibi creatos, & incensa. Dum rex apud
Temple Histon moraretur cum exercitu iuxta flumen, expectando adue-
tū nauium quæ apud Bervvicum onerate victualibus fuerant, conigit vt
ipsis aduerso vento impeditis per mensem, exercitus affligi inciperet inedia,
atque fame, quo cognito, Scoti maximum coadunant exercitum, sperantes
Anglicos iam fame deficientes opprimere sine mora. Et ecce triduo antequam
venirent Scoti, naues applicant cum victualibus: quibus distributis, reficiuntur
singuli iuxta vota. Rex deinde audito quod aduenirent Scoti, obuiam pro-
greditur, & nocte superueniente in quadam campi planitie cum exercitu ar-
mato reedit. In aurora verò terribilis quidam clamor insonuit, quo excitati
omnes, Scotosq; in vicino æstimantes, celerius se parant ad pugnam. Dex-
trarius verò regis tumultuoso æctus clamore, regem iam ascendentem recal-
citrando deiecit, laterique eius calces posteriores alidens, duas ei costas con-
fregit. Qui nihilominus ascendens eum, alium progredientem ad prælium
comitari exercitum non omisit. Itaque iuxta locum qui Fovkyrke dicitur,
in die beatæ Mariæ Magdalene, V Vilhelmus V Valeys construxit septem in-
ter Scotorum exercitum & Anglorum, longos palos in terram figens, &
cum

cum funibus neſtens & chordis, vt ingreſſum Anglicorum ad ſuos impediret. Deinde pedreſtrem Scotorum populum in prima acie collocauit, dicens eis pa-

Rex verò videns diſpoſitionem Scotorum, iuſſit VVallenſibus vt eos aggrederentur. Sed ipſi propter inueteratum odium quod gerebant ad regē, negotium diſtulerunt, credentes quòd Scoti, qui multò plures fuerunt quàm Anglici, victoriam reportaſſent, & per conſequens ipſi votorum ſuorum eſſeſt compotes, in Anglicos cum Scotis comiter irruiſſent, & mala irrogata iadudum genti ſuæ viriliter derogatſent. Cumquē eos cunctantes quidam milles cerneret, ſatyricè dixit regi:

Rex Edwarde, ſidem ſi des Wallenſibus erras, Vt dederas prædam, ſed corum diſſipe terras.

Rex verò dato ſigno prælij prima cohòrti, irruit in Scotos audaciter, ſepemquē dirumpit. Congrediuntur igitur ambo exercitus, ſed fugientibus ſtatim Scotorum equitibus, Anglici inſequuntur cædentes & ſtragem magnam ingerentes, vt eorum qui ceciderant de Scotis in hoc prælio numerus æſtimeretur ſexaginta millia exceſſiſſe. In principio autem prælij, præceptor militiæ templi in Angliā & focus eius qui erat præceptor Scociæ, Scotorum agmini ſe immiſcentes, ante alios oppreſſi, oppreſſorum multitudine ſunt perempti. VVilhelmus

VValleys & maiores Scotiæ ab hoc prælio ad nemora confugerunt. Poſt hæc, vaſtata eſt villa Sancti Andree nemine reſiſtente. Exinde per foreſtam de Fellkirke venerunt Anglici, ad caſtrum de Are (quod Robertus de Brus fugiens incedit vacuum quæ reliquit) traſcētes per villam Anandiam ceperunt caſtrum de Lovvianaban. Cum autem veniſſet rex Carleolum, Comites Herefordiæ & Mareſcalli, licentia accepta ad propriam redierunt. Rex verò primò Dunelmiam, deinde Tynemutham, & inde vſque Codingham iuxta Beuerlacum progreſſus, ibidem vt feſtum Natale domini perageret expectauit. Hoc anno Albertus Dux Aultriæ contra Adulphum regem Romanorum dimicans, ipſum interfecit in campo, & citò poſt in regem Romanorum loco Adulphi electus, ſoleniſſimè coronatur. Petrus & Iacobus de Columna, quondam Cardinales,

deſtructo caſtro de Columna per papales fugiunt Preneste, vbi ab exercitu Papæ obſeſſi, tandem ſe humiliant, & diebus Octobris ad Papam venientes, veniam poſtulant de comiſſis. Hoc etiam anno in craſtino Sancti Bartholomei beatus Lodovicus quondam rex Francorum de loco ſepulchri in caſam præcioſam ad hoc præſentem traſfertur. Tranſit annus iſte frugibus nec abſtinentis, nec omnino inops fruſtuum: Alemanni propter bella grauis: Scotis exitialis, ſed paciſticus Anglis & Francis.

Anno gratiæ milleſimo tricenteſimo, qui eſt annus regni regis Edwardi à conqueſtu primi viceliſmū ſeptimus, fuiſſe idem rex ad Natale ad Codingham iuxta Beuerlacum. Poſt quod, veſtus partes regni australes iuxta ſuum direxit. Eodem tempore Papa Bonifacius ſubmiſſionibus regum receptis, pacem

& concordiam inter reges ordinauit, ita vt rex Angliæ ſcotentem, & filius eius ſiliant regis Frañt omni maliceſcent, et iuxta pro vtriſque donibus diſſimilis, & quòd ducatus Aquitaniæ in manu domini Papæ tradereſt, quousque diſciſſibit. vſque regis iuſticia iuſt baſilimino reſtiteretur, & quòd rex Angliæ nauēs Curieſtites cum mercibus de illis quæ rapta inſerant reſtitueretur. Sed ſuper hiſ dōbus articulis inter cedē magna dilatio, neque Francoſ in partem quam in VVafcomia occupauerat tradere renuentes. Hoc anno filij Caroli regis Siciliæ, Philippus & Robertus ingreſſi Siciliam, dum Siculos ſatagunt expugnare. Philippus eum gentem ſuam à Siculis capitur. Eodem anno rex Tartarorum ab urbe

ab emulſioneſt, malſains viliſt

Bellum de Fellkirke.

millenſibus

millenſibus

millenſibus

Versus Satyrici in Wallas.

Scotorum strages.

Scotorum strages.

Scotorum strages.

Scotorum strages.

Scotorum strages.

Scotorum strages.

Scotorum strages.

Rex Romano-

rum occiditur

Curiales re-

conſiliuntur

Papæ.

Annalis con-

cluſio.

De pace inter

reges.

Ierosolomitana expulit Saracenos. Frater huius regis Tartarorum ex filia regis Armeniæ genuit filium hispidum & pilosum, quem cum pater cremari iuberet, mater sibi dari infantem petijt, quæ fecit illico à presbiteris baptizari. Quo baptizato, cecidit statim tota villositas, & puer apparuit lenis & pulcher. Quod miraculum cum pater vidisset, credidit ipse & domus eius tota. Eodem tempore Carolus comes Valesij missus in Flandriam contra comitem, receptus est pacifice apud Burges. Sub eisdem diebus Petrus & Iacobus de Columna timentes sibi, iterum fugiunt, & toto tempore Bonifacii in loco latet ignoto. In principio Quadragesimæ rex Angliæ parliamentum tenuit Londonijs, vbi rogatus à Comitibus sæpè dictis, vt chartarum confirmationem renouaret, secundum quod in Scotia promiserat, post aliquas dilationes instantiæ eorum adqueuit, hac additione, saluo iure coronæ nostræ, in fine adiecta. Quam cum audissent Comites, cum dispendentia ad propria discesserunt. Sed reuocatis ipsis ad quindenam Paschæ, ad votum eorum absolute omnia sunt concessa. Perambulatio autem forestæ commissa est per Angliam tribus Episcopis, totidem Comitibus Baronibusque in eodem numero, vt ipsi deum habentes præ oculis executionem facerent, & si quæ emergerent dubia, illa secundum deum & iusticiam declararent. In translatione Beati Thomæ Martyris venerunt nuntij Papæ ad regem Cantuariam, rogantes, vt Iohannem quondam regem Scotiæ suæ liberaret custodiæ, spondentes quod regem & regnum ab omni quod per hanc liberationem posset contingere periculo præseruarent. Quorum petitioni rex condescendens, respondit se ipsum Iohannem tanquam seductorem falsum & perjurum ad Papam missurum. Ad quem nuntij responderunt: & nos eum pro tali suscipimus summo Pontifici præsentandum, Cumque dictus Iohannes cum præfatis nuntijs venisset Doueriam, & cistæ suæ in nauem inferretur, quidam regales qui eos ad mare deduxerunt, dixerunt quod voluerunt videre quæ continebantur in clutellis dicti Iohannis. Quibus apertis, inuenta est vna corona regia regni Scotorum aurea, & multa vasa aurea & argentea, & pecuniæ non parua summa, quæ vniuersa regi Angliæ sunt allata. Rex illico coronam auream offerri iussit beato Thomæ martyri, & sigillum commune Scotiæ, quod repperit ibidem inter cætera, iussit sibi met referuari, pecuniâ verò totam remisit dicto Iohanni, ad expensas itineris inchoati. Nuntij verò plurimū cōmendantes regis sapientiam & regalem munificentiam, transtulerunt eundem Iohannem in terram Ballioli, quam habuit in regno Franciæ, & ibidem reliquerunt eum sub certorum custodia prælatorum. Post hæc & alij captiui à regibus detenti, hinc inde secundum conditiones in treugarum concessione positas, liberantur. Rex Angliæ sperans se per matrimonium inter ipsum & sororem regis Franciæ contrahendū, pace diuturna gratulari, ac si foret, iam omnia iura sua ultra marinam cum noua nupta sorore regis Francorum dimidia consecuturus, interno gaudio æstuabat, discessitque in Cantiam cum optimatibus suis, aduentum ibidem Dominiæ præstolaturus. In nullo tamen, vt probauit expostrei exitus, per hoc matrimonium promouit regnum suum. Post paucos dies redierunt Legati regis Angliæ, adducentes sororem regis Franciæ, nomine Margaretam, quam conduxit dux Burgundiæ cum non modica multitudine Gallicorum. Comes quoque Brytanniæ, cum proceribus sibi subditis, ad has nuptias properauit. Cunctique sæpè Principes nominati, qui citra Hispaniam morabantur, tantæ desponsationi interesse gaudebant, quia nimirum regis Edvv. magnificentia per orbem totū dilatata, cūctos attraxerat in venerationem personæ regis & amoris. Igitur die. 4. post natiuitatē Virginis gloriolæ, agente Cantuariensi Pontifice, in Ecclesia metropolitana Angliæ inter regem & Margaretam prædictam solemnitas

solemnitas matrimonij celebratur. Quæ fuerit ibidem, non solum regni nobilitas, sed diuersarum regionum virorum cōgregata sublimitas, quis conuiuij apparatus, quæ profusio expensarum, scribere supersedeo, ne pannagericon videar conscripsisse. Durauit istud tripudium per dies quatuor, post quos extranei accepta repatriandi licentia sunt dimissi, maximis & varijs muneribus honorati. In festo Sancti Martini parlamento habito apud Eboracum, Rex *Parliamentū* Bervvicum progreditur, intendens vltius procedendo amouere obsidio- *Eboracense.* nem Scotorum, qui castrum de Striuelyn obsidebant, & vehementer arcebant obseffos. Sed causantibus proceribus loca palustria propter brumalem intemperiem esse immedibilia, rex præmonitis cautè obseffis, vt saluis sibi vita & membris castrum redderent, vltius non processit. Deinde rex direxit e- *Epistola regis* pistolā Archiepiscopo Cantuariensi in hæc verba: Quia magnificauit domi- *ad Archiepiscopū Cantuariensem vt pro se preces sumerentur.* nus misericordiam suam facere nobiscum, dignum est, O pater, vt innumeris beneficijs suis dignis respondeamus operibus. Neque enim in gladio nostro possidemus terram, & brachium nostrum non saluauit nos, sed dextera eius & brachium sanctum eius, quin complacuit illi in nobis, vt huc vsque conseruauit nos, & inimicos nostros compescuit. Iustum proinde est, vt qui omnia subiecit sub pedibus nostris, subiiciamus illi & nos animas nostras, & vt hi quos nobis subdidit, eius subdātur legibus. Non enim segniter elaborare debemus punire sacrilegos, rebelles comprimere, eripere pauperem de manu fortiorum eius: Sed & meæ solitudinis est, pacem firmam in regno nostro consolidare, & inimicos nostros expugnare. Quapropter orate pro me & regno nostro, populo quoque nostro, vt iter atque actus nostros dirigat altissimus, vt sit ad laudem nominis sui & regni nostri promotionem. Diulgata hæc epistola per Ecclesias, omnis populus sponte, & cum gaudio pro rege fecit orationes. Eodem tempore, iussit rex apportari in turrim Londoniæ omnes manicas ferreas & catenas quæ inueniri poterant in omni loco Angliæ, ad inestimabilem multitudinem, sed causa penitus nesciebatur. Transit annus iste nec plenè frugifer, nec penuriosus, sicut bellicosus: Saracenis formidolosus: *Omnes manicae & catenae in arcem Londinā congeruntur.* Tartaris martius: Scotis perfidia notabilis: Anglis & Francis sub quiete decursus. *Annalis conclusio.*

ANNO gratiæ millesimo tricentesimo primo, qui est annus regni regis Ed- *Natale celebratum Bervvici.* vvardi à conquestu primi vicesimus octauus, fuit idem rex ad natale apud Bervvicum, Regina verò apud VVyndeleshores. Infrà præsentis natalis solemnities prohibita est moneta alienigenarum surreptitia & illegitima, quam *Moneta adulterata, Pollardos & Cocodones, vocata.* Pollardos & Cocodones, atq; Rosarios appellabant, qui paulatim & latenter loco irreperant sterlingorum. Hanc monetam primò rex Edvvardus iusserat valere obolum, deinde omnino exterminauit. Gallici nempe hanc monetam fabricauerunt, quæ non erat argentea, sed superficialiter deargentata, & currebat in locis plurimis loco sterlingorum, multique decepti fuerant per eandem. *Obijt Edmundus comes Cornubiæ.* Post festū natalis Domini, rex reuersus est in Angliam, de partibus Northūbranis. Hoc anno obiit sine prole Edmundus comes Cornubiæ, filius Richardi quondā comitis Cornubiæ & regis Alemāniæ. Qua de causa redijt comitatus il- *Iubilæus institutus.* lead coronam. Corpus eiusdem comitis apud Alsherngger, locum quem fundauerat, est humatum. Isto anno Papa Bonifacius octauus indultum faciens omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui per anni præsentis spacium, ac per quemlibet annum centesimum futurum, Romam, ac beatorum Apostolorum Petri & Pauli basilicas voto peregrinationis humiliter accefferint, & deuotè, cunctorum suorum concessit indulgentiam peccatorum. *Parliamentū Londoniense.* Parliamentum Londonijs conuocatur in quadragesima, in quo rex confirmationes chartarū renoua-

*Natus est regi
filius dictus
Thomas.*

*Acta in Sco-
tia.*

*Scoti corrumpunt
Papam.
Romæ omnia
vitalia.*

*Regis respon-
sus.*

*Papa inhibet
regem à perdo-
mandis Scotis.*

renouauit & statuta quadam adidit de finibus & liberationibus carcerum, quæ sunt vitia valde regno. Eodem anno apud Brothorton natus est regi filius ex Margareta regina, quæ cum parturiret afflicta doloribus beatû Thomam Cantuariensem archiepiscopum atque martyrem pro alleviatione tantæ pœnæ suppliciter inuocauit. Moxquæ morti proxima pro partus difficultate videbatur sibi quod vires relumpsit, & peperit filium, qui in honorem beati Thomæ Thomas est appellatus: qui mox ut cepit manillas sugere mulieris Fræcigenæ, horrente stomacho, lac euomit, donec adducta est mulier Anglica, de qua delectabiliter itaquam qui naturaliter discerneret lac alienigenæ tibi fore minime naturale. Hoc anno rex Angliæ profectus est in Scotiam cum exercitu copioso & cepit castrum de Louthaban. Deinde ingressus est Galvvideam, vbi maiores Scottorum petierunt à rege ut permitteret Iohannem de Balliolo pacificè regnare super eos, & ut teneret magnates Scotiæ redimere terras suas datas diuersis personis Angliæ de illis quibus datæ sunt per regem, asserentes quod alioquin se defenderent quamdiu possent. Sed rex in nullo illorum petitionibus condescendit. In crastino verò rex profectus est vsque Svinam, vbi moram traxit per octo dies, ad quem locum conueniunt Scoti innumerabiles cum suis ducibus, ut regem & eius exercitum infestarent. Rex autem cum filio suo suisque proceribus Scotis obuiam est profectus, qui mox meticulosi & timidi velut lepores ad colles & nemora confugerunt. Fuisseque dies iste Scotis exitialis, si Anglicis Valliæ non defuissent, quibus innatum est ut incolumes loca paludosa pertranscant, & colles agileret occupent & ascendant. Nempe Anglici tunc eorum carentes auxilio, cum ipsi nimis poderose fuissent armati, Scottos insequi non valebant. Per idem tempus Scoti cognoscentes Romæ omnia vitalia, dominum Papam vberimè ditauerunt, petentes ab eo consilium, pariter ac auxilium contra dominum suum regem Angliæ. Quibus Papa promisit in breui remedium contemplatione donariorum, iubens ut celeriter sine tumultu repatriarent. Igitur Papa promissionis suæ non immemor, illico direxit quendam Lombardum ad Archiepiscopum Cantuariæ, iubens ut suæ legationis vices ageret in hac parte, & regem adiret cum literis imbullatis, eique mandata papalia demonstraret. Archiepiscopus verò post trium hebdomadarum spatium peruenit ad regem cum prædicto Lombardo, quem inuenit contra Scottos dimicantem. Ostendit ei igitur papale mandatum, cuius tenor fuit, ut Rex desisteret Scottos inquietare de cætero, quorum regio & personæ exemptæ specialiter suæ capellæ ut asseruit pertinebant. Neque prout dicebat, esse poterat, quin ciuitas Ierusalem suos ciues protegeret, & confidentes in Domino sicut mons Sion confoueret. Rex autem intellectis hijs apicibus, mox allata voce respondit: Per sanguinem (inquit) Dei propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam dum spiritus fuerit in naribus meis, quin ius meum toti mûdo cognitum toto posse defendam. Post aliquot dies Scoti frecci papali fauore, superciliosè mandauerunt regi Angliæ, ut permitteret eos tràquillè viuere, donec patres suos & regem Franciæ consulissent, cōminantes, nisi faceret, quod Papa pro illis interponeret suas partes. Ad hæc rex indignando subrisit, dicens: Ex quò vos omnes & singuli mihi (tanquam præcipuo Domino regni Scotiæ), fecistis homagia, putatis me terrendum per ampullosa mendacia, ut (tanquam carens viribus) ius quod in vos habeo prætermittam? Cauere ne de cætero coram me cum tali mandato compareatis: quod si feceritis, Dominum testor, à mari vsque ad mare totam Scotiam deuastabo. Econtrà, Scoti satis audacter asserunt se in hac causa sanguinem suum futuros pro defensione iusticiæ & patriæ libertate. Eodem anno Cassanus rex Tartarorum

rum in plano Damasci pugnavit contra Soldanum Babiloniae, & victoria cessit ei, occisis centum millibus Sarracenorum, veritus verò Soldanus fugit in Babiloniam, quæ ciuitas est Aegypti. Cassanus verò sciens diuinâ virtute datam sibi victoriam, Christianus illico est effectus. Et mox persecutus est Soldanum usque ad portas Babiloniae, & die octauo mensis Augusti iterum pugnam iniit cum Soldano ante portas Babiloniae, & iterum victor effectus, misit ad inferos animas ducentorum millium Sarracenorum. Peremptusque est eodem die prædictus Soldanus in bello. Tertio verò die post prædictum prælium, ciuitas Babiloniae capta fuit & reddita regi Cassano, qui liberauit à carcere cunctos Christianos, qui in dicta ciuitate fuere detenti in custodia nimis dura. Hoc anno Edvardus rex Angliæ fecit dominum Edvardum filium suum & heredem, Principem Valliæ & Comitem Cestriæ. Quod cum Vallenses audissent, valde gauisi sunt, reputantes eum legitimum dominum, quia in illis partibus natus fuit. Et mirum in modum cum exposit sibi Scotia rebellaret, & tota Anglia ab eo defcuiisset, Vallenses hunc coluerunt, dilexerunt, & eidem quantum poterant adhæserunt, vices eius tam in vita quam morte dolentes, & cantilenas pro eo lugubres lingua patria componentes, quas usque in præsens ab eorum memoria nec merus aduersantium, nec diuturnitas temporum aboluit. Per idem tempus cum Edmundus comes Cornubiæ naturæ debita persoluisset, ut prædictum est procurantibus in parlamento nuper facto Londonijs quibusdam magnatibus, Comitissa quondam vxor dicti Comitis dotata est quingentarum librarum porcione, domino rege huic ordinationi libentissimè annuente. Circa præsens tempus diuulgatum fuit Romanæ Curie, quòd Sanctimoniales Angliæ vagabundæ inutiliter discurrebant per patrias, quæ vagatio, etsi omnibus religiosis esset contraria, nimirum mulieribus esset tollenda, præsertim cum omne quòd in mundo est, aut est concupiscentia oculorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ. Cupiens ergo summus pontifex, sanctæ providere conuersationi, talibus inordinatis discursibus finem imposuit, quamuis decreta pontificum velut fundamenta montium in conuulsis ligaminibus fixa sint, & dictas sanctimoniales hætenus necessitatis causa extra cellas suas exire permiserint, cum plarunque tempestatibus & turbinibus secularium rerum religio sanctæ dei Ecclesiæ maculis reprobiorum dissipatur. Idcirco profuturum succedentibus posteris esse decreuit, ut ea quæ salubri consilio ordinantur, & communi assensu fratrum definiuntur, firmentur suarum robore literarum. Quapropter summus pontifex Bonifacius octauus scripsit Archiepiscopo Cantuariensi Roberto, & alijs coepiscopis & suffraganeis districtè, recipiens in virtute sanctæ obedienciæ, & iniungens, ut oēs Sanctimoniales in suis diocesis, habitantes includifacerent, ut non de cætero liceat eis de cellis suis progredi, quia non expedit animabus earum. Dedit etiam idem Apostolicus Archiepiscopo & suis Suffraganeis unicuique in sua dioc. potestatem visitandi, terminos limitandi, ordinandi, & exponendi in cellis dictarum sanctimonialium, quos terminos & limitationes præterire non licebit, quauis causa necessitatis, ut decretalis inde confecta testatur. Rex Angliæ direxit nuncios ad papam, Comitem videlicet Lincolniæ & dominum Hugonem de Spencer, qui declararent iniurias sibi irrogatas per Scotos, & eorum falsitatem manifestarent. Insuper & dominum Papam deprecarentur, ne mendacij fabricatoribus, Scotis videlicet veritate odientibus, proditoribus, & homicidis sinum aperiret, de cætero protectionis, quorum fraudulenta falsaque persuasio Papalem sollicitudinem circumtenuerat fraudulenter. Papa verò cuius stomachus à corruptione Scotorum nondum gestus fuerat, etsi nosceret iustam petitionem regiam, tamen præces armatæ regi mandat,

Soldanus Babiloniae fuit à Tartaris.

Filius regis fuit Princeps Walliæ & Comes Cestriæ.

Dos Comitissæ Cornubiæ.

Sanctimoniales Angliæ vagabundæ.

Rex misit legatos ad Papam aduersus Scotos.

Capitur comes Flandrie.

Annalis conclusus.

Natale celebratum Northamptonie. Regi natus est filius.

Causa dissensionis inter Papam & regem Francie. Rex Francie excommunicatur.

Legitimationis filiorum regis Castellae. Parliamentum Stamfordie.

Papa scribit in gratiam Scottorum.

Rationes à Papa allegatae, cur Scotia non pertineat ad regem Anglie.

gi mandat, vt sui contemplatione, Scotis treugas indulgeat à die omnium Sanctorum vsque ad Pentecosten: quod & factum est. Eo tempore comes Flandrie nimis arctatus cum suis reddidit se Carolo comiti Valelij, ductusque Parisius cum duobus filiis, & apud compendium in custodia est detentus. Eo tempore Radulphus filius Alberti Regis Romanorum Blancam sororem Regis Francie Parisius despōsavit. Eodem anno Lucetia vrbis Apulie Saraceni sub tributo regis Sicilie venientes capti necantur. Transiit annus iste Christianis omnibus latus & votiuus propter lubilaei gratiam ipsis indultam, & propter victoriam de caelo concessam regi Tartarorum in terra Sancta, vbi de Soldano & Saracenis gloriolissime triumphauit: Anglis moestus propter amicitiae captiuitatem, comitis videlicet Flandrie, & sollicitus propter rebellionem Scotie: Francis iocundus propter magnificas nuptias, & comitis Flandrie captionem.

A Nno gratiae millesimo trecentesimo secundo, qui est annus regni regis Edwardi à conquestu primi vicessimus nonus, tenuit idem rex natale cum regina apud Northampton. Quo anno natus est ei filius ex Margareta regina secundus, quem vocauit Edmundum. Hoc tempore Appamensis Episcopus de conspiratione contra regem Francie accusatus, & ad regis vocatus curiam, in custodia detinetur. Mense vero Februario ad mandatum domini Papae liberatus iubetur vna cum nuncio domini Papae regnum euacuare infra certum terminum à rege praefixum. Papa talibus nouis exasperatus omnes gratias à se vel suis praedecessoribus concessas Francorum regibus reuocauit, & in eundem regem citò post excommunicationis sententiam fulminauit. Quam tamen regi nemo ausus est nunciare, vel in regno Francie publicare. Fecit etiam citari praelatos omnes de regno Francie, necnon & omnes magistros in theologia & in iure, tam canonico quam ciuili, vt coram eo Romae in Calendis Nouembris comparerent. Rex vero Francie publico prohibuit edicto ne quis aurum vel argentum seu merces quascunque asportaret de regno suo sub forisfactione omnium bonorum, adiecta nihilominus poena graui: fecit etiam omnes exitus & introitus vbique diligentissime custodiri. Eo tempore Papa legitimauit filios Sanctij regis Castellae, cuius primogenitus Ferrandus obtrunxit regnum patris. Rex Angliae sub his diebus parliamentum tenuit Stamfordiae, ad quod conuenerunt comites & barones cum equis & armis eo prout dicebatur proposito, vt executionem chartae de foresta haecenus dilatam extorqueret ad plenum. Rex autem eorum instantiam & importunitatem attendens, eorum voluntati in omnibus condescendit. Eodem anno Papa Bonifacius direxit literas regi Angliae secundarias, in quibus asseruit regnum Scotiae ad ius Romanae Ecclesiae pertinere, regem Angliae subiectioni eius contra Deum & iustitiam, & in praediciū sedis Apostolicae vendicare, rationes allegans subscriptas. Primò, quia cum rex Henricus pater istius auxilium obtinuisset in uergera sua contra Symonem de monte Forti, à rege Scottorum Alexandro, ne hoc auxilium iure subiectionis cuiuslibet, aut debiti peritum aut praestitum putaretur, idem Henricus per literas suas patentes recognouit, non ex debito recepisse, sed ex gratia speciali. Item ad coronationem huius regis vocatus per literas vt ei praesentiam amicabilem in tantis solemnibus amicus exhiberet, non venit ex debito, sed ex gratia speciali. Item pro terris de Tyndale & Penreth in regno Angliae positis, cum rex Scottiae ad praesentiam regis Angliae se personaliter contulisset, eidem fidelitatem impensurus pro eisdem terris tantum, in Anglia sitis, non vt rex Scottiae, nec pro regno Scottiae fidelitatem eandem exhibuit, quia palam coram populo protestatum est, quod pro regno Scottiae fidelitatem aliquam regi Angliae facere non debebat. Item quod praedictus rex Alexander

Alexander reliquit puellam, hæredem nomine Margaretam, neptem regis Angliæ, tunc minoris ætatis, cuius custodia non ad regem Angliæ velut ad dominum supremum peruenit, sed ad ceteros eiusdē regni Scotiæ proceres ad hoc electos. Redarguebat etiam Papa regem, eò quòd post mortem dicti Alexandri regis Scotos tanquam acephalos, & ducis suffragium non habentes, ipsos per vim sibi subiugauit, & metum in præiudicium & grauamen non modicum Romanæ Ecclesiæ adiciens, quòd cum Dominus Papa officium legationis alicui committit exequendum in regno Angliæ, causa solutionis decimæ, vel etiam pro quauis alia causa rationabili, & huiusmodi legatio litteris & priuilegio speciali dictæ sedis Apostolicæ, ad dictum regnum Scotiæ se non extendat, resistendum est & obstandum huiusmodi legationi, prout tempore scilicet recordationis contigit, euidenter. Nam Legatus ipse ad præfatum regnum Scotiæ aliquatenus admissus non extitit, donec per litteras Apostolicas speciales sibi legationis officium fuit in eodem commissum. Item addidit, quòd idem Regnum Scotiæ per beati Petri Apostoli, venerandas reliquias, non sine superni dono muneris conuersum extitit ad fidei catholicæ unitatem. Et qualiter etiam antiquis temporibus Eboracensis Archiepiscopus qui tunc erat, mota per eum super iure Metropolitano aduersus prælatos Scotiæ questione pro se nequiuit sententiam obtinere. His propositis monuit Papa regem per litteras suas, quòd Episcopos, Abbates, Electos, & omnes alios regni Scotiæ, quos detinebat captiuos in carcere, liberè abire permetteret, & quòd Officiales suos de regno Scotiæ memorato reuocaret, quos in præiudicium & iniuriam & graue scandalum fidelium populorum & oppressionem iustorum in dicto regno statuerat & ordinauerat: ita quòd acceptior & gravior fieret Deo, & fauorem Apostolicæ sedis, in hoc sibi acquireret plenius. Et si in eodem regno Scotiæ vel aliqua eius parte ius aliquod habere se assereret, per procuratores & nuncios suos ad hoc specialiter constitutos, cum omnibus iuribus & munimentis huiusmodi negotium tangentibus, ad sedem Apostolicam destinaret super præmissis plenæ complementum iustitiæ recepturus.

LITERA REGIS MISSA PAPA.

Rex Angliæ litteris Apostolicis ex deliberato apud Lincolniam conuocato consilio pro iure suo declarando literā huius tenoris scripsit. Sanctissimo in Christo patri domino B. diuina prouidentia Sanctæ Romanæ & vniuersalis Ecclesiæ summo Pontifici, Edvardus Dei gratia Rex Angliæ, dominus Hiberniæ, Dux Aquitaniæ salutem, & deuota pedum oscula bonorum. Infra scripta non in forma, nec in figura iudicii, sed omnino extra iudiciū proferenda, sanctæ paternitatis vestræ conscientiæ vobis transmissimus exhibenda. Altissimus inspector cordium vestræ scrinio memoriæ indelebili stilo nouit inscribi: quòd antecessores & progenitores nostri reges Angliæ iuris superioris, & directi dominij ab antiquissimis retro temporibus regno Scotiæ, ac omnibus ipsius regibus in temporalibus & annexis eisdem præfuerunt. Et ab eisdem pro regno Scotiæ & eiusdem proceribus, à quibus habere volebant legalia homagia receperunt, & fidelitatis debita iuramenta. Nos iuris & dominij possessionem continuantes pro tempore nostro eadem tam à rege Scotiæ recepimus, quàm à proceribus ipsius regni. Quinimò tanta iuris & dominij prerogatiua super regnum Scotiæ, & eiusdem regem gaudebant, vt & regnum ipsum suis fidelibus conferebant. Reges etiam ex iustis causis amouebāt & constituebant sub se loco ipsorum alios regnatos, quæ pculdubio notoria fuisse & esse creduntur apud oēs, licet aliud forsan paternis vestris auribus per pacis amulos & rebellionis filios fuerit falsa

E.

insinua-

*Brutus.**Loctrinus.**Dunvallis.**Belinus.**Arthurnus.**Edwardus
senior.**Adelstanus.*

insinuatione suggestum, à quorum machinosis & imaginarijs figmentis, vt vestræ sanctitatis oculus auertatur, suppliciter quæsumus & paternam clementiã & excellentiam deuotis affectibus exoramus. Sub temporibus Heli & Samuelis, prophete, vir quidam strenuus & insignis, Brutus nomine, de genere Troianorum, post excidium vrbs Troiæ cum multis nobilibus Troianorum applicuit in quandam insulam tunc Albion vocatam, & à gigantibus inhabitatam, quibus deuictis sua potentia, & occisis, eam de nomine suo Britanniam sociosq; Britones appellauit. Postea regnum suum tribus filiis suis diuisit. Loctrino primogenito suo dedit illam partem, quæ quondam Loegrîa, nunc verò Anglia nominatur. Albano secundo filio dedit Albaniam quæ nunc Scotia vocatur. Cambro verò tertio filio dedit Cambriam, quæ nunc VVallia appellatur, reseruata Loctrino seniori regia dignitate. Biennio post mortem Bruti, applicuit in Albania rex Hunorum, Humber nomine, qui Albano fratrem Loctrini peremit. Quem mox Loctrinus persecutus est: Humber verò fugiens submersus est in flumine quod de suo nomine vocatur Humber. Et sic Albania deuoluitur ad Loctrinum. Postea Dunvallis rex Britonum Staterium Regem Scotiæ sibi rebellem occidit, & terram in deditionem accepit. Item duo filij Duvallionis scilicet Belinus & Brennius inter se regnū patris sui diuiserunt. Ita quod Belinus senior diadema insulæ cum Britania, VVallia, & Cornubia possedit. Brennius verò sub eo regnaturus Scotiam accepit. Perebat enim Troiana consuetudo, vt dignitas hereditatis primogenito perueniret. Item Arthurus rex Britonum famosissimus Scotiam sibi rebellem subiecit, & ferè totam gentem deleuit, & postea quendam nomine Anguselum in regem Scotiæ præfecit: & postea cum idem rex Arthurus apud ciuitatē Legionum festum faceret celeberrimum, interfuerunt ibidem omnes reges sibi subiecti, inter quos Anguselus rex Scotiæ seruitium pro regno suo exhibens debitum, gladium regis Arthuri detulit ante ipsum, & successiue omnes reges Scotiæ omnibus regibus Britonum fuerunt subiecti. Succedentibus autem regibus Angliæ, in eadem insula ipsius monarchiam & dominium obtinēt cōsequenter. Edwardus dictus senior filius Alfredi regis Angliæ, Scotorum, Cumbrorū, & Stregvval-
lorum reges, tanquam superiori domino, subiectos habuit & submissos. Adelstanus rex Angliæ Constantinum regem Scotorum sub se regnaturum constituit, dicens: Gloriosius esse regem facere quàm regem esse. Et est dignum memoria, quòd idem Adelstanus intercedente Sancto Iohanne de Beuerlaco quondam Archiepiscopo Eboracensi, Scotos rebellantes ei diuicit. Qui gratias deo deuotè agens exorauit, petens vt interueniente beato Iohanne ei aliquod signum euident ostenderetur, quo tam succedentes quàm præsentis cognoscere possent Scotos Anglorum regno iure subiugari. Et vidit quosdam scopulos iuxta quendam locum propè Dunbar in Scotia prominere, extractoq; gladio de vagina percussit in silicem. Qui lapis ad ictum gladij Dei virtute agente, ita cauatur vt mensura vlnæ in longitudine possit coaptari. Et huius rei hactenus euident signum apparet, & in Beuerlaciensi Ecclesia, in legenda beati Iohannis, quasi singulis hebdomadis, ad laudem & honorem Sancti Iohannis pro miraculo recitatur. Et de hoc extat celebris memoria tam in Anglia quàm in Scotia vsque in præsentem diem. Item Constantinus rex Scotorum & Eugenius rex Cumbrorum, ad prædictum regem Angliæ Adelstanum post aliquā dissensionem inter eos habitam venientes, se cum suis regnis eidē Adelstano dedit. Cuius facti gratia, filium Constantini ipse Adelstanus de sacro fonte suscepit. Item Edredo regi Angliæ Scoti sine bello se subdiderunt, & eidem regi Edredo tanquam Domino fidelitatem iurauerunt, quodam Irice rege

rege super eos constituto. Item cum Edgarus rex Angliæ regem Scotorum Kynadium, & Cumbrorum Malcolinum, regem insularum Malkerium & alios quinque subregulos, videlicet Donevvaldum, Syfolh, Hunevvaldum, Iacob & Ruchill subiugasset, & remigando per fluuiū de Dee iuxta Cestriam, in quadam navi propè proram sedisset, & nauim ipsemet gubernasset, fertur ipsum dixisse successores suos posse gloriari se reges Anglorum esse, cum tāta honoris prerogatiua fruerentur, quod subiectam haberent tot regum potentiam. Post dictum Edgarum successiue regnauerunt reges Angliæ, Sanctus Edvardus martyr, Ethelredus frater eius, Edmundus dictus Ironside, filius Ethelredi, & Cnutus qui eorum temporibus regnum Scotiæ in sua subiectione pacifice tenuerunt. Hoc duntaxat excepto, quod quintodecimo anno Cnuti prædicti, idem Cnutus Scotiam rebellantem expeditione illuc ducta, & regem Scotiæ Malcolinum paruo subiecit negotio, subditusque est eidem prædictus Malcolinus. Quibus Haraldus filius Cnuti & Hardecnutus frater eius, vnus post alium reges Angliæ successerunt. Quibus sic regnantibus subiectionem pacificam regni Scotiæ habuerunt. Item sanctus Edvardus rex Angliæ regnum Scotiæ Malcolino filio regis Cumbrorum dedit de se tenendum. Item VVilhelmus bastardus rex Angliæ à Malcolino rege Scotiæ, tanquam à suo homine sibi subdito recepit homagium. Item VVilhelmo Rufo regi Angliæ Malcolinus rex Scotorum iuramento fidelitatis subiectus fuit. Item prædictus VVilhelmus Dunvvaldum de regno Scotiæ ex iustis causis amouit, & Duncanum filium Malcolini regno Scotiæ præfecit, & recepit ab eo fidelitatem & iuramentum. Dicoque Duncano dolose perempto, dictus rex præfatum Donevvaldum, qui iterum regnum Scotiæ inuaserat, amouit ab eodem, & Edgarum filium dicti Malcolini regem Scotiæ constituit, & eidem regnum illud donauit. Cui successit Alexander frater Edgari consensu regis Angliæ Henrici primi, fratris dicti regis VVilhelmi Rufi. Item Matildis imperatricis filia & hæredi regis prædicti Henrici, David rex Scotiæ fecit homagium & fidelitatem. Item regi Angliæ Stephano, Henricus filius dicti regis David homagium fecit. Item rex Scotorum VVilhelmus pro regno Scotiæ, & David frater eius, & comites & barones regni Scotiæ, deuenerunt homines Regis Henrici, filij regis Angliæ Henrici secundi, in crastino Coronationis prædicti Henrici, filij Henrici secundi, parte viuentis, & fidelitatem ei iurauerunt contra omnes homines, salua fidelitate debita patri viuenti. Anno verò vicesimo regni regis Henrici prædicti secundi, prædictus VVilhelmus rex Scotiæ rebellare incipiens, venit in Northumbriam cum exercitu magno, & exercuit in populo stragem magnam. Cui occurrentes milites comitatus Eboracensis apud Alnevvik ipsum ceperunt, & dicto Henrico regi Angliæ reddiderunt. Anno sequenti quintodecimo Calendas Maij idem rex VVilhelmus permissus est liberè abire. Postea verò apud Eboracum, anno eodem, septimodecimo Calendas Septembris, idem VVilhelmus rex Scotorum de cōsensu prælatorum, Comitum & Baronum, & procerum & aliorum magnatum regni Scotiæ, domino suo regi Angliæ Henrico filio Matildis Imperatricis, suis litteris parentibus cauisse, nō scitur, quod ipse & hæredes & successores sui reges Scotiæ, Episcopi, Abbates, Priores, comites & Barones, & alij homines regni Scotiæ, de quibus dominus rex Henricus habere voluerit, facient domino regi Angliæ, homagium, fidelitatem, & ligamentum, & vt ligio domino suo contra omnem hominem obedierit. Et in signum subiectionis, Capellum suum & cellam, atque lanceam, super altare beati Petri obtulit, quæ in eadem Ecclesia vsque in hodiernum diem remanent & seruantur.

Edgarus rex.

Sanctus Ed-
wardus mar.
Ethelredus.Edmundus I
ronside.Cnutus.
Haraldus.
Hardecnutus.
Sanctus Ed-
wardus.Willelmus
conquestor.
Rufus.Henricus. i.
Matildis im-
peratrix.

Stephanus.

Henricus fili-
us Henrici. 2.Monimenta
subiectionis.

Item Episcopi, Comites & Barones dicti regni Scotiæ conuentionauerunt (vt verbis vtamur huiusmodi cōuentionis) domino rege Angliæ, & Henrico filio eius prædictis: quod si rex Scotiæ aliquo casu à fidelitate regis Angliæ & conuentione prædicta recederet, ipsi cum regi Angliæ tenebunt, sicut cum ligio domino domino suo, contra regem Scotiæ, quousque ad fidelitatem regis Angliæ redeat. Quam quidem compositionem scilicet recordationis Gregorius Papa quintus in diuersis rescriptis regibus Angliæ & Scotiæ directis mandauit firmiter obseruari, continentibus etiam quod VVilhelmus & Alexander reges Scotiæ regibus Angliæ Henrico & Henrico ligium homagium & fidelitatem facerent, quæ teneantur successoribus eorum Comitibus & Baronibus regni ipsius, & successoribus suis exhibere. Et item quod cum idem rex Scotiæ homo ligius sit ipsius Henrici regis Angliæ, & eidem præstiterit fidelitatis iuramentum, ad quod se principaliter astringit: in ipsius regis, & regni Angliæ detrimentum, nihil debeat penitus attemptare. Et Papa Clemens scribens Regi Angliæ pro Iohanne Episcopo Sancti Andree expulso ab Episcopatu suo per regem Scotiæ, inter cætera rogabat quod VVilhelmum regem Scotiæ moueret & induceret, & si necesse foret, destructione regali qua ei præminebat, & de concessa suæ regni celsitudini potestate compelleret, vt dicto Episcopo omnem rancorem remitteret, & episcopatum suum in pace habere permitteret. Et præter conuentionem prædictam in Ecclesia beati Petri Eboraci coram prædictis regibus Angliæ & Scotiæ, David fratre suo, & vniuerso populo, Comitibus & Baronibus, milites de terra regis Scotiæ iurauerunt regi Angliæ Henrico, & Henrico filio suo, & hæredibus eorum fidelitatem contra omnem hominem, sicut ligijs dominis suis. Et idem VVilhelmus rex Scotiæ ad mandatum regis prædicti venit Northamptoniam ad parliamentum domini sui, adducens secum omnes Episcopos, Abbates, & Priores totius regni sui. Venit etiam ad eiusdem regis mandatum in Normanniam. Et idem VVilhelmus rex, post decessum regis Henrici veniens Cantuariam, regi Angliæ Richardo, filio & hæredi dicti Henrici fecit homagium: quo Richardo viam vniuersæ carnis ingresso, sæpe dictus VVilhelmus Iohanni regi Angliæ fratri & hæredi dicti Richardi, extra ciuitatem Lincolniæ, super quendam montem in conspectu omnis populi fecit homagium & iuramentum fidelitatis super crucem Cantuariæ Archiepiscopi Huberti, & eidem domino suo per chartam suam concessit, quod Alexandrum filium suum sicut hominem ligium suum maritaret, promittendo firmiter in charta eadem quod idem VVilhelmus rex Scotiæ, & Alexander filius suus, Henrico filio Iohannis regis Angliæ tanquam ligio domino suo contra omnes mortales fidem & fidelitatem tenerent. A quo quidem VVilhelmo rege Scotiæ postmodum pro eo quod desponderat filiam suam Comiti Boloniæ præter regis Iohannis domini sui assensum, pro transgressionem & temeraria præsumptione huius debitam satisfacti-
 onem suscepit. Item Alexander rex Scotiæ sororius noster, regi Angliæ Henrico patri nostro, pro regno Scotiæ, & postea nobis fecit homagium. Vacante deinde regno Scotiæ per mortem Alexandri regis illius, & subsequenter per mortem Margarete eiusdem Scotiæ reginæ, & dominæ proneptis nostræ: Episcopi, Abbates, Priores, comites & barones, & ceteri nobiles ac communitates totius regni Scotiæ, ad nos tanquam ad defensionem, ducem, Auxiliam, capitaneum & dominum capitalem eiusdem regni sic vacantis gratis & spontanea voluntate accedentes, prout tenebantur de iure, ius nostrum, progenitorum & antecessorum nostrorum, & possessionem superioris & directi dominij in regno eodem & ipsius regni subiectionem ex certa scientia purè & simpliciter
 & ab-

Gregorius cō-
firmat subiec-
tionem Scotiæ

Pape Clemens
scribitur.

Richardus
Iohannes.

Henricus. 3.

Edwardus. 1.

29

36

40

& absolute recognouerunt: & prestitis ab eis nobis tanquam superiori & directo domino Scotiæ debitis & consuetis fidelitatis iuramentis, ac ciuitatibus, burgis, villis, castris, & ceteris mansionibus eiusdem regni, in manu nostra traditis, ad custodiā eiusdem regni certos de iure nostro regio officiales & ministros deputauimus quibus ipsi tēpore vacationis huius cōcorditer fuerāt obediētes, & intendētes regijs nostris p̄ceptis & mandatis. Postmodū autem diuersæ personæ super successione in dictū regnū Scotiæ iure hereditario inter se contententes, ad nos tanquā ad superiorem dominum regni Scotiæ accesserūt, petētes super successione regni prædicti sibi per nos exhiberi iustitiæ complementum, volentes & expresse consentientes coram nobis, tanquam coram superiori & directo domino in omnibus ordinandis stare & obtemperare. Ac demū sentēcialiter propositis & sufficiēter auditis, rimatis, examinatis, & diligēter intellectis partium iuribus, finaliter in p̄sentia omnium p̄latorum & nobilium, quasi totius regni Scotiæ, & de voluntate & assensu expresse eorundem procedētes, Iohannem de Balliolo debite p̄fecimus in regem Scotorum. Quem tunc in successione eiusdem regni heredis iura inuenimus habere potiora. Qui quidem p̄lati, comites & barones, ac ceteri regni ipsius incolæ sententiam nostram acceptauerūt, approbauerunt, & ipsum Iohannem de mandato nostro virtute huius iudicij in regem suum admiserunt. Ac idem Iohānes rex Scotiæ pro regno suo prædicto nobis homagium debitū & consuetum fecit, & fidelitatis iuramentum præstitit, & ex tunc tā in parliamentis, quā consilij nostris tanquam subditus noster, sicut alij de regno nostro interfuit, & nostris tanquā domini superioris sui beneplacitis & mandatis in omnibus obediens & intendens extitit, donec idem Iohannes rex Scotiæ, & p̄lati, Comites & Barones, nobiles, communitates, & ceteri incolæ maiores eiusdem regni, ex præconcepta malitia, & p̄locuta ac p̄ordinata prodicione communicato consilio, cum tunc inimicis nostris capitalibus & notorijs amicitias copularunt, ac (pactiones, cōspiraciones, & cōiurationes in exheredationem nostram & heredum nostrorum, ac regni nostri, contra debitum homagium in crimen læsæ maiestatis nequiter incidēdo) fidelitatis iuramentum inierūt cum eisdem. Verū cū præmissa relatio & fama publica ad aures nostras aduenissent, volētes futuris periculis p̄cauere, quæ ex his & alijs posset nobis, regno nostro, & regni nostri incolis verisimiliter prouenire, pro assecuratione regni nostri accessimus, ad confiniū regni vtriusq; pluries mandantes eidem Iohanni tunc regi Scotiæ, vt ad certa loca in confinio prædicto ad nos accederet super præmissis, & alijs assecurationis statum tranquillitatem & pacem regni vtriusque contingentibus tractaturus. Qui sp̄retis mandatis nostris in sua persistens perfidia ad bellicos apparatuscū Episcopis, p̄latis, comitibus & baronibus regni Scotiæ, ac etiam alijs exteris conductitijs contra nos, regnū nostrū, & regni nostri incolas, hostiliter se conuertens accinxit, & ad hostiles aggressus & ingressus procedens regnum nostrum inuasit, & quasdam villas regni nostri Angliæ per se & suos deprædatus est, easquē vastauit incendio, homines nostros interfecit, & nonnullis nautis nostris per eos peremptis naues hominum nostrorum regni Angliæ comburi fecit, & è vestigio aggredi. Denegatisq; nobis homagio & fidelitate tā pro se quā pro alijs quibuscunq; regni sui incolis, per literas eiusdem Regis verba offensionum exprimentes, & inter alia verba diffidationis continentes.

Comitatus nostros Northūbriæ, Cūbriæ, & VVestmerlandiæ regni nostri Angliæ congregato exercitu ingenti hostiliter, per se & suos inuasit, stragem innumeram hominum nostrorum, incendia Monasteriorum, Ecclesiarum,

& villarum inhumanè perpetrando, & patriā vndique depopulando. Infantes in incunabulis, mulieres in puerperio decubantes gladio trucidarunt, & quod auditu horrendū est, à nonnullis mulieribus mammillas atrociter absciderunt, paruos clericulos primā tonsuram habentes, & grāmaticam addiscentes, ad numerum circiter ducentorū in scholis existentes, obstructis ostijs scholarum igne supposito cremauerūt. Nos quoq; cernentes, tot damna, opprobria, facinora & iniurias in exheredationem nostram, & destructionem populi nostri proditiōnaliter irrogari, nec valentes ratione iuramēti, quoad conseruationem iurium coronæ regni sumus astricti, præmissa facinora vltius concealere, nec iura nostra relinquere indefensata, cum idem Iohannes rex & gens Scottorum, & nostri subditi per leges se iustificari minimè permisissent, ipso regno Scottiæ (quod à longissimis retro temporibus sic vt superius exprimitur nobis & progenitoribus nostris feudale existit) ex causis premisis nobis commissio, deinde bello (iuxta leges & consuetudines regni nostri contra eos, de consilio procerum & magnatum nostrorum) indicto contra dominum Iohannem & gentem Scottorum vires potentie nostræ extendimus prout de iure nobis licuit, & processimus cōtra ipsos tāquā hostes nostros, & proditores. Subiecto itaq; regno Scottiæ, & iure proprietatis nostræ ditioni subactō, præfatus Iohannes quondā rex Scottiæ ipsum regnū Scottiæ quatenus de facto tenuit, sponte, purè & absolutè reddidit in manū nostrā, proditiōnes, & scelera memorata corā nobis, & proceribus nostris publicè recognoscens. Quo peracto præfati comites & barones nobiles & cōmunitates regni Scottiæ, quos ad pacē nostrā regiā suscepimus, cōsequenter homagia & fidelitates nobis, tanquā immediato domino, ac proprio eiusdē regni Scottiæ nobis fecerunt & præstiterunt, ac etiā redditus nobis eiusdē regni ciuitatibus, villis, castris, munitionibus, ac ceteris locis omnibus ad dictū regnum spectantibus, officiales nostros & ministros, ad regimen eiusdem regni Scottiæ præfecimus iure nostro. Cūmq; iure pleni dominij in possessione eiusdem regni existere dignoscamur, nō possumus, nec debemus, quin insolentia subditorum nostrorū rebellium, si quos inuenerimus præeminentia regia, prout expedire viderimus reprimamus. Quia verò ex præmissis & alijs constat euidenter, & notorium existit, quod prælibatum regnum Scottiæ tam ratione possessionis quā proprietatis ad nos pertinet pleno iure, nec quicquā fecerimus vel cauerimus, scripto vel facto, sicuti nec possemus, per quæ iuri ac possessioni prædictis debeat aliquāliter derogari, Sanctitati vestræ humiliter supplicamus, quatenus præmissa prouida meditatione pēsantes, ex illis vestrū motū animi dignemini informare, suggestionibus cōtrarijs æmuloꝝ in hac parte nequaquā fidē adhibēdo, quin imò statum nostrū & iura nostra regia supradicta habere velitis, si placet, prōptis affectionibus cōmendata. Quātum verò ad hoc quod Papa petiuit, quod si rex Angliæ ius haberet in regno Scottiæ, vel in aliqua eius parte, procuratores & instructos mitteret, & fieret eis iustitiæ complementū. Rex per se noluit respondere, sed hoc cōmisit comitibus alijsq; terrarū proceribus, qui super hoc domino Papæ huius tenoris literas rescripserunt.

Sancta Romana iure ecclesia, per cuius ministerium fides catholica in suis actibus, cum ea (vt firmiter credimus & tenemus) maturitate procedit, quod nulli præiudicare, sed singulorum iura conseruari velit illaesa. Sanè conuocato nuper per serenissimum dominum nostrum Edvardum, Dei gratia regem Angliæ illustrem, parlamento apud Lincolniam generali, idem dominus noster quasdam literas Apostolicas, quas super certis negotijs conditionem & statum regni ex vestra parte receperat in medio exhiberi ac seriose nobis fecit exponi. Quibus auditis & diligentius intellectis, tam sensibus admiranda, quā

*Littera Com-
munitatis
Angliæ do-
mino Papa.*

*Sancti Romane
ecclesie*

quàm haftenus inaudita in eis audiuius contineri. Scimus enim, Pater sanctissime, & notorium est in partibus nostris, ac nonnullis alijs non ignotum, quòd à prima institutione regni Angliæ reges eiusdem regni tam temporibus Britonum quàm Anglorum, superius & directum dominium regni Scotiæ habuerunt in possessione, vel capitanei superioritatis & recti domini ipsius Scotiæ successiuè temporibus extiterunt, nec ullis temporibus ipsum regnum in temporalibus pertinuit, vel pertinet quouis iure ad ecclesiam supradictā. Quin immo idem regnum Scotiæ progenitoribus dicti regis, nostris regibus Angliæ, atq; sibi feudale extitit ab antiquo. Nec etiam reges Scotorum & regnum alijs quàm regibus Angliæ subluerunt, vel subiei consueuerunt, nequè reges Angliæ super iuribus suis in regno prædicto, aut alijs suis temporalibus coram aliquo iudice ecclesiastico vel seculari, ex præeminètia status sui regis dignitatis & consuetudinis cunctis temporibus irrefragabiliter obseruata responderunt, aut respondere debebant. Vnde habito tractatu & deliberatione diligenti super cõtentis in literis vestris memoratis, cõmunis, concors & vnanimis omnium nostrum & singulorum consensus fuit, & erit inconculsè deo propitio in futurum. Quod præfatus dominus noster rex super iuribus regni Scotiæ, aut alijs suis temporalibus nullatenus respondeat iudicialiter coram vobis, nec iudicium subeat quoquo modo, aut iura sua prædicta in dubium quæstionis deducat, nec ad vestram præsentiam procuratores, aut nuncios ad hoc mittat, præcipuè cum præmissa cederent manifestè in exhæredationem iuris coronæ regni Angliæ & regis dignitatis, ac subuersionem status eiusdem regni notoriam, necnon in præiudicium libertatis, cõsuetudinum, & legum paternarum, ad quarum obseruationem & defensionem ex debito præstiti iuramenti altringimur, & quæ manu tenebimus toto posse, & rotis viribus cum dei auxilio defendemus. Nec etiam permittimus aut aliqualliter permittimus, sicut non possumus, nec debemus, præmissa tam insolita, indebita, præiudicialia, & alias inaudita prelibatum dominum nostrum regem, etiā si vellet facere seu modo quolibet attemptare. Quocirca sanctitati vestræ reuerenter & humiliter supplicamus, quatenus eundem dominum nostrum regem, qui inter alios principes orbis terræ catholicum se exhibet, & Romanæ ecclesiæ deuotum, iura sua, libertates, & consuetudines & leges prædictas, absque diminutione & inquietudine pacificè possidere, ac illibata persistere benignius permittatis.

In festo Pentecostes finitis treugis quæ cum Scotis initæ fuerant. Rex cõtra festū S. Iohannis Baptiste in Scotiam proficiscitur exercitu adunato. Dūmq; in festū S. Iohannis Baptiste in Scotiam proficiscitur exercitu adunato. Dūmq; in Scotiam hiemaret, sui multos equos magnos perdiderūt, ob defectū foragij tempore frigoris hyemalis. Transiit annus iste frugū, nec opulentus, nec omnino inops: Papæ curiæq; Romanæ propter discordiam motam inter Papam & regem Franciæ malorum inchoatiuis, inquietudinis concitatiuis, scandali generatiuis: Anglis nec omnino martius, nec omnino quietus Scotis: suspiciosus, turbidus, & inquietus: Inimicis Crucis Christi, Saracenis videlicet, lugubris & molestus.

ANNO gratiæ millesimo trecentesimo tertio, qui est annus regni regis Edwardi a conquestu primi tricesimus, fuit idem rex ad natale in Scotia, in loco qui dicitur Linsinc, cum exercitus manu potenti sed ad instantiam regis Francorum cuius nuper sororem duxerat, Scotis treugas vsque ad festum omnium Sanctorum concessit. Ordinatisque rebus Scotiæ reuersus est in Angliam, & circa mediam quadragesimam parlamentum Londonijs conuocauit. Eodem tempore Papa Bonifacius per literas suas regem Anglorum interpellauit, vt regi Francorum guerram commoueret, ad quod faciendum

*Flandri rem
bene gerunt.*

*Strages Gal-
lorum.*

*Legatio præ-
sulū Franciæ
ad Papam.*

*Regis Franco-
rum profectio
& reditus in-
glorius.
Io. Segraue
Scotiæ præ-
fectus.*

*Annalis con-
clusio.*

*Natale apud
Westmon.
celebrat.
Scoti iterum
rebelles.*

*Rex Franciæ
restituit Wa-
sconiam regi
Angliæ.*

ingens subsidium pollicetur, sed rex Angliæ aliàs domini Papæ erga se affectū, expertum infidum, rem distulit, si possibile foret recuperare per viam aliam, sua malens. Sub his diebus in Flandria Burghenses Gallicorum exactiōibus iniustis minis oppressi, Iacobum Sancti Pauli, qui apud eos locum regis tenebat, expulerunt de villa: plurimis in hoc tumultu Gallicis interfectis. Vocauerunt proinde in dominum & defensorem suum Guidonem comitem Nannircij filium comitis Flandrensis in custodia adhuc detenti. Guido verò cum numerosa multitudine bellatorum adueniens, auxit Flandrensiū animos plurimū contra Gallos. Interea Robertus comes Atrabatenfis cum exercitu maximo missus in Flandriam, inter Tortunatum & Brugas tentoria sua fixit. Contra quem Flandrenses egressi omnes terē pedites prælium grauisimum conseruerunt cum Gallicis. Succumbentibus ergo Gallicis comites Atrabatenfis, Angi, & Albemarle viri nobiles, Godefridus ducis Brabantia germanus, cum filio suo filius comitis Hanoniæ, Radulphus de Nigella, Constabularius Franciæ cum fratre suo, Guidone Marefcallo, Reginaldus de Tria miles emeritus, Camerarius de Tancreuilla, Petrus Flote regis Francorum consiliarius præcipuus, & exactiōum prædictarum maximus, Iacobus Sancti Pauli in hoc prælio ceciderunt occisi. Aliorum verò militum minoris gradus, scuiferorumque & peditem interfecta est maxima multitudo. Comites verò Sancti Pauli & Bologniæ Lodouicus comitis Claremontensis filius, cum alijs pluribus fugientes, reliquerunt Flandrensibus spolia infinita. Per id temporis prælati Franciæ missi ad Papam tribus Episcopis de non veniendo ad diem citationis præfixū, se per eisdē excularunt. Papa verò Prælati Franciæ non comparentibus misit in Franciam Iohannem monachū præbyterum Cardinalem, qui conuocatis Prælati Parisius secretum consilium habuit cum eisdem. Eodem anno Philippus rex Franciæ maximo coadunato exercitu, cum iuxta ciuitatem Atrabatensem toto mense Septembri mansisset, licet hostes de propinquo diutius eū expectassent, nihil agendo Parisius reuersus est inglorius. Post festum omnium Sanctorum elapsis treugis cum Scotis rex Angliæ Iohannem de Segraue militem nobilem cum exercitu misit in Scotiam, committens ei eiusdem terræ custodiam. His diebus ciues Burdegalenses dominium Gallicorum non ferentes illos de ciuitate sua contra natale domini expulerunt. Transit annus iste mediocriter frugifer & fructifer, consequenter Gallicis infamis & notabilis, propter infortuna, & res bellicas male gestas: Anglis honorabilis & confortabilis: Scotis odibilis, detestabilis & inuisus.

ANNO gratiæ millesimo trecentesimo quarto, qui est annus regni regis Edwardi à cōquestu primi tricesimus primus, tenuit rex natale apud Westmonasterium Londonijs. Quo anno Scoti cœperunt rebellare contra Regem Angliæ ducē & capitaneū constituto VVilhelmo VValeys, qui eos ad seditionem commouerat, propter quod rex coadunato ingressus exercitu prætermisso castro de Striuelyn, quod contra eum munitum fuerat, totam terram peruagatur, nemine apertæ pugnae sibi copiam faciente. Eodem tempore rex Francorum ob detentionem VVasconia iniustam, uimens sibi à rege Angliæ per dominum Papam ad hoc instigato guerram parari, ut eius amicitiam sibi compararet, quicquid VVasconia in manu sua tenebat, eidē sponte gratisque restituit, prout videbatur ignorantibus veritatem. Tunc etiam & Burdegalia regi Angliæ sponte se subiecit. Philippus filius Comitis Flandriæ coadunatis multis Teutonia stipendiarijs, ingressus Franciam castrum Sancti Audomari obsedit, sed cum nihil proficeret, discedens urbem Mormorum incendit. Philippus Francorum rex, versus Flandriam progressus cum exercitu, acceptis treugis

treugis inglorius est reuersus. Guido comes Flandriæ, & filius eius Robertus, à custodia per regem Franciæ soluti, vt Flandrenses ad pacem reducerent in Flā- *Guido comes Flandriæ carere liberatus.* dria transmittuntur. Sed cum nihil proficerent fidelitate seruata debita, ad loca suæ pristinæ custodiæ reuertuntur. Eo tempore V Vilhelmus filius Comitissæ Hanoniæ Iohannis, & Guido Traiectensis episcopus eiusdem V Vilhelmi patruus, contra Flandrenses qui maximam partem Flandriæ occupauerant præliantes succumbunt, capto Episcopo, sed V Vilhelmo per fugam elapso. *Scoti Anglos vincunt.*

Hoc anno circa principium Quadragesimæ Scoti latentes in insidijs Iohannem de Segraue cum paucis armatis transeuntem, iuxta castrum quod dicitur *10* Puellarum subito inuaserunt, peremptisque hinc inde nonnullis, Scoti prævalentes multitudine, ceperunt aliquos milites Anglicos, inter quos & ipsum Iohannem Anglorum capitaneum grauius vulneratum, sed superuenientes milites alii de exercitu Anglicorum, ipsum Iohannem à suis ereptum custodibus abduxerunt. Dum fieret iste conflictus, miles quidam nobilis Robertus de Neuile missarum audiens solemnia (erat nempe dominica prima Quadragesimæ) quæ gesta fuerant penitus ignorabat. Post missam verò egressus, cum audisset à redeuntibus Scotos in Anglicos præualere, illic cum suis armatis properans multos peremit, multosq; fugauit, & captiuos aliquos reduxit. Nec de his qui missæ cū eo intererant, quisquā captus fuit, aut grauius vulneratus, sed *20* nec corruit vnus solus. Rex Angliæ rebellionē Scotorum apud Rokesburgiam in Scotia ex edicto publico in festo Pentecostes exercitum adunauit, progrediensq; paruis dictis totam terram vsque Catenesiam, quæ est in vltimis Scotiæ finibus perlustrauit, nemine aperti proelii copiam faciente. Videntes itaque Scoti se non posse resistere, missis nuncijs petuerunt humiliter à rege ad pacem suā recipi, & vt permetteret eis dato precio ab his quibus per eū collatæ erāt redimerent terras suas. Acquieuit rex eorum precibus, & rediens castrum de Striuelyn, quod Scoti occupauerant, & contra regem defendebant (cuius expugnatio in progrediendo gratis erat omissa) per suos obsedit. Ipse verò non longe à loco eodem apud Dunfermlyn hyemauit. Hoc anno circa festum Sancti Iohannis Baptistæ milites quidam in præsentia Cleri & populi Parisius *30* congregati, Papæ Bonifacio multa imposuerunt enormia, putā hæresim, simoniam & homicidia, propter quæ per regem Franciæ appellatum est cōtra eum, ad illum cuius interest, donec conuocato consilio se à criminibus purgaret obiectis. *Papæ hæresis simonia & homicidia accusatus.*

Circa festum natiuitatis beatæ virginis, videlicet in vigilia natiuitatis eiusdem venit summo mane magnus exercitus hominum armatorum missus ex parte regis Franciæ & Cardinalium Columanensium damnatorum repente ad portas ciuitatis Anagum, in quam Papa confugerat pro tutela, quia ibidem natus fuerat. Inuenientes igitur portas apertas ingressi sunt ciuitatem, & mox dederunt insultum Palacijs domini Papæ, & Marchionis nepotis Papæ, & trium *40* Cardinalium. Cōmunis verò villæ comperto quod Scira frater Columpensiū Cardinalium, & V Vilhelmus de Longareto senescallus regis Franciæ aduenissent ea conspitatione, vt Papam deponerent vel necarent, statim pulsata communi campana, & tractatu habito, in communi elegerunt sibi capitaneum quendam Adnolphum, vnum ex maioribus dominis de Campana per quem instanti negotio regerentur. Qui quidem Adnolphus illis ignorantibus, domini Papæ extitit capitalis inimicus. Interim domini Papæ aduersarii eius Palatio & Marchionis nepotis sui triumq; Cardinaliū acerrimos dederūt insultus. Sed familiaribus domini Papæ & Marchionis viriliter se defendentibus illorum palacia inuadere nequiuerunt. Trium tamen Cardinaliū palatia qui

Rex Angliæ Scotiam peruenit armata manu.

Rex in Scotia hyemauit.

Papæ hæresis simonia & homicidia accusatus.

Rex Franciæ appellatus à Papa.

Papa obsidetur.

*Cardinales fu-
giunt.*

*Papa pacis co-
ditiones fla-
gitat.
Conditiones
pacis.*

*Marchio Pa-
pe nepos se
dedit.
Papa capitur.*

*Papa emori
potius vult
quam Papatu
sedere.*

qui reputabantur specialiter amici Papæ, per vim & potentiam sunt ingressi, & omnia bona ibidem reperta diripuerunt & asportauerunt. Ipsi verò Cardinales à tergo per latrinam vix euaserunt. Interea superuenit dominus Adnolphus villæ capitaneus adducens secum dominum Reginaldum de Supine, qui habuit in Campania magnum dominium, & erat Papæ capitalis aduersarius, cū quo etiam venerunt filij domini Iohannis de Chitan, quorum patrem Papa tunc in carcere detinebat. Cūq; dictus Capitaneus cum suis socijs supradictis venisset ad Schairam de Columpna, & eius exercitum, statim cum omni populo quem ducebat, coniunxit se eidem. Et communibus votis, irruerunt tantum in Papam & nepotem suum, quod diu vt putabatur eis resistere non valerent. Ob quam causam dominus Papa timens sibi, treugas petijt à Schaira, quas sibi cōcessit & nepoti suo, vsq; ad horā nonam dictæ diei, quæ videlicet treugæ capite fuerant hora prima. Durante treuga Papa misit secretè ad populum Anagū supplicans vt saluarent vitam suam, promittens, quod si hoc facerent, quod ipsos in tantum locupletaret, quòd omnes suo perpetuo merito gaudere deberet. Populus verò se excusauit, dicens se nil posse iuuare in hac parte, præsertim cū tota potestas villæ capitaneum sequeretur. Tunc Papa supplicauit Schairæ, vt significaret articulos, in quibus fuerat iniuriatum sibi & suis fratribus, & ipse paratus esset secundum consilium Cardinaliū facere restitutionē sibi. Schaira verò respondit quod non permetteret Papam viuere, nisi duos Cardinales fratres suos plenè restitueret, scilicet Petrum & Iacobū de Columpna, quos prius dannauerat, ad temporalia & spiritualia, & non solum illos restitueret, sed & omnes de eorum sanguine vel parentela. Et quod idem Papa post huiusmodi restitutionem renunciaret papatu. Et quod postmodum corpus eius esset ad voluntatem ipsius Schairæ. His auditis ingemuit Papa, & ait, Heu me, durus est hic sermo: cumq; concordari non possent, & aduenisset hora diei nona, iterum Schaira cum exercitu dedit insultum Papæ & nepoti suo: at ipsi se viriliter defendebant, tandem videntes aduersarij quod principalis Ecclesia Anagum, quæ erat de Sancta Maria, esset eis impedimento quo minus poterant accingere pro votis Palatium Papæ, apposuerunt ignem ad ostium Ecclesiæ supradictæ. Itaq; valuis ecclesiæ combustis, totaliter ingressi sunt ecclesiam homines Schairæ, & despoliauerunt omnes Clericos & laicos mercenarios, habentes cultellos ibidem & alia mercimonia ad vendendum, ita quod non dimiserunt valorem quadrantis ex omnibus quæ apprehendere potuerunt. Tandem Marchio nepos Papæ perpendens quod se vltius non posset defendere, reddidit se dicto Schairæ & capitaneo memorato, ea conditione, vt vitam ipsius & filij sui saluarent seruientiumq; suorum. Quibus auditis Papa fletu amare. Post hæc ruptis ostijs & fenestris Palatii Papæ, & pluribus locis igne supposito, per vim ad Papam exercitus est ingressus. Quem tūc permulti verbis contumeliosis sunt aggreffi, minæ etiam ei à pluribus sunt illatæ. Sed Papa nulli respondit. Enim- uerò cum ad rationem positus esset, an vellet renunciare papatu: constanter respondit non, immo citius vellet perdere caput suum, dicens in suo vulgari, *Et le col, & le cape*, quòd est dicere: Ecce collum, ecce caput. Et statim protestatus est coram omnibus, quod Papatu nunquā renunciaret, quamdiu posset habere vitam. Schaira verò voluit libeter interfecisse Papam, sed per quosdam fuit prohibitus, ita quod Papa malum in corpore non recepit. Attamen ostiarijs Papæ fugatis, & quibusdam interfectis, eiectisq; tam maioribus quam minoribus de sua familia, deputati sunt custodes Papæ per Schairam, & Capitaneum dominus Reginaldus de Suppine, & multi alij cum eodem. Acta sunt hæc in vigilia natiuitatis Sanctæ Mariæ, septima hora diei. Exercitus verò postquā

irrupit

irrupit palatium, mox despoliauit Papam, & eius cameram atque thesauriam suam, & asportauit vestimenta cum ornamentis & aurum atq; argentum cum omnibus alijs rebus inuentis ibidem. Et reuera creditur, quod omnes reges mundi non possent tantum de thesauro reddere infra vnum annum, quantum fuit de Papali palatio asportatum, & de palatijs trium Cardinalium & Marchionis. Remansit autem Papa & nepotes sui sub custodia militum & custodū Schairæ vltq; in diem tertiā. Medio tempore Schaira tractauit eū suis quomodo Papā morti traderet, vel mitteret ad regem Franciæ corpus eius. Sed populus Anagum hoc comperiens, facta conuocatione secreta ignorantibus capitaneo & Scharia, quasi ad decem millia hominum concurrunt ad Palatium vbi Papa seruabatur in custodia, & expulsis atque peremptis custodibus, ingressi sunt, & deliberauerunt Papam & nepotes eius, habituri eorum custodiam penes se.

Infinite pecunia.

Papa liberatur.

Sed ante hæc omnia sciendum, quod cum primò Schaira & capitaneus cum Seneschallo regis Franciæ comprehendissent Papam, in equum posuerunt effrenem ad caudam versa facie, & sic discurrere ferè vsque ad nouissimum halitum coegerunt, & tandem penè fame necauerunt, donec eum populus Anagum (vt præmittitur) liberasset. Schaira verò propter id offensis villæ communibus cum exercitu de villa recessit. Tunc populus fecit Papam deportari in

Papa ignominiose tractatus.

Idem p. 26. h. v. Th. col. 263.

magnum Plateā, vbi Papalachrymando populo prædicauit, inter omnia gratias agens deo & populo Anagum de vita sua. Tandem in fine sermonis dixit: Boni homines & mulieres, constat vobis qualiter inimici mei venerūt & abstulerunt omnia bona mea, & nō tantū mea, sed & oīa bona Ecclesiæ, & me ita pauperē sicut Iob fuerat dimiserunt. Propter quod dico vobis veraciter, quod nihil habeo ad comedendum vel bibendum, & ieiunus remansi vsque ad præ-

Oratio Papæ.

Cibum ieiunus emendicat.

sens. Et si sit aliqua bona mulier quæ me velit de sua iuuare elemosina in pane vel vino, & si vinum non habuerit, de aqua permodica, dabo ei benedictionem Dei & meam, & omnes qui quicquam portauerint quantulumcunque modicum in meam subuentionem, absoluo ab omnibus peccatis suis. Tunc omnes hæc audientes ex ore Papæ, clamabant, Viuas Pater sancte. Et mox cerneret mulieres currere certatim ad palatium, ad offerendum sibi panem, vinum, vel aquam, in tantum, quod statim camera Papæ victualibus repleta fuit. Et cum non inuenirentur vasa ad capiendum allata, fundebāt vinum & aquam in area cameræ Papæ in maxima quantitate. Et tunc potuit quisque ingredi & cum Papa loqui sicut cum alio paupere qui volebat. Tunc Papa exiens, absoluit omnes existentes in ciuitate ab omnibus peccatis eorum generaliter, præter despoliatores Ecclesiæ Romanæ. Spoliatores etiam Cardinalium, & aliorum de curia non absoluebat, nisi bona huiusmodi infra triduum reportarent. Veruntamen Papa remisit expresse omnibus qui bona sua asportauerant, dum tamen

Mulieres cum cibo reficiunt.

Papa famelicus familiaris.

illa bona de thesauro Ecclesiæ non fuerunt, & statim protestatus est coram omnibus, quod voluit habere pacem cum Columpnienensibus Cardinalibus & suis alijs inimicis, & paratus erat ipsos restituere ad temporalia & spiritualia Cardinales, & hoc fecit proclamari per villam. Interea reportata fuerunt bona illius quædam, sed non omnia prius ablata. His itaque gestis, Papa subito & inopinatè recessit de villa Anagum, progrediens versus Romam cum maxima multitudine armatorum. Et cum peruenisset ad Sāctum Petrum, ex timore quem cōceperat quando captus fuit, & mœrore rerum inestimabilium perditarum, & fame quam contraxerat sub custodia aduersariorum suorum citò deficit, & sic completa est in eo prophetia prædecessoris sui qui dixit: *Ascendisti de vulpe, regnabis de Leo, morieris de Canis.* Successit ei à Cardinalibus, mox electus, Bene-

Papa moritur de canis.

Ascendisti de vulpe, regnabis de Leo, morieris de Canis. Successit ei à Cardinalibus, mox electus, Bene-

*Benedictus e-
ligitur in
Papam.
Distichon.*

*Duo Angli
Cardinales
facti.*

*Annalis con-
clusio.*

*Natale cele-
bratur ad
Dunfermlyn
in Scotia.
Rex obsidet
castrum de
Striuelyn.*

*Deditio castri
Striuelyn.*

*Rex subacta
Scotia in An-
gliam reuertitur.*

Benedictus undecimus, Lombardus natione, quem Papa Bonifacius de ordine Fratrum Prædicatorum, cuius magister erat, assumptum fecerat Episcopum Ostiensem. De isto Benedicto quidam sic ait, *A re nomen habe, benedic, benefac, Benedicite. Aus rem peruertere, maledic, malefac, maledicite.* Columpnienfes mortuo Papa Bonifacio, de suis egressi latibulis ad Papam Benedictum venerunt, misericordiam implorantes. Quos ille benignè suscipiens absoluit, ac bonorum suorum tribuit facultatem. Sed eos ad gradum Cardinalatus tam subito restituere non decreuit. Papa Benedictus per hoc tempus fratrem Nicholaum de Prato Episcopum Spoletanum ad Cardinalatum assumens, fecit Episcopum Ostiensem, fratrem etiam VVilhelmum de Makelesfield, doctorem sacre Theologie, ordinis prædicatorum, natione Anglicum, diocesis Couentrensis, tituli Sanctæ Sabinæ fecit præbyterum Cardinalem. Qui antequam ad eum rumor perueniret in fata concessit. Cuius morte cognita, Papa fratrem VValterum VVinterborne similiter ordinis prædicatorum regis Angliæ confessorum Sarisburienfis diocesis, ad eundem titulum Cardinalatus promouit. Transit annus iste durus diuitibus, pauperibus penuriosus, Papæ curiæ quæ Romanæ probrosus, propter malam captionem Papæ, incarcerationem & mortem consequenter. Sed tamen in hoc etiam consolari potuit, quia nullus eorum qui eius captioni interfuit, vel facinori tanto consenserit, iudicium ultionis euasit. Nam quidam insanabili acti sunt furia, quidam & præcipuè qui manus iniecerunt Christi vicario, manus proprias comederunt. Regis etiam Franciæ consanguinitas & cognatia tacta est usque in generationem septimam igne sacro. Annus iste commoditate famosus fuit: Flandrensibus & Francis infamis: Scotis durus: Anglicis inquietus.

Anno gratiæ millesimo tricentesimo quinto, qui est annus regni regis Edvvardi à conquestu primi tricesimus secundus, tenuit idem Rex natale apud Dunfermelyn in Scotia, cui interfuit Anglicanus. Transacta hyeme Rex ad obsidionem castri de Striuelyn accedens personaliter diuersis præparatis machinis illud fortiùs impugnavit. Qui verò custodiebant castrum illud fortiter defendentes, cum machinis suis plurimos occiderunt. Die quadam cum rex castrum considerando obequitaret, ac quodam loco infra iactum balistarum obequitando appropinquaret, iaculum quoddam de castro emissum superiori eius armaturæ affixum est sine ulla corporis læsione. In quod extractum rex expuens conuersa ad castrum facie, alta voce ei qui illud emiserat (iaculum ostendendo) suspendium minabatur. Castellani videtes obsidionem super se grauari, obtulerunt castrum regi, saluis vita & membris, ac postea simpliciter se in eius gratia posuerunt. Sed neutro modo voluit Rex eos admittere, sed tantum in ea forma, ut purè & simpliciter se dederent Regiæ voluntati. Quod licet eis primò difficile videretur, tamen cum fossata conspicerent terra impleri & lapidibus, scalasque ad transensionem murorum qui assiduis ictibus petrarum conquassabantur parari tandem in die Beatæ Margaretæ virginis castrum reddentes, se regis placito subdiderunt. Quorum capitaneum VVilhelmum Olifardi militem admodum strenuum & cordatum, ad turrim Londoniarum, reliquos verò ad alia castra diuersa transmisit carceribus mancipandos. Edvvardus rex subacta ad votum Scotia, commissaque eius custodia Iohanni de Segraue, in Angliam est reuersus. Cumque venisset Eboracum iussit sessionem iustitiariorum qui dicuntur, de banco, & Scaccarium, quæ iam septennio manserat Eboraci, Londonias ad antiquum locum transferri. Eo anno obiit Iohannes de VVarena Comes Surrey & Southsexie, cui successit nepos eius ex filio, Iohannes nomine, uxorem accipiens neptem regis

regis, & filia Alienora, quam duxit comes Barrensis. Hoc anno ordinati sunt iusticiarii qui de malefactoribus diligenter inquirerent, quantum ad ceteros articulos, & iuxta demerita punirent inuentos. Hij iusticiarii vocati sunt ab hominibus popularibus Traybaston, quod sonat, *trabe baculum*. Papa Benedictus per idem tempus considerans pium esse etiam ouem errantem licet inuitam perducere ad ouile, regem Francorum non petentem, à sententia excommunicationis per prædecessorem suum lata in eum absoluit. Per idem tempus rex Franciæ offensus abbati Cisterciensi, quia in appellationem contra Papam Bonifacium non consenserat, omnia monasteria eiusdem ordinis in regno Franciæ constituta plurimum molestauit, propter quod Abbas vltro regimini ordinis sui celsit. Rex Franciæ Philippus hoc anno in manu valida compias fudit Flandrensiū, inter quas cecidit VVilhelmus de Iuharijs, qui eorum capitaneus fuerat constitutus. Et non multò post reddiderunt se regi Francorum duæ villæ Flandriæ nobiles Insulaci & Duacū. Hoc anno die nonarum Iulij moritur Papa Benedictus Perusij. Post cuius obitum cum cardinales in electione summi Pontificis dissiderent, à civibus secundum constitutionem Gregorij decimi includuntur. Transit annus iste frugum vel fructuum fertilitate, nec inops nec abundus, Romanis lugubris propter dissensionem Cardinalium in electione Papæ: Francis & Anglicis propter subactos aduersarios gloriosus: Scotis & Flandrensisibus nimis odibilis propter regibus datam victoriam de eisdem.

Iusticiarii vocati Traybaston.

Rex Franciæ excommunicatione liberatus.

Flandri à Frācis fusi.

Obijt Benedictus papa.

Annus conatus.

CAPTIO ET MORS W. WALEYS.

ANNO gratiæ millesimo tricētesimo sexto, qui est ann^o regni regis Edwardi à conquestu primi tricesimus tertius, fuit idē rex ad natale Londonijs cum regina multisque proceribus regni sui. Hoc anno VVilhelmus VValeys qui Scotiam frequenter commouerat, per milites regis in Scotia captus est, & Londonias vsque ductus, vbi iudicialiter condemnatus, trahitur, suspenditur, & vltimò decollatur. Cuius caput Londonijs in loco eminenti figitur super palum, corpus verò in Scotiam transmissum est in quartas, quæ ad aliorum terròre in diuersis vrbibus suspenduntur. Hic ex infima gente procreatus, processu temporis factus est vir sagittarius, illius artis peritia quæritans victum suum. Cumquē semel & secundo suam fortitudinem pariter & audaciam expertus fuisset, altiora appetens, petiuit a Scotis licentiam vt possit Anglicos infestare, promittens se totam Angliam conquisturam, & Scotos victores vsque Londonias produsturum. Scotis verò eisdē sibi consentientibus & ipsum eorum ducem constituentibus, militia donatus et cingulo à quodam Comite regionis illius. Inde cepit peruagari prouincias vsque Northumbriam, maximum tumultum concitando, villas & agros depopulando, prædas agendo, & magnā partē patriæ incendio deuastando. Vidētes ergo Scoti viam suā prosperari, confluebant ad eum in multitudine vix numerabili, non solum iuuenes, sed etiam ipsi senes, ita vt in breui tantum constaret exercitum quanto nullus princeps iuxta Scotorum opinionem resistere præualeret. Igitur de tanta multitudinis gloriabundus, concepit audaciā præsumptibilem dominū suū regem Angliæ inquietandi, sed quæ merces pro demeritis sibi prouenerit superius satis claret. Circa dies istos Bertrandus Burdegalensis Archiepiscopus, natione Vasco, in Papam est electus, & Clemens quintus dictus est. Qui mense Octobri Lugduni, conuenientibus illuc Cardinalibus, regeque Francorum Philippo suam præsentiam exhibente, papali diademate coronatur. Qui dum coronatus ad Ecclesiam beati Martini equitando duceretur, murus quidam à latere, (in quē multi spectaturi quæ gerebantur ascenderant) cor-

Natale celebratum Londini.

Williamus Valeys.

Williamus Valeys: vnde ortus.

Clemens quintus papa.

*Dux Britannie muri rui-
ma oppressus.* ruens multos oppressit, inter quos erat dux Britannia, vir senex & discretione insignis. Idem Papa ante natale vnam ordinationem faciens, creauit duodecim Cardinales, inter quos de ordine fratrum Prædicatorum frater Thomas de Ioz, doctor sacre theologie, natione Anglicus, titulus Sanctæ Sabinæ, factus est præbyter Cardinalis. Hoc anno milit rex Franciæ ad regem Anglæ, rogans eum vt Flandrenses ab Anglia expelleret, sicut ipse ad suam instantiam Scotos à Francia eiecerat paulò ante, cuius rex precibus acquiescens Flandrenses omnes de Anglia exbanniauit. Transit annus iste fructum faciens, frugisque produciens, Francis & Anglicis otiosus, Flandrensibus odibilis atque Scotis. Hoc anno Antonius Dunelmensis Episcopus donante Papa Clemente fit Patriarcha Ierosolymitanus.

Annalis conclusio.
Natale celebratur Londini.

Flandri ab Anglia expulsi.
Robertus de Brus hominid rex Scotie coronatur.
A Nno gratiæ millesimo trecentesimo septimo, qui est annus regni regis Edvardi à conquestu primi tricesimus quartus, tenuit rex natale Londonijs. Circa quod tempus, videlicet quarto Calendas Februarij, Robertus de Brus aspirans ad regnum Scotiæ, nobilem virum Iohannem Comyn, quia suæ proditoris factioni assentire noluit, apud villam de Dunsfres, in cuius castro Iusticiarij regis Angliæ tunc sedebant, in Ecclesia Fratrum Minorū sacrilegus interfecit. In festo verò Annunciationis beatæ Virginis in Abbathia Canoniorum regularium de Scone se fecit in regem sollemniter coronari. Vxor Comitis de Borvan, à marito suo tunc furtiuè discessit, omnes equos eius magnos secum adducens, & propetans vsque Scone, vt diadema imponeret capiti noui regis, quia frater eius Comes de Fife, ad quem iure hereditario spectat hoc officium, tunc absens in Anglia morabatur. Hanc autem comitissam eodem anno captam ab Anglicis, cum quidam perimere voluissent, non permisit rex. Sed in domuncula quadam lignea super murum castri Berewicii posita est, vt possent eam conspiceret transeuntes.

Edwardus filius regis Scotie proficiscitur.

In festo Pentecostes, Edvardus filius regis Angliæ, cum numerosa societate iuuenum nobilium Londonijs à patre militaribus armis cinctus est. Qui exinde cum tyronum multitudine Scotiam continuatis diebus contendit, ad reprimendum conatus Roberti de Brus inuasoris regis dignitatis, præcesserant verò cum Aymericus de Valentij, comes Pembrochiæ, Robertus de Clifforde, & Henricus de Percy, missi à rege cum manu armata, ad nouis motibus resistendum. Ipse verò rex lento gradu secutus conuocauerat exercitum, quem apud Carleolum iussit esse paratum in quindena Sancti Iohannis Baptiste in occursum filij sui, cum eodem ulterius progressurum. Interim Robertus de Brus circuiens terram & homagia multorum recipiens, coadunato exercitu copioso, appropinquauit villæ Sancti Iohannis, in cuius præsidium nuper aduenerat Aymericus de Valentij supradictus. Equites autem Scotorum omnes lineis super arma sua, ne discernerentur, induti erant ex iussu Principis sui noui. Milit ergò Robertus de Brus inuitans Aymericum ad congressum. Qui respondit, quod cum eo non die illo, sed in crastino dimicaret. Igitur subtrahente se Roberto cum suis ad spatium vnius miliarij, & reficere se volente, appropinquante hora vespertina Aymericus cum suis armatis egreditur: & subito superueniens Scotos, multos interemit inermes. Cui cum aliquantulum Robertus, ceterique qui se cum celeritate armauerant restitissent, tandem prævalentibus Anglicis fugere sunt coacti. Quos insecutus Aymericus cum suis vsque in insulam de Kentyr, castrum illius loci putans Robertum se recepisse, in eo obsedit: Expugnato tamen castro, non eum inuenit, quia fugerat ad extremas insulas regionis, sed uxorem ac fratrem suum Nigellum ibi cepit, cum quibusdam alijs, quos

Scoti in fugam acti.

quos omnes vsque Berevvicum fecit deduci. Non multò pòst captis est comes de Athel, qui de castro fugerat antedictò. Circa festum Sancti Michaelis reuerlus est Robertus de Brus vsque Keyntyrr, & Henrico de Percy in propin- *Henricus de Percy fugas- tus.* quò existenti superueniens, quosdam de familia eius occidit: equosquè dextra- rios & alia spolia multa cepit. Ipsumq; Henricu in castro loci eiusdem obse- dit, quousque robore exercitùs à rege misso obsidionem dimittere cogeretur. Interea rex apud Lauercolte iuxta Carleolum cōmorans, misit Berevvicum Iusticiarios, quorum iudicio Nigellus de Brus, & qui cum eo capti fuerant tracti sunt & suspensi, & ultimò decollati: vxorem verò Roberti de Brus, *Supplicium de Perduellis bus.* rex transmisit in Angliam, iubens eam iuxta statum suum decenter tracta- ti. Comitem verò de Athel iam secundò contra fidelitatem suam regi re- bellantem, misit Londonias, vbi ad tempus tentus sub custodia, tandem pro- ditionis suæ meritis pœnas luit. Posthac captum est castrum de Lochdor, in quo inuentus est Christoferus de Scotun, sororius Roberti de Brus, quem cum non Scotus esset, sed Anglicus, iussit rex deduci vsque Dunfres, vbi quendam militem de parte regis occiderat. Ibiquè iudicium subire coactus, tractus & suspensus est & ultimò decollatus: vxorem verò Christoferi, & fili- am Roberti de Brus in diuersis monialium monasterijs collocauit. Episco- pos verò Glasuensem & Sancti Andree, abbatemque de Scone, cū eodem *Robertus Winsbelsy accusatus à rege.* anno capti essent, misit in Angliam ad diuersa castra sub custodia detinendos. Hoc anno Clemens Papa curiā transulit de Lugduno in Burdegalam, vbi E- piscopum Pictauiensem, qui sibi (dum Archiepiscopus fuerat) aduersabatur, à pontificali deposuit dignitate. Primatum etiam Aquitanie de Bituricēsi tran- sulit ad Ecclesiam Burdegalensem. Per idem tempus rex Angliæ Robertum *Robertus Winsbelsy accusatus à rege.* Cantuariensem apud dominum Papam accusauit, super eo, quò pacem regni sui perturbauit, sibi què rebellantes defendit & fouit. Propter quæ vo- catus est Archiepiscopus ad curiam, & ab executione officij suspensus, quo- usque de sibi impositis legitimè se purgaret: obtinuit què rex à domino Pa- pa absolutionem à iuramento, quod inuitus præstiterat super obseruantia libertatum aliàs à Comitibus & Baronibus exactarum, vsus consuetudi- *Absolutio Pa- palis causa periurij.* ne & cautela paterna, qui quotiens instabat necessitas de facile iurare vo- luit se satisfacturum votis suorum, & eadem facilitate voluit resiliire quo- tiens sibi tempus commodior arrideret, prætendens semper Papalem abso- lutionem à præstito iuramento.

Rex Franciæ per hoc tempus petijt per suos nuncios à Domino Pa- *Rex Franciæ Bonifacij Pa- pe ossa exur- re voluit.* pa ossa prædecessoris sui Bonitacij, ad comburendum tanquam hæreti- ci, instantia importuna. Petijt etiam Sanctorum Cathologo ascribi fra- trem Petrum de Murrone, qui quondam fuit Papa, dictus Celestinus quintus. Hoc anno Rex Angliæ Petrum de Gauerston apud se à diuer- *Monachi Westmonast. carcere liberati.* sis accusatum, regnum Angliæ abiurare coëgit. Ad Annunciationem do- minicam aderat rex Edvvardus cum magnatibus apud VVestmonasterium acturus Deo gratias & beato Edvvardo, pro triumpho de Scotis potito, compassusquè super iniusta carceratione Monachorū VVestmonasterium, iussit mox fieri liberationem ipsorum: sed superabundante peruerforū iudi- cum malitia prolongantium iniquitatem suam vltra præceptum regis, retine- runt per octo dies monachos in prisona, quo audito, præcepit rex iusticia- rijs, vt omisissis cæteris curis, incarcerationi monachi eorum abbati continuò red- derentur. Eodem anno quidam hæreticus apostata surrexit in Vēnetia, nomine *Hæreticus ex- ortus Vene- tij.* Doncinus, qui plurima cōtra fidē prædicauit, & inter cetera finē mūdi infra triē- nium nunc instare fallaciter vt veraciter prædicauit, qui multos sibi congrega- uit,

uit. Asseruit etiam hominem quemvis cum quavis muliere commiscere non esse peccatum, & mulierem renuentem cuiusque hominis amplexum, dignam ignibus consecrari, qui non ita multo post captus, & ignibus est combustus. Transiit annus iste similis multis annis precedentibus, in frugum fructuque procreatione, qui non solum nesciebant abundare, sed nec ad satietatem omnium fructum ferre: fuit etiam quietus Gallicis: sed inquietus Anglicis atque Scotis.

Animalis consusio.

Natale celebratur Carleoli.

ANNO gratiæ millesimo trecentesimo octauo, qui est annus Regni Regis Edvardi à conquestu primi tricesimus quintus & vltimus, fuit idem rex ad natale apud Carleolum, cum magna multitudine populi Anglicani. In octauis Sancti Hillarij rex parliamentum habuit Carleoli, in quo per maiores, graues depositæ sunt querimonie de oppressiõibus Ecclesiarum & monasteriorum multiplicibus, & extortionibus pecuniarum per Clericum dominum Papæ magistrum VVilhelmum Testa nouiter in regno inductum. Præceptumque est eidem Clerico de assensu comitum & baronum, ne de cætero talia exequatur. Ordinatum fuit etiam quod pro remedio super his obtinendo, ad dominum Papam nuntij mitterentur. In eodem parlamento adita sunt statuta quædam religioſos, tangentia qui domos suas principales in alio regno habebant. Ad

Papa per legatum nuptias conciliat.

Nuptia celebrata sunt 25. die Iunij 1307. apud Boloniam interta mare.

illud parliamentum venit transmissus per dominum Papam Cardinalis quidam Petrus Hispanus dictus, pro matrimonio inter filium regis Angliæ & filiam regis Franciæ, secundum quod à Papa Bonifacio tanquam mediatore patris ordinatum fuerat consummando. Cui per regem responsum est, paratum se fore implere quæ ordinata sunt, dummodò rex Francorum velit ex parte sua quæ ad ipsum pertinent adimplere. Dederat enim rex Franciæ dum VVascomiam tenuerat, castrum quod Malileonis dicitur cuidam militi, qui illud adhuc detinebat, nec ad mandatum regis Franciæ illud curabat restituere, ob quam causam fertur illud matrimonium hætenus fuisse dilatum. Rediit itaque Cardinalis Londonias, ubi super his certitudinem expectaret. Interim Robertus de Brus terram circuiens, multos sibi rebelles peremit, misitque cum parte exercitus duos fratres suos, Thomam militem, & Alexandrum clericum, ad aliam partem terræ, ut homines terræ ad se alliceret blanditijs atque minis. Qui Anglicis superuenientibus capti sunt, & ducti ad iusticiarios, ac condemnati, primo tracti ac postea sunt suspensi. Tempore huius regis, fratres qui dicuntur minores, seu quod latius publicatur, & nequius comprobatur totius ecclesiæ exploratores, ad illicita legis suæ aspirantes, obtulerunt summo pontifici quadraginta millia de florenis aureis, & pecuniam multam nimis, pro terris, prædijs, redditibusque licite obtinendis. Quibus Papa, ubi est (inquit) illa vestra pecunia? At illi dixerunt, in manibus mercatorum. Et datis fratribus inducijs trium dierum responsionis habendæ, absolutis mercatoribus à depositi custodia, præcepit Papa sub interminatione anathematis, pecuniam ipsam eius necessitatibus custodiri. Responditque fratribus regulam Sancti Francisci canonizatam se nolle sensu aliquo violare, nec fratres ab ea aliquando declinare, sed secundum eam degere semper debere. Sicque factum est, ut quod iniustius acquisierant æquissimè amiserunt. Eodem anno ventus vehemens & damnosus prostravit arbores, ædificia & campanilia multa, in regno Angliæ per diuersa loca. Eius quoque tempore rex Tartarorum & rex Armeniæ, & rex Georgianorum, congregato exercitu qui fuerunt decies centena millia, & quadraginta millia

Papa fratres minores gratias de pecuniarum summa emittit.

Ventus vehemens.

Saracenorum strages per Tartaros.

in equis, inuocato contra Saracenos Christi adiutorio dimicarunt. Et cæsa sunt apud Halapiam, Alachemala, & Gararam, & Damascum ex Saracenis plusquam ducenta & quadraginta millia in vltionem sanguinis

nis Christianorum effusi apud Acon, Tripolim, & cetera loca sancta.

Horum Tartarorum conuersionis vt fertur extitit ista causa: Frater magni regis Tartarorum, Calsiam (cum esset Paganus) admauit, filiam regis Armenie Christianam, quam a patre petijt in coniugem sibi dari. Rex autem Armenie noluit acquiescere, nisi fieret Christianus. At ille praualeus viribus & potentia, sibi intulit minas belli: tandem Rex accepto consilio, quod meliores sunt nuptiae quam pugnae, annuit postulari. Denique suscitata prole masculini sexus inter eos, inuentus est hispidus & pilosus velut vesus. Quo patri oblato, dixit non esse suum, quemque iussit statim igne cremari, mater

*Ratio conuer-
sionis Tarta-
rorum ad fi-
dem.*

10 vero contradicens, petijt sibi dari infantem, quo accepto, iussit eum baptizari, & statim post trinam immersionem in sacro fonte, cecidit omnis pilositas de infante, & apparuit lenis & pulcherrimus puerorum. Hoc viso, credidit pater & domus tota. Post Pascha Robertus de Brus, aucto iam suo exercitu, congressus cum Aymero de Valentis ipsum compulit in fugam, paucis de his qui erant cum eo peremptis. Infra triduum etiam sequens fugauit Comitem Glouerniae, multisque hinc inde occisis ipsum obsedit in castro de Are, quosque per exercitum a rege missum fuit oblidio dissoluta. Ex tunc autem in sequentibus cum Anglicis fugit ad loca palustria & nemorosa, in quibus latibula queritantem comprehendere minime potuerunt.

*Robertus de
Brus Angles
fugat.*

20 Hoc anno cum placeret fratribus de VVestmonast. transsere Sebertum regem de veteri Ecclesia in suam nouam basilicam, qui primo de Regibus Anglorum ibidem in honore Sancti Petri Apostolorum principis fundauit Ecclesiam, & cum deuotionis ardore eius aperuissent sepulchrum, inueniunt manum eius dexteram integram in carne, cute, vnguibus, & ossibus compactis vsque ad medium brachij, qui iacuerat ibi per annos circiter septingentos. Tunc rex Edvvardus missis per Angliam nuncijs, praecepit sub graui poena, vt omnes qui ei debebant seruitium parati essent apud Carleolum infra tres septimanas post festum Sancti Iohannis Baptistae. Interea rex grandaeuus vexari coepit dysenteria, & quia iam desperabat de vita diuturna

*Translatio
Seberti regis.*

*Hortatio re-
gis ad filium.*

30 misit ad filium, vt maturaret audire patris extrema colloquia. Quem inter cetera misericordem fore monebat, & iustum & affabilem vniuersis, constantem in dictis & factis, familiarem bonis, & praecipue miseris misericordiam impartiri. Deinde praecepit ne post mortem suam festinaret ad coronam Angliae suscipiendam, donec paternas iniurias in Scotos honorifice vindicasset, sed moraretur in partibus, & assumeret secum ossa paterna in aliquo vale reclusa, quae secum faceret deportari, donec totam Scotiam peruagasset, & omnes superasset aduersarios vel cepisset. Quonia (inquit) nullus te poterit superare, dum ossa mea tecum feceris deportari. Praecepit etiam vt fratres suos, Thomam & Edmundum diligeret & foueret, quorum vni Thomae videlicet, dederat comitatu Cornubiae, Edmundo vero comitatu Mareschalli. Praterea, monuit vt matrem suam Margaretam reginam, tanquam bonus filius coletet, & amaret: iussit etiam sub interminatione maledictionis suae, ne Petrum de Gauertston communi decreto exiliatum sine communi fauore praesumeret reuocare. Intimauit ei quoque quod crucem suscepisset pro negotio terrae Sanctae, quam proposuit personaliter adiuisse, sed turbatus per molitiones Roberti de Brus nouas & varias, impeditus fuit a proposito, & bellum in Scotiam transferre coactus est omisso negotio memorato. Triginta (inquit) & duo millia librarum argenti praeparauit ad exhibendum septies viginum milites honorifice in terra sancta cum sua familia, quia mihi non datur votum perficere in persona propria, qui cor meum illuc deferent & reponent. Quod cum secum de-

*Rex laborat
dysenteria.*

*Edvvardus rex
sua ossa per
Scotiam de-
portata hostes
fugare posse
existimabat.*

40 portauerint, F. iij.

*Filius immo-
rigerus patris
mandata ne-
gligit.*

*Rex filium
remittit in
Angliam.*

*Vxores & li-
beri regis Ed-
wardi primi.*

portauerint spero in deo meo, omnia illis prospera successura. Præcipio, ait igitur, districtè sub pœna maledictionis paternæ, ne dicta pecunia in alios vsus expendatur. Sed filius regis patre defuncto nihil horum complere voluit, sed, vtræque Scotiæ mox deseruit, & regnare festinauit. Petrum de Gauertton contra suorum voluntatem procerum reuocauit, quem militem mox creauit, & totam pecuniam quam pater ordinauerat ad succursum terræ sanctæ prodigaliter sibi donauit. Qui proinde in tantam superbiam est euectus, vt despiceret terræ magnates, publicè vocando Thomam Lancastriæ comitem histrionem, Eymertum de valentia Penbrochiæ comitem, Iosephi Iudæum, eò quod pallidus esset & lógus. Comitè VVarvichæ Guidonem, eò quod fuscus esset, ap-
pellauit, D. de Arderina nigrû canem: sicq; laceßiuit insolentij regni nobiles, donec priuatus capite, docuit suo miserabili fine nobiles milites non laceßendos. Sed hæc in sequentibus videbit lector plenius suo loco: vtiones variæ quæ contigerunt Edvardo pro contemptu monitionum paternarû. Edvardus vero quia patris neglexit mōita, infelicitè regnauit, postea iugiter ipsum & Barones suscitata discordia, cōtinua persequente caristia, & præcipuè tribus annis, quibus incolæ moriebantur pro panis inopia, & iumenta pestilentia perierunt. Et quod plus, nescio, vtrum verecundandum aut formidandum est, quondam Scoti subditi toto suo tempore in bellis mortalibus, in cunctis penè conflictibus, ex Anglicis vbique victoriam reportarunt, tantumquæ metum incusserunt eis, vt viginti non auderent congressum expectare trium Scotorum. Ipse autem rex turpiter à Scotis victus est circa septimum annum regni sui, nobilesq; multi perempti sunt ab eisdem. Ad consilium etiam miseriarum semper ducebatur malo consilio, donec efferatus in tyrannidem, Thomam Lancastriæ Comitem, & plures ex suis naturalibus peremisset. Tandem post infelicem regni non dicimus gubernationem, sed potiùs deuastationem, turpiter regno deiectus, à suis inhumaniter est peremptus. Hæc omnia cunctorum opinione sibi contingentibus, quia iussa patris spreuit, & maledictionem vetuli paruipendit, quæ cuncta in sequentibus plenius enarrantur, sed nunc ad materiam reuertamur. Cum rex Edvardus præmissis mōitis, vt præferretur, filium instruxisset, & de sua postrema voluntate plenius docuisset, misit eum in Angliam, vt secundum ea quæ à rege audiret Franciæ, proficisceretur ad connubium cum eiusdem filia contrahendum. Pro qua causa parum ante in Angliam missus fuerat quidam Cardinalis, dictus Petrus Hispanus, vt pacta nuptialia confirmaret. Post decessum filij, capit rex prout ante vexari dissenteria, mouit nihilominus de Carleolo, quinto nonas Iunij, paruis dietis versus Scotiam proficiscens. Pridiè verò nonas Iulij venit ad Burgum super Sandes, vbi inualecente morbo, die crastina, scilicet feria sexta, præsentis vitæ valesaciens, dies suos in bono, & annos suos in Angliam consummauit. Regnauit autem annis triginta quatuor, mensibus septem, diebus viginti vno, compleuitquæ ætatis suæ annos sexaginta octo & dies viginti. Duxit autem rex iste nobilis duas vxores nobiles, primò videlicet Alienoram sororem regis Hispaniæ, viuentis patre suo Henrico illustri regi Angliæ, de qua quatuor filios generauit, Iohannem primogenitû, Henricum, Alonsum, & Edvardû qui sibi successit in regno, & quinque filias: Alienoram scilicet, quæ dominus VVilhelmus comes de Bares cepit in vxorè: Iohānamq; de Acres, quæ data est Gilberto de Clare comiti Gloucestriæ in vxorem, quæ post decessum Comitis quendam bachalarium nomine dominum Radulphum de Monhermer accepit in maritum inconsulto patre: Margaretam quæ desponsata fuit domino Iohanni Duci Brabantæ: Mariamquæ, quæ habitû Sanctimonialium accepit apud

apud Ambresbirie: Et Elizabethā, quam comes Holandiæ duxit in vxorem. Quo mortuo dominus Humfridus de Bou, comes Herefordiæ, duxit eandem. Secundò duxit rex præfatus in coniugem Margaretam sororem Philippi regis Franciæ, de qua genuit duos filios, Thomam dictum de Brotherton, & Edmundum, & vnam filiam nomine Margaretam.

Hæc ideo digne scribere, ne posteris lateat generatio tanti regis. Fuerat autem in armis strenuus, bellicosus etiam & victoriosus: totam Angliā de manu Symonis de Montelorti, & eidem adherentium Comitum & Baronum acquisiuit. Valliam de manu Leuolini in suos vsus accepit. Aquitaniam quoque de manu regis Franciæ sapienter extorsit. Scotiam sæpius subiugauit, sed ea capta per Robertum le Brus ipse in lecto mortis iacens, ex magnanimitate cordis iussit corpus suum ibi remanere insepultum, & deterrī in exercitu donec tota Scotia esset finaliter subiugata, de quo quidam sic scripsit:

Dum viguit Rex, & valuit tuamagna potestas,

Fraus latuit, pax magna fuit, regnavit honestas.

Post principis prædicti decessum, venerabilis pater, dominus Petrus Hispanus Cardinalis, & Clerus Angliæ, cunctique regni nobiles qui interesse poterant, obuiam corpori vndiq; occurrerunt, solemnnes procelstones, ad quas venerat, per Ecclesias faciendo. Requieuit autem corpus venerabile inhumatum in Ecclesia Canonorum de V Valtham vsque in diē sepulturæ suæ, scilicet, per sexdecim septimanas, per quod tempus ex mandato executorum regis illuc destinati sunt de singulis magnis Monasterijs vicinis in circuitu hebdomadam, sex Monachi seu Canonici, vel alij religiosi, qui circa corpus vigilias facerent & exequias solemniter continuarent, non sine grauib; laboribus & expensis. Nec cuiquam licebat recedere donec arbitrio executorum licentiatu fuisset. Cardinalis autem indulgit veniam vnus anni omnibus dicentibus orationem dominicam cum salutatione angelica pro anima dicti regis.

Cumque à festo translationis sancti Thomæ martyris vsque ad festum apostolorum Simonis & Iudæ iacisset inhumatū corpus regium, tandem ipso die Apostolorum apud V Vestm. est sepultum, patre venerabili Antonio Patriarcha Ierosolymitano & Dunelmensi episcopo missam celebrante, & extremas exequias faciente.

F.iiiij.

Victoria.

Exequia.

*Indulgentia
Cardinalis se-
crilega.*

*Sepulchus
Westmona-
sterij.*



De Edwardo post conquestum secundo.

Edwardus de
Caernernan.



OST MORTEM toti mundo deflendam
Edvardi regis inuicti, successit ei filius suus Ed-
vardus cognomēto de Caernernan, non tā iure
hereditario quā unanimi assensu procerum &
magnatū. Non tamen coronatus est vsq; ad duo-
decimū Cal. Martij, quando vnā cum noua con-
iuge sua filia regis Franciæ Isabella, regale diade-
ma suscepit. Et in die Sancti Mathiæ Apostoli 10
coronantur dominus Edvardus rex Angliæ &
domina Isabella regina apud VVestmonast. ab
Episcopo VVintoniensi cōmissione Archiepis-
copi Cantuariensis speciali in finibus transmar-

nis per biennijū exceptis septem septimanis exulantis, propter iram domini re-
gis Edvardi nuper defuncti, quam certis de causis incuterebat: cui quidem
coronationi interfuerunt dominus Carolus & dominus Ludouicus de Cla-
ro monte, fratres regis Franciæ, dux quoque Brabantæ, & Comes de Fens,
& ceteri magnates vtriusq; Franciæ & Angliæ, & Domicella de Artoys miræ
pulchritudinis iuuecula. Eodem anno, dominus rex reddidit Gilbeto de Clare 20
terram suam, redemptione facta pro tempore minoris ætatis. Sed hoc anno
prius octauo Calen. Februarij Edvardus desponsauit Isabellam, filiam regis
Franciæ, apud Bolon super mare, quibus nuptijs celebrandis interfuerunt qua-
tuor reges, videlicet Philippus rex Franciæ, rex Nauarræ filius regis Franciæ,
rex Almania, & rex Ciciiliæ, Regina Franciæ Maria, mater Margareta reginæ
Angliæ, regina Angliæ domina Margareta Edvardi primi sponsa, regina Na-
uarræ cum copiosa dictorum regnorum multitudine. Nihilominus defuncto
patre, fidelitates & homagia à Prælatiis proceribusq; suscepit. Sed medio tem-
pore priusquam corpus paternum sepulturæ traderetur posuit maculam in
gloria sua, erectus in tyrannidem, vnde mox contraxit infamiam perseueratu- 30
ram temporibus diuturnis. Nam Cestrensem Episcopum dominum VValter-
rum de Langtona, regni thesaurarium, & patris executorem præcipuum, exe-
cutione testamēti penitus impedita, capi fecit & includi, ac dei timore & sanctæ
matris Ecclesiæ honore postpositis, inhumanè fecit tractari eundem. Causa ini-
micitie fuit, quia dictus Episcopus, patre suo viuente, de suis corripuit insolentijs,
& superfluis compescuit ab expensis. Ex causis præmissis intensus Episco-
po effrenis iuuenis, cum squalore carceris coarctauit, & omnibus bonis suis, ac
etiam sibi debitis spoliavit, nec erat in regno qui pro eo verbum facere ausus
fuit, tanta fuit bilis iuuenis contra eum. Fecit insuper iusticiarios inquirere de
persona sua, vt si quicquam inordinatum reperissent, Rex proculdubio ab eo 40
vltiā pœnas meritas exegisset. Rationem etiam rex petijt ab eodē de officio the-
saurarij, & tempore suæ ministracionis. Sed pontifici semper congruis datis
ad obiecta responsis, nullo sensu potuit culpabilis inueniri, tandem aspirante
diuina gratia, & auctoritate Papali mediante ad semigratiā regis recipitur, re-
bus suis omnibus restituitis. Eodem tempore rex iuuenis reuocauit ab exilio Pe-
trum de Gauerstone, qui dudum tempore patris sui certis de causis assensu cō-
muni procerum & magnatum exilio perpetuo fuerat condemnatus. Iste Pe-
trus filius fuerat cuiusdam generosi, sed alienigenæ de VVasconia, qui in obse-
quio militauerat laudabiliter Regis patris, cuius obsequij gratia rex hunc Pe-
trum puerulum in suam suscepit Curiam, adiungens cum filio suo curia, cum
quo

Episcopus Ce-
strensis regis
mandato in
carcerem sine
causa conie-
ctus.

Petrus de Ga-
uerstone reuo-
catus ab exilio.

- quo à pueritia adoleuit. Inuenit autem tantam gratiam coram regis filio, vt ipse spreto vel paruipens magnatum regni filijs, huic solummodo adhereret, eius tantummodo seruitium acceptaret. In tantumque lapsu temporis creuit amor, vt ab eo vsque ad mortem saltem animo non posset separari. Ille verò & si cum facietenus reamater, eius ni fallor, munera plus amauit, dum thesaurum & regni iocalia quæ filij regis esse debuerant, penes se collegit, & transmāinis mercatoribus ad vsus suos proprios tradidit conseruanda. Igitur cum (vt diximus) dictum Petrū ab exilio renocasset, in-
- 10 lam Man, quæ specialiter spectat ad coronam. Eodem anno tertio idus Octo-
- bris tenebatur parliamentum Northamptoniæ, in quo fuit ordinatum, vt mo-
- neta regis Edvardi patris istius regis, quæ apud incolas viluerat, post decessum
- eius curreret more solito, sub pœna vite & membrorum. Et quinta decima cle-
- ricorum, ciuium & burgesium totius terræ, & laicorum vicesima regi notio
- concederetur. Sub eodem tempore capti fuerunt omnes templarij per totam
- Angliam præcepto regio vno die, propter plurima inhonesta & enormia fidei
- catholicæ inimica, super eisdem prius per vniuersum orbem captis reperta &
- probata, & in diuersis regni castellis incarcerationunt. Transiit annus iste frugum
- ferax & fructuum qui communitati sufficerent, si non nimium recondarent:
- 20 Francis ociosus, Anglicis & Scotis inquietus. Et super hæc Anglicis præcipue
- flebilis pro amissione tanti regis, cui non par in mundo eo tempore habebatur.

*Insula Man
proprie ad co-
ronam spectat.*

*Annalis con-
clusio.*

- A** Nno gratiæ millesimo trecentesimo nono, qui est annus regni regis Ed-
- vvardi nondum coronati à conquestu secundi, secundus, tenuit idem rex
- natale apud VVy, manerium Abbatis de Bello, cum familia multa nimis: pau-
- cis post natale diebus transactis, transstretauit in Franciam, vt regis Francorum
- filiam in vxorem duceret nomine Isabellam, quæ paulò plus annos duodecim
- habuit in ætate. Commisit autem regni custodiā Petro præfato, ob quam cau-
- sani murmur immodicus inter proceres regni succreuit. Nuptijs in Francia
- apud Boloniam iuxta mare, quibus quatuor reges interfuerunt, videlicet rex
- 30 Franciæ, filius regis Franciæ Rex Alemanniæ, & rex Siciliæ, celebratis, solen-
- niter ad regnum Angliæ reuertitur cum vxore. Igitur proceres occurrunt regi
- suo coniugique nouæ, & à cunctis elaboratur, quis propensorem honorem
- impendere possit illis. Occurrit inter ceteros ipse Petrus, quem mox rex in am-
- plexus specialius admittebat, & familiarius respiciebat. Inuidebant ergo pro-
- ceres, sed vindictam in tempus aliud differebant. Eodem anno sexto Calendas
- Martij die videlicet Sancti Matthiæ Apostoli, rex & regina cum solemnitate
- maxima apud VVestmonasterium ab Episcopo VVintoniensi, commissione
- Atheipiscopi Cantuariensis exulantis, magnificè coronatur. In die quo rex de-
- 40 bebatur coronari coram Carolo & Ludouico comitibus patruis reginæ, Iohan-
- ne duce Brabantie, & Margareta ducissa, Comite Sabaudie & multis alijs no-
- bilibus, tractauerunt comites & barones regni Angliæ de statu regni, petieruntq;
- à rege amotionem Petri de Gauertston à regno, sed rex noluit consentire, idcir-
- co proposuerunt Comites coronationem regiam impedire. Quod rex intelli-
- gens, promisit bona fide se facturum illis in parlamento proximo quicquid pe-
- terent, tantum ne coronatio differatur. Interim rex misit post regale Sancti Ed-
- vvardi in ecclesia monachorum ibidem, in quo post missam est in palatium re-
- uersus, & ad prandium est sessurus. Cancellarius regni & thesaurarius de iure
- portare debent calicem Sancti Edvardi cum patena, si præbyteri fuerint, ante
- regem: tradidit autem rex nō quibus debebat, sed voluntarie portiunculas re-
- gales sancti Edvardi, putā crucem, sceptrum, virgam, calcaria & gladios, sed
- coronam

*Natale apud
Wymanerij
Abbatis de
Bello.*

Coronatio.

*Proceres petiit
vt Petrus de
Gauertston in
exilium mit-
tatur.*

*Io. Blackwel
populi concursu
su oppressus.*

Torniamētum

Ann. concinso.

*Proceres inui-
dent Petro Gas-
merston.*

*Proceres petiit
leges quasdam
condendi fas-
cultatem.*

coronam Sancti Edvardi tradidit Petro ad portandum manibus inquinatis, ex quo non immeritò indignati sunt populus atque clerus. Fuit autem ibi tanta compressio populi, ut quidam miles Iohannes de Blackwel qui ab antiquo hostis illius ecclesie fuerat sine viatico expiraret. Sed nec regi coronando, nec episcopis ipsum coronaturis pepercit violentia populi. Et ideo cum festinatione nimia & quasi sine reuerentia fuit ista solennizatio consummata. Illo die missa in ecclesia diu post nonā, & prandiū in pallatio de nocte sunt finita. P. de Gauerstō se intra se continere nesciens, Torniamētum fecit iuxta castrum apud VVallingfordiā proclamari, & tantam sibi militiam ex diuersis partibus aggregauit, quod penē cunctos Anglorum nobiles contra se venientes vilissimē conculcauit, inter quos extiterē præcipui, Thomas comes Lancastriæ, Humfridus Herefordiæ, Eymerus Penbrochiæ, & Iohannes VVarenniæ, quasi totius regni primores. Hi nempe durē ferentes & Petri supercilium & acceptum opprobrium, dedie in diem quomodo Petrum perderent cogitabant. Transiit annus iste fruges & fructus afferens, quietus à bello Francis, Anglicis atq; Scotis: Magnates indignantur de Petri superbia.

ANno gratiæ millesimo trecentesimo decimo, qui est annus regni regis Edvardi à conquestu secundi, tertius, perpendentes regni magnates, & proceres, aliquē terræ fideles, regem in Petrum deperire præfatū, in tantum, ut nullius consilium, nullius consortium, nullius sive solatium curare videbatur, nisi Petri solius, & quod tota regni dispositio fiebat illius arbitrio, nec in regali curia cuiusquam negotia vel promoueri poterant vel expediri sine Petri conuiuentia, indignati sunt pro eo maximē, quod idem Petrus plus dilexit pecuniam quam æquitatem, plus respexit munera quam causarum qualitates, & ipsam pecuniam quam nequiter adquisiuit commisit custodiendam, vel ad vsus suos ampliandam, transmarinis mercatoribus, sicut prius. Et super hæc omnia, iusta satis illis accreuit ira, quod viderent se contemptui, & alienigenā quem nec virtus, nec sapientia commendabant, super se suprā merita sublimari, & eis in locis omnibus anteferri: dicebant igitur adinuicem, videtis quia nihil proficimus, expedit ut iste tollatur è medio, ne per potentiam inducat extraneos, qui non solum nostras leges, nostras adnullent consuetudines, sed nostrum forsità tollat locum.

Creuit hæc voluntas indies, & quotidie hoc propositum firmabatur, tandem licet serò, prout moris est Anglicis, cum ad extremam necessitatem peruenerunt parant erumpere, & regem super hijs & alijs conuenire. Ad regem igitur sine strepitu accedentes, rogant humiliter, ut Baronum suorum consilijs tractare negotia regni velit, quibus à periculis sibi & regni imminentibus, non solum cautior sed tutior esse possit. Annuit rex votis eorum, & ad Parlamentū omnes qui interesse debebant de consuetudine cōuocauit, ubi tractatu diligenti habito, postulatum est à rege cum instantia, ut liberam Baronibus disponendi quosdam articulos, sibi regnoque suo necnon ecclesie Anglicanæ utiles, concederet facultatem. Suspiciatus mox Rex quod eorum intendebat intentio, quod videlicet vel tenorem magnæ chartæ, vel chartæ de Foresta peterent confirmari, vel certè (quod plus timebat) Petrum de Gauerstō ordinarent in exilium destinari, diu renuit annuere postulatis. Tandem, ad importunam cunctorum instantiam consensum præbuit, & iurauit se ratum tenere quicquid proceres ordinauerint. Consensu Regis habito, Barones sibi sex Episcopos adsciuerunt, & plures de clero prudentes cum multis de communibus discretis viris, qui prædictos articulos ordinarent. Petrus verò de Gauerstō in hoc parlamento elatus in superbiam, barones despexit, & conuiuitia nonnullis intulit,

intulit, eorumque personas verbis procacibus dehonestauit, tollerati erunt tamen In solentia Petri de Gauerston.
nobiles regni hæc omnia, quia sperabant in proximo vindictam sumere de eodem, sed hoc fieri posse minimè credidit dictus Petrus. Hoc anno Robertus Archiepiscopus Cantuariensis ab exilio reuocatur iussu presentis regis, qui iam per biennium exulauerat propter offensam patris sui. Transiit annus iste perexaliter fruges reddens siue fructificans: Anglicis sollicitus & suspiciosus. Scottis & Gallicis ociosus. Archiepiscopus ab exilio reuocatur. Anna conclusio.

- A**nno gratiæ millesimo trecentesimo undecimo, qui est annus regni regis Edwardi à conquestu secundi quartus, tenuit idem rex natale apud VVinchesore. Natale celebratur apud Winchesore. Parliamentum Londini.
desore cum solemnitate magna. Post natale dominicum, conuenit vniuersa multitudo regni nobilium ad parliamentum Londonijs, vbi communi decreto articuli per barones dudum prouili regi proponebantur, instantibus importunè Baronibus, vt rex ipsas prouisiones confirmaret, & sui sigilli signaculo roboraret, præstaret insuper iuramentum de eisdem prouisionibus conseruandis. Rex verò protunc nihil esse ratus denegandū magnatibus, corporale præstitit iuramentum in hac parte, proceribus acquiescens. Quo facto, dominus Cantuariensis Archiepiscopus, Magister Robertus de VVinchelsey, mox cum cæteris suffraganeis excommunicationis sententiam in omnes contra dictos articulos venientes solemniter promulgauit. His expeditis, articuli in Ecclesia sancti Pauli Londonijs in presentia prælatorum, magnatum & communium totius regni, rege presente, publicè legebatur, inter quos tenor magnæ chartæ, cū alijs prouisionibus Ecclesiæ & regno necessarijs petebatur, & prout dominus rex pater suus iusserat alienigenas à sua curia regnoque suo pelleret, & malos à se consiliarios amoueret. Et vt omnia regni negotia cum ceteri magnatūque consilio tractaret de cætero, nullamque guerram inciperet, vel quocumque extra regnum diuerteret sine consensu communi. Rex autem, & si hæc omnia dura sibi & importabilia videbantur, magnatum tamen præbuit prouisioni consensum, & dictum Petrum in Hiberniam exilio relegauit: sed articulos cæteros non dum effectui mancipauit: gaudebant nihilominus terræ proceres quòd id produxerant ad effectum, vt Petrus cunctis odibilis exularet. Soluta parlamento præfato cunctis cū gaudio ad sua discedentibus rex mansit tristis, moleste ferens exilium dicti Petri, & disperquirens omni studio qualiter ipsum posset ab exilio reuocare, communicatque super hoc cum suis priuatis consilio suggestum est, quod si sororem comitis Glouerniæ, qui tunc erat iuuenis toto regno dilectus, & sub tutela regis, præfato Petro daret in coniugem, posset ipsum Petrum ab exilio reuocare intrepidè. Rati sunt etiam propter amorem Comitis, pariter & honorem, cuius esset sororius, magnates cæteros eum posse magis aquanimiter tollerare. Igitur cum festinatione maxima missum est in Hiberniam, & Petrus in Angliam est reductus. Nec mora, rex inter Petrum & dictam sororem comitis fecit nuptias celebrari, licet multum comiti displicerent. Exinde Petrus erexit cornua, & plus solito regni nobiles vilipendit. Nec his quidē quieuit, sed regem adeo enervauit, ne dicam infatuauit, vt cor eius auerteret, & voluntatem à pacto quod pepigerat, ne videlicet tractaret regni negotia sine communi consilio dominorum. Cæpit etiam (sicut prius) indies thesaurū regis colligere, & negotiatoribus vltra maris commendare, non quidem ad regios sed ad vsus suos, & in tantum expilauit regem, vt non haberet unde solueret expensa consueta vel necessaria domus suæ. Nec solum rex rei familiaris penuria, Petri stulticia laborauit vel magis auaricia: sed regina tantum rebus necessarijs atctabatur, vt regi Franciæ patri suo lachrymabiliter quæreret honore debito destitutam. Ob quam causam rex Franciæ cunctos Anglicos sibi

In solentia Petri de Gauerston.

Archiepiscopus ab exilio reuocatur. Anna conclusio.

Natale celebratur apud Winchesore. Parliamentum Londini. Articuli prouisionum conseruati.

Petrus Gauerston exulatur.

Rex conatur Petrum reducere.

Petrus reuocatus sororem comitis Glouerniæ ducit.

dibi notos pro talium abusionum tolerantia durius increpauit. Inter hæc Petrus spiritu exagitatus superbi re, regni detidebat proceres, subsannabat mediocres iactitando se sicut prius, ipsis inuitis omnia facturum, nec esset qui suæ voluntatis propositum quomodolibet impediret. Igitur Barones considerantes quod eorum patientia Petro malignandi præstabat audaciam, concepto spiritu fortitudinis, domino Regi assensu communi denunciabant, ut vel dictum Petrum à sua propelleret comitiis, articulosq; prouisos effectui manciparet, vel ipsi certè in eum tanquam periturum insurgerent pari voto. Durus videbatur, hic sermo regi, quia Petro carere nesciuit, sed magis videbatur imminere periculum si non suis obtemperaret Baronibus in hac parte. Considerauit nempe suam notabilem paupertatem, & suorum abundas diuitias, suam impotentiam, & eorum vires, & idcirco ad tempus censuit illorum condescendere voluntati. Idcirco plus timore quàm amore, plus necessitate quàm voluntate coactus, Petrum regnum abiurare permisit, addita Baronibus conditione, quòd si ulterius in Anglia vel quacunque terra regis Angliæ ditioni subiecta potuisset inueniri, illico caperetur, & velut hostis terræ publicus damnaretur. Igitur sub præmissa conditione, dato sibi conducto, Angliæ regnum lugens deseruit. Cuius aduentu cognito, rex Francorum mandauit regni sui ministris, ut dictum Petrum vbicunque posset inueniri caperent & commendarent diligenti custodia, ne videlicet iterato rediret in Angliam, & filiam suam reginam, regniq; proceres conturbaret. Sed mandatum regis Franciæ Petrum non latuit, quãobrem regnum Francorum mox deseruit, & intrauit Flandriam, tutas ibidem latebras quæsiturus. Cumq; nec illic satis tutum sibi videretur, vagabundus per alia diuersa loca ferebatur, vbique quærens requiem, quam non inuenit, tandem in se reuersus iterum cogitauit regnum Angliæ reuiscere, concepta fiducia de regis amicitia & comitis Glouerniæ, cuius sororem duxerat in uxorem. Et assumptis secum alienigenis, remeauit in Angliam, & parum ante natale domini cum se regis obtutibus presentauit. Rex præ gaudio aduentus sui, iuramenta, pacta, promissa negligens, eum suscepit hilariter, tanquam caeleste munus, & secum detinuit cum familia sua tota. Hoc anno quarto nonas Septembris parum ante horam nonam igniteij visum est fulgur horribile, quod durauit per totam noctem sequentem, cum magno tonitru & crebris ictibus circa mediam noctem sequentibus, ita quod sepes & arbores in multis locis suam viriditatem penitus amiserunt. Eadem hora Ecclesia de Midleton in comitatu Dorset Sarum diocesis cum campanili & campanis, ornamentis, libris & muneribus monachorum dicti loci, eodem fulgure, conuentu ad matutinas existens, combusta & consumpta est: pridie nonas eiusdem mensis ortus est ventus validissimus, quo arbores innumerabiles cum suis fructibus prosteruntur, & campanilia de Modeforde & Geuelton ad terram similiter ceciderunt. Hoc anno Archiepiscopus Robertus excommunicauit Walterum Contentensem episcopum, quia noluit in prouinciali consilio respondere, super eo quòd ipse fuit iuratus ordinationes seruare Baronum, sed post & contra eas adhæsit consilio regis, & fecit Petrum de Gauerston reconciliari, & ordinationes infringi, unde dictus episcopus ad sedem Apostolicam appellauit, & personaliter ipsam adiuit, & Adam Mirimouth contra eum per Archiepiscopum destinatus. Eodem anno nonis Iunii combusti sunt in ciuitate Parisiensi, iudicio domini Philippi regis Franciæ quinquaginta quatuor Templarii. Hoc anno Calen. Octobris sub Papa Clemente quinto celebratum fuit concilium apud Viennam, in quo Templariorum ordo damnatus est. Et ante illud concilium per vniuersum orbem generaliter fuit divulgatum, quòd omnes & singuli religiosi exempti, ad

*Proceres aut
Petrum in ex-
lium agi voluit
aut se rebella-
turos minan-
tur.*

*Petrus in ex-
ilium allega-
tus.*

*Petrus in An-
gliam reuertit-
ur, & a rege
humaniter ac-
cipitur.*

*Fulgur bore-
rendum.*

*Ecclesia de Mi-
dleton comen-
ciata.*

*Arbores in
multis locis
combusti.*

*Templarij cre-
mati.*

*Templariorum
ordo damnatus.*

10

20

30

40

iui

ius transirent cōmune, vnde solus ordo Cisterciensis Papam adiit ante dicti cō-
 filij celebrationem pro exemptione sua pristina pacifice obtinenda. Quod &
 obtinuit dotis datis. In isto consilio petita fuit & concessa decima sexennalis in *Decima sexen-*
 subsidium terræ sanctæ, & annis successiuis soluta. Philippus rex Franciæ co- *nalis in subsi-*
 gitauit vnum de filiis suis, regem Hierosolomitānum facere, & impetrare sibi *dium terre*
 omnes redditus & prouentus templariorum. Et hac occasione prius multos *sanctæ.*
 templarios in regno suo, & præcipuè magistrum magnum ordinis, & alios
 multos procurauit comburi, & totum ordinem procurauit, & fecit in consi-
 lio prædicto damnari. Sed tamen propositum suum de eorum redditibus non
 10 est consecutus, quia Papa hospitalarijs hæc assignauit non sine magnæ pe-
 cuniæ interuentu. Depositu nempè fuit contra Templarios & compertum, *Templariorū*
 quod quando receperunt quenquam ad ordinem, amotis omnibus, exceptis *scelera de quibz*
 fratribus eiusdem ordinis, adduxerunt illum ad locum priuatim, & totaliter *bz damnati*
 denudauerūt, & tunc vnus accederet ad eundē, & eum oscularetur in postero- *sunt.*
 ri parte, deinde inducetur & cingeretur corrigia de sambuco. Et post crux por-
 taretur, & ibi diceretur sibi, quod crucifixus non est Christus, sed quidam fal-
 sus propheta deputatus per Iudæos ad mortem propter delicta sua, & fecerunt
 eum ter spueri super illam, & postea proiecerunt crucem ad terram, & eam
 pedibus conculcari fecerunt, deinde ostenderunt sibi caput cuiusdam idoli
 20 quod quotidie adorabant. Et præter hæc depositum est contra eos quod vi-
 tio fædabantur Sodomitico, statuētes, quod nullus vtatur mulieribus, sed
 quilibet alteutro cū voluerit, vnde postea cū factū fuisset cōcilium prouinciale
 in Anglia Londonijs contra Templarios super his articulis, quod quidem con-
 cilium durauit à mense Maij vsque ad mensem Iunij, in quo Templarij capti
 & accusati fæbantur famam, sed non factum, nisi vnus vel duo ribaldi in om-
 ni statu. Omnes tamen fæbantur finaliter, non posse de sibi impositis sepurga-
 re, & ideo adiudicati fuerunt per concilium perpetuæ poenitentiae. Ita quod
 singuli in singulis monasterijs possessionatis detruerentur pro perpetua poe-
 nitentia peragenda, qui postea in huiusmodi monasterijs bene per oīa se gere-
 30 bant. Cū in concilio Viennensi tractaretur, an propter vocationem singulorū
 personarū ordinis Templariorū, vel propter acta cōtra eosdē posset totus ordo
 damnari propter singulariū delinquentiū vocationes, cū constaret quod dictus
 ordo non fuerat vocatus, definitum fuit p dictum cōciliū quod nō de iure. Ideo
 Papa Clemens in bulla sua condemnatoria ordinis, adiecit hanc clausulam.
 Quauquam de iure non possumus, tamen ad plenitudinē potestatis dictum or-
 dinem reprobamus. Transiit annus iste mediocriter fruges ferens, fructus quo-
 que proferens: Anglicis nunc quietus, modò sollicitus: Francis pacificus
 Scotiæ ociosus.

40 Anno gratiæ millesimo trecentesimo duodecimo, qui est annus regni re-
 gis Edvardi à conquestu secundi quintus, tenuit rex Natale domini Ebo-
 raci, cui interfuit Petrus de Gauerstone, quondam comes Cornubiæ, cum
 suis alienigenis, Rege gaudente, quia receperat Petrum sanum, tota curia
 cum Regina moriente, eo quod regem cerneret malè sanum. Post nata-
 le rumore ventilato per Prouinciā de Petri reuersione, tota patria meri-
 to commouebatur, maioribus & minoribus perpencentibus, non dum quic-
 quam suum ingenium, sensum, consilium, vel prouisionem præualuisse, vt di-
 ctum Petrum arcerent à regia comitiua, indignati sunt igitur regni potentes,
 & disperquirunt qualiter meliori modo possint cum cōmuni consilio finem
 imponere futuræ turbationi. Bellum nempè in patria suscitare time-
 bant, Regemque inquietare publicè verebantur. Tamen librato vtroque
 G. periculo

Natale cele-
bratum Ebo-
rati.

Proceres capi-
unt consilium,
de tollendo
Petro de Gas-
nerdon.

periculo, inueniunt quod viuentē Petro esse non poterit pax in regno, nec rex abundare thesauro, vel regina gaudere regis amore debito. Cumq; diutius præterita, præsentia vel futura pericula ponderassent, tandem reperto consilio, statuunt omnia extrema citius experiri, quàm ut hætenus per alienigenam vilipendi. Eligunt ergò ducem pro futuro negotio dominum Thomã de Lancastria thesauro diuitem, stirpe nobilem, armis strenuum, moribus & iustitia præpollentem, cuius originem hic retexere dignum duxi. Henricus rex Angliæ tertius à conquestu ex vxore legitima duos suscepit filios, Edvardum primogenitum, & Edmundum. Edvardo sibi successuro contulit Cestriæ comitatum, Edmundo iuniori filio consulum Lancastriæ assignauit. Et post eum comes Leicestriæ, Simon de Monte forti & comes de Ferrarijs occubissent in bello contra regem moto apud Euesham, & eorum comitatus ad manum regis fuissent per eskeatam deuoluti, Rex prædicto Edmundo vtrunque contulit consulum, sibi & hæredibus suis iure perpetuo possidendum, qui licet tres comitatus, videlicet Lancastriæ, Leycestriæ, & de Ferrarijs obtineret, nomē tamē Lancastriæ retinuit sibi semper. Duxit autē in vxorem mulierem nobilem, quondam regis Nauarræ coniugem, nuper viri solatio destitutam. Cuius filia hæres effecta Nauarræ, filio & hæredi regis Franciæ maritatur. Quamobrem extunc regnum Nauarræ regno Franciæ est vnitum. Genuit autem ex dicta domina Thomam de Lancastria, de quo fit sermo, & duos alios filios nobiles Henricum scilicet & Iohannem. Qui omnes ex parte matris eorum fratres erant reginæ Francorum. Igitur cum Edmundus in senectute bona hominem exuisset, Thomas iure hæreditario comes Lācastriæ, Leycestriæ, & de Ferrarijs est effectus. Processu tēporis dictus Thomas filiam vnicam comitis Lincolnæ despōsavit, videlicet Henrici de Lacy, vnde de magno maior effectus, post decessum dicti comitis Lincolnienſis, qui etiam & Salisburyæ comes fuit, quinq; comitatuum dominus existerat. Comes verò Lincolnæ memorat⁹, cum propinquasse cerneret terminū vitæ suæ, vocato Thomæ genero suo, monuit vt cogitaret quomodo deus eum præcunctis in regno ditauerit, honorauerit, & gloria fecerit abundare. Quapropter ait, & deum diligere & honorare præcæteris obligatis. Cernis sanctam ecclesiam Anglicanam honorabilem quondam & liberam, per Romanorum oppressiones & regū huius regni iniustas exactiones (pròh dolor) ancillā: vides & plebem regni tributis & tallagijs apporiatam, & de conditione libertatis in seruitutem actam. Cernis regni nobilitatem (quandoq; toti Christianitati venerabilem) iā ab alienigenis in terra propria vilipensam. Adiuro te igitur per nomen Christi, vt virum induas, exurgas, & erigas te ad honorem dei & Ecclesiæ & patriæ liberationem, adhibeasq; tibi virum strenuum, nobilem & prudentem, Guidonem VVarvicensē comitē cū necesse fuerit de regni tractare negotijs, qui & consilio præeminet, & maturitate pollet. Non verearis insurgentes aduersitates tibi dimicaturō pro veritate. Si his meis monitis acquieueris, in æternum honorem & gloriam consequeris. Cum comes vetulus fecisset finem huiusmodi monitis, sæculo valescit, cuius corpus in Ecclesia Sancti Pauli Londonijs est humatum. Igitur Thomæ Lancastriæ comiti pro releuanda sanctæ matris ecclesiæ oppressione & recuperanda regni debita libertate adhæserunt viri nobiles, Humfridus de Boun comes Herefordiæ, Aymerus de Valencijs comes Penbrochiæ, Guido de Bello Campo comes VVarvici, comēsq; Arundeliæ cū multis alijs Baronibus, quorū nomina scribere longū foret. Comes verò Mareſcallus qui viuacissimus fuit exactor libertatum, iamdudū mortuo comite de Hereford seniore, cernens se solū nō posse proficere in præmissis, cum hærede careret

Genus Thomæ
Lancastriensis.

Quinq; comitatuum dominus.

Oratio Comitis Lincolnæ ad generum Romanorum oppressiones.

Comitem conspiratis ad liberandū temp.

carere legitimo, timore ductus est, ut superius dictum est, regem Edwardum patrem istius constituit heredem suum, sed ipso post modici temporis interval- lum sublato de medio, rex dictum comitatum intrauit, & domino Thoma de Brotherton filio suo ex secunda regina genito, fratri regis huius dimidio comi- tatum Marescalli donauit, iure perpetuo possidendum. Gilbertus comes Glo- uernie ætate iuuenis quia nepos regis erat natus ex sorore sua, nec regem vole- bat offendere, nec paribus deesse, in petendis libertatibus mediatorem se exhi- buit pro bono pacis. Comes VVarenne qui diu fluctuauerat & faterat parti regis, per Cantuariensem Archiepiscopum introductus suis paribus iam con- 10 sensit. Thomas igitur de Lancastria dux electus, regni nobilium communis de- creti sententia, honorabiles misit domino regi nuncios, qui moram traxit tunc temporis Eboraci, deprecans per eosdem ex parte communi, ut vel dictum Pe- trum eis traderet, vel ut ordinatum fuerat, regnum euacuare præciperet. Rex vero sinistro ductus consilio, & tales supplicationes paruipendit, & ab Eboraco recessit, & donec peruenit ad nouum castrum super Tynam non quieuit, ubi usque ad festum Ascensionis dominice perhendiuaui, Regina apud Tynemutham interim commorante. Itaque non tam despectum quam delusum de con- 20 sensa communi collegit exercitum, & versus nouum castrum cum proceribus memoratis cum omni celeritate direxit iter, non quidem ut domino suo regi quicquam iniurie vel molestie irrogaret, sed ut ipsum Petrum captum secun- dum leges communiter ædicas iudicaret. Cumque rex audisset barones cum ar- mis & exercitu aduenturos, quasi proscriptus aut exul fuisset, fugit cum dicto Pe- tro celeriter Tynemutham aduentantibus atque cum suis Baronibus ad nouum castrum, & de facili ingressum obtinentibus, illico rex quandam nauem petiit. Et quamuis regina tunc pregnans plena lachrimis supplicaret ut secum moram faceret, nihil omnino compassus eidem, assumpto Petro, Scardeburgiam nauigauit. In quo quidem loco castrum regis habebatur fortissimum, sed nec armis nec victualibus communitum. Rex autem præcepit suis qui erant in castro, ut custodiam Petri susceperent, & castellum victualibus instaurarent, dum ipse ad 30 partes VVarvichie se transferret. Barones itaque cognoscentes fugam Petri, equos & arma, & bona cætera quæ Petrus reliquerat in nouo castro appreciati fecerunt, & loco tuto seruari, dehinc post Petrum lora dirigunt sine mora, cum autem ad castrum de Scardeburgh peruenissent, tentoria fixerunt ibidem, sed cum aduertissent nullum adesse impedimentum in patria quod minus castrum expugnare valerent, Thomas cum suis exercitibus recessit à loco, ne forte multitudi victualibus arctaretur, dimissis ibidem ad expugnationem castri, comitibus Penbrochie & de VVarrenna, qui facientes insultum, custodes in bre- ui aded fatigarunt, ut resistere vel defendere se nequirent. Tunc Petrus cernens se non posse fugere, eisdem se reddidit, sub conditione, quod simpliciter (omni 40 exceptione seclusa) staret ordinationi baronum, nihilque postulauit aliud, nisi ut domini sui regis saltim semel sibi colloquio copia sibi daretur. Rex vero audiens Petrum captum, rogauit ut colloquio eius potiretur, precatus est insuper, ut eius vita saluaretur, pollicens eo pacto se magnatum votis in omnibus satisfacturum, quam quidem pollicitationem amplectens comes Penbrochie, suasisse baronibus, ut hanc petitionem regi concederent, promittens se sub pena amissionis terrarum suarum omnium, saluo seruaturum dictum Petrum donec habuisset cum rege colloquium, & ex post baronum arbitrio commissurum. Concesserunt ergo dicto comiti Petri custodiã, eisdem die & loco præfixis sine fraude restituen- dum. Comes autem Petrum ad partes VVallingfordie proposuit perduxisse, sed cum declinasset ad villam de Dadington propè VVarviciũ, comes commisit suis Petri custodiam,

*Legatio Lens
castrie ad re-
gem de remor-
uendo Petro.*

*Proceres arma
capiunt.*

*Rex fugit cum
Petro.*

*Proceres Pe-
trum insequuntur.*

*Petrus venit
in potestatem
procerum.*

*Rex petit ut
cum Petro colo-
quatur.*

*Petrus à comi-
te Penbrochie
cum ad regem
deducere capi-
tur.*

*Petrus capite
truncatur.*

*Proceres petunt
quosdam arti-
culos confir-
mari.*

*Legati pontifi-
cij ex præfatis
intercedunt
pro pace.*

*Proceres Papæ
legatos rejci-
unt.*

Obferua-

custodiam, ipse conjuge sua Comitissa in vicino pernoctatur. Quod comi-
periens comes VVarvici, cū magno strepitu & armatorū multitudinē super-
uenit, & eadem nocte de manibus famulorum comitis Penbrochie Petrum ra-
puit, & ad castrum suum duxit. Cum igitur foret ibi quedam ambiguitas quid
esset faciendum de Petro, utrum foret utilius mox eum neci tradere, an regie vo-
luntati reddere, quidam vir astutus & profundi consilij sic respondit: prædam
(inquit) quam diu insecuti sumus, & non sine labore iam cepimus, superua-
cuum foret iterum foras quærere, si eam penes nos possemus quomodolibet de-
tinere, penlate debemus viri scelera, & per eum patriæ illata damna, quæ sem-
per sequebantur verba ridicula, superba responsa. Recolere quoque fas est labo-
res publicos & priuatos, expensas innumeras, vexationes varias, vix vnquam
terminabiles, quæ sustinimus: ante prædam captam, & idcirco decerno, ut
nunc solus prius moriatur hic homo, quam per guerras amplior turbatio cre-
sca in regno. Assentiunt vniuersi viri consilio, & Petrum eiciunt de ergastu-
lo, capite plectendum comuni iudicio. Ducitur ergo Petrus ad locum Blacke-
loy vocitatum, & tanquam legum subuersor, & publicus regni proditor ca-
pite truncatus est. Et qui quondam vocauerat Guidonem VVarvici comi-
tem, nigrum canem de Arderina, iam iuxta comitis vaticinium morsus ama-
rissimos sensit eiusdem. Cadaver Petri per fratres prædicatores Oxoniæ est
delatum, & inter eosdem plus biennio conseruatum, donec rex illud ad ma-
nerium suum de Langley transferri fecisset, & in Ecclesia fratrum Prædica-
torum, quos ibidem constituit de regio fisco victuros, & pro anima Petri & re-
giorum progenitorum celebraturos honorifice condidisset.

Magnates regni modo præfatis de Petro consecuto proposito, miserunt ad re-
gem, proteruè postulantes prouisiones suas per eum confirmari, & effectui de-
mandari, comminantes nisi maturius ista faceret, ad ipsum veniret, & præmis-
sa complere cogere manu fortis. Nec segnius impleuere legationem, sed co-
tinuo viribus adunatis totam patriam circa Dunstapliam occuparunt, regi
Londoniensi existente. Cernentes autem regni prælati vnà cum Gilberto comite
Glouerniæ talem dissensionem Ecclesiæ regniq; periculosam, totis viribus in-
sistebant, ut pax reformaretur, & pars vtrique quietior esse posset.

Ex tempore venerunt cum regni pontificibus & dicto Gilberto comite nunciij
Papæ, ad Sanctum Albanum, ut ibidem hospitari, facilius possent ferre &
referre partis vtriusque responsa: vnus illorum Cardinalis extitit tituli sancti
Priscæ, qui quondam Abbas fuerat montis frigidi in VVasconia, de ordine
Cisterciensis, & Vicecancellarius modò Papæ: alter verò fuit Episcopus
Pictauiensis, & postea Cardinalis. Hij quosdam clericos præmiserunt de sancto
Albano ad villam de VVarhamstede, ubi tunc erant barones cum suis exerciti-
bus, cum literis summæ pontificis eis pro pace roganda directis. Magnates audi-
entes extraneos eis literas apportasse, ipsos quidem pacifice receperunt, sed literas
recipere noluerunt, dicentes se non esse literatos, sed armis & militia exercita-
tos, & ideo videre literas non curarunt. Tunc qui missi fuerant requisie-
runt, si placeret eis habere colloquiū cum dominis suis domini Papæ nuncijs,
qui pro pace reformanda personaliter accedere cupiebant. Ad hæc proceres re-
spoderunt se in regno multos habere probos & literatos episcopos, quorū consilij
vni volebant, & non extraneorum quibus non esset cognita causa commotionis
sue, præciseque dixerunt se nullo modo permissuros, ut aliquis alienigena vel
forensis intrinqueret de factis suis aut quibuscūq; negotijs eos tangerebus in-
tra regnū. Nunciij domini Papæ tali modo perterriti, & castro summo manerent
versus Londoniæ maturarunt, qui apud sanctum Albanum (loci commoditate
illecti)

illecti) moram traxisse per mēsem vel amplius cogitauerāt. Episcopis verò regi-
ni cum Gilberto comite sic intercurrentibus, sic satagentibus, sic demum medi-
antibus, res est temperata, quod barones thesaurum, & equos, & cuncta iocalia
quæ dicti Petri fuerāt, & apud nouū castrū ceperāt, domino regi vel eius attur-
nato apud sanctū Albanū viuēti restituerent, & tunc dominus rex eorum pe-
titiones perduceret ad effectū. Veniētibus igitur ad sanctū Albanū Iohāne de

*Pax inter re-
gem & pro-
ceres.*

Sandale regni thesaurario, & Ingellardo de VVarle custode Garderobę regie,
iuxta conditum sunt omnia restituta. Hoc anno Isabella regina peperit regi

Anglię filium suum primogenitum die sancti Bricij apud VVindesore vil-
lam regis, & licet ibidem tunc præsens esset Ludouicus filius regis Francię

*Regi nascitur
filius Edwar-
dus.*

dictę reginę frater, & multi magnates Francię sexus vtriusque, voluissentq;
imposuisse pusiolo nomen regis Francię, magnates Anglię hoc permittere

*Proceres pro-
hibent ne puer*

noluerunt, sed eum nomine patris sui vocauerunt Edvardum, in cuius ortu
tota Anglia ingenti plausu lætata est. Et pater eius tam hilari est effectus, vt

*regis Francię
nomen referret.*

dolorem quem de morte Petri conceperat, temperaret. Ab illo die Deo dispo-
nente creuit amor filij, & euauit in eius corde Petri memoria, & rex volun-
tati suorum procerum facilius solito condescendit. Eodem anno die Iouis in

Eclipsis lune.

craftino sancta Lucie virginis, eclipsis lunę incepit in noctis crepusculo, &
per trium horarum spacium perdurauit. Transiit annus iste fruges produ-
cens, & fructus faciens: sed tam rarus extitit, vtrinq; Gallicis Scotisq; tollerabilis:

*Amalis con-
clusio.*

Anglis varius, sollicitus, & formidolosus.

ANno gratiæ millesimo trecētesimo decimo tertio, qui est annus regni regis
Edvardi a conquestu secundi, sextus, tenuit rex natale apud VVinde-
fore, cum multi nobiles ex Gallijs interfuerūt, susurriones inuisi, & detractores

*Natale cele-
bratur apud
Windesore.*

Deo odibiles. Per hoc tempus regni Barones criminari penēs regem toto co-
namine insisterant, & ipsius regis animum in odium conuertere eorundem.

Effecerunt igitur vt rex eorum consilia paruipenderet, & ab eis affectum auer-
teret, & cultum debitum & consuetum. Factū est igitur vt rancor inueteratus

*Discordia re-
crudefcit inter*

inter regem & proceres fomentum reciperet rediuuium, & quicquid vni parti
placuit alteri displicebat. Anno sub eodem citati sunt ad parlamentum Lon-

*regem & pro-
ceres*

donijs faciendum cuncti magnates, & qui de consuetudine citari debuerant,
vel deiure. Cunctis igitur clericis congregatis, & laicis, dominus rex grauem

*Parliamentum
Londonijs.*

deposuit querimoniam de contemptu suo, & damnis sibi illatis per Barones
dudum apud Nouum castrum super Tynam, & quod plus doluit de captione

*Rex queritur
iniurias sibi à
proceribus il-
latis.*

Petri, & impia trucidatione perpetratis per eosdem Barones. Barones verò
ad has querelas vnanimiter respōderunt, se in præmissis nullatenus deliquisse,

imò potiùs regis gratiam & amorē promeruisse, cum non in cōtemptū regum
cōtraxerunt prò tunc exercitum, sed vt regni inimicum publicū multoties per

*Defensio pra-
cerum.*

cōmunitatem Anglię ex duorum regū assensu extrabannitum destruerēt, per
quem læsa fuit in immensum fama regia, per quē expilabatur non solū regis

sed regni substantia, per quem suscitata fuerat inter regem & suas natura-
les dissensio periculosa. Et addiderunt, se velle videre finem negotiorum

circa quæ plura expenderant, grauiter laborauerant, & se & suos minis
vexauerant, nec profecerant ad hoc tempus. Dicebant insuper, nolle vanas

promissiones & infructuosas, cuiusque de cætero præstolari. Eoq; perducta
est Baronum animositas ista vice, vt citius mori præligerent, quàm vt

hactenus ridiculose differri. Quod videns Regina cum Prælati regni, &
comite Gilberto Glouerniæ, sollicitè intercurrerāt, partium animos diligenter

*Regina &
præsules pa-
cem conciliant.*

sedare studebant, & pacem facere totis viribus satagebant. Et factum est per
laudabilem mediationem eorundem, vt tali pacto rancor regius conqui-

efceret, si videlicet ipsi Barones cum suis assentatoribus in aula VVestmonasterij, & pleno parlamento venirent, & se humiliarent domino suo regi, & de his in quibus ipsum offenderant veniam precarentur. Et dominus rex eosdem ad gratiam & firmam pacem sine fictione reciperet, & ut ligios & fideles in amore suo tractaret de cetero & foueret, articulosq; petitos ad finalem effectum perduceret, nec pro morte Petri quenquam impeteret, sed chartam cuilibet exigenti de indemnitate concederet. His itaque utrobique peractis, magnates regis considerantes indigentiam, sponte illi quintum decimum denarium bonorum temporalium concesserunt, & sic à dicto parlamento cum gaudio & pace recesserunt. Eodem anno magister Robertus de VVinchelsey Cantuarię Archiepiscopus, qui toto suo tempore nobiliter rexerat Anglicanam ecclesiam, & in temporibus duorum regum firmiter steterat cum magnatibus pro repetendis regni libertatibus, hominem exuens, migravit ad Christum. Quo sepulto, monachi primę Metropolis Cantuarię magistrum Thomam de Cobham virum supereminens literaturę, multisq; virtutibus redimitum in pastorem regi præcipuū concorditer elegerunt, quamuis Papa priusquā dictus Robertus secessit in fata, illius honoris collationē sibi met reservasset. Dictus verò Thomas electioni de se factę consentiens, Anniunoniā (vbi tūc erat curia) properavit, petiturus confirmationem electionis suę. Et licet non potuisset inueniri in electi persona vitium, summus tamen pontifex electionem suam post reservationem sibi factam omnino nullam esse pronunciauit. Et quia constabat Papę ecclesię Anglicanę multis laborare tribulationibus cogitabat, sollicitē providere Ecclesię viduatę de viro, per quē vexationes melius sedari possent. Habito super his tractatu providē, tandem in dominum VValterū Reynalde VVigornięsem Episcopum domini regis Cancellarium oculos, dirigebat considerans nimirū quantam gratiam coram domino rege præ ceteris regni prælatis inueniebat, quā maturē se in suo officio Cancellario, & quā sapienter habebat, quanta discretionē motus & rancorē inter regem & proceres temperabat, sperans talem virum Ecclesię & regno plurimū profuturum. Huic igitur honorem Cantuariensis Ecclesię grātis cū pallio conferebat. Dicto verò magistro Thomę spem promotionis honorificę habere iussit. Prædictus verò VValterus honorem sibi collatum reuerenter suscipiens, accessit ad Ecclesiam Cantuariensem dominica Quinquagesimę, quę tunc erat tertiodécimo Calendas Martij, vbi eodem die post consecrationis suę solemnias, cōuiuium splendidissimum domino regi & reginę multisquē magnatibus causa ipsius illuc accedentibus præparauit. Hoc anno obiit domin⁹ Guido de Beilo campo, comes VVarvici, qui in parlamento vltimo cōsilio regio fuerat deputatus, sed priuati regis inuidentes ei (ut dicitur) eum impocionauerunt. Eodē anno rex & regina miserunt se in mare versus Parisius cum multis terrę nobilibus, & interfuerunt Parisius coronationi domini Philippi filij regis Francię in regem Nauarrę ibidem creati die Pentecostes. Transiit annus iste nec satis frugifer, nec abundans fructibus: Anglię multipliciter varius: nunc nubilus, nunc serenus, nunc turbidus, nunc amœnus: nunc pacificus, nūc inquietus: suspiciosus regi & suis assentatoribus: sollicitus plebi, terrę, regniquē proceribus: Francię pacificus: Scotis otiosus: Inimicis crucis Christi in terra sancta à christianorum bellis (prōh dolor) expeditus.

Obijt Archiepiscopus.

Thomas de Cobham eligitur in Archiepiscopum.

Papa electum repudiat.

Walterus Reynaldus Archiepiscopus Cantuarię præficitur à papa.

Rex & regina interfuerunt consecrationi Archiepiscopi. Rex & regina interfuerunt coronationi regis Francię. Annalis conclusio.

Natale celebratur Londonijs. Clemens Papa obiit.

ANNO domini millesimo trecentesimo decimo tertio, qui est annus regni regis Edvardi à conquestu secundi, septimus, tenuit rex natale Londonijs. Hoc anno Scoti intrantes Northumbriam, prædabantur patriam, trucidabant incolas, & villas plurimas incēdebant. Eodem anno papa Clemens diem clausit extre-

extremum, qui prius fuerat Archiepiscopus Burdegalensis, & vacauit sedes per biennium. Successit autem ei Iacobus Episcopus Anniunonix, & vocatus est Iohannes. Rex venit in vigilia Palmarum ad sanctum Albanum, & obtulit beato martyri quandam crucem auream diuersorum sanctorum reliquijs insertam, & lapidibus preciosis, comendans se & suos necessarios eiusdem sancti tutelae & precibus monachorum. Cumque suggestu fuisset ei, quod pater suus chorum sancti Albani renouasse proposuerat, desiderium patris explere, gestus contulit mox centum marcas argenti, & maremum apud Dynesleyam querendum ad opus illud, iubens ut pecunia nullo modo parcerent, quin opus illud ad honorem dei & beati Albani Anglorum prothomartyris irreprehensibiliter consummarent. In crastino diei Palmarum rex iter versus insulam Eliensem arripuit, ubi solemnitatem Paschalem tenuit nobiliter & festiue: Quo tempore, Elienses mentientes se corpus habere sancti Albani Anglorum prothomartyris, manifestissime confutauit coram regni nobilibus & monachis dicti loci, iam cum ad alleuiandum moram suam in monasterio oculis diuersa subijceret, phanagium videre vellet ibidem, tandem incidit menti eius, ut videret quid esset contentum in feretro quod beati Albani vocatur, in ecclesia memorata. Dixitque episcopo qui tunc aderat Eliensi: scis (inquit) quod fratres mei apud sanctum Albanum corpus eiusdem martyris putant veraciter se habere, & in hoc loco dicunt monachi se dicti sancti corpus tenere: per animam (inquit) dei, volo videre in quo loco reliquias sancti corporis debeo potissimum venerari. Cumque praesul verba regis Priori & fratribus retulisset, illi velut exangues effecti, quid responderent, quid facerent nesciebant, ex una parte timentes amittere tantum thesaurum, si verum esset quod apud eos foret, ex altera conuinci de mendacio metuentes, quia hoc praedicauerant se habere. Nesciebant enim pro tunc quid in dicto feretro continebatur. Episcopus videns suorum consternationem, animauit eos, monens ut consideret, quia non ad auferendum tantum thesaurum, sed venerandum, rex aspectum reliquiarum requisivit. Ventum est igitur in ecclesiam, & feretrum solutum & apertum est per quendam monachum, Alanum de VValsingham dictum, qui postea proficientibus meritis Prior factus est illius ecclesiae, qui & ipse peritus erat in opere aurifabrilis, & ideo ad soluendum feretrum tunc vocatus. Rex vero cum vidisset euntes clauos extractos, & feretrum patefaciendum, accessit & leuauit operculum manu sua. Et ecce vident Locellum illum a summo usque deorsum, quodam panno villosissimo ita occupatum, ut nihil posset aliud continere. In superiori vero parte vestimenti, conspiciuntur uoris coagula dense respersa, ita noua, ita recentia, quasi pridem fuissent effusa. Constat hanc vestem fuisse Caracallam quam sanctus Albanus in conversione acceperat a sancto Amphibalo magistro suo in signum religionis, in quo idem martyr sententiam subiit capitalem. Et fas est credere quod ad honorem sancti, diuino miraculo sanguis eius sic in hac veste seruetur, sicut in puluere sui sepulchri per multa secula legitur conseruatus. Cuius pulueris massam in qua rubebat adhuc sanguis martyris, sanctus Germanus Altisiodorensis episcopus secum abstulit, & detulit ad natale seculum Altisiodoro, capellam construens in honorem martyris memorati. Rex igitur & omnes assistentes, de tanto miraculo stupefacti, prout corruerunt in terram. Et facta est non parua haesitatio quis accederet ad deponendum operculum & feretrum contingendum. Tandem rex ipse ceteris animosior, operculum detraxit ad locum suum, & tunc primo cognouerunt Elienses quid de sancto Albano haberent, quid non haberent, cum oculata fide cernerent in dicto feretro praeter Caracallam nihil omnino contineri. Rex vero hilarior effectus de rei comperta veritate, dedit illic dona varia, residuum temporis quo mansit ibidem ducens in summa letitia, frequenter conferens de merito

Iohannes sus-
cedit.

Elienses men-
titi sunt se
sancti Albani
corpus habere.

Rex falsi Al-
bani corpus in-
tueri vult.

Villosus pan-
nus pro corpo-
re inuentus.

Mendaciam
aliud alio ex-
cusatur.

Caracalla Al-
bani.

Crassa caeci-
tas.

martyris Albani & gloria, & iudicans non sine diuina factum prouidentia ut in
 duobus locis tam celebribus specialis veneratio martyris haberetur. Et ait Eli-
 ensis, gaudete de Dei munere, gaudete de tanti martyris meritis & sanctita-
 te, quia si prout dicitis, hic Deus per illum plura facit miracula ratione vestis,
 credatis quod apud Sanctum Albanum ampliora facit miracula ratione cor-
 poris illic sanctissimi quiescentis. Rex de insula Elyensi transiit Lincolni-
 am, deinde ad Eboracum & nouum castrum super Tynam, Bereuicum per-
 ueniens, expectauit ibidem omnes qui sibi debebant seruitium militare, cuncti-
 usque illuc peruenientibus qui sibi huiusmodi debebant seruitium, præter Tho-
 mam comitem Lancastriæ, & comites VVarenniæ, VVavvichie, & Arun-
 deliæ, qui venire nolebant, eo quod articulos petitos totiens & concessos ad ef-
 fectum detraxerat perducere. Disposuit militiæ suæ turmas, & ad obsidionem
 castrum de Striuelin dissoluendam cum grandi exercitu maturauit. Cumque fix-
 isset propè locum tentoria, quidam de regis Anglorum exercitu equitationes
 coram cuneis Scotorum facientes, ipsos atrociter prouocabant, quibus illi vi-
 riliter occurrentes, multos Anglorum nobiles die Dominico in Sancti Iohan-
 nis Baptistæ vigilia peremerunt. Quo casu Anglici exacerbati, in crastino vin-
 dicari firmiter proponebant, cumque dies illuxisset crastinus ad pugnam se uter-
 que exercitus præparabat. Circa verò horam diei tertiam appropinquant
 sibi utriusque partis acies, iuxta rei militaris regulam turmas ad præliandum
 disponunt. Duces Anglorum pedites cum arcubus atque lanceis in prima
 componunt acie, equites diuersis alis retrò constituunt. Ex parte verò Sco-
 torum omnes erant pedites, eo quod in bello commisso quondam iuxta Fen-
 kyrke non prosperè celsisset equitibus eorundem, qui deserta pugna fugerunt,
 pedites in prælio deferentes. Robertus de Brus qui se regem Scotorum nomi-
 nauit, pedes Scotorum præcessit exercitum, dans suis exemplum, ut nemo de
 fuga cogitaret. Cumque iam ventum fuisset ad manus, ut confligerent colli-
 dentibus cateruis ad inuicem, plures attoniti, multi saucij, multique mortui
 currebant, ibi lancearum cōfractarum fragor horribilis, ensium in castrides vibra-
 torum tinnitus terribilis, securum Scotiarum vis intollerabilis, sagittarum &
 spiculatorum in utramque partem missorum nubes formidabilis, etiam bene cordatos
 poterant terruisse. Congeminatio ferientium, vox cohortantium, strepitus
 conclamantium, gemitus morientium poterant ultra quam dici fas est procul
 audiri, variante fortuna vices dum certatum est, nec poterat per longum discer-
 ni tempus, quæ pars potior videretur. Tandem saeuiente Bellona, discrimi-
 ni paruit pars Anglorum. Quod cernens Gilbertus comes Glouerniæ, velut
 aperiret infrenduit, & feritate concepta, cum suis commilitonibus in Scotos irru-
 it, quorum quosdam mucrone mutilat, truncat & trucidat, & gladium suum
 cruore Scotico multipliciter madefacit, quemcumque gladio feriebat vel caput
 illi vel membrorum aliquod amputabat. Cernentes Scoti tam sauum aduer-
 sarium suis tam crudeliter insistentem, conglobati concurrunt suorum succur-
 sui, circumuallantes Gilbertum ex omni latere, conuertuntque in eum pondus
 prælij, lateribus eius applicantes cuspides lancearum & ensium, hinc inde im-
 pingentes cum tot viribus, tanta feritate, donec ad terram eaderet suis viribus
 destitutus, tunc rabidi & inhumani Scoti caput eius securibus bisacutis & gla-
 dijs tundunt, pungunt, & feriunt, donec inter pedes sonipedum spiritum ex-
 halaret. Quod videntes sui famuli, fugere festinarunt.

*Gilbertus comes
 Glouerniæ in medios
 hostes irruit.*

Nobilis etiam baro Robertus de Clyfforde cum multis alijs viris nobilibus
 in hoc funesto conflictu peremptus est, ceciderunt nempe die illo dominus
 Paganus Typetotte, dominus VVillielmus Marefcallus, dominus Aegidius
 de Argenten,

de Argenteo, dominus Edmundus de Maule, cum multis alijs quorum nomina *Nomina Co-*
 presentibus inferre longum foret, ad numerum videlicet, & scutiferorum sep- *numerus casus*
 tingentorum. Comites de Hereford & de Penbroke videntes suorum plagam *rum, ad denda*
 terga vesterunt, sibi fugae praesidio consulturi. Sed comes Herefordiae in fugi- *Comes Here-*
 endo captus est iuxta castrum de Bosuilla: capti sunt autem & in custodia de- *fordiae capitur*
 renti barones & baronetti viginti duo, milites sexaginta octo, clerici & scuti- *mona 1100*
 feri numero excessiuo, de quibus dominus Rogerus de Northburghe, custos *aq. 2*
 targiae domini Regis, quae ab eodem ibidem per Scotos est ablata, in captiuitate *casu, capti*
 ductus. Summa vero totalis, tam comitum, baronum & baronettorum, quam *multo*
 10 militum intersectorum & captorum ibidem centum quinquaginta quatuor *millia, certius*
 Interea dominus Radulphus de Mounthemer, qui desponsauerat dominam *Radulphus de*
 Iohannam de Acres comitissam Glouerniae & regis praesentis sororem, captis *Montheemer*
 fuerat apud Striuelin, inuenit gratiam in oculis Scottorum, ratione cuiusda fa- *liberatur.*
 miliaritatis cum Rege eorundem quondam in curia Regis Angliae habitae casu *ad denda*
 fortuito, ita quod redemptio sua fuit sibi perdonata. Qui in Angliam rediens, *ad denda*
 tergia domini Regis, modo quo permittitur, a custode eiusdem ablata per Sco- *ad denda*
 tos, secum ipsius repositauit, ratione priua ex toto nihilominus interdicto. Rex *ad denda*
 vero etsi ardentem cuperet vindicari, & instaret ad fundendum Scottorum san- *ad denda*
 guinem, a suis tamen de loco discriminis inuitus educitur, & ad fugiendum co- *ad denda*
 20 pellitur, pro tanto infortunio gemebundus. Commissum est autem istud cruen- *uulgo*
 tum praerogam iuxta castrum de Striuelin, in loco qui Bannekemora vulgariter *Baroboum.*
 appellatur, Scottorum tripudio, luctui Anglicorum, quia ab hoc die creuit Sco- *Buchanano*
 tis animus & audacia, Anglistimor & recordia, ut in sequentibus plenius appa- *Bannockflumen.*
 rebit. Cum autem Gilbertus comes Glouerniae tam infausto consuetu tam *ad denda*
 lamentabiliter corruisset, & nullum superstitem masculini sexus reliquisset ha- *ad denda*
 redem, expectatum est per duos annos si Comitis coniuix sua fortassis impreg- *ad denda*
 nata fuisset, sed cum frustra praestolatum fuisset biennale tempus, super huius *ad denda*
 modum noui, diuisa est haereditas inter tres sorores comitis supradicti, quarum *ad denda*
 primam duxit in uxorem dominus Hugo de Speiter, secundam vero domi- *ad denda*
 30 nus Hugo de Audeley, quam prius habuerat dominus Petrus de Gauerstone *ad denda*
 quondam comes Cornubiae. Terciam vero duxit dominus Rogerus de Tamari, *ad denda*
 quam prius desponsauerat dominus Iohannes de Burgo, filius & haeres comitis *ad denda*
 Ultonie de Hibernia: & sic diuisus est comitatus nobilissimus in tres baronias, *ad denda*
 qui quondam dicebatur & erat altera regni columna. Igitur post bellum de *ad denda*
 Striuelin Robertus de Brus intersectorum spolia fecit colligi, quae suis stipen- *ad denda*
 diarijs & his qui pro sue partis defensione dimicauerant, distribuit largam manu *ad denda*
 Captiuosque quos ceperat tam ciuilitate tractari fecit, tam honorifice custodiri, *ad denda*
 quod contra multorum in amorem sui indiuisibiliter commutauit. Corpora co- *ad denda*
 40 mitis Glouerniae & baronis de Clifford regi Angliae apud Bereuicum moram *ad denda*
 trahenti transmisit sine pretio, sepelienda regia voluntate. Et cum comes He- *ad denda*
 refordiae, dominus Humfridus de Boin (ut praemittitur) captus fuisset, delibe- *ad denda*
 ratus est, ista commutatione praedicti Roberti de Brus coniuge, quae iam diu *ad denda*
 in custodia regis Angliae fuerat decepta captiua. Ceteri vero capti per redemp- *ad denda*
 tionem seu commutationem sunt similiter liberati. Sed rex tamen amaro factus a- *ad denda*
 nimo, cum illis diebus suorum deplorauit infortunium, constituens in futurum vel *ad denda*
 decessu perire, vel in aduersariis vindicari, recedensque de Bereuici paribus per- *ad denda*
 uenit Rhodum, ubi magnam cum electo tenuit conciliū, & regni magnatibus *ad denda*
 vniuersis. Solutis concilio, rex se transtulit ad partes Australas. Eo tempore *ad denda*
 plures ex Anglicis facti transfuge se Scottis concesserunt, & a regis Angliae *ad denda*
 fidelibus defecerunt, reuersi cum Scottis Northumbranam plagam depredati *ad denda*
 sunt,

sunt, vastantes villas & casalia, captiuos secū trahentes incolas, abigentes animalia & iumēta, agros depopulātes, incēdia cedēsq; facientes, vbiq; nemine resistente. Nempē tunc Anglis in tantum consueta adēpta fuit audacia, vt à facie duorum vel trium Scotorū fugerent Angli centum. Hoc anno obiit Papa Clēmens, qui nunquam suo tempore Romanam Ecclesiam visitauit. Ipse pontificatus sui anno tertio multas & magnas dedit indulgentias, proficiscentibus vel conferentibus ad subsidium terræ sanctæ, vt qui pro eodem terrę passagio die Parasceues 24. quadrantes conferunt, viginti quatuor annorum indulgentiā cōsequerētur, ceteris verò anni diebus Veneris duodecim denariorum, valorē cōferētib⁹, duodecim annos indulsit, reliquis verò diebus omnib⁹ p̄ hebdomadam sex denariorū valorem conferentibus, cōtulit indulgentiam sex annorum. Ipso anno obiit rex Franciæ Philippus le Bovvs, & successit sibi Ludouicus filius suus, qui prius fuit rex Nauarræ: Cuius vxor regina Nauarræ & filia comitis Burgundiæ, propter adulterium sibi impositum, cum domino Iohanne Danne fuit suffocata: Qui quidem Ludouicus eodem anno duxit vxorem filiam regis Hungariæ Clementiam appellatam. Hoc anno latens erat odiū inter regem & procures, & præcipuē inter comitem de Lancastria, & comitem de VVarvico & adherentes eiusdem. Transiit annus iste nec satis frugifer, nec bene fructifer: Anglis lugubris, probrosus & damnosus, propter infamem Scotorū victoriam: Scotis cōmodus, latus, hilaris, propter accrescēs initium libertatis: ceteris mundi partibus multiplici varietate transactus.

ANno gratiæ millesimo trecētesimo decimo quinto, qui est annus regni regis Edvardi à cōquestu secūdi octauus, tenuit rex natalē ad VVindesore cum multis regni prælatis. Eodem tempore in die octauarum sancti Iohannis Euāgelistæ, rex cōuocatis Cantuariēsi Archiepiscopo, & alijs quatuor pontificibus, cū abbatibus pluribus, & multis viris ecclesiasticis, corpus Petri de Gaueston de loco translātū, vbi iā diu quicuerat inter fratres prædicatores Oxonijs, fecit apud manerium suū de Langley honorificē tumulari, huic tamē sollempnitati pauci de regni nobilibus interesse curabāt. Hoc anno in crastino Purificationis, conuenerunt ad Parliamentū Londonijs vnīuersi penē regni prælati, cū procerib⁹ & cōmunib⁹, ad tractandū de statu regni, & alleuiatione precij rerum venalīū, quę modō tam caræ factæ fuerant, vt vix posset viuere plebs cōmunis. Ordinatum est igitur, vt melior bos vnus venalis, crassus de grano nō pastus, vendatur de cætero pro sexdecim solidis: & si de grano pastus fuerit & sit crassus, pro viginti quatuor solidis ad plus vēdatur: Vacca melior viuā & crassa, vendatur pro duodecim solidis: quilibet Porcus duorū annorū crassus vēdatur pro. iij. solidis. iij. d. Multo tonsus crassus pro quatuordecim denarijs. Multo lanatus crassus vendatur pro viginti denarijs: Auca crassa pro duobus denarijs & obolo: Capō bonus pro duobus denarijs: Gallina bona pro vno denario: Columbelle quatuor pro vno denario, vendantur de cætero, & vendentes aliter fecerint, res venales Regi remaneant forissactæ. In quindena Paschæ rex per breuia citari fecit ad Parliamentum Londonijs Prælatos, & Procures, regniq; communes. Sed quia multi de magnatibus impedimentorū causas prætenderunt, per quas meritō excusari poterat eorum absentia, dictum parliamentū tunc temporis nullū fortiebat effectum. Sed vnusquisq; tūc Londonijs cōgregatorū quō sibi placuit diuertebat, & qui terrā defendere tenebantur, vacabant otio siue iocis. Scoti per hoc tempus crudēles & inhumani, flamma, rapinis & cæde partes occidentales Northumbriæ, de Carleolo donec venirent Eboracū, sine resistentia deuastarunt, nec erat locus in illis partibus, vbi tutē latere potuerunt Anglici, nisi in Carleolo, & nouo castro super

Angli pusillimes effessi.
Obijt Clementi Papa.

Obijt rex Franciæ.
Regina Nauarræ ob stuprum suffocata.

Annalis conclusio.

Natalē celebratur apud Windesore.

Corpus Petri de Gaueston Oxoniā translātum.
Parliamentum Londini, in quo de annone ciuitate actum est.

Parliamentum indictum, sed non celebratum.

Scoti omnia ad Eboracū usque depopulantur.

super Tynam, & prioratu de Tynmutha, & paucis castellis alijs, quæ cura diligenti custodiebantur. Factaque est patria longo tempore Scotis tributaria, donec miseri partiore nihil haberent, unde tributa penderent, sic ut prius vltra de Berevvico vix ab Anglicis est retenta. Dunelmenses post multa grauamina ad tempus sibi pacem pro pecunia comparabant. Eo tempore Robertus de Brus transmisit exercitum in Hiberniâ, cui ducem constituit Edvvardū fratrem suū vterinum, ut terras regis Angliæ in illis partibus occuparet, & Anglicos ibidem existentes pro viribus infestaret. Eodem anno velut deo displicerent statuta præcedentis parliamenti, omnia vænalia solito cariora facta sunt: Carnes ani-
 10 malium reperiri non poterant: Capones & anseres minimè comparebant, quia rarissimè videbantur: Oues pestilentia moriebantur: Porci nutriri nequibant, quaterium frumenti, fabarū & pisarum pro viginti solidis vendebatur, brasij verò pro marca. Salis autem quaterium pro. 35. solidis vendebatur, tantaque penuria populus terræ cōmuniter premebatur, ut cum rex apud Scm̄ in vigilia sancti Laurēcij declinasset, vix inueniri poterat panis pro suæ specialis familiæ sustentatione. Hoc anno Leuulinus Bren capitalis VVallensis, qui villas multis cōbuserat, & Anglos interfecerat, per milites fortiores de regis camera missos contra eum, captus est cum duobus filiis suis, & regi Londonias destinatus. Eodem anno obiit Ludouicus rex Franciæ, cui successit Philippus comes Pic-
 20 tauia frater suus. Transiit annus iste saeuus Anglicis & crudelis, duplici contritione conterens Anglicos, fame videlicet & peste, quam ex fame contraxerant: fruges siue fructus fraudulenter faciens patriotas per ganeones, Scotos immisericorditer opprimens, toti regno tum luctuosus quàm suspiciosus propter procerum dissimulationes, qui regis honorem, regni cōmodum non curabant: Franciæ, Flandriæ, cæterisque vicinis regionibus ociosus.

*Vænalia post
parlamentum
cariora.*

*Obijt rex Frano-
cie.*

*Annalis con-
clusio.*

ANno gratiæ millesimo trecentesimo decimo sexto, qui est annus regni re-
 regis Edvvardi à conquestu secundi nonus, tenuit rex natale apud Clip-
 ston in Shirvwood, vbi multa tribuit dona. Circa festum verò Purificationis
 apud Lincolniam habito magno consilio, ex consensu baronum suorum pro
 30 uisiones de venditione victualium reuocauit, præcipiens, ut vnusquisque sua
 vænalia meliori foro quo posset venderet in futurum. Carissima nepe quæ trans-
 acto anno inceperat mense Maio, durauit vsq; ad festum natiuitatis beatæ Ma-
 riæ in eodem anno. Pluuia siquidem autumnales, tam abundanter descende-
 runt, quod fruges maturefcere nequiverunt, vix enim ad diē natiuitatis sanctæ
 Mariæ colligi poterant, pro nimia madefactione. Et tunc quidem oportebat
 pistores triticum in clibanos ad desiccandum mittere priusquam moleretur, tã-
 tum ebiberat de humore. Circa festū sancti Michaelis eiusdem anni in parte fur-
 erat caristia temperata, sed ad sequēs festū natalis dominici iterato redierat aggra-
 uata. Panis qui fiebat, nō habebat virtutem nutritiuam, nec substantiale robur,
 40 quia grana à calore solis æstiuī non habuerant nutrimentum, unde contigit ut
 comedentes ex hoc, licet magnam quantitatem sumerent, elapso breui inter-
 uallo famelici redierunt. Nec est ambigendum quin pauperes fame tabescebāt
 & inedia, quando diuites continuo esurierent post refectiōes opulentas.

*Edictum de
venderda ano
nona reuocatur.*

*Grassatio fu-
rum.*

Factū est igitur ut præualēte fame, tã magnates quàm religiosi familias suas minuerent, eleemosinas consuetas subtraherent, & amputarent fercula superflua & delicata. Contigit ergo ut qui expulsi fuerunt à curijs, quondam soliti vitam ducere in delitijs, cum nec valerent fodere, & erubescerent mendicare, compulsi penuria, manus extenderent ad aliena bona, insistentes cædibus & rapinis, effectiq; sunt tot vespiliones, ut vix fuerit aliquis de communi vulgo qui non fuerit spoliatus. Eodem anno Hugo Gerold, qui fuit referendarius Papæ Clemen-

*Referendarius
Papæ exustus.*

*Regina
matrona
matrona*

*Gravis pesti-
lentia.*

*Regina scitur
filius apud El-
tham Iohānes.
Gravissima
fames.*

*Edictū de vi-
sualibus ven-
dendis.*

Iohannes papa.

*Primitie be-
neficiorum pa-
pe solvuntur.*

Clementis & episcopus Caturcensis, cui fuit impositum quod in mortem Iohā-
nis Papæ fuerat machinatus, perpetuo carceri mancipatur. Sed postquam fuit
degradatus & tonsus capite, veste stragulata indutus traditur curiæ seculari, vi-
delicet marescallo Papæ, qui ipsum trahens de palacio Papæ ad pedes equorū
per totam civitatem, postremò fecit in campo igne cremari. Hoc anno, circa
festum Paschæ conveniunt Londonias ad Parliamentum regni proceres &
magnates super statu regni tractaturi, durante verò adhuc parlamento, crevit
fames in regno Angliæ vehementer, ita ut quarterium salis & frumenti ante fe-
stum Natiuitatis Sancti Iohannis Baptiste pro triginta solidis venderetur, & ab
illo die usque ad festum assumptionis beate Virginis ad quadraginta solidos ac-
crescebat. Famem igitur totā terrā generaliter inuadentem, mortalitas hominū
est secuta, & præcipuè egenorum, in tantum, ut vix possent viui mortuos sepe-
lire. Nempè dissenteria ex cibis corruptis generata, penè cunctos infecit, quam
comitabatur febris acuta, quæ multos ad extrema perduxit. Et non solum ho-
mines ex ciborum corruptione ladebantur, sed pecora ex herbarum putrefac-
tione corrupta cadebant, vnde contigit ut esus carniū cunctis esset suspectus.
Nec fuit illo tempore quisquam tam annosus, qui meminit, se tantam famem,
pestem aut carissimam prævidisse. Nec valuit contra pestem prædictam pruden-
tia Physicorum, quia medicinales herbæ quæ leuamen languidis conferre sole-
bant, per aëris intemperiem & elementorū inæqualitatem, contra naturam ef-
fectæ degeneres, virus pro virtute reddebant. In festo Assumptionis beate Vir-
ginis natus est regi filius apud Eltham, qui vocatus est Iohannes. Eo tempore
ita fames inualuit, ut quatuor denariatus de grosso pane in die vni non sufficeret
comedenti: carnes animalium quæ infectæ non fuerant erant raræ, carnes equo-
rum pauperibus præciosæ, multi canes pingues furabantur & eorum carnes e-
debant: quidam (ut dicebatur) filiorum suorum & filiarum suarum in locis ab-
ditis (compulsi penuria) comedebant: quidam paruulos alienos furabantur & e-
os furtim mactabant, & eorum carnes edebant. Fures & qui in carceribus tene-
bantur ad eos nouiter venientes discerpebant, & semiuivos illico deuorabant.
Per dictum tempus lagena ceruisiæ tenuis pro duobus denariis, melioris pro
tribus, optimæ verò pro quatuor denariis vendebatur. Londonienses per idē
tempus, quia frumentum inbrasium maximè consumebatur, statuerunt
ne in ciuitate id de cætero fieret, & ideo constituerunt ut lagena melioris cerui-
siæ pro tribus obulis venderetur, debilioris verò pro denario & non vltra. Rex
autem clamori plebis compatiens, iuxta statutum Londoniarum misit breuia
vicecomitibus vniuersis per totum regnum, iubens ut tam infra libertates quàm
extra, in comitatibus, burgis, villis mercatorijs & campestribus, lagena ceruisiæ
pro denario venderetur, & ne frumentum vltius in ceruisiam conuerteretur
inhibuit sub graui forisfactura, qui nisi celerius hoc mandatum promulgari fe-
cisset maxima pars populi fame & inædia deperisset. Hoc anno post mortem
Clementis Papæ electus est in Papam apud Lugdunum, cum sedes vacasset
duobus annis quatuor mensibus & quinque diebus, octauo idus Augusti Epi-
scopus Anniuonia, & vocatus est Iohannes vicesimus secundus. Iohannes de
Kendale regni thesaurarius fit Episcopus Vintoniensis. Summus pontifex
reseruauit cameræ suæ primos fructus beneficiorum omnium in Anglia per tri-
ennium vacantium. Rex celebrauit concilium apud Clarindon, sed magnates
noluerunt interesse. Transiit annus iste nec frugifer nec fructifer, sed mortali-
bus multis pestifer propter famem & sitim, dissenteriam & febres acutas, & va-
ria morborum genera quæ contraxerunt & inædia & aëris lætifera corruptela:
Scotiis votiuus: Anglicis ea parte noxius.

ANno gratiæ millesimo trecentesimo decimo septimo, qui est annus regni
 regis Edvardi à conquestu secundi decimus, tenuit rex natale apud Clip-
 ston, prout fecerat anno transacto, solemnitatem verò paschalem apud Cla-
 rendoniam. Eodem anno die Lunæ ascensionem dominicam præcedente, rap-
 ta est comitissa Lancastriæ nobilis viri domini Thomæ comitis Lancastriæ vxor
 legitima, apud Canesforde in Dorsetia, per quendam militem de domo & familia
 Iohannis comitis VVarræ, cōuocatis ad illud factū detestabile fautoribus (vt
 dicebatur) assensu regio plurimis Anglicorū: ducta est autem pomposè nimis
 in despectū comitis dicti Lancastriæ, ad dictum VVarennæ comitem, ad castel-
 lum suum de Rigate. Dumq; sic formina duceretur, ecce in itinerando, inter se-
 pes & nemora inter Haulton & Farnaham existentia, ductores vident eminus
 vela & vexilla. Aderant enim sacerdotes cum populo, facientes processiones
 more solito circa campos. Ductores igitur dictæ comitissæ timore subito &
 horrore petcussi, putantes comitem Lancastriæ, vel aliquos per ipsum mis-
 sos ad auferendum dictam dominam, & tantam iniuriam in ipsos vindicandū,
 cum omni celeritate fugerūt, domina penè sola relicta, sed rei tandem veritate
 comperita, reuersi sunt cum minis & pompa. Cum quibus, quidam miseræ sta-
 turæ, claudus & gibbosus, suisq; perpetuò intendēs malicijs (Richardus dictus
 de sancto Martino) dominam (pròh dolor) supradictam delusam miserabiliter
 20 (inagnò suffultus adiutorio) in suā exegit vxorem, firmiter protestatus, quod
 ipsam fide media cognouit carnaliter, antequā fuerat desponsata comiti supra-
 dicto, quod etiā planè prædicta domina palam ubique recognouit, ac etiam ve-
 rū esse facebatur, nullo ducta timore. Ac sic quæ toto tempore vitæ suæ nobi-
 lissima fuerat reputata domina, subito vergente rota fortunæ, quod dictu tur-
 pe est, per totum orbem spurcissima meretrix acclamatur. Igitur dictus Ri-
 chardus se supra se extollens, nomine vxoris suæ præsumit in curia regia ven-
 dicare comitatus Lincolnæ & Sarum, sed incassum, prout rei gestæ sequentia
 plenius explanabunt. Facta facti huius ad summi Pontificis aures allata, misit
 idem Pontifex duos Cardinales, vt pacem facerent inter regem & barones, &
 30 præcipuè Thomam comitem, vt patebit inferiūs loco suo. Rex hoc anno ce-
 lebrauit festum Pentecostes apud VVestmonasterium in aula magna, ubi cum
 regaliter resideret in mensa, præsentibus regni sui principibus, intrauit quæ-
 dam mulier ornata histrionali habitu, equum bonum insidens histrionaliter
 phaleratū, quæ mensas more histrionū circuiuit, & tandem ad regis mensam
 per gradus ascendit, & quandam literam corā rege posuit, & retracto freno,
 (salutis ubique discubentibus) prout venerat ita recessit. Rex verò fecit lite-
 ram aperiri, vt cognosceret eius tenorem, qui talis erat in sensu: Dominus rex
 minis curialiter respexit suos milites, qui patris sui tempore, & sui ipsius peri-
 culis diuersis se exposuerant, & suas substantias pro illorum honore vel per-
 40 diderant, vel diminuerant, & alios qui pondus negotij nondum portauerant,
 nimis abundè ditant. His auditis, discumbentes se in aliam contuentes, mira-
 bantur de tanto ausu formineo, & ianitores vel hostiarios quod permiserant
 eam ingredi, durius increpabant: qui se exculantes, responderunt: Non esse
 moris domus Regiæ histriones ab ingressu quomodolibet prohibere, & præ-
 cipuè in tantis solemnitatibus vel diebus festis. Minuitur ideo ad quæren-
 dum mulierem, quæ de facili inuenitur, capitur, & carceri mancipatur, &
 cur ita fecerit dicere cogitur, veritatemque respondit, se ad hoc facien-
 dum conductum à quodam milite mercede condigna. Tunc milites quæri-
 tur, inuenitur, capitur ac ducitur corā rege, & super præmissis conueni-
 tur, qui nihil omnino metuens, quod ipse sit author literæ fateretur audacter,

H.

& pro

Natale cele-
bratur apud
Clipstun.Comitissa
Lancastriæ
rapta.

Pauens timor.

Comitissa tura-
piter nubit
Richardo de
sancto Marti-
tino.Mulier histri-
onis habitu li-
teras mordaces
regi offert.

*Author libe-
rarū capitul.* & pro honore regio id fecisse. Promeruit ergo dictus miles sua constantia fa-
vorem regium cum donis vberimis, & mulierculam à carcere liberauit. Hoc an-
nūtiavit rex tractatū Londonijs super iacturis & damnis sibi & suis per Sco-
tos illatis, comite Lancastrie nec ad hunc tractatū, nec ad illum habitum Cla-
rendonit volente venire, unde regis inimicus & regni palam & notoriè in re-
gis hospitio appellatur. Sub eodem anno videntes quidam de Northumbria
*Latrones gra-
fantur in con-
finibus Scotie.* Scotorum crebras irruptiones, depredationes, depopulationes, & incendia
quasi totius patriæ, & nemine volente succurrere tantis malis, velut in defectu
regis & procerum, sumunt arma, & resistere Scotis parant. Sed cum aliquan-
diu id probè fecissent, tandem deficientibus tam victualibus quàm pecunia, de ro-
tyromibus facti sunt tyranni, de defensoribus destructores, de propugnatoribus
proditores. Conuenientibus autem ad eos plurimis, pari voto despoliabant do-
mi rucolas, in campis accolas, eorum boues de plaustris vel carucis soluentes
& ad cibum suum mactantes. In villis verò nihil reliquerunt, quod ad esum vi-
deatur aptum, sed panes, frumentū, vaccas, oves, porcos, ceterasq; carnes, ca-
pones & gallinas, caseos & auenas diripuerunt sibi, & non solum perpetra-
uerūt mala talia, sed plebanos despoliauerūt vsque ad femoralia, aurū, argen-
tum, vestes & vasa rapientes: factus est itaq; tam grandis eorum numerus, vt ne-
minem penè timerent, continuaueruntq; dictam rabiem quatuor ferè annis.
*Duo Cardina-
les in Angliam
veniunt pacē
confecturi.* Interea applicuerunt in Anglia Cardinales rogatu regis dominus Caucelli.
nus domini Papæ vicecancellarius, & dominus Lucas de Elisco, nunciij domi-
ni Papæ Iohannis vicesimi secundi, vt pacem inter regna Angliæ reformarēt,
& Scotiæ, & vt comitem Lancastrie pacificarent regi, etiam attulerunt bullas
Papales quibus Papa Scotos excommunicauit, eò quòd descisissent à domino
suo rege Angliæ, nisi redirent ad pacem eius: qui prout moris est Romano-
*Romanorum
ostentatio.* rum in externas terras venientū, semetipsos ostentare volentes, contulerunt
se sub omni festinatione in partes boreales infausta hora, vt dominū Ludoui-
cum de Bellomonte, cui dominus Papa ad regis instantiam Episcopatum con-
tulerat Dunelmensem, electo eiusdem loci cassato, cum pompa Romana in-
tronizarēt, quamuis præmoniti fuissent, vt in comitatu Eboraci se continerent,
& ultra progredi non præsumerent nisi regiā manu fulti. Cumq; venissent pro-
*Cardinales à
grassatoribus
spoliati.* pè villam de Derelington, subitò de valle quadam erumpentes dicti grassatores
(ducibus Gilberto de Midleton, & Waltero de Selby) inopinatè irruperunt in
familiam Cardinalium, & futuri Episcopi Dunelmensis: iniectisq; manibus
sacilegis de thesauro & equis suis (nulla habita ad tatas personas reuerentia)
spoliarunt. Ludouicum verò Episcopum Dunelmensem, duxerunt ad villam
de Morpath, ad redemptionem grauissimam compellentes. Captus est insu-
per à dictis populatoribus Henricus de Bellomonte, cum equis & thesauris
plurimis, & ductus est ad castrum de Midforde, vbi detentus est donec magnā
summam pecuniæ persoluisset. Cardinales verò restitutionem quarundam re-
*Cardinales
fulminant in
latrones.* rum habuerunt, putà de equis, vestimentis, & huiusmodi, sed restitutione ple-
naria caruerunt. Sine lesione tamen corporum, cum suis familijs Dunelmi-
am peruenierunt, vbi per dies aliquot perhendinantes, & Scotorum arbitrium
præstolantes, infecto negotio pro quo venerant, reuerli sunt sub conductu re-
gio Eboracum. Quò cum peruenissent, & viderent se positos in statione se-
cura, tulerunt horribilem sententiam in malefactores Northumbriæ, &
omnes eis quomodolibet adherentes. Quam sententiam per totam Angli-
am publicari fecerunt: & mox Londonias redierunt, octo denarios de mar-
*Cardinales o-
cto denarios
de marca pe-
tunt.* ca (pro damnis & expensis) à clero sibi dari cum instantia postulantē:
non habentes respectum ad quatuor denarios sibi de marca prius concessos
pro

pro mora quam facturi fuerat in hac terra. Clerus verò tractatu habito respōdit, quod contemptus & damna illis illata sibi imputare deberent, cū locū à clero limitatum sibi, ciuitatem videlicet Eboraci, auaritię agitati stimulo transgredi præsumpserunt. Quamobrem octo denarios de marca dare clerus Anglicanus noluit, quatuor verò denarios quos prius cōcesserat dare, bene cōsensit.

Cardinales per idem tempus fecerunt pacē sub certis conditionibus inter regem & Thomam comitem, quas conditiones rex citò post fregit iniuste. Inde aucta est dissensio quę prius extincta putabatur. Interim adductus est quidam miles comiti Lancastrię tendens per Pontifret, versūs partes boreales, cū quo alba charta regio sigillō magno, aliqua litera regis sigillo priuato signatę credentiam innuentes inueniente sunt, vñ cū Rege Scottorum pro morte dicti comitis pacisceretur. Quem comes de veritate confessum, tractum, deinde suspensum, retentis penes se in argumentū fidei chartis suis & literis, mortis fecit subire supplicium, fixo capite suo super castrum Pontis fracti. Et hic vt dicebatur paulò antea de familia comitis fuerat specialis. Contigit ergò, quod hac de causa populus Anglieanus, qui prius comitem ferē spreuerat, cognita veritate, contemptis Anglicis adhæsit comiti, vitam ipsius & salutem iugiter in spiritu postulans humilitatis.

Pax inter regem & comitem de Lancastria.

Populus in comitis partes inclinat.

Per idem tempus, cum multa damna Prioratui de Tyuemutha Gilbertus de Midleton antedictus, cum suis complices intulisset, & multos de cōuicinis suis captiuasset, & ad graues redemptiones compulisset, multos autem statim non valentes soluere, in custodia detinisset: quidam de regione illa nobile eorum detentionem iniustā durē ferentes, ad ipsum accesserunt, sub conductu saluo (quali pro vicinorum deliberatione mediante pecunia tractaturi) habito, quosdam tunc à custodia liberatos secum abduxerunt, quosdam verò pro securitate soluendę pecunię secum obfides dimiserunt. Finalis verò solutionis veniente die, & satellibus dicti Gilberti ad prædandum egressis, venerunt, qui pacti fuerant solutionem facere dicto Gilberto, dicentes se pecuniā attulisse, quam in villa secretius occulta uerant propter metum prædonum, pro qua querenda liberum exitum & introitum in castellum sibi concedi petebant. Cumq; ad castri portas velut exituri venissent, trucidatis mox ianitorib⁹, multitudinem armatorum foras latentium introduxerunt. Qui subito irruentes in eum nil tale cogitantem inflētis plagis ceperūt, & vinculis ferreis acriter constrinxerunt, deinde quā citò potuerunt eum cum fratre suo qui tamen captus fuerat, Londoniastransmiserunt, vbi iudicialiter condemnatus in oculis cardinalium quos spoliauerat, tractus & suspensus est. Illi verò qui sibi famulatum præbuerant, audientes eum captum, ad VValterū de Selby suę consortem malitię se contulerunt, qui in refortiuicula sua de Horton latens, vicinis similem iniuriā inferebat. Hoc anno dominus papa septimum librum decretalium à predecessore suo compositum & quasi ab ipso deletum, promulgauit, instituit, & cōfirmavit. Instituit etiam festum solemnitatis corporis Christi, quod ab Urbano Papa quarto sumpsit exordiū. Transit annus iste sterilis in multis partibus regni huius, sed miseria copiosus, dū prouincia Northumbrana nunc Scotis attrita, nunc prædonibus illius patrię pauperata, quasi inter incudem & malleum versabatur, regi regniq; magnatibus interim putibundē stercentibus & simulantibus damna suorum.

Dux latronū captus plectitur.

Stratagemata.

Septimus liber decretalium.

Institutio solemnitatis corporis Christi.
Annalis conclusio.

ANno gratiæ millesimo trecentesimo decimo octauo, qui est annus regni regis Edwardi à cōquestu secūdi vñdecimus, tenuit rex natale apud VWestmonast. cui pauci de magnatibus interfuerunt propter discordiam motam inter regem & proceres, cō quòd totiens articulos petitos & promissos noluit

Natale apud Westmonast.

obseruari. Sed quia regnum per Scotorum irruptiones in grandi fuit peticulo constitutum, nempe Scoti vsq; ad Eboracum ex vna parte, & vsq; ad Lancastriam ex alia parte, comburendo, vastando, prædando, nullo resistente, peruenerant: prælati regni accitis sibi cardinalibus regem adeunt, precaturi quatenus articulos totiens expetitos totiensq; promissos pro statu regni & Ecclesiæ bona fide confirmaret, & vsu vel actu stabiles esse permetteret, ne sibi regnôq; suo graue periculum eueniret. Rex inclinatus humilibus precibus prælatorum simul & Cardinalium, diem statuit sancti Iohannis Baptistæ quando congregatus Leicester, tam clero quam proceribus satisfaceret petitionibus tam diu concepit. Quo die veniente, & populo cum magnatibus loco præfixo assistente: Rex 19 more solito promissos articulos concessit obseruari. Sed citò postea concessio apparuit non solum triuola, sed penitus fraudulenta. His expletis, Cardinales quasi grande quid patrasent in regno accepta licentia ad curiam redierunt, quæ tunc fuerat Ambianis. Eodem anno tenuit rex parliamentum Londoniæ circa festum Sancti Michaëlis, in quo fuit ordinatum, quod haberet in auxiliu contra Scotos electos homines de qualibet ciuitate vel villa, regni quæ homines exhibere posset. De ciuitate Londoniarum dati sunt ducenti viri armati ad vnguem, de Cantuaria quadraginta, de villa Sancti Albani decem, & sic consequenter de ciuitatibus & villis regni iuxta villarum vel vrbium æstimatione. Qui congregati magnum conflauerunt exercitum & hostibus melius formidandum. Sed cum peruissent ad Eboracum, suborto tumultu pariter & simultate cum alijs impedimentis, infecto negotio licentiam ad propria redierunt. In crastino Sancti Bricii, terramotus fuit magnus & horribilis deterrens corda mortalium plurimorum.

*Parliamentum
Londoni.
Singula ciui-
tates armant
homines con-
tra Scotos.*

*Terramotus.
Edwardus de
Brus captus
& Scoti fusi
in Hibernia.*

*Rex Scotorum
excommunicatur
regnumque
interdictum.*

*Annalis Con-
clusio.*

*Natale cele-
bratum apud
Beverlacum.*

*Perditiom
Scotis prodio
tum.*

Per idem tempus Edvardus le Brus, frater regis Scotorum, qui iam per triennium Hiberniam infestauerat, & se ibidem in regem coronauerat nullo iure, a fidelibus regis Angliæ captus est, & propter suam præsumptionem & superbiam decollatus in Dondalk: occisis baronetis de Scotia, 29. in eodem campo, & .5. millibus & octingentis alijs præter milites & nobiles supradictos, primare de Armach pro rege Anglorum capitaneo existente, sicque quodammodo mors comitis Gloucestræ nuper perempti apud Striuelyn, multorumque Angliæ nobilium virorum occisio ibidem facta, insignum ruinæ maioris vitæ vltionis diuinæ pariter & humanæ recepit Robertus de Brus. Interea rex Scotorum cum communicantibus autoritate curiæ Romanæ solemniter & publice in regno Angliæ & Scotiæ omnibusq; terris adiacentibus extitit excommunicatus, eo quod venit contra fidelitatem regi Anglorum ab antiquo debitam, regnumque Scotiæ generali supponitur interdicto. Transiit annus iste qui frugibus & fructibus nec sufficeret incolis nec alienis: Anglicis & Scotis instabilis & inquietus: Hibernicis latus & hilaris, eo quod excussum est iugum dominationis alienæ de ceruicibus eorundem.

40
Anno gratiæ millesimo trecentesimo decimo nono, qui est annus regni regis Edvardi à conquestu secundi duodecimus, tenuit rex natale apud Beverlacum cum Proceribus plurimis & Prælati, quo tempore prouidit sibi de exercitu copioso, ut Scotorum si quo modo posset humiliaret superbiam, & ab illorum irruptionibus Angliam liberaret. Accidit eo tempore ad malorum cumulum, quod quidam perfidus dictus Petrus de Spalding, cui custodia villæ de Berevvico commissa fuerat, Scotis venderet dictam villam & intrare permetteret, quod factum regem grauiter contristauit. Cogitauit igitur obsidionem ponere circa villam, cumque collegisset exercitum & plantasset obsidionem, fuissetq; sollicitus qualiter villam caperet, Scoti collecto exercitu quasi viginti millium,

per

per partes obliquas intraverunt Angliam, eo proposito, vt reginam caperent *Scoti conatur*
 perhendinatem propè Eboracum in quadam villa minus cautè, quam vendi *reginam An-*
 derant illis quidam ex Anglia proditores. Sed cooperante dei gratia & regina *glia armis ca-*
 præmonita, fugit ad loca tutiora, & Scoti cognouerunt se fore deceptos. Qui do- *pere.*
 lentes & deinaniter fusa pecunia & de præda perdita, in iram conuersi & ra-
 biem, ad omnem malitiam laxauerunt habenas, discurrentes per patriam, & ob-
 uia quæq; flamma ferroq; vastantes. Igitur dum quilibet pro parte sua obsidio-
 nem Berevvici fideliter satis ageret & seruaret, rex fatuitate solita prorupit in
 hæc verba: Dominum Hugonem le Spencer faciam custodem castri huius, &
 dominum Rogerum Tamari capitaneum huius villæ cum eam ceperimus. *Regis fatuitas*
 Quod verbū durè ferens Thomas comes Lancastriæ, mox cum multis alijs *in causa fuit*
 subtraxit, quamobrem à toto exercitu proditor est clamatus, nempe prout dice- *cur comes Lan-*
 batur, si se non subtraxisset, villa cum castro in manus regis data fuisset. *castrie regem*
in obsidione

Eboracenses considerantes scelera quæ Scoti perpetrabant, vbique ani-
 mositate concepta, collectis Anglorum decem millibus sunt egressi, vt ciui-
 um & patriotarum sanguinem vindicarent. Scoti tunc propè villam de Mi-
 tone sitam iuxta fluuium de Svvale, solitis facinoribus intendebant. Nostres
 verò videntes Scotorum cuneos, incunctanter se ad prælium ingere-
 bant. Sed quia iam penè totus eorum exercitus in armis fuerat, mox contra
 nostros inexercitatos, & inexpertos, & sine duce vel ordine venientes ordi-
 natissimè occurrerunt, & leui negotio nostros fuderunt, & ad tria millia ho-
 minum in ore gladij peremerunt, & magna pars eorum qui fugerunt in flu-
 uio de Svvala periit rapaci gurgite suffocata. Commissa fuit hæc infortuna-
 ta congressio in vigilia Sancti Matthæi apostoli & Euangelistæ, cui prout di-
 cebatur, multi præbyteri seculares, multiq; religiosi interfuerant mala ho-
 ra. Cumque rumor huius facti peruenisset ad aures regias, dimissa obsidio *Rex soluit ob-*
 ne Berevvici, festinauit cum suis omnibus obuiare Scotis, priusquam attinge- *sidionem Beres-*
 rent terram suam, & cum eis per partes Orientales iuxta nouum monasteri- *vici.*
 um obuiare disponderet. Scoti præmoniti, cum pomposa victoria hominum
 & armentorum præda per aliam viam reuersi sunt in regionem suam, fauillas,
 & cineres & vapores fumi ac peremptorum cadauera in omni villa per quam
 transierant post se in suæ crudelitatis memoriam relinquentes. Igitur Rex
 sentiens quotidie sua damna cumulari, de communi consilio in treugas iu-
 rat biennales, Scotis libenter has acceptantibus, non tamen quia iam fuerant
 bellis fatigati, sed quia fuerunt Anglica præda ditati. *Inducie bienn-*
ales cum Sco-
tis.

Eodem anno inaudita pestis animalium, dubium vnde nata, succreuit in
 Anglia quæ circa tempus Paschale incepit in Estsexia, & diffusa est in breui
 per totam insulam, durans per totum annum, & inficiens penè cuncta pecora
 regionis. Et quod est auditu insolitū & fortassis erit futuris incredibile, canes
 de cadaueribus pecorum morientium comedentes, & corui, illico intumuerunt,
 quasi toxicati veneno, & mortui corruerunt. Quamobrem nullus erat homi-
 num qui fuit ausus carnes bouinas edere, quia in bob? maxime valuit pestis il-
 la: dicebatur etiam quod tota Gallia per idem tempus eadem peste fuit infe-
 cta. Hoc anno multi pastores pecudum, & quidam alij, ac mulieres de An-
 glia, & alijs mundi partibus collegerunt se, volentes acquitere terrā sanctam,
 & inimicos Christi interficere vt dicebant. Et quia non potuerunt mare mag-
 num pertransire, multos Iudæos in partibus Tholosanis & Aquitanie pere-
 merunt, asserentes eos inimicos fidei. Ob quā causam multi eorum capitalē sen-
 tentiā subierunt, & alij frustrati suo proposito redierunt, & sic vertitur in ni-
 hilum quod fuit ante nihil. Transiit annus iste pauper frugum, inops fructuū,
 H. iij. probrosus,

Regis fatuitas
in causa fuit
cur comes Lan-
castrie regem
in obsidione
Berevvici de-
sereret.
Scoti Anglos
vincunt.

Rex soluit ob-
sidionem Beres-
vici.

Inducie bienn-
ales cum Sco-
tis.

Lues anima-
lium.

Observa.

Multi se fru-
stra parant ad
recuperationē
terra sanctæ.

*Annalis cons-
cluso.*

probrosus, damnosus Anglicis: gratus & accommodus Scotorum latrocinij: Gallicis pestifer, sed quietus.

*Natale cele-
bratur Wins-
tonie
Obijt Episco-
pus Winton.*

ANno gratiæ millesimo trecentesimo vicesimo, qui est annus regni regis Ed-
vvardi à conquestu secundi tertius decimus, tenuit rex natale VVintoniæ,
cum magna multitudine militum, armigerorum & regalium famulorum. Hoc
anno Iohannes de Kendale VVintoniensis Episcopus obiit in viam Patrum,
cuius morte comperta, summus pontifex sibi collationem dicti beneficij, quia
pinguis fuerat reteruauit, sed monachi reservationem prædictam nihil pen-
dentes, obtenta à rege licentia, ad electionem processerunt, & virum eminentis
litteraturæ quendam monachū de suo monasterio cōsensu vnanimi elegerunt
in Ep̄m & pastore. Rumore igitur ad aures Papæ delato, Papa dictam electio-
nem nullam esse pronuncians, cassauit electionem memoratam, & domino
Rigando Clerico suo speciali, VVintoniensem contulit præfulatum, qui cum
post multas tergiuersationes regis beneuolentiam adeptus fuisset, in monaste-
rio sancti Albani ad Romanam Ecclesiam nullo modo pertinente, munus con-
secrationis accepit per manus Londinensis Episcopi, in præsentia Ehenfis &
Rossensis Episcoporum, obtenta prius licentia ab eiusdem loci Abbate & con-
uentu. Et ne ipsius consecratio futuris temporibus priuilegijs monasterij su-
pradioti præiudicialis existeret, literas super indemnitate priuilegijs fecit fi-
eri, quas conuentui tradidit sigillo suo signatas. Consecratus est autem in die 20
Sancti Edmundi Archiepiscopi Cantuariensis ad maius altare, cum magna
præfulum deuotione.

*Quidam se re-
gis filium fal-
sè mentitur.*

Sub hoc anno venit Oxonias quidam pauper iuuenis,
& prædicauit ibidem se fore regis Edvvardi nuper regis heredem, & quod Ed-
vvardus qui modò regnat, non erat regis filius, sed cuiusdam Carectarij dolosè
subintroductus ad reginam. Quod audientes ciues Oxonienses, ceperunt di-
ctum iuuenem, & miserunt ad regem tunc Northamptoniæ existentem, qui à
ministris regis in vltionem mendacij tractus & suspensus est, extra villam in
loco vocato le Coppeddethorne, inter Northamptoniā & Killingworth, ad ter-
rorem & exemplum talium nebulonum. Per idem tempus rege existente E-
boraci, Scoti intrauerunt Angliam, & illuc vsque peruenierunt, & suburba 30
na ciuitatis Eboracensis cremauerunt, & captiuos ceperunt dominum Iohan-
nem de Breтайne comitē Richemūdiæ, & plures alios qui grauissima redemp-
tione sunt postea liberati. Hoc anno leprosi quasi per totam christianitatem
fuere diffamati quod inissent tædus cum Saracenis ad intoxicandum Christia-
nos ubique terrarum, quod in multis fecerunt partibus, ponendo venenum
in fontibus, puteis, dolijs, & locis alijs, super quo multi de prouincia & Fran-
cia conuicti combusti sunt, & Iudæi detenti & in carcerati propter auxilium
eis præstitum & consensum.

*Scoti capiunt
comitem Rich-
mundiæ.*

*Leprosi de ve-
nificio conui-
cti.*

*Natale cele-
bratur apud
Westmon.*

ANno gratiæ millesimo trecentesimo vicesimo primo, qui est annus regni
regis Edvvardi, à conquestu secundi quartus decimus, tenuit rex natale 40
Londonijs, apud VVestmonast. cum magna gloria & honore. Hoc anno mi-
les quidam perdiues à parentela, sed dissipator substantiæ sibi relictæ, dictus
VVilhelmus de Brevvs, qui baroniæ dignitatē possedit, à parentibus in marchia
VVallia quandam portionem terræ ipsum hæreditario iure contingentem, di-
uersis dominis obtulit ad vendendum. Terra verò quam vendere voluit, terræ
de Govvers antiquitus vocabatur. Comes autem Herefordiæ, quia dicta terra
contigua fuit terris suis pro quadam summa pecuniæ cum dicto VVillielmo
conuenit, & cō promisit vberius soluere, quo nouit terram vtiliorem præ care-
ris sibi fore, vnde obtēta à rege licentia, dictam terram ingredi disponebat tan-
quam propriam possessionem. Duo etiam milites præpotentes, quorum quili-
bet vo-

*Nova occasio
coniurationis
procerum.*

bet vocatur Rogerus de Mortuomari, videlicet auunculus atq; nepos, quia terra illa sibi videbatur accommodata propter vicinitatem terrarum suarum, nescientes de pacto praelocuto, accesserunt ad dictum V Vilhelmum de Brevis, & cum eo conueniunt sub pacto quodam de terra predicta sibi & suis habenda & tenenda, & quasi securitatem de dicto V Vilhelmo reportarunt. Dominus Iohannes de Moubray qui filiam dicti V Vilhelmi duxerat in uxorem, quæ hæres unica fuit illi de tota terra præfata, tanquam uxori suæ hæreditario iure debita securior existeret. Nouissimè ad omnium malorum cumulum, Hugo dispensator iunior, concupiscens terram sæpius memoratam, quia terris suis undique vicina fuit, quia domini regis erat camerarius, ampliorem à rege gratiam de terra comparanda obtinuit, & specialiore à domino dictæ terræ adeptus est fauorem in emptione terræ præfata, ita quod finaliter terram illam exclusis omnibus alijs comparauit. Igitur præfati procères videntes se circumuentos & delusos ab Hugone, & à suo proposito defraudatos, commoti sunt valde & ad iracundiã cõcitati. Comes verò Herefordiæ, Humfridus de Boun, conquestus est super iniuria sibi facta Thomæ comiti Lancastriæ, qui allicientes ceteros penè cunctos comites & barones in partem suam, cõiurationem fecerunt maximam ad viuendum & moriendum pro iustitia, & regni proditores pro vitibus destruendis, & præcipuè vtrunque Hugonem de Spencer, patrem scilicet atq; filium, quos odio inexorabili perstringebant, eo maximè quia regem ducebant, pro suæ voluntatis arbitrio, in tantum quod nec comes nec baro, nec episcopus quicquam valuit expedire in curia sine horum consilio vel fauore. Omnium ergo luore persequabantur, qui omnibus penè dominabantur, & quo plus creuit eorum gloria, & eo amplius contra illos creuit inuidia, quæ semper accrescit abundantia aliorum. Igitur Barones duce Thoma de Lancastria apud Shirborne in Elmèdon conuenerunt, fæderati prout dicitur & iuramentis astricti ad prosequendum propositum vsq; ad corporis & animæ diuisionem. Sed tamen penè cuncti præter Thomam de Lancastria & Humfridum comitem de Herefordia & paucos alios ante finem negotij retrorsum abierunt, & præ timore mortis se regi dediderunt: sed hæc inferius plenius videbuntur. Cũq; barones ut prefertur apud Shirburnam conuenissent, quosdam articulos in præscriptionem dictorum Hugonis & Hugonis composuerunt, sed tamen vias iuris & æquitatis in hac parte penitus omiserunt, suorum pro tempore exequentes impetum animorum. Nam illorum bona qui illis vel amicitia vel affinitate iuncti fuerant, furibundè inuadebant, capientes castra per violentiam, vastantes prædia per malitiam, & perimenes famulos repositos in custodijs eorundem, dolentes ob hoc tantummodo, quod eorum personas capere quos oderunt minimè potuerunt: prædicta furia de die in diem vires sumente, barones vexillis explicatis ad sanctum Albanum veniunt, per viam diripientes vbique victualia, & pauperes terræ grauantes. In hac comitua fuerunt quidam, qui propter inueteratum odium monasterium Sancti Albani dictique loci Monachos se grauatuos deuouerant. Sed tamen disponente Deo qui neminem temptari permittit supra vires, horum magister & autor tantæ malitiæ in villa de Alysbery priusquam ad sanctum Albanum attingeret morbo percussus irremediabili, proprijs seipsum discepsit manibus, & post duos dies miserabiliter expirauit. Cæteri tam formidabili tremefacti vindicta, casum pro miraculo reputantes, ab executione voti illiciti timore magis quam amore destiterunt. Magnates verò apud sanctum Albanum cum suis armatis exercitijs per triduum perhendinantes, miserunt solennes ad regem nuncios Londonijs commorantem, Londoniensem, Sarisburiensem, Eliensem,

*Coniuratio
proterunt.*

*Hugo de Spencer
cer omnibus in
uisus.*

*Monachi se
suag. miraculis
tuentur.*

*Legatio proce-
rum ad regem.*

*Responsio re-
gu.*

H

*Rex metu pe-
riculi assenti-
tur.*

*Hugo senior
exulat, iunior
latitat.*

*Alia discordia
causa.*

*Regina probi-
betur ingressu
castri de Leeds*

Herefordensem & Cicestrensem praesules qui tunc apud Sanctum Albanum conuenerant pro pace reformanda, mandantes, ut dominus rex non solum suam vacuaret curiam, sed regnum suum de regni proditoribus Hugone & Hugone le Spencer per communitatem terrae in multis condemnatis articulis, exiliumque meritum subire permetteret si diligeret regni pacem. Petierunt barones insuper, ut rex ipsis & omnibus qui in eorum comitiua arma mouerant, literas patentes indemnitis concederet, & ne pro transgressionibus tractatis vel praesentibus a rege seu quouis alio futuris temporibus puniretur. Ad haec dominus rex respondit, quod Hugo le Spencer pater in suo negotio mare transierat, & Hugo iunior in mari erat ad custodiendum quinque Portus, prout ex officio tenebatur, qui de iure vel consuetudine exulare non debent ante responsa data per eosdem. Adiecit praeterea quod eorum petitio iuris & rationis fundamento carebat, eo maxime quod dicti Hugo senior & Hugo iunior parati semper fuerant omnibus de se conquarentibus in forma iuris respondere, & si probare possent eos in aliquo statuta terrae laesisse, parati semper fuerant legibus regni parere. Postremo cum iuramento addidit, quod noluit sacramentum violare ad quod astrictus fuerat in Coronatione sua, concedendo literas pacis & indulgentiae tam notorie delinquentibus in suae personae contemptum, & totius regni perturbationem, & maiestatis regiae laesionem. Hijs auditis, proceres acti in furiam, confestim ad arma prosiliunt, & milites quidam super armatura cotucas induerunt vocatas quarteloy, Armigeri vero indumenta bendas habuerunt, quibus indumentis expositi induti, tracti sunt & suspensi plurimide procerum comitiua. Cum fastu igitur & pompa nimia barones Londonias adierunt, hospitatiq; in suburbio ciuitatis, manebant pacifice donec licentiam ingredi ciuitatem obtinuissent: obtento a rege ciuitatis ingressu, magnates sicut prius in petitione sua fortiter perstiterunt. Tandem interueniente regina & praefatis episcopis laudabiliter mediantibus, rex inductus est propter veritatem periculum euitandum, ut condescenderet votis & petitionibus procerum praedictorum. Edictumque super hijs per comitem Herefordiae in aula Westmonasterij publicato, Hugo senior in exilium actus est. Sed Hugo iunior in diuersis locis latitans in Anglia & in mari permansit. Hijs itaque peractis, barones obtentis a rege literis de impunitate & pace regis ad propria redierunt, nec hilares de dicta pace concessa prout praemittitur, nec securi, quia de regis beneuolentia desperabant, & ideo armati semper incedebant & loca tuta quaerebant. Interea casus accidit eisdem magnatibus plenus infortunio & generatius molestiae subsequens. Isabella nempe regina (quae nutrix pacis & concordiae semper fuerat inter regem & barones) peregrinata versus Cantuariam, in castro de Ledes hospitari & pernoctare disposuit. Quod castrum dominus Bartholomeus de Batlesmere, qui diu senescallus regis fuerat, a rege in excambium pro quibusdam terris alijs sibi & suis haeredibus impetrauerat, in quo suam coniungem cum paruulis & magni thesauri copia dimiserat pro tutela, dum fidem domini sui regis deferendo, adhuc sit baronibus in turbatione praefata. Igitur praue-niens dominam suam reginam Marecallus, petijt ingressum castri, ut illuc necessaria coportaret & pararet pro familia domoque reginae. Sed qui in castro fuerant pro-caciter responderunt, se nec regine nec cuiquam alteri ingressum castri permit-tere sine iussione vel literis domini dicti castri. Responsum mox ad aures reginae puenit, quae illuc in propria persona perueniens petijt ingressum castri, sed nullam spe intradi potuit a respondentibus obtinere, & ideo alias pro nocte illa quaesivit hospitia, illo expressè sibi denegato. Cumque redisset ad regem, de iniuria coqueretur sibi facta, ex cuius relatione rex prouocatus ad iram, collectis pluribus armatorum millibus

millibus cum multis Londoniēsis, ad dictum castrum accessit personaliter, inclusis præcipiens vt redderent sibi castrum. Renuentibus castellanis parere fufsis regijs, rex arctat inclusos obsidione, & tam diu perseuerat ibidem donec victus inclusis & victualia defecissent. Tandem redditum est castrum in manus regis cum omnibus quæ intus erant. Thomas Colpeper custos castri captus est inprimis, qui tenuerat castrum contra regem, & pro rebellionē tractus & suspensus est, mulieres ibi repetæ Londonias missæ sunt in turri Lōdoniarum sub arcta custodia conseruandæ, seruientes diuersis multati pænis in locis varijs sūt perempti. Thesauri reperti cum armis & equis, regijs sunt vsibus deputati.

10 Quibus ita peractis, rex suis milibus custodiam castri commisit, & victorioso progrediens versus Cirecestriam, obiter cepit multa castra sibi rebellantium manu torti procerum. Circa festum omnium Sanctorum proximo subsecutum, Hugo dispensator iunior filius videlicet senioris, ascendit e mari & peruenit ad regem, cuius consilio & quorundam aliorum rex mandauit breuia sua ad omnes vicecomites totius Angliæ, ad congregandum exercitum contra barones, quia cupiebat vindicari de despectu & rebellionē nuper Londonijs sibi factis. Barones verò præmoniti de tanta molitione se munierunt pro viribus, & ipsi multitudinem exercitus colligentes, vt vim vi repellerent & viriliter defenderent causam suam, illud poëticum concorditer retinentes,

Rex obsedit castrum, & in deditionem accepit.

Rex conatur se vindicare aduersus proceres. Proceres defensionem præstant.

20 *Felix qui quod amat defendere fortiter audeat.*

Annalis conclusio.

Natale apud Cirecestriam.

Transit annus iste sicut ceteri illaudabilis, prouentu frugum vel fructu damnosus, proceribus & mediocribus suspectus, molestus & turbulentus: regi sollicitus & inuisus: Scotiæ propter magnatum Anglorum regni discordiam iocundus & hilaris: Franciæ, Flandriæq; pacificus, & (quod dolendum fuerat) Sarracenis & incredulis fertilis & quietus.

ANno gratiæ millesimo trecentesimo vicesimo secundo, qui est annus regni regis Edvardi à conquestu secundi quintus decimus, tenuit rex solennitatem Natalis dominici apud Cirecestriam, cum magna militum scutiferorum & architenentium numerositate. Illuc ergo grandem conuocauit exercitum contra barones, proponens proculdubio vel mori viriliter, vel velut rex super suos subditos imperialiter dominari. Audientes multi de Baronibus regis propositum, diffidentes & animo concidentes neglecto iuramento quod in cōtinue præstiterant, ad regem meticulosi venerunt, se suæ gratiæ in omnibus submittent. Inter quos duo Rogeri de Mortuomari primi vel inter primos accesserunt se voluntati regiæ supponentes, qui partem baronum in magna parte debilitauerūt, eò quod essent strenui & bellicosi, potentes reb⁹ sæculi & famosi, & præ cæteris causæ communis incentores, sed tamen secus accidit eis quā sperabant. Nam cum se regi reddidissent, missi sunt ad turrin Londontatum, donec rex considerasset quid de eis facere debuisset, qui quem finem sortiti sunt

Multi se regi dedunt.

40 sequentia declarabunt: comprehendit rex dominum Hugonem de Audeley seniore, & dominum Mauritium de Berkley, & misit illos ad castrum VVallingfordiæ conseruandos. Alios verò multos blandis delusos promissionibus simili sorte cepit & varijs custodijs commendauit. Cūq; comes Herefordiæ cæterique barones adherentes sibi hæc veraciter cognouissent, ad partes Glouerniæ se contulerunt, deinde vnà cum Thoma Lancastriæ comite, exercitu grandi collecto, versus Burton super Trentam vexilla verterunt, rapinis indulgentes vbique ad magnum patriæ nocumentum. Quos è vestigio rex insequens, reperit collectos & paratos ad resistentiam faciendum. Impediueruntq; regem per tres dies continuos quo minus pontem dictæ villæ de Burton transire posset, occisis quibusdam de regis exercitu qui pontem transire animosius institerunt.

Rex hostes insequitur.

stiterunt, vnde rex coactus est transitum aliundè querere vltra Trentam, per transitu Trentæ fluuii rex hostiliter equitavit versùs comites supradictos.

Comes Lancastrie fugit. Thomas verò comes videns iam resagi pro capitibus, cum suis cōmanipularibus exijt villam de Burton, & exercitum in campo statuit cōtra regem, expectans regis aduentum in eodem campo. Sed cuni vidisset regis exercitum tam numero quàm potentia multò suis præstantiorem, confusus fugit in dedecus sempiternum. In fugiendo verò diuerfas fecit depredationes baronum exercitus, dum vi non tantum victualia per viam rapiunt, sed etiam substantias diripiunt incolarum. Nec segnior rex ipsos fugientes persequitur, diētas continuas prout possibilitas suppeditabat.

Thomas verò de Lancastria, cum baronibus & exercitu fœderato, peruenit ad Bourghbrigge, vbi reperiunt magnam resistētiam de borealibus partibus congregatam. Nempe ad dictum locum conuenerant custos Eborac̃ dominus Symon VVard, & custos Carleoli dominus Andreas Herkle, cum sufficienti manu ad pugnandum parati, vbi cum dominus

Comes Herefordiæ occumbit. Humfridus de Boun comes Herefordiæ pontem transire voluisset, à quodam sub ponte latente lancea transfixus est & peremptus ibidem. Thomas verò de Lancastria non valens sustinere pondus prælij in eum versi, nec de loco fugere,

Lancastrensis capitur. captus est ab Andrea de Herkle custode Carleoli milite mediocris fortune: capti sunt etiam ab eodem dominus Rogerus de Clyfforde, dominus Iohannes de Moubray, dominus VVarrinus de Insula, cum multis alijs, & adducti ad regis præsentiam ad Pontem fractum, vbi rex cum duobus dispensatoribus Hugone seniore & Hugone iuniore morabatur.

Lancastrensis ludibrio habita. Et cum Thomas comes introductus fuisset in villam, à tota gente derisus est, & acclamatus rex Arthurus, & vndiq; subannatus. Quod tantummodò iuste dicebatur accedisse sibi, eò quòd ipse regem pari forma dehonestauerat, cum rex parùm ante à partibus borealibus diuertisset & venisset ad Pontem fractum. Nam Thomas irreuerenter egrediens cum suis hominibus exijt castrum ad despiciendum regem, & acclamans in ipsum regem vilissimè & contēptibiliter cum magno tumultu, in maximum contemptum ipsius, ac si non fuisset eius dominus, nec rex eius. Idcirco venerunt super eum mala præsentia prout creditur, vt per hæc purgatus,

facilius post hanc caducam mereretur consequi vitā beatam. Tertio nempe die à captione sua sederunt principes, & in eum sententiam dictauerunt, Dominus rex inprimis, assidentibus Edmundo comite Cantij, Hugone comite VVintoniæ, Aymero comite Penbrochiæ, Iohanne de VVarēna comite Southreyæ, Dauide comite de Athesfel, Roberto comite de Angos, vbi adiudicatus est tractioni, suspensioni, & decollationi. Tamen quia idē comes de parentela fuit excellenti & nobilissima procreatus, rex ob reuerentiam parentelæ suæ remisit de sua speciali gratia dicto Thomæ comiti executionem duarum poenarum, quòd idem Thomas comes non traheretur nec suspenderetur, sed quòd executio fieret tantummodò super ipsum, quòd decapitaretur, sicq; decapitatus est extra vil-

lam de Pontefracto à captione sua die tertio vt præfertur. VVarrinus de Insula, VVilhelmus Toket, Thomas Mandur, Henricus de Bradbourne, VVilhelmus filius VVilhelmi, & VVilhelmus Cheyne qui capti sunt cum Thomæ comite, propter roberias & felonias, & resistētiam quam fecerūt contra regem ad villam de Burton, occidentes regis familiares, & regis transitum prohibētes, ac partem villæ prædictæ in recessu suo comburentes, cæteræque perpetrantes quæ dicto Thomæ comiti imponuntur, adiudicati sunt de prædictorum comitum & baronum consilio, tractioni & suspensioni apud Eboracum. Dominus Rogerus Clyfforde, dominus Iohannes de Mounbray eodem iudicio cōdemnati sunt & suspensi. Gosselinus de Inuylla simili sorte vitam finiuit, exposit

parumper

Lancastrensis capite plectitur.

parumper, dominus Henricus Tyes captus, Londonijs tractus & suspensus est. Deindè dominus Bartholomæus Barlesmere captus est & Cantuarie decolatus.

Solus dominus Rogerus Tamar morte obiit naturali. Cetera qui voluerit videre plenius, in chronicis V Vilhelmi Rissanger apud sanctum Albanum *Chronica Rissanger.*

latius poterit reperire, vbi recordatum regis habetur de omnibus memoratis. Rex igitur elatus de tanta victoria, qui potius gemuisse debueret de tanta nobili- *Rex conscribit exercitum in Scotos.*

10 turba malè percipita, quia tunc fuit verè victus quando tot vicit prudentes milites, collegit exercitum fortem nimis & magnum cōtra Scotos, quātus à longo tempore non est visus. Qui absq; victualibus in graui pomposaq; multitudi- *Regis exercitus fame affligitur. Rex dimittitur.*

20 ne in borealibus adunatus partibus, peruenit ad regem, ad villam de nouo castro super Tynam. Inde rex hostiliter profectus est in Scotiam lento gressu, permetiens quasdam partes illius prouinciæ, cuius aduētū præcognito, Scoti bona sua cum necessarijs ad loca tutiora comportauerunt, fugientes ad montes, nemora, vel paludes: sicquē contigit, vt cum rex suis nullam resisten- *Sapius penuria quam pugna consanis exercitum, & ferro seuerior fames est.*

30 tiam inueniret, nullaq; victualia reperiret, sed omnia deserta, vacuata & vastata perpendit, consumptis igitur victualibus, tam per terram, quàm per mare pro exercitu comportatis, magna pars exercitus fame & inedia tabefacta protinus est extincta. Quia (prout dicit Vegetius de re militari) *Sapius penuria quam pugna consanis exercitum, & ferro seuerior fames est.*

40 perire tam miserabiliter, dolens domum regreditur infecto quocunq; negotio fructuoso. Cumquē multi de regis exercitu peruenissent ad propria, & gustassent cibos auidius, mox vel diruptis visceribus moriebantur, aut consumpta natura semper imbecilles & debiles permanserunt, vires præhabitas recuperare non valentes. Contigit eo tempore, cum rex in partibus moram traheret borealib; in loco qui dicitur Regalis vallis min; cautè, Scoti (per exploratores perfidos quos habebant Anglicos) edocti de regis malè cauta perthendinatione, *Rex prope circumuentus à Scottis.*

ingressi sunt regnum subito, sperantes regem incautum capere vel certè perimere, si fortuna fauisset: sed deo volente, rex præmonitus de Scottorum molitionibus recessit à loco, quē velut fugientē Scoti persecuti sunt vsq; ad Abbatiam de Byland, sed nec ibi tutus locus regi fuerat propter Scottorum violentiam, quamobrem rex vix arreptis armis, fugit Eboracum celeriter, thesauro suo, victualibus & utensilibus direptioni relictis. Scoti verò videntes vias suas prosperari, patriam peruagantur, omnia ferro flammāq; vastantes, & captiuos multos secum trahentes, inter quos virum nominatissimum dominum Iohannem de Breayne ceperunt, comitem scilicet Richmundiæ, & multis spolijs domum prosperè sunt regressi. Eodem anno dominus Hugo de Spencer pater, factus est comes Vintoniæ, cui rex dedit castrum & honorem de Donyngron, quod fuit de Lincolnæ comitatu. Ipso anno obiit rex Franciæ Philippus, filius Philippi, cui successit in regno Carolus frater eius, qui prius fuerat comes Marchiæ Vaseoniæ. *Annalis continuus.*

Transit annus iste parū frugifer, aliàs satis fructifer: Angliæ damnosus, probrosus, iustus propter intestinam discordiam, & nobilium terræ iugulationem. Regi verò infamis notabiliter, propter tyrannidem in suos naturales, inuisus propter infelicem profectiōem ad partes boreales, & in Scotiam, vbi penè perdidit mediam gentem suam putibundè maximè, propter fugam suam ante Scottorum faciem in proprio regno suo, & thesaurorū suorum perditionem.

ANno gratiæ millesimo trecentesimo vicesimo tertio, qui est annus regni regis Edvardi à conquestu secundi sextus decimus, tenuit rex natale domini- *Natale celebratum Eboraci.*

nicum Eboraci, dissimulās damna probrosa, quæ perceperat dudum per Scottos, & gestās vultu lætitiā quamuis immaniter in animo torquetetur. Eodē

tempore

tempore quidam de mediocri familia Thomæ quondam comitis Lancastriæ captus est, qui pro rebellionem quam fecerat insurgendo contra regem in verra baronum, & notabilibus depredationibus & incendijs, iudicio publico condemnatus est. Sed quia quandoq; steterat in regis curia, & placuerat quibusdam de maioribus regi assilientibus, multi regem adierunt deprecaturi pro vita eius. Quos cum rex audisset instantius pro eius saluatione precari, commotus est vehementissimè, cum verbis imperij ita respondens: vae vobis susurriones insandissimi, detractores maleuoli, nequam consiliarij, pro vita deprecamini nebulonis notissimi, qui pro vita mei consanguinei militis illustrissimi Thomæ comitis, nullas preces facere voluistis. Et quidem si ipse vixisset, mihi totiq; regi-
no necessarius extitisset. Hic verò quanto diutius in hac vita perfluerit erit tanto scelestior, quippe qui hætenus repleuit sceleratis facinoribus totum regnum incum, per animum (inquit) dei morte debita morietur. Et mox iussit executionem fieri de iudicio dato super eum, motus maximè contra suos qui noluerunt preces fundere pro Thomæ comite, quem rex intimè diligebat. Eo tempore venerunt ad regem Angliæ nuncij noui regis Fræciæ Caroli, videlicet dominus de Beomble, & dominus Andreas de Florentia, ad citandum & monendum eum quòd veniret infra certum tempus ad faciendum homagium suum ipsi Carolo nouo regi pro ducatu Aquitaniz. Et licet Hugo de Spencer filius & Robertus de Baldock cancellarius procurassent ipsos nuncios quòd non no-
tificarent regi aduentus sui causam, ipsi tamen in suo recessu monuerunt eum quòd veniret infra certum tempus, quasi consulendo ad homagium faciendum. Super qua monitione siue citatione subdola, dictus Andreas de Florentia, qui fuit notarius, fecit publicum instrumentum, virtute cuius, rex Franciæ fecit processum contra regem, & terras multas VVasconiz seiscire fecit in pœnâ contumaciæ regis Angliæ, qui fuit informatus per malos consiliarios, quòd ipsum præfata citatio vel monitio non ardebat. Eodem anno episcopus Glasceuiensis & Thomas Rondolf comes Morauiz missi sunt per Robertum Brus & totum regnum Scotiæ ad curiam Romanam pro habenda relaxatione excommunicationum & interdicti sententiarum in regnum & regnicolas Scotiæ per Cardinales auctoritate Papæ latorum. Contra quos rex Angliæ misit quendam simplicem clericum, qui obtulit se coram Papa ex parte regis Angliæ ad probandam Scotorum manifestam & notoriam offensam, non solum contra regem & regnum Angliæ, sed etiam contra sedem apostolicam fore contractam, ita quòd ante satisfactionem non possent dictæ censure laxari de iure. Contigitq; clerici dicti diligentia, quòd Scoti infecto negotio redierunt. Per idem tempus Andreas Herkle de probo factus improbus leuauit calcaneum contra regem, qui illum de pusillo magnum creauit & fecerat ei nomen iuxta nomen magnorum qui sunt in terra. Siquidem cum dictus Andreas ad pontem Burgi barones à facie regis fugientes viriliter excepsisset, & Humfridum de Boun per suos vi præfetur peremisset, & Thomam comitem Lancastriæ tanquam captiuum cepisset, reliquos verò fugasset vel occidisset pro libito, & cum magna pompa à rege acceptus fuisset & pro tanta victoriâ cogitauit rex qualiter talè virum posset vberius honorare: tandem deliberato consilio, proprijs manibus eum in cinctu gladio militari, donans ei comitatum de Carleo, cuius per anteciuiratis & castri diu fuerat constabularius siue custos. Qui mox honore tanti nominis eleuatis, Hugonem dispensatorem cepit persequi propter rancorem quem per longum tempus conceperat contra eum. Sed cum vidoret dictum Hugonem de die in diem proficere & exaltari, insuper & per regem manu teneri, contra eum indignatus quàm maximè, quòd iuxta malitiam cordis sui vindicari non poterat, contra fidelitatem

Penituit regem de morte Lancastrensis.

Rex Franciæ à rege Angliæ siue homagium fieri postulat.

Frans gallica.

Scoti legatos Romam mittunt ut ab excommunicatione liberentur sed non impetrant.

Andreas Herkle ingratus transfugit ad Scotos.

10

20

30

40

- tatem, quam domino suo regi iurauerat, iunxit se Scotis inimicis regis publicis, & eorum consilijs se immergit, qui mox ab illis hilaritate tanta susceptus est, ac si *Scoti transsus* coeleste munus, quia nullus vnquam fuerat illis infestior aut acrior expugnator. *gam cupide* Nempè in regnorum confinio semper habitans damna innumerabilia illis intule- *suscipiunt.* lerat, modò prædas agens, modò faciès equitationes, modò captiuos secum trahēs, modo flammis villas prædiq; deuastans. Cumq; per dies aliquot moram fecisset inter eos, & ipsi iam securi facti fuissent de eius nefanda perfidia contra regē Angliæ, cogitauerūt eum quantum poterant honorare, in tantum, ut sororem Regis Scotiæ vellēt sibi cōiugio copulare. Rex interim Angliæ cognoscēs (per relatores) *Andreas cap-* quid Andreas fecerat, doluit quòd tanta beneficia contulerat tam ingrato. Erat tūc *tus regi tra-* in partibus borealibus miles famosus & strenuus, vocatus Antonius, cognomēto *ditur.* de Lucy, qui & regis fauorem cupiebat acquirere, & patriam de tam nefando pro- ditore protinus vacuare. Hic per exploratores edoctus, quòd Andreas apud Car- leolū satis securè (nihil mali suspicatus) morabatur, repentē cum manu valida ir- ruit super eū. Quē illicò captum, misit ad regē Londonijs cathenatū, vbi quadri- drisario iudicio condemnatus est. Nempè primò degradatus est, amputatis securi ad talos suos calcaribus, & sic vicissim discinctus est baltheo militari, ablatis calceis & chirothecis. Deindē tractus, suspensus, & in quartas diuisus est. Et partes qua- tuor principalibus ciuitatibus Angliæ sunt transmissæ: caput eius super pontem Londoniarum fixum est, versus partes respiciēs Scoticanas. Eodem anno Robertus de Brus per literas missas per solennes nuncios, requisitui t regem Angliæ de treugis per annos tresdecē duraturis. Rex verò Angliæ fatigatus per vverras Sco- *Inducia in-* tiæ multipliciter, cōcessit in treugas voluntariē, quæ sub tresdecim articulis claude- *Scotos & fu-* bantur, quos qui videre desiderat, respiciat *Chronicas fratris Henrici Blankforde glos.* monachi sancti Albani, quæ habētur in monasterio memorato. Sub eodem anno facta est grandis coniuratio multorum, qui cum baronibus steterāt in vverra sua, vt omnes qui in carceribus detenti fuerant ratione dictæ vverræ per totū regnū, *Coniuratio* vna eadēmq; nocte eriperent, & à vinculis liberarent. Venerunt igitur quidam de *de liberandis* coniuratis ad castrum VValyngfordiæ, in quo tenebantur viri nominatissimi, *omnibus car-* ceribus inclu- *sus.*
- 30 Mauricius de Berkley, & Hugo de Audeley, & latenter ingressi sunt per posticum versus aquam Thamisiæ, vt complerent opera præconcepta, sed eorum fur- tiuus introitus villanos non latuit, vnde mox clamor & tumultus factus est nimis per totam villam, ex quo tota patria est cōmota. Aduenit igitur ex illis partibus indiscreta multitudo, vt obsiderent eos qui castrū sic ingressi fuerant, & eos obside- rūt, donec venirent ad continuandū obsidionem comites Cantij & Lincolnix, cū vi maxima armatorum. Videntes autem qui castrum sic ingressi fuerant se non posse resistere tantæ violentiæ, ad capellam dicti castri pro refugio Ecclesiastico cōfugerunt. Qui tamē inuitis decano & presbiteris dicti collegij, qui eos nitebātur defendere, de capella sunt violētē abstracti, & vel diuersis pœnis ad mortē traditi, vel carceribus mancipati, donec rex crudelius de eorū supplicijs statuisset. Factū est igitur, vt hac occasione, cuncti per Angliam incarcerati arctius solito stringe- rentur. Circa festum sancti Michaëlis Archangeli, rex circuiuit comitatus Eboraci & Lancastriæ, & Marchiā Valliæ, ingrediens ciuitates & villas, & inquisitiō- nes faciens de pacis perturbatoribus, de vulgi cōmunis oppressoribus, de prouin- ciarū prolocutoribus & ductoribus, qui p nundinas siue fora soliti fuerant concitare seditiones, fouere partes cōtra partes, manutenere malefactores, & notatos cap- tos & cōuictos puniuit iuxta suæ demerita prauitatis, antiquisq; pfligatis errori- bus, leges terræ præcepit in locis oībus obseruari. Eodē anno papa citauit ducē Ba- uariæ in imperatorem electum, vt infra certum terminum veniret ad curiam, & de electione & iure suo doceret, & quia non venit in terminū excommunicauit eum,

Papa electione imperatoris pro suo arbitrio frustratur. & postmodum pronunciauit eum nullum habere ius in imperio, vel ad illud, & si quod habuit priuauit eundem. Hoc anno vacauit ecclesia Vintoniensis per mortem domini Rigandi de Assero in curia, cui Papa prouidit de Magistro Iohanne de Stretforde in curia tunc presenti.

Episcopus Winton. obiit. Transiit annus iste mediocriter latus frugibus, sed fecundus fructibus: formidolosus regni malefactoribus Anglię: Sconaque uoluius propter treugas captas.

Natale apud Kenelworth.

ANno gratię millesimo trecentesimo vicesimo quarto, qui est annus regni regis Edvardi a conquestu secundi septimus decimus, tenuit rex Natale apud castrum de Kenelworth in magnificentię & gloria, & magna frequentia sexus vtriusque. Eodem anno in sequenti quadragesima, conuocari fecit rex ad parlamentum Londoniensi celebrandum regni proceres, & Pręlatos, ad tractandum de varijs regni negotijs, & pręcipuę consulendum quid foret respondendum regi Francię, qui regem Anglię pluries iam vocauerat, ad faciendum homagium sibi pro VValconia, & ceteris terris quas tenebat in regno Francię & dominio regis Francorum, super quo, ex consensu procerum & omnium assistentium decretum fuit, quod in propria persona non transiret, sed prius mitteret solennes nuncios si forte vel hac vice de nō comparendo posset obtinere dilationem vel omnimodam

Subsidium negatum.

excusationem. Pręterea rex petijt in pręfato parlamento, tam de clero quàm de populo laicali subsidium pecuniarum, pro redemptione nobilissimi Iohannis de Bri-20 tanniacomitis Richmudię, nuper capti per Scotos apud Abbatiam de Byland. Sed hæc petitio monstrabatur per multas rationes iniusta fore, & tandem voce publica penitus est negata sub ista replicatione, quod tantum pro rege, regina & filiorum regis primogenito (si in captiuitate tenerentur) foret contributio facienda: & sic quieuit tributum, cessauit exactor.

Episcopus Herefordensis de crimine lesę maiestatis accusatur.

Accusatio episcopi.

Defensio sui ad Archiepiscopum prouocantis.

In eodem Parlamento arrestatus fuit Adam Episcopus Herefordensis, in magnum cleri dedecus, & pręiudicium totius ecclesię Anglicanę, & examinatus de prodicione & crimine lesę maiestatis coram rege & proceribus vniuersis. Impositum nempe fuit sibi, quod quosdam inimicos nuncios regios suscepisset, & fouisset in magna copia armatorum, & quod eis impendit auxilium, consilium & fauorem. Ille verò, prout erat vir maturus & literis abundanter imbutus, patienter hæc tulit, ad conuitia & opprobria nihil omnino respondens. Tandem pulsatus diuersimodè sic ora resoluit. Domine rex (vestra regię maiestatis reuerentię semper salua) ego sanctę ecclesię Dei minister humilis, membrum eius, & Episcopus consecratus (licet indignus) ad tam ardua nequeo respondere nec debeo absque domini Cantuariensis Archiepiscopi (post summum pontificem mei directi iudicis (cuius etiam sum Suffraganeus) auctoritate, & aliorum parium meorum Episcoporum conuiuentia vel consensu.

Quo responso prolato, mox Archiepiscopi & Episcopi omnes & singuli qui affuerunt surgentes, regis clementiam pro collega & coepiscopo implorabant. Sed rege tot supplicationibus non placato, aut ab ira concepta nullatenus pacificato, totus clerus dictum episcopum & membrum ecclesię vindicauit. Deliberatus est igitur custodię Cantuariensis Archiepiscopi, donec rex discerneret quando ad obiecta vel obijcienda alijs responderet. Paucis exactis diebus, rex vt prius episcopum predictum conuenit. Quo timore ad aures perlato pontifici, Cantuariensis Eboracensis, & Dublinensis Archiepiscopi, cum alijs decem Episcopis, erectis crucibus ad locum iudicii cum omni celeritate venerunt & confratre eorum & coepiscopum solum statem & nimium desolatum in suam custodiam susceperunt, & cum absque responso dato, cum illis protinus abduxerunt, iniungentes firmiter ex parte Dei & sub pœna anathematis vniuersis qui aderant, ne quis in eum manus premeret iniicere violentas. Quo sic abducto, rex de tanta cleri commotus audacia quasi

quasi ex officio iudicis obiectis precepit fieri inquisitionem. Ac iurati de patria conuocati, plus regis terreni metuentes offensam, quam sempiterni iudicis ultionem, absentem Episcopum reum fuisse de omnibus obiectis articulis presentarunt. Quod rex ducens pro maximo confiscari fecit omnes redditus, & terras suas, & quod erat intollerabilius, omnibus suis victualibus & vtilibus in plateis proiectis & dispersis, cum permisit inhumaniter spoliari. Episcopus vero remansit sub tutela Cantuar. Archiepiscopi gratia regis expectans. Eo tempore Episcopus Lincolnensis cuius temporalia per biennium in manu detenta fuerant (adepta regis beneuolentia) suis est possessionibus restitutus. De quibus omnibus quidam Sartyricus illius temporis ita dictauit:

*Nostri corrupti sunt consilio quasi muti,
Sunt quasi confusi, decreto legum abusi.*

*Et quia non tuti, nequeunt sermonibus vti,
Sic perit Ecclesia, iuris & ipsa via.*

In eodem parlamento terrarum, possessiones, & dominia quondam templariorum, assensu communi totius cleri & populi, hospitalarijs conceduntur, iure perpetuo per omnes regni prouincias possidenda. In eodem parlamento electi sunt viri nobiles, comes, videlicet Cantij, germanus regis, & Archiepiscopus Dublinensis, ad excusandum penes regem Francie, regem nostrum, quia citatus non comparuit coram rege Francie, ut superius memorauimus. Qui cum transisset, a rege Francie honorifice sunt suscepti. Non tamen effectum negotij potuerunt consequi, donec de quadam transgressione nuper facta in Aquitania in dedecus regis Francie sibi foret plenius satisfactum. Acceperat nempe rex Francie quandam terram particulam ibidem per excambium, in qua municipium construxerat, propter amoenitatem loci & villam in circuitu cum aedificijs sumptuosis, cuius habitatores erecti in superbia, freti dominio regis Francie, non solum leges & decreta populi Aquitanici, sed etiam Senescalli regis Anglie, dictum Radulphum Basset, spreuerunt, & contemptibiliter vilipenderunt. Et cum legibus debuissent paruissse illius terrarum communibus, idem Radulphus (collecto exercitu) venit ad locum, & omnes aut vertit aut gladio interfecit, & vniuersa aedificia coplanauit. Quobrem dictus Radulphus vocatus ad curiam regis Francie venite contempsit, sed pro omnibus allegatis responsionibus audacter se nihil aliud in hac parte fecisse, quam quod sui officij debitum exigebat. Super quo responso commoti Franci Senescalli prefatum regis Anglie cum suis vocatum complicibus iterato, & non comparerem, proscripserunt. Prefatus vero Radulphus, cognito Francorum decreto, ad castrum de Monpesade bene munitum se contulit, ubi potuit a Francorum incursibus tutus esse. Hunc ergo a predictis nuncijs petijt rex Francie sibi reddi cum suis complicibus, vnam cum castris ad quod confugerant memorato, iuxta Francorum consuetudinem puniendum. Comes Cantij pro bono pacis cum suis laicis, regis voluntati consentire decreuit. Sed Archiepiscopus irregularitatis notam timens incurrere, distulit consentire, donec a rege Anglie habuisset aliud in mandatis. Quocirca mox mittuntur ad regem nostrum nuncij, qui quarerent quid agendum foret. Rex vero sine mora impetuosi comitis consensum penitus reuocauit, nolens pro bono facto militum tantum militum quomodolibet per aduersarios molestari: sicque reuersi sunt nuncij sine itineris sui fructu. Rex Francie per idem tempus, misit dominum Carolum de VValleys patrum suum in VVasconiam cum magno exercitu, ad inuadendum possessionem totius ducatus Aquitanie, pro eo quod rex Anglie non venit ad faciendum homagium suum per ducatum & comitatum Poitini, quam fecerat, ad quod faciendum fuit vocatus, sicut superius est expressum. Venit ergo in obuiam domino Carolo comes Cantij, Edmundus de VWoodstock frater regis Anglie, cum multis nobilibus de regno Anglie, qui illuc destinati fuerant, ad resistendum Carolo supra dicto. Nulla tamen resistantiam faciente, Carolus totam Agennam equitauit, & illas

*Episcopus per
iuratos laicos
rens pronun-
ciatur.*

*Hospitalarijs
conceduntur
possessiones
templariorum*

*Legantur qui
excusent regem
de homagio
non facto.*

*Legati infe-
lles re domum
redeunt.*

*Rex Francie
mittit exerci-
tum in Waf-
coniam.*

8c illas partes seſſiuit. vſque ad villam de Regula, in qua fuit dictus Edmū-
 dus comes Cantij tenens villam. Fidaliter verò fuit treuga inita inter eos vſq;
 ad certum tempus, quo poſſent de pace tractare, & reddita Carolo villa illa, v-
 traque pars ad propria remeauit. Eodem anno in feſto Sancti Petri ad vincu-
 la, Rogerus de Mortuomari, dominus de VVygemore, qui cum Rogero auū-
 culo ſuo poſt vveriam Baronum regis gratiæ ſe ſubmiferat, & in eminentiori
 nihilo minus & aciori loco turris inclufus fuerat, data ſuis cuſtodibus ſopori-
 ſara portione, euasit per omnes turris cuſtodias, quas vvardas vocamus, & per-
 uenit ad flumen, vbi quandam cimbiam reperiens, à quodam coadiutore ſibi
 præparatam illam intrauit, & cum conſcio ſui ſecreti peruenit ad mare. Quo 10
 cum ſumma felicitate tranſmeato, ſe contulit ad regem Fræciæ ſine mora, vbi
 quorundam de ſua conſanguinitate præſidio vitam duxit diutinam, gratiam re-
 conciliationis expectans. Rogerus avunculus huius Rogeri ſerè per quinquen-
 nium ſqualore carcerali detentus, ibidem ſatis inciuiliter tandem diem clauſit
 extremum, cuius corpus delatum Briſtolliam ſepelitur. Miſi ſunt eo tempo-
 re & alij nunci pro pace impetranda, quorum vnus erat natione Francus, di-
 ctus dominus de Sulhaco, alter Anglicus, magiſter Iohannes de Shordiche ap-
 pellatus. Sed Iohannes de Sulhaco ſibi de quadam tranſgreſſione notatus & ac-
 cuſatus vix (interuentu reginæ Fræciæ) mortem euasit, collega ſuo ſine fructu
 legationis domum tranſmiſſo. Intereà mercatores vtriuſque regni diſſentiones 20
 Regales deplorabant, quia neque Francis in Anglia, neq; Anglis in Francia
 negotiari licebat. Familiæ quoq; reginæ quotquot erant oriundi de Francia,
 terram ſine ſpe reuerſionis exire cogebantur in Francorum odium & cōtemp-
 tum. Terræ quoq; ſcilicet prædia & caſtella reginæ, in manus regis ſeiſita fue-
 re, datis dictæ reginæ ſtipendijs de buſſa regis. Religioſi autem & beneficiati in
 hac terra de gente Francorū in maxima miſeria degere cogebantur, cum eorū
 redditus, poſſeſſiones & beneficia vniuerſa & ſingula cōſiſcabantur, exiliſſimo
 viſtu eiſdem de rebus proprijs deputato. Tranſit annus iſte ilaudabiliter frū-
 ctus & fruges produçens: Anglis & Francis inuiſus propter guerram motam
 in VVaſconia, & præcipuè propter negotiorum varia impedimenta quæ diſ- 30
 ſenſionem generauerunt: Eccleſiæ Anglicanæ moleſtus: Scoris quietus.
 Anno gratiæ milleſimo trecentefimo viceſimo quinto, qui eſt annus regni
 regis Edvardi à conqueſtu ſecundi octauus decimus, cum treuge apud E-
 boracum fuiſſent firmatæ inter Anglicos & Scotos per vtriuſq; regni pruden-
 tiores viros, tenuit rex apud Noriſingham natale dominicum nobile & ſolenne.
 Per idem tempus dominus Papa paci regnorum Angliæ & Fræciæ piè pro-
 ſpiciens, Archiepiſcopum Viennenſem, & Episcopum Auriacenſem ad vtriuſq;
 regni præcipes deſtinauit, qui pacis monita darēt vtriſq;. Qui cū nihil profeciſ-
 ſent, facto in clero tallagio, videlicet de ſingulis matris accipientes quadrantē pro
 ſuis expenſis, in ſecto negotio ſunt reuerſi. In octauis ſancti Hillarij factum eſt 40
 parliamentū Londoniis apud VVeſtmonaſt. in quo tractabatur de ſaluatione
 ducatus Aquitanie quæ iā dudū p Gallos fuit multipliciter hæretata. Miſi ſunt
 ergo ſolennes nūcij ad regē Fræciæ; VVintonienſis & Norwicenſis episcopii,
 & vir illuſtris Iohannes de Britania comes de Richmūd. Qui poſt multas diſ-
 ceptationes, allegationes & excuſationes factas, tandē quædā pacis formā à rege
 Fræciæ receperūt. Remiſſus eſt ergo in Angliā VVintonienſis Episcopus colle-
 giſ in Gallia remanentibus, qui nō nciatēt regi noſtro quæ facta ſunt. Tandem
 poſt longū tractatū familiares regis laudauerūt reginā tranſmittendā ad regem
 Fræciæ fratrem ſuum pro pacis negotio cōfirmando cū familia moderata, quæ ſa-
 tis humiliter ſuſcipiēs legationis officiū, cū vno ſolo barone, ſcilicet domo
 no Iohanne

Rogerus de
Mortuomari
profugit &
tariere.

Legati in Fræ-
ciā pro pace.

Franci Angliā
paſſi.

Annalis cōclu-
ſio.

Natale cele-
bratum apud
Noriſingham.

Papa legati
intercedunt
pro pace.

Parliamentum
Londoniæ.

Regemittis
tur in Fræciā
actura de pace.

no Iohanne de Cromwell quatuorquē militibus transfretauit. Mediatrix igitur regina Angliæ Isabella tali pacto, fuit finaliter concordatum, ut rex Angliæ daret Edvardo filio suo primogenito ducatum Aquitanie, & comitatū Pōtini, ut rex Franciæ reciperet homagiū ab eodē regis filio, & redderet sibi statim comitatū Pontini, & terras in Aquitania, de quibus placita mora fuerunt, & de alijs æquitatis per Carolū auunculum suū faceret sibi iustitiæ complementū. Super quibus omnibus misit rex Franciæ suas patentes literas in Angliā, & alias literas de cōductu saluo, tam pro filio quā pro rege Angliæ, si ipse mallet in persona propria venire. Super qua optione fuerunt multi & magni tractatus apud Languedon & apud Douoriam, multis consulentibus quod rex in persona propria transiret. Sed uterque dispensator pater & filius, qui nec audebant mare transire, nec rege transiente in Angliā remanere propter odium regni nobiliū, qui perfectō odio oderant illos, dederunt consilium & prauulerunt, ut filius regis transiret. Cuius transitus in caput ipsorū sicut patebit, ex sequētib⁹ redūdauit. Vnde dominus rex Angliæ fecit chartā filio suo prædicto de dictis ducatu & comitatu, habendū & tenendū sibi & hæredib⁹ regis Angliæ, & si cōtingeret ipsū mori in yta patris sui, terræ reditēt ad ipsum patrē. Ita etiā quod rex Frāciæ nō posset dictū filiū regis maritare, nec tutorē aut curatorē sibi dare. Quæ ordinatio fuit facta Douoriæ p chartā regis, ex cōsensu prælatorū & aliorū nobiliū regni præsentū, tunc ibidē in crastino natiuitatis beatæ Mariæ. Et in die Iouis sequēte idē Edvard⁹ filius regis mare transiit, & cū eo V Vilhelm⁹ Ep⁹ Oxoniæ, & alij in numero cōpetēti. Et circa festū sancti Matthei fecit homagiū auunculo suo regi Frāciæ, sub quibusdā ptestationib⁹ fuit etiā a cōtrario protestatū. Acta sunt hæc in Frāciā in manerio regis Franciæ appellatū Boydevinecs, corā multis procerib⁹ regni Frācorū. Dona verō quæ Frāci regi Anglorum præparauerat, & exēniā filio regis manu largiflua tribuebāt, quorū fauorē iuuenis regis filius indicibiliter cōsecut⁹ est. Eodē anno Guelfi veniētes de Florentia ad Lucā, sumptibus & de mādato Papæ p Gibellinos capti fuerāt, & multi interfecti, ac ceteri in fugam acti. Hoc anno in æstate, & etiam anno sequenti tanta fuit siccitas, quod verē dici posset illud Theodoli de hac terra:

*Anglorum terras iam seruida torruit æstas,
In Cancro solis dum voluitur aureus axis.*

Quia fluij etiam maioribus desiccatis, & fontibus riuorum aquæ penē in locis omnibus disparuere. Quamobrē multa animalia tam domestica quā siluestria præ potus penuria defecēre. Eodē anno statim post festū S. Michaelis voluit rex Angliæ, quod domina regina cōiux sua, & filius suus Edvardus factō homagio, ut præmittitur, citō & sine mora redissent. Sed regina & filius suus remissa magna familia vtriusq; in Angliā, p totū illū annū remāserūt ibidē (ut dicebatur) inuiti. Alij verō asserēbāt quod voluntariē propter nimiam familiaritatē tunc cōtractā inter dictā reginā, & dñm Rogerū de Mortuomari, sine quo & alijs nobilibus de Angliā præfugatis noluit dicta regina redire, & maximē in odiū illorū dispensatorū, & Hugonis qui anno præcedenti pcurauerāt familiā reginæ ab ipsa remoueri. Quod propositū reginæ postea rei exitus cōprobauit. Quod percipiēs V Valterus, Episcopus Exoniensis de comitiua dictę reginę clā recessit. Per idē tempus iussit rex Angliæ, Isabellā reginā Angliæ, & Edvardū filium suum primogenitum (cōtra voluntatem suam in vltamarinis cōmorantes) Londonijs tanq̃ regni inimicos notorios, & regiorū inimicorum receptatores & fautores publicē proclamari. Et banniuit eos cum omnibus qui illis adhæserant de regno suo. Sub eodem tempore euaserat de castello de Corf, vir versutus & subdolus, sed manu tamen fortis, Robertus de V Valkefare miles, qui captus fuerat

Condiçiones
pacis.

Regis filius
proficiscitur
in Franciam.

Edvards filius
regis homa-
giū facit regi
Francorum.

Siccitas im-
mensa.

Regina amicum
in Frāciā com-
moratur consuetudinē ha-
bens cum Ro-
gero de Mor-
tuomari.

fuerat in yverra baronum, mora contra regem, eò quòd magnus discidijs fuscitator & promotor fuerit, & non dico ductor, sed seductor illius viri nobilis & magnifici comitis de Hereford Humfridi de Boun, & satis iuste carceri mācipatus. Nempè comitibus & baronibus, & alijs regni, nobilibus studentibus in illa yverra pro pace patrie, pro republica, pro honore dei & ecclesie, ipse semper conapposuit ad rapinas, caedes & depopulationes: hic in quā continuans sua scelera, constabulariū castri de Corf crudeliter interfecit, & ad reginam tūc exulem se contulit vltra mare. Auctus est ergò numerus fugitivorum multipliciter, ita ut rex ipse timeret illorum reditum in hanc terram. Quamobrem iussit omnes portus maris diligentissimè custodiri, ne repente fieret per exules revertentes, aut per Gallicos illis fauentes, vllus motus in regno. Eodem tempore dominus Oliuerus Ingham, miles iuuenis, sed cordatus, factus fuerat custos Aquitaniae per iuuenem ducem Edvvardum assensu regis patris sui, qui grandi collecto exercitu, de stipendiarijs militibus Hispanicis, Arragonicis, & VVascenensibus provinciam Agennensium occupatam per regem Francie contra pactum inuasit, eamq; dominio regis Angliae restituit integraliter & subiecit. Sub eisdem diebus res Admirallij trium plagarum Angliae, videlicet domini Iohānes Oturuin, dominus Nicholaus Kiriell, & dominus Iohannes de Felton, custodiam maris habentes, & facultatem plenam per regis commissione inuadendi, infestandi, & diripiendi quoscunque de Francia mercatores, cum Gernemuthensiū, & Portesmuthensiū, & occidentalium classe oceanum sunt ingressi. Et nō segniter cōmissionis suae negotiū exequētes, infra breue tempus centum viginti naues Normonicas ceperunt, & in Angliam attraxerunt. Suscitatum est igitur odium inexorabile inter reges, & damna ubiq; pro viribus inferūt. Quod cernens dominus Papa, & vehemēter cōdolens, misit in Angliam nuncios duos Episcopos, qui primò pacem studerent facere inter regem & reginam, & secundariè inter reges. Qui reuerenter admissi, nihil prāter reuerentiam receperunt, vnde dolentes reuersi sunt, de pace penitus desperantes. Eodem anno coronata fuit Parisius regina Francie, cui solennitati interfuere reges multi, duces plurimi, comites & barones numero penè incredibili, cum suis militibus plusquam quingentis. Inter quos Edvvardus filius regis Angliae & dux iam Aquitaniae, cū sexaginta & decem militibus celebrius festū fecit. Interea crescente odio inter regem Angliae & reginā, regem Francie & regem Angliae, & vtrūque regnū, multa mala fiebant. Inter quae rex Angliae (probit dicitur) procurauit mortem vxoris suae, & filij sui Edvvardi. Cuius sceleris executionem fecisset dominus Iohannes de Britannia comes Richmundiae, qui cum regina familiaris fuit. Sed deo prohibente, illa machinatio fuit penitus impedita. In fine verò anni praesentis, cū regina cerneret magnates Francie fore corruptos magnis muneribus Anglicorum, & nusquam tutā fidem, festinauit egredi calorē domus Rechab, & Frācos suos familiares & consanguineos (vsa sapiētī consilio) latenter fugit, & ad comitem Hānonie se contulit cum sua familia & filio suo Edvvardo, petitura auxilium & fauorem, à quo cum filio & suis omnibus magnificè est suscepta, & honorabiliter (pro ut tantam reginam decuit) exhibita, pro tempore morae suae. Trāsit annus iste mediocriter hilaris, frugum fecunditate vel fructuum: Francis variis propter res perditas cum classe sua: Anglis suspectus propter pericula verisimiliter imminētia toti regno per Francorum odium, per iram exulum, & redditum eorundem.

Oliuerus Ingham provincia Agennensium Anglorum imperio adiecit

Admirallj regis inssu Frācos mari infestant & 220. naues capiunt.

Legati Papa de pace in Angliam veniunt & ea infesta recedunt.

Regina Francie coronata.

Rex reginae filij mortem molitur.

Annalis conclusio.

Natale celebratur ad sanctum Edmundum.

ANno gratiae millesimo trecentesimo vicesimo sexto, qui est annus regni regis Edvvardi à conquestu secundi nonus decimus, tenuit rex natale apud

pud Sanctum Edmundum, timens vehementer reginæ redditum, & exulum qui cum ea fuerunt.

Hoc anno Isabella Regina Angliæ contractis sponsalibus inter filium & comitem Hanoniæ filiā, Philippā nomine, in Angliā ire disposuit, adiutorio comitis dicti fulta. Assumptis igitur filio suo duce Aquitaniæ ferè quatuordecem annos ætatis habēte, domino Edmundo de VVodstock comite Cantij, germano regis Angliæ, domino Rogero de Mortuomari, domino de VVigomor, & alijs multis viris illustribus de regno Angliæ profligatis, duce domino Iohāne, viro strenuo, fratrēq; comitis Hanoniæ, quem sequebantur milites stipēdarii de Alemannia & Hanonia plures valdē, ita quod numerus eorundem fuit duo millia septingenti quinquaginta septem hominū armatorū, parata classe per comitem Hanoniæ, peruenit ad mare, & satis audacter cōmittens se pelago, feliciter nauigauit, peruenitq; ad Orevvelcum familia integra, & in portu de Hervviche in Angliam. Angliam est ingressa in terra comitis Marescalli, cui mox comes Marescallus & comes Leycestriæ aliq; barones & milites illarum partium adhaerunt, cum Prælati serē omnibus, & præcipuē Lincolnensi, Herefordensi, Dublinensi, & Eliensi Episcopis, qui iuncti reginæ, magnum exercitum conflauerunt. Alij verò, & præcipuē VV. Cantuariensis Archiepiscopus sibi pecuniam ministravit. Recreato exercitu, apud Sanctum Edmundum progressa est ad quædum suos regniq; aduersarios, qui se semper sub alis protectionis regis adherētes, eius præsentia occultabant. In progressu quotidie Reginæ augebatur exercitus, & minuebatur regius numerus, ita vt per totam Angliam non inueniretur aliquis qui volebat cōtra reginam regis stipendijs militare. Nec ladebat Reginæ exercitus quosque in corporibus aut catallis, nisi solum aduersarios quos quærebāt, quorum a proposito bona ubiq; locorum inuenta suis vsibus applicabant, & prædia destruebant. Erat autem rex Londonijs, quando regina dicto modo applicuit. Et primò quidem istis rumoribus renuit dare fidē, sed eum certissimē cognouisset rerum fidem, multū in consternatus, petijt Londoniēses vt sibi præberent auxilium militare. Qui post deliberationem habitam responderunt, quod dominum regem, reginam, & filium eorundem, heredē regni legitimū, honorarent obsequio debito, sed extraneis & regni proditoribus ianuās clauderēt, & resisteret toto nisu: exire verò ciuitatem suam se nolle fatebantur ad pugnam, nisi possent (iuxta libertatem eis cōcessam) ipso eodem die reuerti ante solis occasum. Quo responso rex accepto sed nullatenus acceptato, turrim Londoniatum communiuit armis & victualibus, in quo reliquit filium suum iuniorem Iohannem de Eltham, & vxorē domini Hugonis de Spēncer iunioris, neptem suam: ipse verò loca regni occidua adiit, quæliturus tutamina, vbi collocaret exercitum contra reginam. Ante recessum suum de Londonijs, proclamari fecit, vt vnusquisque sub forisfactura rerum & corporum, resisteret applicatis, & eos inuaderet & occideret si quo modo posset, exceptis solummodo regina & Edwardo filio suo, & comite Cantij germano suo, qui si cōmodē possent viui caperētur illæsi. Proclamatum est insuper, vt nullus communicaret cum eis, vel victualia vèderet, vel quouis modo ministraret, aut quicquam boni eis faceret aut de eis prædicaret sub pœna prætaxata. Item quicumque caput vel corpus mortuum siue viuum domini Rogeri de Mortuomari regi deferret, mille libras de fisco regio reciperet p mercede. Econtra de regina (vbi illa fuit) proclamātū erat vt omnes de pace bona sperarēt, exceptis (inimicis regni publicis) dispēsatoribus patre & filio, & Roberto de Baldock regis Cancellario, eorūq; fautoribus, per quos præsens regni perturbatio contingebat. Proclamātū etiā, vt nullus caperet inuito possessore valorem trium denariorum, sub pœna mutilationis digiti, nec va-

lorem sex denar. sub pœna manus amputandæ, nec valorem duodecim sterlingorum sub pœna capitis amputandi. Et quicunque caput Hugonis dispensatoris iunioris amputatum reginæ deferret, reciperet duo millia librarum de thesauro reginæ. Ab hoc ergo tempore pars de parte cauebat. Rege cum suis licet cum paucis fugiente, & regina cum magna multitudine eum sollicitè insequente.

*Rex confert
se ad Glouerniam.*

Transiit autem se rex cum duobus dispensatoribus ad partes Glouerniæ, & postmodum ad Strogail, & dimisit dominum Hugonem de Spencer patrem, ad custodiam villæ & castri de Bristollia. Rex autem ingressus est aquam cum domino Hugone de Spencer iuniore, Roberto de Baldock, & alijs valde pau-

Episcopus Herefordensis habitata concione Oxonia, explicat causam aduentus reginæ

cis, vt inferius continetur. Regina verò cum filio suo & exercitu insequetur regem per Oxoniam, vbi episcopus Herefordiæ prædicauit, præsentem reginam & filio suo, de causa aduentus illorum, quod videlicet fuerat ad auferendū malum regimen de regno isto. Deindè venit regina cum suis ad Glouerniā, vbi multum creuit eius exercitus per aduentum dominorum de Percy & de Wake,

Londonienses tumultuantes, prætores in reginæ partes vi impellunt.

& aliorum de partibus borealibus & de Marchia. Dum hæc aguntur ex parte reginæ, Londonienses (quibus nunquā deest furia cum adest insolens licentia) congregatis de cunctis artificijs infimis personis, ad arma profiliunt, & Maiorem Ciuitatis qui partem fouebat regiam, violenti capiunt, & cōsentire cōpellunt, interminata capitali pœna, vt consentiat illorum ordinationibus per præstitum fidei sacramentum, qui (licet inuitus, timens sibi vim inferri) adstan-

Londonienses episcopū Exoniensem trucidant.

dum eorum ordinationibus publicum præstitit iuramentum. Fecerunt igitur coniurationem vt reginæ aduersarios vbicunque possent inueniri, cuiuscunque conditionis aut status existerent, vel qui damnum aliquod libertatibus ciuitatis procurassent, captos plecterent sententia capitali. Cuius iuramenti prætextu discurrentes, quendam de suis ciuibus dictum Iohannem le Marchal, comprehenderunt. Qui quia familiaris fuerat domino Hugoni de Spencer iuniori, putabatur ciues accusasse, quamobrem illico caput eius immisericorditer amputarunt, & bona eius omnia rapuerunt. Eodem die (continuantibus suā rabiem) incurrerunt ad hospitium Exoniensis episcopi magistri VValteri de Stapulton,

& supposito igne in ianuis concito, sunt ingressi, non inuenientes autem episcopum, ad quem perdendum venerant, iocalia sua cum vasis argenteis & utensilibus rapuerunt. Accidit autem hora infortunata Episcopum de campo reuerti, qui quamuis præmonitus fuisset de hijs molitionibus, eos tamen nullatenus metuebat, & cū satis audacter equo sedens venisset ad ostium boreale S. Pauli, mox à furenti populo comprehensus est, percussus, laniatus, deiectus, & tandem ad supplicij locum tractus. Cumq; traxissent eum ad vicum de Chepe, vbi acclamauerunt eum publicum proditorem, regis seductorem, & eorum ciuitatis libertatum destructorem. Indutus autem fuit Episcopus quadā armatura quam

Aketon vulgariter appellamus, qua spoliatus & etiam alijs omnibus indumentis, decapitatus est. Alijs duobus de sua familia, scutifero scilicet & valecto simili sorte peremptis. Perpetrato sacrilegio, velut pro triumpho caput fixerunt episcopi in longo palo, vt esset aspicientibus diuturna memoria sceleris attemptati. Cadauer verò pontificis in quodam veteri cœmiterio quod fuerat quondam fratrum quos *Freres Pyes* veteres appellabant, sed tamen penitus derelicto absque vllis exequijs, velut excommunicatum, in quadam ibidem fouea proiecerunt.

Causa odij popularis erga episcopū Exoniensem.

Causa inimicitiarum fuerat, quia cum esset regni Thesaurarius, apud Regis consilium procurauit vt Iusticiarij itinerantes sederent in ciuitate Londoniarum. Qua occasione, quia in multis ciues deliquerant, in amissione libertatum & emuncione pecuniæ, ac castigatione corporum multipliciter, prout meruerant, sunt puniti. Dicebatur etiam quod maximam pug-

natorum collegerat multitudinem contra reginam, & filium suum ducem Aquitanie, & ideo Londonienses studierunt, ut dicebant, suas molitiones tempestivius praevenire. In crastino decollationis praefati Episcopi Londonienses casu fortuito comprehenderunt militem strenuum, dominum Iohannem (Constabularium turris Londoniarum) de VVeston, & ab eo claves turris ceperunt, licet iurito, & intrantes turrim omnes incarcerationatos liberaverunt. Et ita fuerunt omnes incarcerationati, quasi per totam Angliam liberati, & omnes banniti & fugitivi reverti sunt. Londonienses vero omnes ministros regis in turri Londoniarum amoverunt, & novos constituerunt sub nomine domini Iohannis de Eltham filij regis, quem custodem civitatis & terrae nominaverunt. Ipsi tamen multas rapinas & alias insolentias facere non cessarunt. Regina vero per illud tempus de Gloucestria transiit per Berkeleiam, ubi restituit castrum (prius a domino Hugone de Spencer iunior detentum) domino Thomae de Berkley, qui fuit heres domini Mauricij de Berkley defuncti patris ante apud VValyngforde in carcere, cum omnibus pertinentijs, & rebus mobilibus ad honorem de Berkley pertinentibus quibuscunque: ex post regina pergens cum exercitu obsedit villam & castrum de Bristoliam. Quod fuit cum reginae redditum, & filio suo duci una cum villa. Et in crastino aduentus ipsius, ad clamorem vulgi fuit Hugo de Spencer pater, tractus & suspensus ibidem in armis proprijs extra villam super communi furca latronum. Rex interea vagabundus, nunc hic, nunc ibi, pro varietate locorum, in spem erectus, in magna solitudine versabatur, nusquam expectare praesumens. Quod videns dominus Thomas de Blount miles emeritus, domini regis Seneschallus, se cum tota sua familia, assumptis victualibus, armaturis & dextrarijs, multis valde contulit ad reginam. Quem illa cum filio suo benigne suscepit, & quosdam de suis secum retinuit, quosdam datis literis protectorijs in pacem dimisit. Rex vero cum Hugone iunior de Spencer, & Roberto Baldock, ingressus aquam primo ad insulam de Londay inexpugnabilem, vel certe in Hiberniam disposuit confugisse, sed inter maris discrimina positus, miserabiliter per unam hebdomadam vacillavit. Tandem applicuit in Glamorgan, & transtulit se ad Abbathiam & castrum de Neth, & ibi confusus promissioni VVallentium latitavit. Hugolinus, filius filij Hugonis despenfatoris castrum de Kerfili detinuit satis strenue per idem tempus, contra milites reginae & filij sui ducis Aquitanie, usque ad Pascha. Tandem accepta securitate de vita & membris, & rebus omnibus concernentibus obsessos in eodem castro, castrum reddidit in manus militum reginae & filij sui Edvardi. Rege interea fugiente, & extra regnum vagante, fiebant proclamationes publice in exercitu reginae quodvis, in quibus rex communi vocabatur edicto ad redeundum, & regnum suum reaccipiendum, si suis se veller ligijs conformare. Quo non comparente, magnates regni, Herefordiae consilium inierunt, in quo filius regis, Edvardus dux Aquitanie, factus est custos Angliae communi decreto. Cui eundem tanquam regni custodi fidelitatem fecerunt per fidei sacramentum. Deinde Episcopum Norwicensem fecerunt Cancellarium, Episcopum vero VVintoniensem regni Thelaurarium statuerunt. Morabatur autem regina Herefordiae fere per mensem, quae medio tempore misit in VValliam dominum Henticum comitem Lancastriae, & dominum VVillielmum la Souche, & magistrum VVphovell, qui sunt prius de carcere Londonijs liberatus, quia in illis partibus erant notis, quia ipsi tres habuerant terras & domitia in VVallia, prope locum ubi rex latitabat, unde ipsi VVallentium adiutorio, de quibus confidebant, ipsum dominum regem & dominum Hugonem de Spencer filium, & Robertum de Baldock, & Simonem de Reding cepunt;

Londonienses
urbis arcem oc-
cupant, & vin-
ctos dimittunt.

Regina obsidet
castrum Bris-
tollense.

Hugo de Spē-
cer pater sus-
pensus.

Rex fugit in
Walliam ad
Glamorgan.

Hugolinus
tradit se regis
nae una cum
castro.

Edvardus fi-
lius custos An-
gliae consti-
tuitur.

Rex cum quibus-
dam suis
capitur.

ceperunt, non sine magnæ pecuniæ interuentu, de alijs regis familiaribus non curantes, & regem quidem comitis Lancastriæ Henrici consanguinei sui custodia liberauit. Captus est autem rex. 16. Calend. Decembris, in die Sancti Edmundi Archiepiscopi, iuxta castrum de Laturstan. Comes verò Lancastriæ duxit regem per Monumutham & Ledebury & alia loca, vsq; ad castrum suum de Kenelvorth, vbi per hiemem totam maluit. Dominum verò Hugonem de Spencer filium, Robertum de Baldock, & Simonem de Reding ad reginam (quæ fuit Herefordiæ) conduxerunt, sed ante eorum aduentum fuerunt decollati comes

*Aliquot Pro-
ceres supplicio
affecti.*

de Arundel, Iohânes Daniel, & Thomas de Michildeuere, per procuracionem domini Rogeri de Mortuomari, qui illos oderat, qui etiam consiliarius familiarissimus reginæ fuit, & sine quo nihil penè regina attemptare voluit in hijs agendis. Illi verò qui adduxerunt ad reginam dominum Hugonem de Spencer supradictum, pro mercede duo millia librarum (prout promissum fuerat) acceperunt. Post hæc dominus Hugo prædictus apud Herefordiam fuit morti adiudicatus sine responsione, vbi tractus & suspensus est in furca habente quinquaginta pedes in altitudine, & postea decapitatus est & quarterizatus, & partes ad quatuor plagas regni missæ. Caput verò super pontem Londoniarum fixum fuit, tractus autem fuit in collobio armis inserto proprijs, in quo legibiliter fuit scriptus bonis literis Psalmus, *Quid gloriaris in malitia*, vsq; ad versum *Ego autem sum Olinus*, de quo quidam sic scribit:

Funis cum lignis, à te miser, ensis, & ignis, Hugo securis, equus, abstulit omne decus.

Funis, quia tractus fuit: ligna, quia suspensus: ensis, quia decollatus: ignis, quia exentrat & viscera concremata: securis, quia in quartas diuisus: equus, quidem cum traxit.

Simon de Reding suspensur.

Eodem die Simon de Reding tractus fuit & suspensus in eadem furca qua Hugo suspendebatur, sed inferius per decem pedes. Hic de familia regis fuerat, & plura cōuitia irrogauerat sæpè reginæ, vnde iam suo docuit exemplo quàm periculosum est regem vel reginam blasphemare. Acta sunt autem hæc diebus Lunæ in vltionem necis domini Tho. Lancastriæ, qui passus fuerat die Lunæ. Robertus de Baldock post multas contumelias fuit carceri Episcopi Herefordiæ liberatus, vbi mansit vsq; ad festum Purificationis beatæ Mariæ. Et tunc Episcopus Herefordensis fecit eum duci Londonias ad eiusdem ædes. Londonienses verò conglomerati, ipsum de custodia episcopi (vt putabatur consentientis) rapuerunt, & ad Nevigate incarcerationem, & inhumaniter tractauerunt, adeo quòd postmodum circa festum Ascensionis domini obiit in tormentis.

Robertus Baldock in vinculis moritur.

Regina verò expeditis præmissis setranstulit cum filio suo Duce, domino Rogero de Mortuomari & alijs, ad castrum de VValingforde, vbi Natale domini celebravit. Transiit annus iste frugiter & fructifer plus quàm anni præcedentes duo: Francis memorabilis, quia nihil relatu dignum actum fuit ibidem; Anglis notabilis propter regis fugam & captionem, & lugubris quibusdam propter nobilium infamem necem, quibusdam hilaris propter patriam à proditoribus liberatam: Sconstorus ociosus propter treugas captas, & ademptam bellorum formidinem eavice.

Annalis cōlufio.

Natale celebratum apud Wallingford.

ANno grætiæ millesimo trecentesimo vicesimo septimo, & regni Regis Edvardi à conquestu secundi vicesimo & vltimo, tenuit regina Natale, cum filio, Cantuariensi & Eboracensi Archiepiscopis, VVintoniensi regni Thesaurario, & Notwicensi Cancellario, Lincoliensi, Eliensi, Coven-trensi & Herefordensi Episcopis, alijsquè Prælati, regni proceribus, & nobilibus, VValyngfordiæ, cum summo gaudio & honore, rege detento in castro de Kenelvorth, vt supradictum est. Post Natale, regina cum filio suo

ante

ante festum Epiphaniæ venit Londonias, vbi cum magno gaudio & muneri-
bus est suscepta. Conuenit etiam illuc tota regni nobilitas citata per prius ad

*Regina Londi-
num venit.*

parliamentum tenendum ibidem in crastino dicti festi, vbi cuncti censuerunt
regem indignum diademate, & propter plures articulos deponendum, & Ed-
vvardum filium eius primogenitum in regem vnanimiter eligendum. Quod,
etiam cōsequenter factum fuit, & electio in aula magna VVestmonasterij pu-
blice diuulgata, per quendam ex magnatibus sapientem. Cui electioni consen-
sit populus vniuersus. Archiepiscopus verò Cantuariæ præsentī consensit ele-
ctioni, vt omnes prælati: & Archiepiscopus quidē assumpto themate, vox po-

*Rex dignitate
regali abdica-
tur; & filius
substituatur.*

10 puli, vox dei, sermonem fecit populo, exhortans omnes vt apud regem regum
intercederent pro electo. Facto sermone discessum est. Vt autem innotuit regi-
næ filij sui electio, & viri de electio, plena dolore (vt foris apparuit) ferè mēte a-
lienata fuit. Edvvardus quoque filius suus materno dolori compassus, iurauit,
quod inuito patre nunquam susceperet coronam regni. Idcirco communi de-
creto, ex parte totius regni tres Episcopi, duo comites, & duo abbates, quatuor
barones, & de quolibet comitatu regni tres milites, ac etiā de Londonijs & alijs
ciuitatibus & magnis villis, & præcipuè de portubus, de qualibet certus nume-
rus personarum missi sunt ad regem apud Kenelvvorth, qui nunciarent ele-
ctionem filij sui, & requirerent diligenter, quod renunciaret dignitati regis

*Regina vide-
tur viri abdi-
cationem gra-
uiter ferre.*

20 & coronæ, & permitteret eundem filium suum regnare pro eo, alioquin ipsi
redderent sibi homagia, & procederent in præstatis. Rex autem vt hæc audi-
uit, cum fletu & ciularu respondit, quod multum doluit de eo, quod sic deme-
ruit erga populum sui regni, & ab omnibus qui aderant veniam precabatur.
Sed ex quo aliter esse non potuit, grauias egit, quod filium suum primogenitum
elegissent. Nuncij verò ad parliamentum Londonias redeuntes cum regis re-
spoſo & insignijs, plebem latam fecerunt: mox tota regni cōmunitas, Edvvar-
dum iuuenem quatuordecim annos habentem, in regem promptissimè ad-
miserunt, & vicissimum diem Iaquarij, diem primum regni sui esse decreuerunt,
& in omnibus comitatibus pacem eius proclamari fecerunt sub hac forma:

*Rex electionē
sui probat.*

30 Edvvardus Dei gratia rex Angliæ, dominus Hiberniæ, dux Aquitaniæ, vice-
comiti de N. saktem. Quia dominus Edvvardus nuper rex Angliæ, pater no-
ster, de communi consilio & assensu prælatorum, & comitum, & baronum, &
aliorum maguatum, nec non cōmunitatum totius regni prædicti, spontanea
voluntate se amouit à regimine dicti regni, volens & cōcedens, quod nos tan-
quam ipsius primogenitus, & hæres ipsius, regni gubernationem & regimen as-
sumamus. Nos quē ipsius patris nostri beneplacito in hac parte de consilio, &
auxilio prælatorum, comitum & baronum prædictorum annuēus, gu-
bernacula suscepimus dicti regni, & fidelitates, & homagia ipsorum prælatorū
& magnatum recepimus vt est moris. Desiderantes igitur pacem nostram pro
40 quiete & tranquillitate populi nostri inuolabiler obseruari, tibi præcipimus,
quod statim visis præsentibus, per totam balliuam tuam pacem nostram facias
publicè proclamari vniuersis & singulis ex parte nostra inhiendo, sub pœna
& periculo exheredationis & amissionis vite & membrorum, ne quis dictam
pacem nostram infringere seu violare præsumat, sed quilibet actiones & qua-
relas absque violentia quacunque prosequatur, secundum leges & consuetu-
dines regni nostri. Nos enim parati sumus, & semper erimus omnibus & sin-
gulis conuenerentibus tam diuitibus quam pauperibus in curijs nostris plenam
iusticiam exhibere. Teste meipso. &c. Calendas Februarij die dominica in vi-
gilia Purificationis.

*Proclamatio
pacis noui res-
git.*

*Rex capit in-
signia militi-
genero-
taria.*

Edvvardus iuuenis suscepit arma militaria, cum multis alijs iuuenibus

generosis, per dominum comitem Lancastrie, presente domino Iohanne fratre comitis Hannonie, qui in Anglia tunc agebat, & multis alijs tam indigenis quam externis. Et eodem die coronatus est apud VVestmonasterium per *Coronatio Ed- wardi tertij.* Cantuariensem Archiepiscopum VValterum, regina (prout pretendebat vultu) in doloribus existente. Eodem tempore assignata fuit dos reginae talis & tanta, quod regi filio regni pars tertia vix remansit. Per idem tempus Bur- *De hacbatio cinium de S. Edmundbury.* genses de sancto Edmundo de Bury se clam vnanimiter adunantes hora meri- diana, fractis ianuis, Abbathiam intrauerunt, & resistere volentes tam Mona- chos quam seculares inhumaniter tractauerunt, & chartas & munimenta loci, di- uersaque iocalia & indumenta ecclesiastica, necnon & oloferica preciosa, dei ti- *Rex pater hu- manius tractatur.* more postposito asportauerunt, detinentes omnia donec Abbas & Conuentus suam sibi concessissent erroneam voluntatem. Eo tempore quia videbatur qui- busdam quod dominus Edvardus pater regis apud Kenelworth fuit nimis de- licate tractatus, ordinabatur quod dominus Thomas de Berkeley & dominus Iohannes de Matrauers haberent ipsius custodiam, vnde circa ramos palma- rum fuit vsque ad castrum de Berkeley ductus secretè. Et quia timuerunt ali- quorum aduentum ad liberandum ipsum, de loco predicto fuit deductus no- cte ad loca diuersa, videlicet ad Cors, & alia secreta loca: sed finaliter ducentes reduxerunt eum ad castellum de Berkeley, ita quod vix sciri potuit vbi fuit. Sed semper dominus Thomas de Berkeley habuit eius custodiam vno mense, *Regina non ferit aspectum mas- riti.* qui cum satis tractauit humaniter, & dominus Iohannes Matrauers alio men- se, qui erga eum aliter se habebat. Regina verò misit sibi indumenta delicata & literas blandientes, sed tamen ipsum videre nolebat, fingens quod commu- nitas regni non permisit. Expensas autem habuit videlicet centum marcas per mensem. Eodem anno iuuenis rex Angliæ cum matre sua & stipendiarijs suis alienigenis congregans inagnum exercitum, versus Scotiam se transfulit, cum quo iuerunt plures voluntarie quam inuiti, quia optime præsumebant de au- spicijs iuuenis. Nempe terra tunc recepit vbertatem, aer lætam temperiem, ecclesia libertatem. Sed tamen cum venissent Eboracum, orta discordia inter *Discordia ex- orta inter An- glos & Hāno- nenses.* Anglos & Hannonenses, conflictus grauisissimus factus fuit: Angli tamen pe- iorem calculum reportabāt. Facta tamen pace per bonos mediatores, se versus Scotiam concorditer transfulerunt, & venerunt ad Stannepatke, vbi exercitus *Scoti fugiunt.* Scotorū fuit. Et licet exercitus regis Angliæ fuit in triplo maior & fortior, Scoti tamen per proditionem quorundā magnorū Angliæ sine latione fugerūt, vnde rex iuuenis est cū dolore & sine honore reuersus, & citò postea remisit Hāno- nenses & stipendiarios ad partes suas. Eodem anno circa festum S. Matthæi A- postoli & Euangelistæ cum multi conspirarent ex amicis Edvardi nuper regis sed depositi, ad eius liberationem, cū veru ferreo & ignito intet celanda cōfossus *Edvardus pa- ter veru con- fossus.* nefarie est peremptus in castro de Berkley vbi fuerat carceri mācipatus: & licet multi abbates & priores, milites & burgenses, de Bristolia & de Gloucestria ad videndū corpus suum integrum vocati fuissent, & tale superficialiter conspex- issent, dictum tamen fuit vulgariter, quod per ordinationem dominorum Io- hānis de Matrauers & Thomæ Gorney fuit per cautelam occisus, ipso prostra- to & sub ostio ponderoso detento ne surgeret, dum tortores imponent cornu in ano suo (quod dictu verecundum est) & per foramen immitterent ignitum veru in viscera sua, ne videlicet vestigia adustionis in cute sua aliquialiter appa- rerent, de cuius meritis an inter sanctos connumerandus sit frequens est in vul- go disceptatio, sicut de Thoma comite Lancastrie quondam fuit. Dominus Iohannes Matrauers & Thomas Gorney timentes penas soluere pro morte regis, repente fugerunt. Sed dictus Thomas fuit post tres annos notus & captus apud

apud Marciliam, & remissus versus Angliam pœnam pro demeritis recepturus, qui tamen illuc non peruenit, sed in mare decapitatus fuit, & sub quodam colore ne fortè magnas personas & magnos Prælatos Angliæ de consensu necis regis & conuiuentia accusaret. Iohannes Matrauers se transtulit in Alemanniam, & ibi mansit per plures annos, vt infra plenius apparebit. Hoc anno obiit dominus Carolus de Valeys patruus regis Franciæ, qui (vt prædictum est) in V Vasconia contra fratrem regis Angliæ equitauit, qui Carolus in vita sua Anglos habuit exosos. Eodem anno obiit Robertus le Brus, relicto filio suo Dauide septem vel octo annorum, quem Scoti receperunt pro rege suo. Eodem anno obiit Rex Franciæ Carolus, tertius frater, qui post mortem Philippi patris sui regnauit, cui successit in regno Philippus dominus Caroli de Valeys filius, qui Anglicos nunquam dilexit. Item hoc anno Edvardus iuuenis rex Angliæ duxit filiam comitis Hannoniæ in uxorem, quæ etiam fuit filia sororis domini iuuenis regis Franciæ, licet illa affinitas nec aliqua alia cum Francigenis vnquam contracta Angliæ protecesset. Eodem anno tenuit rex iuuenis Angliæ Parliamentum Northamptoniæ, vbi facta fuit turpis pax inter Anglos & Scotos, ita quòd Dauid filius Roberti de Brus duxit sororem regis Angliæ in uxorem, & rex Angliæ cum matre (sed infra ætatem existens) fecit chartas Scotis, quarum tenor ab Anglicis penitus ignoratur: & hoc totum factum est per ordinationem reginæ & Rogeri de Mortuomari & Jacobi Duglas Scoti. Rex autem Angliæ post dictum Parliamentum se transtulit versus Herefordiam, vbi fuerunt solennes nuptiæ inter filias Rogeri de Mortuomari & quosdam nobiles, videlicet filium comitis Marecalli, & hæredem domini Iohannis de Hasting. Mense Nouembris obiit V Valterus Cantuariensis Archiepiscopus, cui successit per electionem magister Simon de Mephmagister in Theologia, & canonicus Cicestræ, de Cantio oriundus. Hoc anno in festo sancti Bricii rex Edvardus tertius tenuit Parliamentum apud Westminsterium, in quo ciuibus London omnes libertates prius perditas, & de nouo alias, ac etiam quòd omnes pro latrocinio infra libertatem London capti, coram Maiori in domo communi adiudicarentur, liberè concessit. Rex Angliæ excitatus & inductus per matrem suam, fuit occasio matrimonij prædicti inter Dauide prædictum & sororem regis, ac etiam per Rogerum de Mortuomari, ad resignandū omne ius & vendicationem superioritatis quod ipse vel primogenitores sui temporibus quibuscunque in regno Scotiæ habuerunt. Illis enim diebus Rogerus de Mortuomari thesaurum regium congregauit, potestatem regiam vsurpauit, regem (vt videbatur) suppeditaui, ita quòd comes Lancastriæ Henricus, in coronatione regis per procerum consensum regis custos deputatus, regi appropriare, consulere, nec custodire valens, consilio Archiepiscopi Cantuariensis, episcoporum ac aliquorum procerum ductus, circa festum sancti Hilarij cum magno exercitu (vt defectus reformaret, errataq; pro posse corrigeret) contra dictum Rogerum circa Leycestriam & Bedfordiā moram traxit, mediante Archiepiscopo & multis alijs, comes Henricus se regi humiliavit, & quòd in Parlamento responderet errori inter eos satisfaciendo repromisit. Transiit annus iste scilicet, & fertilis frugum productione & fructuum: Angliæ letus: iucundus Hannoniæ: hilaris Gallicæ: votiuus Scotiæ & quietus.

De multorum
obitu.

Iuuenis rex
ducit uxorem.

Parliamentum
Northamptoniæ.

Obiit Archiepiscopus
Cantuariensis.

Parliamentum
Londoniæ.

Annalis
conclusio.

Kij. De

De tempore regis Edwardi tertij.

Parliamentum
apud Sarum.

1327



Obijt Wilbel-
mus de Nor-
wico.

Provinciale
consilium.

Moritur Ro-
bertus Brus.
Coro. Regine.
Decollatur Ed-
mundus regis.

(*)
Ad hoc ano vñq
1336. par. in Th
Walling. scripsit
partim extat ex
A Moremsh. &
mallet variant in
anis, ram More
muth incipit an
no in festo Mich.
vbi Th Walling.
incipit in festo
natalis Christi.

Episcopus
London accu-
satur.

Quadam re-
cognitio comis
tis Cantij.

Nno domini millesimo trecentesimo vicesimo octa-
uo, & regis Edwardi tertij a conquestu secūdo, post
quindenam Sancti Michaëlis tenuit rex parliamen-
tū apud Sarum, in quo fecit tres comites, scilicet D.
Iohannem de Eltham, fratrem suum comitem Cor-
nubię, & dominum Rogerum de Mortuomari comi-
tem Marchię & VVallię, & Pincernā Hibernię to
comitē de Ormonde. Ad quod parliamētum comes
Lancast. dominus de VVake, & alij quidā nobiles
nō venerunt, licet propē venerant armati, de quo rex
fuit offensus, qui tamen postmodum in astate, se
gratię regis (procuratē Archiepiscopo) submisērūt.

Eodem anno obiit dominus VV. de Norwico die sancti Vincentij martyris. Item
eodem anno circa festum Ascensionis rex Anglię transiuit mare, fratre suo comi-
te Cornubię custode in regno relicto, & fecit homagiū suū regi Frācię Ca-
rolo p. toto ducatu Aquitaniz, & comitatu Pōting, super quibusdā protestationi-
bus, videlicet quod non admisit homagiū pro terris, quas pater suus Carolus 20
sibi vendicauit, quousque esset sibi satisfactum de damnis & expensis &c. Eodem
anno die Veneris post purificationē beatę Marię, Simō Archiepiscopus Cantu-
ar. tenuit cōcilium provinciale Lōdon, in quo ordinauit aliqua licet modicū pō-
derāda: scilicet quod in die Parasceue, & in cōmemoratione omnīū animarū ab
omni seruii opere cessaretur. Item ipse & omnes episcopi p̄sētes ex cōmunica-
runt & ex cōmunicatos denunciātūr omnes illos qui VValterum de Stapleton,
Exon. episcopū interfecerunt, seu mānus violentas quomodolibet iniecerunt, &
oēs qui eis opē, assensum vel consiliū p̄buerunt. Itē Archiepiscopus statuit de cō-
sensu cōsiliij, quod festū cōceptionis beatę Marię solēniter celebrēt. Hoc an-
no Robertus Brus rex Scotię lepra percussus obiit. 7. idus Iunij. Hoc anno domi- 30
nica Quadragesima, Philippa reginā Anglię coronatur, & in prima septimana
Quadragesimę factum est parliamētum apud VVinton. vbi in crastino S. Gre-
gorij Edmundus comes Cantij auunculus regis fuit arrestatus, & in vigilia S.
Cuthberti morti adiudicatus, ab hora verō prima vsque ad quintam extra portas
castri, (nullo in eū manū mittēte) stetit cōdemnatus, donec miser quidā de Maref-
challa eum missus est decollare. Eodem anno Petrus de Corbario de ordine fra-
trum minorum, de consilio & auxilio Ludouici ducis Bauarię in ciuitate Ro-
mana in Papam se fecit coronari. Deinde idem Petrus antipapa eundem Ludo-
uicum in regem Romanorum contra statutum ecclesię coronauit. Iste antipapa
Cardinales & alios officarios quos verus Papa solēbat habere creauit. (*)

Nno gratiæ millesimo trecentesimo vicesimo nono, qui est annus regni regis
Edwardi tertij tertius, Episcopus Lōdonensis fuit accusatus de eo quod quid-
dam confingentes patrem regis viuū, & quod ipse & alij conspirauerunt cum
liberare, & ad statum regni reducere, inter quos etiam Robertus Taunton eadem
de causa carceri mancipatur, & eadem de causā Edmundus comes Cantij, &
propter quasdam confessiones suas, & quasdam literas secum inuentas, anno
præterito decollabatur, licet nullæ illarum confessionum vel literarum (cū veræ
essent) deberent causam tribuere morti suæ.

Ista recognitio fuit facta corā Roberto Houel Coron. de hospicio domini re-
gis, & postea corā senioribus & proceribus illius terræ apud VVinchest. 16. die
Martij

40

Martij anno. 4. Nimirum quia Edmundus comes Cantij cognouit, quod apostolitus sibi preceperat sub poena suae maledictionis, quod vires suas & diligentiam adhiberet ad liberandum E. suum fratrem iam olim regem Anglię, & quod ipse hac de causa sua sustineret expesa. Et dixit quod quidam frater predicator Conuent. London ipsam conuenit apud Reusington prope London, & ipse dixit se excitasse demonium, quibus sibi pro certo affirmat, quod E. suus frater iam olim rex Anglię viuit. Et dixit quod Archiepiscopus Eborac. ad illum misit per quendam capellanum dominum Aeyn epistolam fidelitatis, & fidelitas fuit talis quod ipse ad illū misit pro liberatione fratris sui ad. 500. hominum, & co-
 10 amplius, quantum habuit, & quantum potuit reddere. Et dixit quod dominus Ingeram Berenger aiebat ad illum Londini a domino VVilhelmo de Souch, quod miteretur quantum potuit ad liberationē sui fratris. Et dixit quod dominus VVilhelmus de Cliff ad ipsum venit in eodem mādato per tales instructiones, quod ipse sinat cōpositionē fieri inter VVockingū & Gildefordum: & sibi dixit se velle oppugnare ciuitatem Herefordensem, propterea quod eius nepus de fratre de familia Spencer, qui fuit in eadē ciuitate de Gildeford, & ipse dominus VVilhelmus secum cōfabulatus est de affinitate inter filiū Ricardū comitē de Arundel, & eius filiā, & dixit vterius, quod hoc illi foret maximus honōs, qui vnq̃ illi potuit accidere, & quod ipse neruos intenderet quantum potuit, ad hoc
 20 faciendum. Et dixit quod dominus VVilhelmus de VVerhā clericus fratrum suorum, & frater Thomas de Brounfield foret illi, qui sibi magis gratū faceret, & alliceretur ad has res supradictas faciēdas. Et dixit quod dominus Rob. de Taunton ab Archiepiscopo Ebor. in precepto habuit has res supradictas, & ipse dixit, quod habuit in paratu quinq; millia hominū ad hoc negotiū supradictum cōplēdum. Et quod idē dominus Robertus & duo fratres predicatorēs qui sunt extra eorū ordinē, quorum vnus fecit se appellari Edmundū Sauage, & alter Iohannē, isti fuerunt factores istius negotij. Et dixit quod dominus Fouke, filius VVaryn, ad ipsum venit VVestmonast. & ipsum rogauit, & ipsum exhortatus est hāc rē incipere, & ad hoc faciendum, & sibi dixit quod hoc foret maxim⁹ ho-
 30 nos qui sibi vnq̃ cōtigat, & illi dixit quod sibi opē praberet quantum potuit. Et dixit quod dominus Ingeram Berenger ad ipsum venit a dño Iohāne Pechē qui fuit de hoc cōsilio, & ad hoc voluit adiuuari quantum potuit. Et dixit quod dominus Hēricus Beamōd, & dñs Thomas Rosselin ad ipsum locuti sunt Lutetijs in cubiculo ducis Brabātiae, quod parati erāt venire in Angliā in auxiliū horum predicatorū, vt quod illi se instigarūt ad has res cōficiēdas. Et quod applicuerūt versus partes Scotiæ, p Abbatē de Donalder de Maar, quod ipse foret paratus p eorū auxilio ad tuēdum partes suas quantū ille potuit, sed tēpus de illorum aduētu fuit trāfactū. Et dixit quod dominus Richar. de Pōfret cōfessor domine N. ad illū venit ad Reusington in coronationē, & postea ad Arūdel ab Archiepisco-
 40 po Eborac. pro his rebus supradictis. Et dixit quod monachus de Quatier, & Iohānes Cimingē eius cognatus habuerūt similiter cymbā paratā ad deducēdū fratrem suū, & ipsum a sua turri de Arundel. Et dixit quod patefecit has res supradictas E. de Mounehiuer & Georgio de Percy, & dixit quod literæ quas misit ad dominū Buges de Baiouse & Iohannē Eutoille, firmatę sunt de suo sigillo, quas ipsis misit, & quod vna litera scripta fuit manu vxoris suæ. Et dixit quod Ingeram Berenger, Mauchēin Musarder & Iohannes Cyminge opem tulerunt, & neruos intenderunt ad has res faciēdas. Et dixit quod dominus Ingeram Berenger ad ipsum venit ab Arundel in cubiculū super capellā, & dixit quod Episcopus Lodō ipsi succurreret in liberationē sui fratris quantū potuit, & istas res cognouit esse veras, & sic fatetur se nō vacare culpa. Ideo ponit se in misericordia.

*Ecclesia Sarū
vacat.*

*Obijt Episcopus
Bathon.*

*Papa contra
imperatorem
ex.*

*Edwardus
quartus natus
est.*

*Rex Scotie
coronatur.*

*Parliamentum
apud Notinge-
bam.*

*Rogerus Mor-
timerus sus-
pensus.*

*Homagiū fa-
ctum regi
Francia.*

1330

*Papa concedit
decimas regi.*

*Causa mortis
comitis Mar-
chie.*

*Edwardus Pa-
liol regnum
Scotie ven-
dicat.*

Hoc anno circa mediam Quadragesimam vacavit ecclesia Sarū per mortē M. Roge-
ri de Mortinans, cui ecclesiā Papa prouidit de Rob. VViuil, qui scripsit specia-
les literas regine, viro utiq; cōpetenter illiterato & minimē personato, quē si Pa-
pa vidisset, nunquā eum (vt creditur) ad tantū apicem promouisset. Itē hoc an-
no mortuus fuit Iohānes episcopus Bathon. Et licet magister Radulphus de Sa-
lopiā fuisse cōcorditer electus, cōfirmatus & consecratus per Simonē Cantuar.
Archiepiscopum, post tamē de curia Romana se redemit, vt rata essent facta de
ipso, non sine magna pecuniā quantitate. Hoc anno Papa fecit graues proces-
sus contra ducem Bauariā electum imperatorem, & contra sibi adherentes,
& pro sustinenda guerra contra eum, omnes fructus beneficiorum vacantium 10
per quadrienniū reseruauit. Die Veneti ante festum S. Botulphi, videlicet 15.
die Iunii 1329. natus est regi filius suus Edvvardus quartus apud VVoodstock.
In festo S. Clementis coronati sunt & inuncti Dauid rex Scotiā, & vxor sua
Iohanna soror regis Edvardi tertij. Factum est parliamentum apud Noring-
ham, in crastino S. Lucae Euangelistae, & rex arestari fecit Rogerum de Mor-
tuomari, Galfridum filium suum, Simonem de Bedford, & ad turrem Londo-
niensem transmisit. In vigilia S. Andree dictus Rogerus comes Marchiā Lon-
dini tractus est & suspensus, ac post duos dies fratribus minoribus conceditur,
& honorifice sepelitur. Dominus verō Simon de Bedforde Lōdini tractus fuit
& suspensus. In hoc parlamento rex de communi consensu procerum, recepit 20
in manu sua omnes terras prius matri suē concessas, & quod singulis annis mil-
le libras perciperet, ordinauit. Die Iouis in septimana Paschae, rex Edvvardus
cū paucis mare transiit, & regi Franciā Philippo, pro terra VVasconiē homa-
gium fecit, & redijt, & infra 15. dies apud Dortlorde torneamentum tenuit.
Die Lune post festum Sancti Mathaei Londonijs inter Crucem & Soperlane,
13. milites hastiludia contra quoscūq; venire volentes, per tres dies renuerunt.

ANno gratiā millesimo trecentesimo tricesimo, qui est annus regni Regis
Edvardi à conquestu tertij quartus, P. antipapa. 25. die Augusti conuer-
sus ad fidem catholicam, & fecit confessionem suā corā domino Papa I. & car-
dinalibus in pleno cōsistorio, & papa ipsum absoluebat. Hoc āno cōcessit Papa 30
decimas regi Angliā omnium bonorum ecclesiasticorum in Anglia per quadrienniū
mediate sibi retentas. Causae verō antedicti comitis Marchiā, quae imponeba-
tur eidem sequuntur. Prima quia dicebatur, quod ipse fuit consentiens, quod
pater regis in castro Berkley fuit suffocatus, ex qua causa dominus Iohannes
Mattaues, & dominus Thomas de Gorney senior, qui fuerunt deputati custo-
dia dicti patris regis ibidem, & quidam alij se retraxerunt ad partes transma-
rias, & propterea dominus Simon de Bedford fuit suspensus. Secūda causa im-
posita fuit, quod impediuit honorē regis & regni apud Stannoppark, vbi Scoti
fugerunt, qui capi & interfici faciliter potuissent, si ipse qui fuit maior de cōsilio
regis, Anglicos cū Scotis tunc cōgredi fecisset. Item quod ipse receptis. 20 mil- 40
le libr. à Scotis illos tunc promisit euadere, & turpem pacem postmodum inter
Scotos & regem iuuenē fieri procurauit. & super hoc chartam regis eisdem fe-
cit fieri, & etiā illud vile matrimonij contractum inter sororem regis Angliā,
& Dauid filium Rob. de Brus fieri consuluit & procurauit. Itē quod male con-
sumpsit totam pecuniam inuētā in thesauris regis, & domini N. de Spencer
& omnia bona regni, postquā Angliā regina intrauit, ita quod ipse & regina
abundabant, & dominus rex fuit egenus. Item quod appropriauit sibi custodias
& maritagia pingua per totam Angliā, & fuit malus consiliarius regi & re-
ginā matri, & nimis secretus cum ea: at de alijs taceamus. Hoc anno Edvvar-
dus de Balliolo ius in regnū Scotiā vendicans, in principio Augusti, habens in
suo

fuo exercitu, Henricū de Bellomōte comitem de Bogham, Gilbertū de Vm-
frenle comitē de Angus, & Dauidē comitē de Athels. cū. 2500. armatis & pe-
ditibus, Scotiā apud Kingcorn intrauit, vbi comes de Fif, & Robertus de Brus
filius regis Roberti nothius, cū. 10. millibus Scotorū, Anglicos in ripa maris ad
pugnam prouocantes, per paucos arcitenentes, & alios pedites, antequā armati
terrā tangere possent repelluntur, reliquis in fugam lapsis. 900. vnā cū Alexan-
dro de Seton filio Alexandri interficiuntur. Et confestim versūs Abbathiam de
Dunfermlin victualibus refertā processerūt. Quadraginta quoq; millia Scotorū
in loco qui Gaskinor vocatur, parati ad pugnā venerant, sed Anglici per diem
10 illum videntibus Scotis, in ripa cuiusdā aque morantes in nocte (Alexandro de
Moumbray p̄cedēte aquā transeuntes, montē vbi Scoti erant ascenderūt. Ma-
ne autē factō, exercitibus dimissis (exceptis. 44. Alemannis retrō in equis existē-
tibus) cōgrediuntur. Scoti virtute diuina reuera, nō humana, deuincuntur. Co-
mites de Mar, de Meneth, de Athels, de Moref, Robertus Brus nothius, comes
de Catrike, vitæ finem dederunt. Nigellus Brus. 12. barones. 800. milites. 200. armatorū. 13300. peditū interficiuntur. Ex parte verō Anglorū ceciderunt mi-
lites. 33. scutiferi. Et in transitu aquæ nocte p̄cedēti, Rogerus de Svvinardistō
miles fuit submersus. Durauit hoc bellum ab ortu solis vsq; ad horam diei ter-
tiā. Cadauera enim Scotorū altitudine vnus lancie, vt ferebatur, fuerant ele-
uata, & multo plures corporibus oppressi, quā in ore gladij interfecti, fuerant
20 suffocati. In crastino verō Anglici villam sancti Iohānis victualibus repletam
susceperunt, folsis largis & profundis circumducūt. Posthæc, Patricius comes
de Dunbar, Arthebandus Duglas cū. 12. millibus villam obsederunt: Iohanni
Crabbe nauæ cuidam experto, genere Flādrensi, apud Berevvicum morā tra-
hentī, ad submergendū & comburendū naues Anglicorum in aqua Tye, cum
nauigio suo festinare miserunt. Qui cum. 10. nauibus superueniens bargam
Henrici de Bellomonte subito cepit, sed Anglici viriliter resistentes, omnes na-
ues Scotorum vnā cum barga p̄dicta incendunt, homines ferē omnes
(Iohanne Crabbe p̄dicto vsq; ad Berevvicum vix per terram fuga dilapso)
30 aut submersi, aut ore gladij interfecti, die sancti Bartholomæi apostoli. Cogni-
to autem huius rei euentu, dimissa obsidione, Scoti ad sua redierunt.

ANno gratiæ millesimo trecentesimo tricesimo primo, qui est annus regni regis
Edvardi à cōquestu tertij quintus, tenuit dominus rex solēniter natale a-
pud VVelliā vsq; Epiphaniā: vbi fiebāt multa mirabilia sumptuosa. Archiepis-
copus verō Cātuariēsis visitans dioc. Bathoniæ, tūc tenuit natale apud VVem-
bliscumbe, qui postmodū mādauit se velle inchoare visitationē suam in ecclesia
Exoniæ. Et postmodū in ciuitate Exoniæ, die Lunæ prox. post festū Ascētionis
domini: quod ne fieret episcopus Exon. appellauit, qua appellatione nō obstāte
dicto die Lunę accessit idē Archiepiscopus ad ciuitatē Exon. sed nō fuit sibi per-
40 missū ecclesiā neq; claustrū intrare, armata multitudine resistēte. Hoc anno circa
festū natiuitatis beatæ Mariæ fuit consilium prouinciale Londini congregatū:
sed propter discordiam inter Archiepiscopū & suos suffraganeos sine effectu
aliquo terminatū. Item Parliamentū tunc ibidē sine aliqua vtili expeditione fi-
nitur. Rex tamen habuit quintam decimam à populo, & decimam à ciuibus &
burgensibus sibi per vnum annum concessam. Eodem anno quidam mali-
gni fulti quorundam magnatum p̄sidio, regis adolescentiam spernentes, &
regnum perturbare intendentes, in tantam turbam creuerunt, nemora & sal-
tus occupauerunt, ita quod toto Regno terrori essent. Rex militarem ma-
num congregans, & contra impios viriliter agens, quosdam captos carce-
ribus intrusit, quosdam excapitauit, & regni perturbatio quieuit.

Scotorū clades
maxima.Fuerunt occisi
plus quā
20000.vixit tenentis
amici
ob iniquitatem
vixit tenentis
utroq; exercitu.Natale apud
Welliam.Episcopus Ex-
oniensis resi-
stis Archiepisc.
in visitatione.
Concilium per
discordiam
frustratur.

Parliamentum.

*Edwardus Ba-
liol coronatur
in regem Sco-
tie.*

*Berevicum
obsidetur.*

*Wilhelmus
Duglas cum
suis capitur.*

*Scoti vincun-
tur.*

*videndum
sic et cetera
hic ignorantes
et malevolos
aspirantes*

*Custodia villa
Berevici com-
mittitur Ed-
wardo Baliol.*

*Prælati regni
Scotie fu-
giunt.*

Hoc anno. 5. calendas Octobris Edvvardus de Baliolo apud monasterium de Scone in Scotia, in regem solenniter coronatur, & inde rediens apud Ro- kesburgh cū Scotis cōgressum habuit, vbi & Andraas de Moravia captus fuit apudq; Dunelmū ducitur, & in custodia detinetur. Post hæc comes de Dunbar & Arthebādus Anglus ab Edwardo de Baliolo vsq; ad Purificationē beatę Marię treugas petierunt, & obtinuerunt, vt tunc habito Parlamento, pars vtraq; pro pacis reformatione plenius tractaret. Rex verò Edvvardus dolum nesciens gentem suam ad propria remisit. Die enim assignato Scoti armati acceden- tes quorquor subito inuenerunt, Edvardo sibi vix sua consulente, peremerūt. Hoc anno septimo idus Martij Edwardus rex Scotiæ, & multi nobiles Angliæ 10 Scotiam intrarunt, interficientes & cōburentes fortaliitū, in quo capti sunt Ro- bertus Coluile. 10. armati, & pedites quamplurimi, quos etiam captiuos vsq; Berevicum secum duxerunt, quam potenter per terram & per mare obsede- runt. Post hæc verò ante Annunciationem dominicam, Arthebandus Duglas Angliæ marchiam cum. 3000. intrauit villas de Gillefonde, per. 16. leucas in longum, & 6. in latum combussit, cum magna præda & captiuis, in Scotiam regressus est. Hoc tempore Antonius de Lucy miles, & V Vilhelmus de La- cu Mabonis cum. 800. hominibus nocte quadam per duo miliaria Scotiam in- trarunt, in regressu verò eorum combusserunt, occiderunt, & maximam ani- malium prædam ceperunt. Quibus V Vilhelmus Duglas cum magna multitu- 20 dine occurrit. Sed deuictus est & captus, vnā cum V Vilhelmo Barde, & 100. alijs. Humfridus de Bosco, Humfridus de Gardino milites, V Vilhelmus de Carleolo. 160. valentibus gladio perierunt.

1332

ANno gratiæ millesimo trecentesimo tricesimo secundo, qui est annus regni regis Edvvardi à conquestu tertij sextus, rex Anglię cum militia magna 6. Calendas Maij ad obsidionem Berevici venit, & tam per mare quā per ter- ram. 15. Calend. Iunij villa fortiter expugnatur, diu ante insultum superuenit horribile incendium infra villam, compulsiq; ciues gratiā regum, misericor- diam & treugas vsque in crastinum, factis certis promissionibus de villa, & ca- stro reddendis, postea tamen non obseruatis obtinuerunt. Post hæc verò quin- 30 to idus Iulij omnes procures ferē Scotiæ, cum exercitu magno congregati ob- fessorum pro succursu vsque Tvedemourthe accesserunt, quibus ne quoquo modo obsessis succurrere possent, per Anglos impediti partes Northumbriæ per sex dies comburendo, & multa mala inferendo, & incolas deuastando redi- erunt. Septimo verò die per suos de castro, & villa Berevici, & præcipuē per V Vilhelmum Deketh militem rogati & reformati, quod si redirent, & ad pu- gnam cum duobus regibus se disponderent indubitanter præualerent. Redie- runt igitur & 14. Calendas Augusti dictos reges inuasert, virtutēq; diuina deuicti sunt, & cuncti ferē procures Scotiæ cum multitudine maxima popu- larium corruerunt, vno tantū milite & peditibus Anglicis decem interfe- 40 ctis. Numerus verò occisorum & fugatorum per æstimationem se exten- debant ad. 60. millia. Facta igitur voluntate regis de his qui fuerunt in villa & castro, & relicta custodia nomine suo in ipsis, quia dixit illa sua esse iure he- reditario, & ex conquestu antecessorum suorum, dimisit Edvvardum de Ba- liol, cum alijs nobilibus qui secum erant, ad custodiam totius regni Scotiæ, & ipse rex Angliæ cum modica familia loca deuota Angliæ, ad quæ sua deuotio eum duxit peregrē est profectus. Prælati verò totius regni Scotiæ in Franciam fugierunt, & aliqui ad summum Pontificem de eorum infortunio, adiutorium & remedium requirentes. Sed hucusque suo desiderio sunt fru- strati. Hoc anno parum ante festum Sancti Michaëlis, vacauit Ecclesia Dunel- primo

miz, per mortem domini Ludouici de Bellomonte, de cuius successore infra proximo anno patet.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo tricesimo tertio, qui est annus regni regis Edvardi tertij à conquestu septimus, circa festum Sancti Calixti Papæ, vacauit Ecclesia Cantuariensis, per mortem magistri Simonis de Meopham, qui septimo Calendas Nouembris Catiariæ est sepultus, in cuius locū capitulum Cantuariense magistrū Iohannem Stretford Vintoniensem elegit Episcopum. Sciuerat enim quod dominus rex scripsit summo Pontifici, & ipse fuit bene in gratia Papæ. Cui Papa prouidit de dicto Archiepiscopatu primo die Decembris, non virtute postulationis capituli Cantuar. sed proprio suo motu. Eodem anno, primo die Decembris transtulit Papa magistrum Andream de Orelton de ecclesia Vigornia ad ecclesiam Vintoniensem ad preces regis Franciæ. Cuius translationem dominus rex Angliæ non habebat acceptam, imponens sibi, quod tunc ipse fuit nuncius ipsius regis Angliæ ad regem Franciæ, & quod ipse plus placuit regi Franciæ, quàm regi Angliæ negotia vilia procurauit. Et quod idem rex Franciæ scripsit Papæ pro ipso ad ecclesiam Vintoniensem transferendo. Item ex eo rex Angliæ fuit magis offensus, quod ipse pro alio, domino Papæ scripsit, p. episcopatu eodem, sibi; visum fuerat, quod preces suæ pro episcopatibus & dignitatibus in Anglia citius audiri debent, quàm preces regis Franciæ supradicti. Ideò retinuit dominus rex temporalia episcopatus Vintoniensis in manibus suis vsque ad diem Veneris post exaltationem sanctæ Crucis, quo die Archiepiscopus & ceteri Episcopi in Parlamento Londonijs rogarunt pro ipso, ita quod mandauit sua temporalia sibi reddi. Hoc anno citò post festum sancti Michaelis Capitulum Dunelmensis ecclesiæ elegit vnum monachum eiusdem Ecclesiæ, nomine Richardū de Bury, qui citò postmodum per Archiepiscopum Eboracensis ecclesiæ fuerat confirmatus, & ante festum natalis Domini in ecclesia Eboracensi solemniter consecratus, non obstante fama per totam Angliam volante, quod contra regis voluntatem erat promouendus. Item Papa commendauit ipsum episcopatum domino Richardo de Bury Clerico dicti domini regis, ad preces ipsius domini regis, quam famam rei exitus postmodum comprobauit. Nam idem dominus Richardus citò post festum natalis domini (obtentis literis Apostolicis) super sua prouisione se fecit autoritate Apostolica in Monasterio de Chertsey per dominū Vintoniensem episcopum consecrari, & à domino rege obtinuit sibi temporalia ipsius episcopatus integra liberari, quod prius dicto monacho facere denegauit: quo viso & intellecto, idem monachus electus & consecratus ad claustrum (sine episcopatu episcopus) est reuersus, & citò postea expirauit. Hoc anno dominus Edvardus de Baliol rex Scotiæ tenuit Parlamentum citò post festum sancti Michaelis, ad quod venerunt nobiles regni Angliæ terras & possessiones ibidem habentes, & finito Parlamento sunt in pace reuersi. Hoc anno tenuit rex Angliæ natiuitatem Domini apud Vallingforde cum regina peregrinante, & finitis festis dimisit eam apud Woodstock ad pariendum, & ipse post purificationem beatæ Mariæ transtulit se versus Eboracum ad tenendum Parlamentum ibidem, quod in die Lunæ in secunda hebdomada Quadragesimæ inchoauit, ad quod Parlamentum vocatus fuit Edvardus rex Scotiæ, sed non venit propter infirmitas inimicorum suorum in insulis iuxta Scotos latitantibus, propter quod misit excusatores solemnes, scilicet dominos N. de Bellomonte, & V. de Monteacuto, & quosdam alios milites seu barones. Hoc anno rex Edvardus Scotiæ. 14. Calend. Iulij apud nouum castrum super Tynam in domo fratrum prædicatorum fecit & iurauit homagium & fidelitatem regi Angliæ Edvardo

K. iij.

de iuribus

Obijt Archiepiscopus Cantuariensis.

1333

Translatio episcopi Wigorn. ad Winton.

Richardus de Bury consecratur in episcopum Dunelm.

Rex Scotiæ tenuit parlamentum.

Natale apud Wallingford.

Parlamentum Eborac.

Rex Scotiæ facit homagium regi Angliæ.

tertio, pro toto regno Scotiæ & insulis Scotiæ adiacentibus. Occasione huius homagij communitas Scotiæ contra vtrumq; regem insurrexit, & plures eis adherentes cepit, & aliquos occidit. Interim verò rex Scotiæ ad Angliam se transferens, apud Rauenshelin per tempus moram traxit. Cui post principium mensis Nouembris rex Angliæ apud nouum castrum in adiutorium venit. In fine verò mensis Decembris, rex Scotiæ cum exercitu sibi per regem Angliæ assignato, per vallem Anandiæ vsque Glascovy, Cairik, & Cónigham se transferens cuncta deuastauit. Rex Angliæ verò Londoneam & partes adiacentes inuasit, quosdam malefactores cepit, & eorum capitaneos interfecit. Rediuntibus verò regibus versus Bervvicum, comes Patricius ab eisdem recedendo homagium suum per suas literas eis remisit. Circa finem mensis Iulij rex Angliæ cum exercitu Scotiam ingressus plura loca deuastat. Hoc idem rex Scotiæ cum comite VVarennae faciebat. Tandem apud villam sancti Iohannis ambo reges conuenerunt, vbi comes de Athels & Alexander Moumbray & alij qui propter homagium à rege Scotiæ Angliæ regi exhibitum ab illis discesserant, sub certis condicionibus vtriusque regis gratiæ se submiserunt. Comes verò de Athels regimen ultra mareoticum suscipiens, in breui à Scotis atrociter est occisus. Comes Morauia per V Vilhelmu de Prestfeu captus, Londonias est transmissus. Hoc anno vocauit rex Angliæ Prælatos & magnates quòd infra sex dies post translationem S. Thomæ venirent ad eum apud Nottingham pro consilio & alijs tractatibus habendis ibidem: & tunc ordinauit Parliamentum London. & Archiepiscopus conuocauit clerum ibidem ad Sanctum Paulum die Lunæ post festum exaltationis sanctæ Crucis. Et quia noua venerunt ad Parliamentum, quòd Scoti omnes insurrexerunt & ceperunt dominum Richardum Talebot & sex alios milites & multos pedites occiderunt, Rex promissit seiturum versus Scotos pro Scotorum malitia refrenanda: populus concessit sibi. xv. denarium de Temporalibus, & de ciuitatibus & burg. decimum denarium, & clerus concessit vnam decimam. In dicto Parlamento dominus rex concessit quòd iret in terram sanctam proprijs sumptibus, sed certum tempus inchoandi iter non expressit, sed ordinauit mittere Archiepiscopum Cantuariensem ad Papam, & ad regem Franciæ, vt possent de tempore concordari. Ita quòd illi duo reges possent cum suis potentijs simul arripere dictum iter.

ANno gratiæ millesimo trecentesimo tricesimo quarto, qui est annus regni regis Edvardi à conquestu tertij, octauus, Iohannes Archiepiscopus Cantuariensis in festo Sancti Dionisij intrauit ecclesiam suam Cantuariæ, & solenne conuiuium more solito celebravit, & in festo Apostolorum Simonis & Iudæ transiit mare versus regem Franciæ cum alijs nuncijs, sicut prius fuerat ordinatum. Hoc anno circa festum Sancti Martini dominus Edvardus le Boun fuit submersus in marchia Scotiæ, dum voluit liberari domicellum suum fugantem prædam animalium, ita quòd neuter euasit. Item hoc anno in nocte sancti Clementis per nimiam inundationem maris per totum regnum Angliæ, & maximè in Thamisia fuerunt rupti muri maritimi, & animalia infinita submersa, & terræ fructifera in salsuginem sunt conuersæ, adeò quòd ad fertilitatem solitam per multa tempora non speratur posse redire. Item hoc anno quarto die decembris obiit Iohannes Papa vicesimus secundus in palatio suo Anniouonia, & in ecclesia beatæ Mariæ eidem palatio contigua est sepultus, in qua ipse fuit Episcopus ante Cardinalatus honorem: vacauit sedes Apostolica per quindecim dies. Rex Angliæ tenuit festum natalis Domini apud Rokesburgh. Ex vicesimo die mensis Decembris fuit electus in Papam frater Iacobus T. T. sanctæ Priscæ præbiter Cardinalis, qui fuit Monachus ordinis Cisterciensis &

Expediit regem in Scotiam.

Cociliu apud Nottingham.

Vilhelmus comes.

Subsidium.

Archiepiscopus mare transit. Edward. Boun submersus.

Inundatio maris.

Iohannes Papa obiit.

Natale apud Rokesburgh.

his & magister in Theologia de comitatu Sluxensi, iuxta partes Tholosanas oriundus, & die dominica post Epiphaniā tunc sequente fuit coronatus apud fratres prædicatores. Auinionis Archiepiscopus Cantuariensis redijt circa Epiphaniā, & statim post Purificationem, Ecclesiam, ciuitat. & dioc. suas Cantuariæ visitauit. Et citò post Epiphaniā, rex Franciæ misit nuncios Regi Angliæ, scilicet Episcopum Abricensē, & quendam pro pace Scotorum, qui vsque in diem Lunæ mediæ Quadragesimæ in Angliam expectarunt, & tunc apud Nottingham, concessē fuerunt treugæ vsque ad festum Sancti Iohannis proximè tunc futurū, vt interim fieret parlamentū super illis, & alijs tā gentibus statum regni. Circa finem mensis Maij Rex Angliæ misit Henricū filium comitis Lancastriæ cum exercitu magno ad regem Scotiæ, qui villam Sancti Iohannis ingressi, partes adiacentes vndique destruxerunt. Post modicum verò tempus, rex Angliæ cum paucis admodū ad eos accedens ultra mōtes Scotiæ cum exercitu vndique vastando procedebat. Et vsque Eglin in Morauia, & in Derneffe, & per multa miliaria vltra quā fuit auus suus depulandō. Interim verò apud Aberden interfecit quidā miles strenuus per nauigiū adueniens, Thomas Roscelyn nominatus, vnde offensus rex, per Eberden veniens villam, comburi fecit, & partes adiacentes secundū rebellatū demerita deuastauit. Castra de Striuelyn & Lotheutle reparauit & muniuit. Dimissāq; cum rege Scotiæ militia Angliam redijt. In fine mensis Octobris Iohannes de Eltham germanus regis Angliæ, comes Cornubiæ, obiit in villa sancti Iohannis, & Londini sepultus. Obijt & ibidem Hugo de Frenes comes Lincolnensis mense Decembri, profluvio ventris suæ, vt ferebatur, frigore per posteriora contracto.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo tricesimo quinto, qui est annus regni regis Edvardi a conquestu tertij nonus, mense Martij rex Angliæ tenuit parlamentum apud Londonias, vbi filium suum primogenitum Edvardum quartum, tunc comitem Cestriæ, ducem fecit Cornubiæ, & sic ab omnibus præcepit nominari, fecit & idem rex in eodem parlamento. 6. comites, videlicet Henricum de Lancastria iuniorem, comitem Derby, V Vilhelmū de Monte acuto comitem Sarū, Hugonem de Audley comitem Glouerniæ, V Vilhelmum de Clinton comitem Huntingdon, V Vilhelmū Boun comitem Northampton, Robertum de Rifford comitem Southfolciæ, in quorum solennitatem fecit rex apud V Vestmonasterium solēne conuiuium dominica. iij. Quadragesimæ. Interea dum hæc agerentur, comes Patricius, & Andreas de Morauia, & V Vilhelmus Duglas, plura fortalicia, videlicet Sancti Andreæ & Botheuile inuadentes ceperūt, & castrum de Striuelyn obsederunt. Quo audito, rex Angliæ ad partes Scotiæ iter dirigit, Scoti quoque castrum fortius aggrediuntur, & in conflictu V Vilhelmus Deketh, qui de obsidentibus principalis fuit, interfectus est. Et sic dimissa obsidione ante regis aduentum recesserunt. Rex verò castrum victualibus & nouis stipendiarijs muniens, vulneratos, debiles & infirmos in Angliam secum duxit. In hoc parlamento apud Londoniam statutum fuit, quod nulla lana crescens in Angliā exeat, sed quod ex ea fierent panni in Angliā, & quod omnes operatores pannorum, vndicunque in Angliā venientes reciperētur, & quod loca oportuna assignarentur eisdem cum multis libertatibus & priuilegijs, & quod haberent vadia regis quousque cōmodè de sua arte lucrari possent. Item statutum fuit, quod nullus vteretur panno extra Angliā operato, & impofterum deferendo, rege, regina & eorū liberis duntaxat exceptis. Item quod nullus vteretur pellibus trāsmarinis, nisi haberet in redditibus centū libras, quorum statutum nullus sequebatur effectus,

nec

Visitatio Archiepiscopi Cantuar.

Filius comitis Lancastriæ proficiscitur in Scotiā.

Obijt comes Cornubiæ.

Parlamentum Londini.

Creatio comitum.

Rex proficiscitur in Scotiā.

Statutum in parlamento Londoni.

1335

*Legatio in
Franciam.*

*Legati Galii a
pace auersum
sentientes cum
duce Bavarie
fœdus incunt.*

Scoti capti.

*Commentum de
muliere peni-
tentiæ agente.*

Himula biceps.

1535.

*Mulier ab in-
cubo oppressa.*

1536.
*Angli obside-
rent castrum de
Dunbar.*

nec aliquis ea seruati curauit. Post festum corporis Christi, rex Angliæ apud Stamford magnū consiliū tenuit, nūciōsq; solennes ad regem Franciæ pro pace inter eos reformanda, videlicet episcopum Lincolniensem, comites Sarum & Huntington, & alios plures nobiles transmisit. Qui naues intrantes, apud Bologniam in principio mensis applicuerunt. Intelligentes voluntatem regis mutata, transitūq; suū fore periculosū, versūs comitatū Hanoniæ quā citius poterant properabant, cum Ludouico duce Bavarie, regnū Alemanniæ contra voluntatem Papæ tunc occupante, & cum comite de Selets, ac alijs proceribus multus fœdus in regis Angliæ subsidium inierunt. Redeuntē vērò duas naues de Flandria versūs Scotiam nauigantes, multitudine Scotorū oneratas, scilicet 250. capiunt, reperti enim sunt ibi Episcopus Glasgouensis, Iohannes de Strevard, & alij filij nobilium de Scotia, videlicet Dauid de la Hay, Hugo Giffard, Iohannes de la Mor, V Vilhelmus Baly, Alexander Frisell, cum duobus clericis, magistro Thoma Figas, magistro V Vilhelmo Muffet, & vno Monacho de Dunfermlyn, cum mulieribus quibusdam nobilibus, quibus ferè omnibus interfectis, Episcopus obiit lethali ter in capite vulneratis. Rex Angliæ custodiam Marchiæ Scotiæ comiti V Varvici, & alijs proceribus comisit. Quia diuersis vicibus Scotiam intrantes modicum profecerunt, sed Scoti ter Angliam intrantes, plura loca combusserunt, & castrum de Edinburgh obsederunt. Regē tamē Scotiæ superueniente obsidionem dimittere sunt coacti. Hoc anno in ecclesia de Edeligh V Vinton. diocess. & decanatu de Aulton, in die Palmarum, post prædicationem cuiusdam sacerdotis literati Iohannes de Vecca nomine, mulier quædam Iohāna, coram populo, à iuuentute sua corpus suū libidini & obscenitati fuisse expositum, ac alia facinora lachrymabiliter confessā est inaudita, obnixè flagitans penitentiam à sacerdote prædicto sibi imponi salutarem. Sacerdos quoque de diuina misericordia confidens, post sacræ scripturæ nominatā ne desperaret, sed in domino peccatores ad penitentiā misericorditer expectante spem poneret, sex dierum in pane & aqua in suorum remissionem dixit delictorum, illa quoque penitentia talem suorum respectu facinorum parum fore seu nihil asserente, penitentiam qualemcunque agere posset sibi iungi simpliciter exorauit. Ille vērò diebus postea tribus in petitione mulieris perseuerante, in expiatione omnium peccaminum suorum indixit ieiunium. Prostrata vērò illa coram imaginibus Ecclesiæ, flens & eiulans, ac preces ad deum deuotè fundens, pronāq; in terra se prosteruens, in corporis Christi elevatione exanimis & albisima est reperta. In foresta de V Valmer capta est himula, duo habens capita equalis magnitudinis, cum duobus collis, cætera membra erant simplicia, nutrita autē aliquanto tēpore & custodita in curia Edvvardi de sancto Iohanne militis dictæ forestæ magistri. Hoc anno nocte Pentecostes in parochia de Kingeslay V Vinton. dioc. & decanatu de Aulton, mulier quædam Iohanna nomine, in somnis amasium suū V Vilhelmum, à quodam visitate monita, in crastino, à spiritu incubo dilecti sui spem sibi apparentē in foresta de V Volmer est cognita. Redeunte autem ad domum suam, mulier grauissima infirmitate est detenta. Quod vērò per spiritum malignum fuerat seducta, veritas per dilectum suū propalatur. Muliere autem eiulante & deuotè dilecto confitente, intollerabili quasi fœtore domus repletur, post triduum toto corpore inflato, vnā cum ventre & labijs in nigredine obiit, ab 8. viris ad tumultum est vix delata. Hoc anno comes Sarum & multi nobiles Angliæ 5. calendas Februarij castrū de Dunbar obsident, septimanisquē 19. durauit obsidio, acceptisq; tandem treugis sub certis pactis Angliam redierunt. Quæ quidem obsidionis dimissio & treuga, Maioribus Angliæ & multis ibidem congregatis

gregatis displicuit, fuerat enim (vt ferebatur) ipsa dispendiosa, nec honorifica, nec secura, sed Scotis utilis atque grata: Et sic mediantibus nuncijs Papæ, & regis Franciæ, multi tractatus pacis inutiles habebantur, & multæ treugæ ex parte Scotorum subdole agentium concessæ fuerunt, sed nihil efficaciter expeditum, quia illis pendentibus comitem de Arcell interfecerunt. Rex autem non permisit Iohannem Archiepiscopum Cantuariensem ab ipso longè distari.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo tricesimo sexto, qui est annus regni regis Edvardi à conquestu tertij decimus, habuit rex decimā à burgenfibus, quindecimā ab alijs, decimā à Clero, & circa Pentecosten habuit parliamētum Northamptoniæ, vbi dimisit Prælatos, & alios tractare, & ipse secretè equitavit versus Scotiā cum paucis admodum, vsque Berewike, & inde (assumptis secum paucis armatis) equitavit ad villam Sancti Iohannis, vbi inuenit suos, qui de suo stupebant & mirabantur aduentu, & ibi dictam villam fecit muniri fossatis & muris, & suos comites misit cum rege Scotiæ, per patriam si possent inuenire Scotos resistentes, sed nulli audebant eos expectare, sed per montes, paludes, & nemora latitabant.

Hoc anno dominus rex in singulis Ecclesijs cathedralibus fecit capitoram pecuniam collectam, & repositam in subsidium terræ sanctæ. Item hoc anno Papa reuocauit sexennalem concessam in subsidium terræ sanctæ, pro eo quod rex Franciæ versus terram sanctam minus distulit iter suum, & voluit quod solutum redderetur, sed in Anglia nihil fuit redditum, quia fuit per Clerum regi concessum.

Hoc anno mense Martij in villa de Leighton, iuxta Huntingdon ad sex miliaria, natus est Virulus duo habēs capita, & octo pedes. Quædam naues & galæ (vt ferebatur) Normanniæ in vigilia Anunciationis beatæ Mariæ apud Portesmuthā applicuerunt, villam quasi totaliter præter ecclesiam parochialem & hospitem combusserunt, & illic cum spolijs ad naues regressi sunt.

Hoc anno hyems asperissima extitit in Anglia, & durauit gelu maximum à quinto Calendas Decembris, vsque ad quartum idus Februarij, & niues nullæ, vnde & triticum charum, sed cætera blada abundanter terra produxit. In multis locis Angliæ salices in Ianuario flores protulerunt, ros in quantitate & colore persimiles. Sambuci verò arbores fructus cæcis sine lapidibus tum simillimos produxerunt, interpretetur qui poterit signi prodigiū.

Hoc anno rex Angliæ cum regibus de Derby, & Northampton, ac Sarum, ac militia copiosa, idibus Iulij apud Orevell in mare se posuit contra regem Franciæ. Hic transitu prosperè mari apud Andeverpe motam traxit, habitoque iuxta Coloniam cum Ludouico de Bavaria consilio, de toto imperio citrà Coloniam eius vicarius factus est, & de omnibus imperium tangentibus vicem eius gerens. Misit quoque rex Angliæ summo Pontifici literas ius suum in regno Franciæ declarantes in hunc modum.

Amabiliū deo patrum sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium collegio venerando, Edvardus dei gratia rex Angliæ, dominus Hiberniæ, & dux Aquitaniæ salutē, & sinceræ dilectionis affectū. Sanctissimo patri domino summo Pontifici post debita reuerentiæ munera scripsimus in hæc verba: Ius naturæ præiū pariter animalia cuncta docens contra violentas iniurias licentiam defensionis indulsit, statuens vniuersaliter iure factum, quod quisque (vim iniuriæque propulsans) suam fecerat ad cautelam. Sanè cum dudum animosa guerrarum pericula, iniuriosa damnorum disetina nobis mota fuerunt & illata, quæ toti mundo notoria ex nostra etiam intumatione frequenti Apostolicæ sedi facta, satis pro constanti supponitur beatitudinī vestræ nota.

Amabiliū deo patrum sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium collegio venerando, Edvardus dei gratia rex Angliæ, dominus Hiberniæ, & dux Aquitaniæ salutē, & sinceræ dilectionis affectū. Sanctissimo patri domino summo Pontifici post debita reuerentiæ munera scripsimus in hæc verba: Ius naturæ præiū pariter animalia cuncta docens contra violentas iniurias licentiam defensionis indulsit, statuens vniuersaliter iure factum, quod quisque (vim iniuriæque propulsans) suam fecerat ad cautelam. Sanè cum dudum animosa guerrarum pericula, iniuriosa damnorum disetina nobis mota fuerunt & illata, quæ toti mundo notoria ex nostra etiam intumatione frequenti Apostolicæ sedi facta, satis pro constanti supponitur beatitudinī vestræ nota.

Nos

1336

Parliamētum
Northampton.

Normani Por-
tesmutham
incendunt.

Rex se comit-
tit mari con-
tra Francos.

Rex Angliæ
ad Papā scri-
ptis literis im-
perium regis
Franciæ ven-
dicat.

Nos cor habentes pacificum (nouit deus) pro vitandis illis & pacificis idnu-
 endis, obtulimus nos voluntarie persequenti, reuerenter & humiliter fortè, nimis
 amabiles vias pacis, non siue nostrorū magno iurium interesse, vt neglecta per-
 secutione alia cuiuslibet iuris nostri, tempore illo iusti doloris, quo propter accē-
 sam furoris Soldani Babylonie rabiem, & crucis hostium aliorum ex causa iu-
 rati contra eos passagij, & solenniter publicati in partibus trāsmarinis peribant,
 & pereunt Christiani, & cresunt immaniter iniuriæ crucifixi: possemus sicut
 deberemus & propensius anhelamus intendere causæ crucifixi, quæ negligitur,
 immò verius imponitur in magnam cuiuslibet Christicolæ regis maximè de-
 merentis infamiam & ignominiam magnæ notam. Sed nescimus veniat quo pec- 10
 cato, quoddam de pacificis oblati humiliter (ex quibus surgere debuit pacis amor)
 in eo qui nos sola voluntate prosequitur, maioris iracundiæ, maiorisque duritiæ
 creuit tumor contra nos, tum illum non prouocat (Deo & conscientia nostra
 teste nobis) aliquod factum nostrum, vel attemptatum per nos aliquid cōtra eū,
 imo vident oculi mudi, publici testes nostri, præfatus persecutor noster (Frācie
 regem se nominans) damnosis iniurijs quot & quantis nos & nostra iura vul-
 nerat & defoleat. Ipsius quidem regni Franciæ (quod ad nos omni successorio
 iure legitimo pertinere dinoscitur) est inuasor & illicitus occupator, regnum ip-
 sum (quod debuit nobis vocatis vel defensis legitime debito iuris ordine petere)
 non veritus occupare, cum vir essemus, & quod persona essemus cuius princi- 20
 paliter interesset, notorie certum esset, & in regno ipso ius nostrum foret tam
 notorium quàm communi iure fundatum supposito, sicut euidentiæ facti noto-
 rij præsupponit, quoddam celebris recordationis Philippus olim rex Franciæ, pater
 claræ memoriæ Caroli regis Frācie immediatè defuncti, & serenissimæ domi-
 næ Isabellæ reginæ Angliæ matris nostræ, fuerit auus noster, cum eidē Carolo
 tempore mortis suæ, ex descendentiis secum ab eodem Philippo masculus
 superstes proximior fuerit nullus nobis. Et persona feminea dicti regni per ius
 in eodem regno seruatum antiquitus sit non capax, quoddam regni præfati, fa-
 uorem in viam causæ finalis attendens, ne regnum ipsum sub feminea fragili
 gubernatione labatur, & propter hoc personam mulieris excludens, non exclu- 30
 dit personam masculi, per sic exclusam feminam descendens, ne fiat iuribus
 semper odibilis prorogatio odiorum personæ, videlicet ad personam, sexus ad
 sexum, causæ ad causam, odij ad fauorem, & contra legum traditiones con-
 munes, femineum gentis ubi maximè & magis agitur concipiat masculum: ad
 hoc etiam, per ius memoratum a regno fragilitas muliebris excluditur, vt reg-
 no salubrius consulatur & proximior masculus admittendus. Alias admitta-
 tur potissimè ad ius illud, qui primordialiter a matre sic exclusi non oriuntur,
 sed in nepotem propagatum ab auo originaliter deriuatur, alioquin sequere-
 tur & alia iniquitatis absurditas, per prorogationem odibilem prædictā, quoddam
 excluderetur collaterales coniunctorū, vt remotior vocaretur, cum ipso iure ge- 40
 titium naturali, fratres & sorores eorumque filij in successione mutua, collate-
 ralibus alijs alterius lineæ præferantur, & inde dictum ius pro regum fauore,
 ac odij femineæ inhabilitatis ad regnum, exornatur tam iuris quàm descenden-
 tium ne per femineam masculorum iniuriā occasio nasceretur. Nec est putan-
 da quoddam memorati iuris intentio sit iniqua, vt matrem & filium natione contra-
 ria scilicet damnet. Imo contrariis iuris eiusdem iudicio quo mater a successio-
 ne expellitur, filio gradum matris ingresso successio tōtū differtur, similitudi-
 ne filij, qui gradum parentis deficientis ingreditur, vt ad patris successione
 cū patris etiam admittatur, vt sic merito tristis mater præfato rigore regis ha-
 reditate nudata, substitutione taliter sibi de filio gaudeat consolata, nec afflictio-
 ni

ni afflictionem accumulat, quod sancta consideratio legis horret, sicut videmus etiam ubi onus afflictionis præamabile non intulit lex, sed casus in lege, scilicet quæ consuetudinariam legem damnat, bona concedentem alij naufragorum, qua ratione quod in expresse legali pro vitanda afflictionis adiectione corrigitur, multò fortius in tanto prohibetur, legi igitur regni Franciæ sufficiat, plus quàm plenæ matri, non suo virio, sed naturæ fato, quæ fœminam fecit illam radices regias succidisse, quodquæ mater expresse per legem ipsam exheredationis propriæ, quasi quoddam naufragium patiatur absque eo quod ex legis præfatæ consequenti tacito, omni iure contrario, cum filio exheredato iterum naufragetur, & sine culpa pœna inueniatur augeri, cum ubi etiam culpa est, debeat emolliri, aliter etiam si pro eo quod mater ex iure non admitteretur ad regnum, repellere iure filius intelligeretur à regno. Iudeorum regnum contra fidei fundamentum non peruenisset legitimè ad Iesum, qui tamen natus dei mysterio, non virili cōsortio, ex fœmina regali prole Daudica Maria virgine, ad regnum huius non admissa, nec etiam admittenda, per certam fidei veritatem, rex verus & legitimus extitit Iudeorum. Absit etiam, quod Iesus filius David regalis successio legalis obseruantia, siue nodi fuerit fractura siue solutio, cum legem non venerit soluere, sed implere: hoc autem excellentissimum legitimæ successionis exemplum rationabiliter imponit silentium loquacitati contrarij iuris nostri in regno Franciæ memorato, ne quoad legitimum gradum & ordinem succedendi separemur in constitutione vel interpretatione iuris, quos quoad hoc pacificat idemptitas rationis. Ne dum autem debita nostri vocatio, nostræque defensio (ubi de tanto nostro agebatur præiudicio) est admissa, sed etiã nostri procuratores qui instantiam petierant, ut pro nobis & nostro iure legitimè comparerent, non solum fuerunt in iudicio non admissi, sed mortis horribilis comminatione repulsi. Et sic nostrum titulū memoratum (factum duodecim Patriū Franciæ) non excusat, qui quoad nos (quibus ætate tenellæ minoritas tunc fauebat) relictis partibus iudicium, ex hoc functi partibus sunt prædonum. Quorum processum factum in nostrum præiudicium, ipsa iure nostra minor ætas fecit inualidum. Qui quoad maiorem etiam efficax non fuisset, taliter defensione sublata, quæ competit homini ex iure naturæ, quod tolli nequit à principe, nec à iure. Notum etiam communiter est ubique, qualiter in Aquitaniæ nostro ducatu semper inuaserit & colliserit iura nostra, terras nostras inuadens & dissipans, quas capere potuit, alijs nostris terris quas occupauit adiungens, & (ius sibi dicens ad libitum, Dei timore postposito) sibi tenens. Scoti enim, quos nostræ coronæ subiecerant iura temporum antiquorum, iniqua rebellionis dementia, contra naturalem Dominum calcitrantes, continuati in nostros prædecessores, & nos, læsæ maiestatis criminis rei erant, ut contra nos nihil iniuriæ committerent ad nostras iniurias fœdere adiunxit, in tanto crimine nostræ iniuriæ fouens eos qui iure sanguinis, & natura debuit potius nos iuuare. Cumque præmissa omnia non impleant de nostris iniurijs votum suum, collectis vndique viribus quicquid potuit, ut nos iræ suæ torrens absorbeat aggregauit, tollere nos de mundo sollicitus, ad illud non intentos, forsitan ex intento facto suo contra nos, nostrum contra se metitus intentum, quod colligere vel metiri nequeunt per alicuius actus nostri iudicium nondum actum. Donum insuper nobis impensum diuini agrè muneris ferens æstimare visus est super iniuriam in Angliæ regno nostro nos vivere super terram, & quantum dabat dominus prosperè, saltem per omnia pacificè quoad cum, quodquæ seruiens nobis populus, vel veriùs cui seruimus,

nostris temporibus Dei dono fuerit gloriosus. Hæc autem non statim audita
 vel cognita nos mouerunt, sed illa sub dissimulatione transiimus, nulli par-
 centes oneri vel honori, vt contra nos persecutio sua iniuriaquæ quiesceret, no-
 strumquæ cum eo pacificum tempus esset, donec propinquum nobis vidimus
 gladium nostræ ac nostrorum neci & exterminio præparatum: sed nunquid
 aliquis est qui credat quod auunculus nobis cognitus, princeps tantæ potentie
 etli (vt præmittitur) occupatis nobis, fuerit negligendus, qui suæ iuribus volū-
 tatis armatus, potentia vndiq; vocata vallatus vt possit liberius pro sua volun-
 tate nos persequi iuratā deserit causam Christi. Quid igitur pro suo iure sua-
 quæ securitate non licuit regi sui status sui; periculum iam videnti, dicat qui 10
 nouerit, quid non liceat homini de vitandis iniurijs damnisquæ certanti, in illis
 præferri quæ ad vitæ statumquæ radices securim ponere probant, lenis ne ti-
 mor dici poterit aut vanus, qui pro nobis se potuit coniunctorum nobis illu-
 strium fortiumquæ constantia corda concutere, multò fortius etiam debet nos
 terrere, quos solos periculorum concepta molimina cōcernebant. Propter hoc
 igitur iure naturæ dictante, factitam nostri quàm nostrorum iurium, non vo-
 luntarij sed necessarij defensores, ac opportunitis cautionibus attendentes iuxta
 rei militaris documenta probata illustrium antiquorum, quod potentie magnæ
 pericula conspirata periculosius expectantur, in laribus illis nuper currēbus
 ad nostræ lucis & salutis occasum consultius venimus in occursum, ne contra 20
 nos fortè discriminose procederent, sed sui ortus præfocarentur loco eorum,
 freti consilio & auxilio nobis oblato, quos nobis cōsanguinitas & affinitas cō-
 iungebat, & ad quos similiter spectabat nobiscū periculis nostræ destructionis
 occurrere, illaque consilij & auxilijs præcauere, ponentes in manu Dei quam
 in manibus Apostolicæ sedis vestræ vel aliorum bonorum virorum cōmuni-
 um, ponere quondam voluimus, iustificatam quantum potuimus causam no-
 stram, vt ipse rectum ex alto prospiciens, sententiā iustam ferat, & in sui gla-
 dij viribus exequatur. Nec credimus alme pater, quod arbiter cuius rectus,
 vel etiam iudex iustus, sic interpretetur aut torqueat nostrum factum, vt quod
 pro nostrorum tuitione & assecutione iurium in tanto discrimine nostrarum 30
 fecimus (fieri ad alterius, quam non intendimus, non agimus nec agemus) pu-
 tet iniuriā vel offensam, immò credimus & certi sumus quod facti nostri
 intentio attendetur. Et quid, vbi, aut propter quid fiat, debita consideratione
 librabitur, & iusti statera iudicis appendetur. Et sicut sanctio legis docet, non
 factum ex dicto, sed dictum pensetur ex facto. Non esset equidem iuris præ-
 sumptio, nobilis quod supponit factum ab homine fieri suo iure, non benigna
 interpretatio vel civilis, qualem semper fieri dicitur censura legalis, si nostri
 iuris vsum notorium, nostræquæ defensionis compendium, dispendium of-
 fensionis illicitè quis diceret alienæ esse. Cesset igitur quæsumus omnis conie-
 ctura in actibus nostris, certisquæ locū duntaxat sibi vēdicet, nō autē in incertis. 40
 Deniq; fortis accusator calūniosus nostræ actionis interpret, quis suscepimus
 hominē contra quē processisse fertur vel ecclesia vel parentis ecclesie vicarius,
 non dicet quod fratris vel affinis vicibus fungimur, non quod ad iuris habē-
 dum titulum necessarium nobis potentie solum vsum asciscimus, vt neces-
 sario fulti præsidio vbi nunc sumus, nos à congestis in nostri ruinam peri-
 culis defendamus; & pro nostrorum iusta iurium assecutione certemus.
 Non dicet quod intendimus nos defendere, pro nostro iure certare, non e-
 tiā impugnare vel eius impugnationi fauere, pro cuius utiquæ certate-
 mus honore, nullius habita respectione periculi, sicut catholicam excel-
 lentiam regum decet, cum tamen vt omnis iuris censet intentio, ac cu-
 iuslibet

ullibet actionis finalis causa, vel ratio principaliter attendenda, & ex no-
 titia voluntatis atque propositi, surgat distincta certaquē cognitio operis ac-
 cufati, solumquē gestis hominum realis actio non verbalis conceptio pon-
 deretur. Non dicet quodd faciunt de materia ista scutum contra eum qui no-
 stro minabatur capiti mortis ictum. Quodquē fecerimus medici sapientis
 exemplo, qui materiam morte plenam, currentem ad partes corporis ubi vi-
 ta te recipit, diuertere facit ad membra in quibus materia nequit fore suspe-
 cta, quæ ad proximum fuerat interitum præparata. Sic loquitur sancte pater,
 sic loquitur propter vehementiā, qui in suis insidijs nos inuenire quærebat in-
 10 cautos & penitus imparatos: sed proculdubio cautius fuit nobis iuxta militarē
 theoricam edocentem, quod mortalitatis guerræ periculū plus euitat, qui eam à
 terræ suæ limite prosequestrat, cōtra notorium hostem nostrum pro iure no-
 stro nos cōgredi, & terris potentum potentibus sociatos, quā in propria per-
 sona nostra solos. Non igitur apud vestræ viscera misericordiæ & sanctitatis
 locum inueniat detrahentium informatio æmula, vel sinistra facta de filio, qui
 suorum hæreditatio iure maiorum, in vestra, & apostolicæ sedis gratia & o-
 bedientia semper inconcussè persistet. Immò si quæuis de filio taliter facta
 suggestio pulsauerit beatitudinis forsitan aures, non prius à vestra digna-
 tione sancta credulitas illi detur, quā auditus sit filius qui tangitur, qui
 20 confidit, & indefinenter intendit, ante sanctitatis vestræ iudicium omni præ-
 fidens creaturæ (quod negare hæresim est probare) iustam dicere, vel iustam
 facere quamlibet causam suam. Illud demum dicimus ad vestræ intentionis
 maiorisquē deuotionis euidentiam subiungentes, quodd si sit aliquis de nobis
 fœdere naturæ cōiunctus, nobisquē ad nostram defensionem adiunctus, qui
 per viam obedientiæ apostolicæ sedis vestræ non ambulet sicut debet, dare in-
 tendimus, quam non parum vtiliter dare posse fidimus operā indefessam, vt
 omnium dimisso deuio ad viam obedientiæ redeat, omnemq; faciat semitam
 suam rectam. Vnum rursus quodd à multis audiuius, petita venia cum reue-
 rentia, non tacemus, quodd aliàs inauditum fuit. Quantò consideretur atten-
 30 tius pungit atrocius mentem nostram, videlicet quodd aduersarij nostri manus
 notoriè nunc (vt prius) ad nostri tantum laborantis exitium cum guerram
 faceret, nemo sibi nec ipse alij nisi nobis de Christi patrimonio sit armatus,
 quodd certè reges Angliæ nostras prædecessores illustres Christi pugiles, fidei
 athletas, sanctæ Romanæ iuris Ecclesiæ amantissimos zelatores, eiusquē man-
 datorum deuotissimos seruatores, vt nos etiam nec scimus nec credimus me-
 ruisse. Et licet propter hoc dicatur à pluribus, non à nobis quodd contra
 nos facta subuentio, quodd ad nos actus patris vel matris non extiterit, sed
 noueræ: nihilominus tamen constanter asserimus quodd sumus, & per-
 seueranter erimus vestræ sanctitatis vestreque sedis deuotus & humilis filius
 40 non priuignus. Ex quo non sine ratione speramus, quodd nostra humili-
 tas facta maior & firmiter per illud quodd non meruit nocumentum vestræ
 paternæ charitatis, & gratiæ inuenire debeat exuberantius incrementum, vt
 quodd nobis insontibus intulit, quæ non præcessit asperitas punitionis se-
 quens debeat, & compenset vestræ bonitas vnctionis. Hunc autem nostræ
 iustitiæ, & contra nos iniuriæ sic multiplicatæ processum præminentiam
 vestri sancti culminis intimamus, vt vestra summa sanctaque mensura bo-
 ni & æqui cuius adeo sibi competit, dare clauēs, aperire & claudere in terra
 positas portas cœli, prout exigit plenitudo suæ potestatis, & præcellentia sui
 fori, quantū fuerit rationis fauere debeat nostro iuri, parati semper ne dum à
 vestro sancto cūctis præsidere iudicio, immò & à quolibet alio de veritate cō-
 trarij,

trarij, si quis eā nouerit humiliter informari. Et qui sponte rationi subijcitur, aliā datam nobis intelligi veritatē cū plena & humili gratitudine cōplectemur. Quia verò nobis patres circumscripti estis in partem sollicitudinis & consilij dicti domini summi Pontificis condignis meritis euocati, libiquē lateraliter ad dandam plebi Christi salutis scientiam assideris, ista vestre patere cupimus noticiæ, vt cognita causæ nostræ iustitia, veritati possitis impendere quod debetis, ad quod circumsp̄ctionem vestram prouidam, quæ solet sine personarum acceptione iura singulorum æquo libramine ponderare, votius precibus excitamus. Et si forsan in facto nostro quicquam apareat cautelæ, exposcentes cōsiliij sanioris à vobis, super hoc cupim⁹ salubriter informari, parati in agēdis nostris singulis cedere rationi. Datæ apud Andwerp. 16. die Iulij, anno domini. 1339.

Rescripsit ei summus Pontifex in hunc modum.

Benedictus Episcopus seruus seruorum dei, charissimo in Christo filio Edwardo regi Angliæ salutem & apostolicam benedictionem. Dudum te fili charissime clara imitari vestigia progenitorum tuorū regum Angliæ, qui erga deum & sacrosanctā Romanam ecclesiam, velut peculiare eius alumni & deuoti filij plenitudine deuotionis & fidei claruerunt, suæquē splendorem profapia à quauis obfuscatione nubili contagij præsentarūt, eaque in te præluere clari⁹ cupientes, ob paternæ charitatis & dilectionis affectum quo te statūquē tutum prosequimur, nostras tuæ celsitudini literas direxisse meminimus, inter cætera recensentes qualiter excessus per nobilem virum Ludouicum de Bauaria olim vt asserebatur, discorditer in regem Romanorum electū aduersus deum, & eandem Romanam ecclesiam ac felicitis recordationis Iohānem Papam 22. prædecessorem nostrum per coaceruationem multiplicium & atrocium offensarum nequiter perpetrati tuum præterire nequibant auditum, quos velut toti mundo notorios, non omnes, (cum longa & proluxa nimis eorū narratio extitisset.) Sed ex eis aliquos in eisdē literis prouidimus vt sequitur recitandos. Idem namq; Ludouicus contra processum prædecessoris eiusdem & inhibitiones ipsius de consilio fratrum suorū eiusdem Romanæ ecclesiæ Cardinalium factos & habitos, diuersas spirituales & tēporales pœnas & sententias continētes: intrauit Italiam, & nonnullos hæreticos de hæresi publicè & notoriè condemnatos in consortium publicæ participationis admisit, & asserens hæreses manifestas ac fouendo secumq; tenendo hæreticos publicè dogmatizantes prædictarum hæresium detestabiles & horrendos horrores, hæretica quoque dogmata scienter, immò potius dementer approbans, & euidētiā approbationis huius, per diuersas literas sigillo suo noto munitas, deduxit, in aliarum discrimen nacionum, sibi etiam nomen imperiale postmodum vsurpare, & administrare iura imperij in eadem Italia & Alemannia, contra processum & prohibitiones prædictas detestabili temeritate præsumpsit. Ex hijs præter pœnas alias, excommunicationis & anathematis sententias incurrendo, & tandem ausus ausibus, & excessus accumulādo excessibus se conferre non expauit ad urbem, vbi in illam nequitia prorupit insaniam, vt meditatus vrbi & orbi vniuersalis schismatis suscitare dispendium, quendam hypocritam diabolicæ præsumptionis virum, nomine Petrum de Corbaria velut abhominacionis horrendæ simulacrum in apostolica sede pro Romano pontifice statuere moliretur. Idquē quantum in eo fuit pro vi actum, fuit veneratus vt Papa, cōsecrationūquē immò poti⁹ execrationum diademā imperiale defacto recepit ibidē, vt de multis insanis & alijs processibus quin immò detestandis excessibus per eodē Ludouicum & Petrum præsumptionē perpetratis hæretica taceretur. Propter quæ

quæ dictus prædecessor præfatum Ludouicum fore à domino denunciavit omni honore & dignitate priuatum, & in eum tantum hæresum & schismaticum maculis irretitum, exercens gladium apostolicæ potestatis cum omnibus qui adhærent eidem vel præstarent auxilium, consilium, vel fauorem, seu pro Romano rege aut imperatore scienter haberent, tenerent, vel nominarent quodẽ, non solum excommunicationis & anathematis, sed etiam alias pœnas & sententias tanquã in fautores hæreticorũ & schismatis promulgauit, & à iure declarauit prolatas sicut in diuersis processibus per præfatum prædecessorem habitis seriosius continetur, super quibus quidem pœnis quantumcũq; per ipsum Ludouicum promeritis, & in eum iusto Ecclesiæ iudicio promulgatis, si verè pœnitens se humiliasset ad gratiam, benignam reperisset eandem ecclesiam, quæ ipsum tanquam filium prodigum de longinquo redeuntem, ad suum gremium appetitis brachijs recepiſſet, immolata pro eo (in vbertate diuinæ laudis) vitulifaginatum. Rursus adieci mus in literis suprãdictis, quod quanquã tam prædictorum excessuum contra eundem processuum (per dictum prædecessorem contra dictum Ludouicum exigẽte iusticia) postmodum habitorum noticiam habuissimus & etiam habemus, vt tamen ipsum à peccatorũ nexibus liberatum de faucibus sempiternæ mortis possemus eripere, postquam fuimus ad apostolatus summi apicem assumpti, diuersos nuncios eius (diuersis vicibus & temporibus ad nos missos) receperamus benignè, ac pro reconciliatione ipsius p̄stutũ veræ pœnitentiæ promerendã, pro locutiones varias habueramus cũ eis, & tunc pendebat etiam ad proloquendum vltetius, terminis assignatis in quo proculdubio per nos non stetit, quo minus vltetius fuerit (super negotio reconciliationis eiusdem) processum. Quare (filidilectissime) serenitatem tuam requitendam tunc duximus per easdem literas, & rogandam, vt (prudẽter aduertens & in scrinium internæ considerationis adducens, grauitatem pœnarum in quas inciderent, & sententiarum quas incurrerent, quantisq; periculis & discriminibus implicarent, qui præfato Ludouico sic notoriè & publicè, ab omnibus hæresis, & sic odiosi toti Christianitati schismatis. condemnato, antequam reconciliationis gratiam eiusdem ecclesiæ meruisset præcipitare præsumerent, sibi quẽ impenderent auxilium, consilium & fauorem, vel sibi tanquam imperatori vel regi Romanorum reuerentiæ cultum seu titulum regalis vel imperialis nominis assignarent scienter, ac cuiuslibet participationis fœdera contrahendo cum ipso, & exhibitione reuerentiæ & honoris sibi tanquam regi vel imperatori, quousque dictus Ludouicus reconciliationis eiusdem ecclesiæ meruisset gratiam obtinere, penitus te retrahere, & totaliter abstinere cures, vt tibi famæ integritas & illibata tui generis claritas seruetur, cum autem rumor implacidus & admodum infestus ad nos pduxit hijs diebus, quod tu fili requisitionibus & rogationibus nostris vtique salutatibus & de fonte prodeuntibus charitatis, non sine detrimento tuæ salutis & famæ, quod dolentes referimus obauditis, non solum cum prædicto Ludouico, non dum eidem reconciliato ecclesiæ, nec à pœnis & sententijs, quibus (propter præmissa & alia multa graua commissa) per ipsum prædecessorem nostrum implicatus esse noscitur liberato, nec etiam processus sep̄ati prædecessoris, per quos (vt præmittitur) aduersus omnes & singulos cuiuscunq; præeminentiæ, dignitatis, conditionis, vel status, etiam si pontificali, regali quacunque, vel alia ecclesiastica seu mundana dignitate fulgerent, præfato Ludouico adherentes seu præstantes, directè vel indirectè, publicè vel occultè, consilium, auxilium, vel fauorem, vel sibi tanquam imperatori aut regi Romanorum reuerentiam exhibentes, seu titulum regalis vel imperialis nominis assignantes seu ascriben-

res graues, spirituales ac temporales poena & sententia infliguntur (nequaquam relaxatis, imò in sui roboris efficacia perdurantibus) participationes, confederationes, sibi què adhaerere, ac praeferre fauorem, auxilium & consilium praesumpserunt: imò quod perniciosius (proh dolor) & damnabilius noscitur existere (si veritas relationibus suffragetur) vicariatus officium per totam Alemanniam, & Germaniam, ac vniuersas & singulas earum prouincias, siue partes, ab eodem Ludouico (sub imperialis nominis titulo, ut asseritur) suscepit de facto: cum ipse Ludouicus, nec rex nec imperator (ut praefertur) sit, cuius praetextu nonnullis praelatis ecclesiarum, & personis ecclesiasticis in terris imperij destitutis, ac in nostra & Ecclesiae memoratae deuotione ac fidelitate debitis persisten- 10
tibus, sub poenis grauib; per tuas ei literas comminatas mandasse diceris, & districtius iniunxisse, ut ad te tanquam eiusdem Ludouici in Alemannia & Germania, & partibus supradictis vicarium, & audituri sententiarum & iudiciorum ipsius Ludouici, tuorumq; mandatorum rectitudinè, ac praestituri eidem Ludouico, vel tibi eius nomine, recognitiones, homagia de terris, bonis & iuribus quae tenent ab imperio, conuenirent. De te igitur (fili) ut sit tua tuorumq; consiliatorum prudentia, ex ea praesertim non sufficimus admirari. Quod cum tu (sicut audiui-
mus) pro illorum repetitione iurium (quae ad te asseris pertinere) non sine gradium personarum periculis, ac expensarum & sumptuum profluuijs peregrinatus sis ad partes Alemanniae, & multos super hoc feceris apparatus, nunc spre- 20
tis eiusdem praedecessoris processibus, & deductis damnabiliter in contemptum poenis & sententijs supradictis, quibus te manifestè (si quae nobis referuntur, vera sint) non absque horrenda nota, quae non parum obfuscat tui claritatem generis, quam proculdubio multiplicasti. Et nihilominus quauis nos te nunquam offenderimus, nec contra te aliquid fecerimus, quanquam & intelleximus falsò & fallaciter suggestum tibi per eos, qui te, salutem, & honorem tuum minimè diligunt, fuerit: quod nos charissimo in Christo filio nostro Philippo regi Francie illustri, (in auxilium guerrae suae) ingentem pecuniae quantitatem, de nostra camera dederamus, quodque institutione personarum ecclesiasticarum eidem concesseramus in omnibus Ecclesijs regni sui, quae omnimoda carere veritate no- 30
scuntur, talia namque nunquam fuerunt postulata à nobis, nec ea concessissemus quomodolibet, cum quantacunque instantia petita fuissent, nec decimas contra te regi Francorum concessimus: sed aduersus Teutonicos Ludouico adhaerentes, praedictaq; ipsius Ecclesiae Romanae inimicos, qui ad inuasionem regni Franciae, se (ut habebat rumor publicus & notorius) disponebant, sicut in concessione decimarum ipsarum continetur expresse. Non fuit nempe nostrae intentionis aduersus te fomentum ministrare discordiae, vel eos alicuius subsidij administratione fulcire. Quinimò statum regni tui & etiam regni Franciae, pacis & concordiae prosperitate & vnanimitate potiri, summis desiderijs affectantes, ad hoc, serenitati tuae, & dicto regi Franciae per nos saepe directis literis, & etiam nuncijs (videlicet sanctae Romanae ecclesiae Cardinalibus, ad partes 40
illas de latere nostro missis) votis ardentibus laborauimus, & laborare non cessamus, nec cessabimus, ut inter te & regem eundem, & vtriusque regna, pacis & vnitatis serenitas illucescat. Tu tamen fili charissime, fide (ut videtur) adhibita praedictis falsis suggestionibus & mendosis, te nostrum & eiusdem Romanae ecclesiae persecutorem & hostem, inuadere ac occupare honores & iura nostra, ac eiusdem Ecclesiae (ad quos regimen & administratio imperij Romanorum eo vacante, (sicut nunc vacare noscitur) pertinent pleno iure) moliri, molestando praelatos & personas ecclesiasticas in nostra & ipsius Ecclesiae deuotione ac fidelitate debitis, ut praemittitur persistentes, ipsosque ad obedientiam dicti

dicti Ludouici de diuersis (vt premititur) haresibus & schismatibus, huiusque
 criminibus sententialiter condemnati, ac iure regio & imperij (si quod ab eis
 forsan competierat vel competeat) iusto Dei & ecclesie iudicio priuati, ad
 praestacionem huius recognitionis & homagij sibi vel tibi eius nomine facien-
 dam attrahere, & inducere coactis impulsionebus & commotionibus sa-
 tagendo, utinam fili (antequam de his tam periculosis & detestandis inuoluas
 amplius) attentè consideres, & matura deliberatione prauia constituas ante o-
 culos mentis tuae, circuitus periculosos & nodosos laqueos, quibus te (subtilibus
 ingenijs & fraudibus exquisitis) aliqui de suis potius quam de tuis solliciti no-
 10 gotijs & commodis praemissis inuoluere, tibiq; onus (quod à se quodammodo
 rejicere cupiunt) nō minus leue, si diligenter circumstantias attēderis, imponere
 moliti sunt, & nō sine periculo tui praecipitij moliantur. Nec te latere volumus,
 quod praefatus praedecessor, olim per quādam constitutionem ab ipso dedito-
 rum fratrum suorum edita cōsilio, in omnes & singulos (cuiuscunq; status, di-
 20 gnitatis, vel conditionis existerent, etiam si patriarchali vel quauis alia superio-
 ri, aut Pontificali, vel regali dignitate fulgerent) qui absque sedis Apostolicae
 licentia speciali, vicarij seu cuiuscunq; alterius officij nomen in praedicti ter-
 ris imperij (eo vacante, sicut tunc vacabat & nunc etiam vacat, vt praemissum
 est) assumere vel assumptum ultra terminū duorū mensū praesumeret retine-
 30 re, seu dimissum reassumere quoquomodo, inobediētes ac non parētes & inten-
 dētes eisdē, excommunicationes & alias graues sententias promulgauit. Nos itaq;
 (qui erga te fili claudere viscera paternae dilectionis nequiuimus, & cordis do-
 lore tangimur intrinsecus) cum talia percipimus ad te, tuumque honoris sta-
 tum salutis & famae dispēdium machinari, tuam rogamus magnificentiā, te-
 quirimus, & in domino attentius exhortamur, sano paternōq; tibi nihilomi-
 nus consilio suadentes, quatenus ea quae praemissimus & alia quae circa illa tibi
 possunt occurrere, deducens in rectae deliberationis & discussionis examen, ac
 insuper tenens certius & attendens, quod dictus Ludouicus (vt praemissimus)
 nec rex, nec imperator est, nec aliqua quae ipse fecerit, vel faciet, quādiu fuit
 40 & erit, dictis processibus ac poenis & sentētijs irritatus quicquā valuerunt, vel
 valent, nec sunt aut fuerunt alicuius authoritatis, roboris, vel mōmēti: quod-
 quē tibi periculosum est, aut multipliciter formidādum, te bellorum subijcere
 discriminibus, maximē si omnibus supradictis processibus, poenis, & sentētijs
 (à quibus liberari non posses, nisi duntaxat per sedem apostolicam, quae absolu-
 tionem eorum tibi expressē retinuit) inuolutus, ac dei & eiusdem Romanae ec-
 clesiae persecutor & hostis effectus, à quibus te in misericordiarū dominus pro-
 tegat & defendat. Consideransq; praeterea diligenter, quod licet humanum sit
 peccare, in peccatis tamen perseuerantia diabolica est censenda, quodq; à praemi-
 50 ssis singulis sic horrendis deujs ad illa forsan declinaueris serpentina deceptione
 seductus, antequam inualescant perniciosius, seti in conspectu dei & hominū
 fateant deterius & putrescant, cupimus te resilire penitus pedēsq; tuos ad viā re-
 ctā, Deo placitā, actus statui, salutis, honori congruā dirigere, quā vt decreta
 postponas eorundem Cardinalium qui te statimq; tuum sincerē diligunt: su-
 per reformatione pacis inter te dictūq; regem mutua, placabili Deo & homi-
 nibus amabili acquiescens. Videtur equidem, quod etiam si praedicti vicariatus
 valeret officium assignari, tamen tuum (qui tam magnus tantusque Rex &
 Princeps existis, tantoque nomine ac titulo regio existere nosceris insigni-
 tus in orbe) non deceret honorem, quod nominareris vicarius alicuius domini
 temporalis, quantō minus igitur tuam decuit vel decet excellentiam illius Vi-
 carium appellari, qui authoritate nulla (vt saepe dictum est superius) praemi-

net. Sed (proh dolor) tantorum existit respersus labe criminum, tantisque gra-
uibus poenis & sententijs, cum omnibus sibi adherentibus implicatus, sciturus
(fili amantissime) quod si his monitis nostris salutaribus acquieveris, cum ef-
fectu (tibi sic impulsio, ut caderes) manum benignam porrigemus (quantum cum
Deo poterimus) subleuare malias autem non poterimus desistere, cum id a no-
bis exigat officium Apostolicae seruitutis (quo minus super praedictis providere
de optimis remedijs) procedendo contra te, (quod molestum & graue nobis erit
admodum) si necesse (quod absit) fuerit, prout exigente iustitia debebit & po-
terit fieri, procuremus. Dat. apud Avinionem. &c.

Rex Angliæ Brabantiam (ut praemittitur) intrans, fidelitate sibi iurata, reli-
cto domino naturali, in amicitiam suam Flandrensibus attraxit, mutatoque

*Rex Angliæ in-
signia mutat.*

sigillo & armis proprijs utriusque regni, Francorum scilicet & Anglorum, ar-
ma integra more tum quadripartito sibi appropriauit, regem Angliæ &
Franciæ cum literis se vocauit: misit quoque literas suas patentes sigillo suo sig-
natas locis Flandriæ conterminis, inter cetera continentes, quod rege Franco-

*Rex missis li-
teris per Flan-
driam ius suum
in Francia de-
nuntiat.*

rum domino Carolo viam vniuersæ carnis ingresso, ipsi tanquam vero ac pro-
pinquiori hæredi, germanæ sororis dicti Caroli sine liberis decedentis filio,
regnum Franciæ hæreditariè fuerat deuolutum. Insuper quod dominus Philippus
de Malelio filius auiculi dicti regis Caroli, in longinquiori gradu persistens, 20
dummodo minor ætas ipsum Edvardum fouebat, contra dominum & iustitiam
regnum Franciæ memoratum, per potentiam occupauit, & iniuste detinere
non desistit. Ipse quoque Edvardus (grandi mediante deliberatione) regni sæ-
pedicti regimen assumpserat & nomen. Sed quia rex Francorum superio-
rem in temporibus non recognoscit, nec etiam processus, neque iudicium in-
praesentiarum iniuste regnum occupantem amouere valeret: idcirco nulli
mirandum foret, si in manu armatorum valida regnum intraret: sed veraci-
ter gentium mortalitatem neque depopulationem se querere asserbat. Ve-
rùmetiam de sua speciali concessit, quod omnes de dicto Francorum regno
cuiuscunque forent status aut conditionis, qui ipsum verum dominum reco- 30

*Rex Angliæ
Franciam po-
pulat.*

gnoscerent, bona sua omnia in pace possiderent. Literas quoque et alia conti-
nentes, in portis Ecclesiarum rex affigi fecit. Rex Angliæ cum militia sua
una cum duce Brabantiæ, comite Gerlensi, Gillers, ac multis nobilibus, in men-
se Octobris cum exercitu maximo Franciam intrauit, & ferme (ut diceba-
tur) mille villas combussit igni, & damna non modica in bladijs, bestijs, &
alijs, in pagis Cameracensi & Vermudinensi intulit. Quibus auditis, rex Fran-
ciæ innumerabili quasi exercitu congregato, usque Sanctum Quintinum per-
uenit. Misit quoque Constabularius exercitus Francorum (iussu regis) lit-
teras Anglorum regi, inter cetera continentes, quod si rex Angliæ locum ar-
boribus, fossatis, & aquis, nequaquam munitum praeligeret certo die, rex 40

*Francus terri-
tus recedit.*

Franciæ cum illo bellum committeret. Illud idem rex Bohemiæ, & dux Lo-
tharingiæ literis sigillis suis roboratis affirmarunt. Adueniente autem certa-
minis die, regeque Angliæ ad bellum in campo cum suis parato, rex Fran-
ciæ ad unum miliare & amplius (ut dicebatur) cum exercitu persistens, ne-
scio quo infortunio, metu, siue terrore ductus (mille equis subito & repenti-
no regressu in palude quadam, & eò amplius collapsis) in Franciam remea-
uit, quo comperto, rex Angliæ in Brabantiam regressus est. Citò post hæc
Papa regi Angliæ scripsit in hunc modum:

Bene-

Benedictus Episcopus seruus seruorum dei, charissimo in Christo filio, Ed-
 vardo regi Angliæ illustri salutem & apostolicam benedictionem. Dum
 diligenter attendimus, & profundis cogitationibus meditamur, quanta summi
 & æterni regis fuerit benignitas, & misericordissimæ affluentia pietatis, quod
 pridem tuis (charissimè fili) & charissimi in Christo filij nostri illustris Fræciæ
 regis, eiusq; collegiatorum ordinatis aciebus, & multum ex propinquo ad con-
 fligendum terribiliter, & animosè dispositis hinc & inde secuta nō extiterunt pe-
 ricula, quæ tantus fragor armorum & armatorum impetus minabatur, eidē
 laudem exoluimus præconia, cum & hoc ad donum dei maximum & gran-
 10 de operatum misericorditer à clementia diuinæ prudentiæ, qui in sui dispo-
 sitione non fallitur miraculum reputetur. Et quidem colligi potest etiam aper-
 tius, quod, altissimo qui bella conterit, & gentibus ea volentibus per prophetā,
 dissipationis exterminium comminatur, tantum sanguinis redemptorum præ-
 cioso cruore dominico fufum, quantum si conflictum sibi dedissent acies præ-
 dictæ tunc temporis in totius Christianitatis damnum & opprobrium, ac a-
 nimarum multatum periculum, non placebat. Regalis quoque circumspे-
 ctio potest etiam aduertere quantum & cum rex prædictus indignationum
 haberetis formam diuinam, si plures de eis quos ipse à periculis animarum &
 corporum eripuit, sic benignè iterum simili subijcere discrimini curaretis, ti-
 20 mendum esset, proculdubio ut à deo attenderetur, & præsertim vehementius
 contra illum, qui huius discrimini daret ampliorem operam, & ira dei, ut tanta
 strages tantq; confusio sequeretur, quod tota concuteretur christianitas & re-
 formatio pacis & concordie, non solum difficile, sed impossibile, quod non si-
 nat miserator & misericors dominus contingere, redderetur. Et insuper nec mi-
 nus considerandum videtur quantum occasione guerrarum præsentium, mul-
 tis & varijs modis, ut fertur, regij subditi non modicum sunt exhausti pecunijs
 & alijs bonis suis, & etiam si continuatione talium onerum, quod absit ampli-
 us grauarentur. Quodq; bellorum cūctus est dubius, & multum, ubi dei time-
 tur indignatio, formidandus. Ideoque regiam magnificenciam rogamus in
 30 domino attentius, & hortamur, nihilominus per dei misericordiam obsecran-
 tes, quatenus præmissa & alia quæ possunt occurrere circumspेctioni regis in
 hac parte reuoluens infra claustrum regij pectoris & deducens in exacte delibe-
 rationis examen, ad reformandam pacem cum rege præfato, & treugas incun-
 das, ut tuis dilectissime fili, tuorumq; obuiaretur periculis: & deo, qui pacem
 dirigit, & in viris pacificis delectatur, magis placeas, reque acceptiorem eidem
 efficias totum corrobore regnum, & inclines dilectorum filiorum nostrorum
 Petri tituli, Sanctæ Præxedis presbyteri, & Bertrandi, Sanctæ Mariæ in Aqui-
 ro diaconi Cardinalium apostolicæ sedis, nunciorum zelatorum utique regij
 honoris & commodi, quos dudum ad partes illas propterea de consilio fratrum
 40 nostrorum destinauimus, monitis & salutaribus circa hoc persuationibus effe-
 ctualiter nihilominus acquiescens. Sanè cū præterea quæ præmissa sunt, &
 quia huiusmodi & alijs innumeris periculis ex guerris prædictis imminētibus
 obuiari salubriter possimus, & ut inter te fili amantissimè, dictūq; regē, nexu
 propinquo sanguinis & affinitatis cōiūctū pacis plenitudo & mutue charitatis
 dilectio vigeant, pacis reformationē huius feruentibus desiderijs peroptamus, si
 forsan per eosdem Cardinales ad pacem illam attingi non possit in illis parti-
 bus, utque percharissime fili, rex prædictus vos ad mutuam habilitates concor-
 diam, Deo placabilem, hominibus amabilem, Christianitati utilem, ac utrique
 vestrum multipliciter optimam, consentire volueratis, ut & nos ad pacem ip-
 sam reformandam, tanquam tractatores amicales propria persona intenda-
 mus,

mus, & initis aliquibus inuicem treugis vel concessis sufferentijs ab inuasio-
nibus & commotionibus bellicis vsque ad tempus optimum, infra quod tra-
ctatus pacis inchoari, continuari, & si misericordiarum dominus dederit, ad
finem possit deduci foelicem, & votiuos nuncios mandatis suffultos idoneis
ad vos propterea destinando. Nos licet arduis & importabilibus agitemur con-
tinuè supra vires, paratos ob desiderium pacis prædictæ, nos offerimus
quantum cōmodè cum honestate fieri poterit, prætermisissis efficaciter super re-
formatione huius pro quiete, vtilitate, ac honore vtriusq; partis interponere, si-
cut præmisimus, prout ex alto nobis ministrabitur sollicitudinis nostræ partes,
super quibus matura deliberatione præiia rescribat nobis, quæsumus regalis ma-
gnificentie suæ beneplacitum voluntatis. Rescripsit autem summo pontifici rex
Angliæ in hæc verba:

Reuerenter & deuotè recepimus sanctitatis vestræ literas ab vltimo nobis
missas, per quas pacem reformandam, vel treugas ineundas, cum domi-
no Philippo de Valelio nobis vestra benignitas persuasit, clementer adijciens
vos velle ad ipsam reformandam in persona propria, tanquam tractator ami-
cabilis intendere, si nos & prædictus Philippus ad hoc voluerimus consentire.
Nos quidem sanctam affectionem vestram, de filiorum quiete sollicitam in
domino contemplantes, de salubri persuasione vestra oblatione tanta tamquæ
pia grates & gratias vobis humiliter exsoluimus quas valemus, & sub firma di-
lectione rectitudinisq; vestræ fiducia sanis vestris cupimus inherere consilijs,
nosquæ sanctis vestris beneplacitis specialiter conformare, sed in publicam no-
titiam iam deuenit, qualiter idem Philippus regnum nostrum Franciæ, ad nos
per mortem celebris memoriæ domini Caroli, vltimi regis Franciæ, auunculi
nostri legitimè deuolutum, sibi contra iusticiam vsurpauit. Et eo non conten-
tus, terras nostras in ducatu Aquitanie sibi attraxit iuxta vires: Insulas no-
stras in mari, & etiam regnum Angliæ nostrum inuadens hostiliter cum na-
uigio, quod sub colore sancti passagij transmarini parare se finxerat, defor-
mat, cum intrauerat in causam Christi. Scotos etiam in nostri rebellionem con-
citauit machinans omnino nos deprimere, vt sic dictum regnum nostrum Fran-
ciæ, & alias terras nostras hæreditarias iuxta insatiabile suum dominandi desi-
derium liberius possit retinere. Cui sicut alias sanctitati vestræ scripsisse nos
meminimus, plures obtulimus amabiles vias pacis, volentes ab eo pacem rodi-
mere, cū non modico nostrorum iurium detrimento, sed ipse per tractatus va-
rios diu protrahens sub incerto, & magnis sumptibus nos exponens vt nostrum
exhauriret ærarium, & sic nos ad nostrorum recuperationem iurium efficere
impotentes, finaliter aliquid nobis facere nō curauit, sed semper in nos grassan-
do persecutio sua creuit, propter quod impellente necessitate, ad partes veni-
mus transmarinas, ad induendum nostrorum amicorum potentiam, pro reforman-
dis illatis & propulsandis inferendis per eum nobis iniurijs, & iuribus nostris
hæreditarijs obtinendis, pro certo negligere non intendimus, sed ea vbi aliam
viam congruam poterimus, prosequemur pro iuribus deo duce. Et licet corā
reuerendis patribus Petro tituli Sanctæ Praxedis presbytero, & Bertrando, san-
ctæ Mariæ in Aquiro diacono Cardinalibus, & sanctitatis vestræ nuncijs, qui
circa pacis negotium laudabiliter & sollicitè laborarunt, petiit sit nomine no-
stro dictum regnum Franciæ, quod ad nos pertinere noscitur omniū iure: nos-
quæ præfatis Cardinalibus sub certis vijs pacis, velle nostrum bona fide feceri-
mus aperire, offerentes semper ad omnem viam pacis rationabilem, nos para-
tos pro certo tum de voluntate partis aduersæ, nec per dictos Cardinales, nec
per alios huc vsque scire quiuimus, quod idem dictus Philippus, quicquam
nobis

nobis facere voluerit, vel offerret. Et reuera si nobis oblationem etiā modicā
tunc fecisset, ad vitia guerrarum discrimina & expensarum profluvia, super ea
responsionem rationabilem fecissemus, sed iā non videmus quid per viam pa-
cis vtriuscūq; hominē nostro facere valeamus; si autē adhuc placet prefato do-
mino Philippo nobis offerre rationabilem viam aliquā, vel etiā vestra con-
sideratio prouida, seu dicti domini Cardinales huius viam congruam (cui præ-
dictus Philippus consentire voluerit) nobis fecerint aperiri, statim (cum de illa
cōstiterit) deliberationem habere volumus super ea, ac talem in omni celerita-
te facere responsionem, quæ sanctitati vestræ (& cunctis consideratam) rectam,
10 & ordinatā habentibus rationem videri debeat rationabilis & accepta. Et si forsi-
tan in supradicta via nostrorū amicorū & fidelium, foret requirendus & ob-
tinendus assensus circa illum obtinendum, poveremus omnem diligentiam quam
possemus, ita quod per nos non stabit, quin concordia bona fiat, si pars altera
velit condescendere rationi. Supplicamus igitur vestræ clementiæ toto corde
quatenus vestras iustitiam & intentionem in veritate fundatas, velit si placet
debitè ponderare, nosquē, vos & sancta Romana ecclesia in omniū deuotionis
plenitudine & solidæ dilectionis & fauoris gratia incidenter consouere, de no-
bis vt de filio deuotissimō sentientes. Nam testis est nobis conscientiarum domi-
nus deus, quod honores & libertates ecclesiasticas, extollere cupimus & tueri.
20 Et si deus nobis prosperari concesserit, ad ipsius bella inimicos fidei peragenda
deuotis & humilibus affectibus aspiramus. Conseruet. &c.

ANno gratiæ millesimo trecentesimo tricesimo septimo, qui est annus regni
regis Edvardi à cōquestu tertij vndecimus, tenuit rex natale apud Roke-
burgh. Hoc anno villa de Southampton per galeas regis Franciæ, ferè totali-
ter est combusta, quo anno orta est grandis discordia inter reges Angliæ & Fra-
ciæ, eo quod rex Franciæ multas terras & oppida in VVasconia improbatè usur-
pauerat. Qua de causa rex Angliæ plures oblationes humiles regi Franciæ fece-
rat, si saltem sic possit recuperare terras suas, sed cum nihil proficeret, collectis
30 vñdecunquē pecunijs mare transire disposuit. Nempe in parliamēto apud No-
tingham exegit quintumdecimum denarium de communi plebe, decimūquē
de burgis. In hoc parliamēto ordinatum est, vt omnes lanifici Flandriæ alia-
rumq; terrarū, volentes inhabitare Angliā pacificè aduenirent. Reuera per tres
annos elapsos, vt dictum fuerat, passagiū de lanis cessabat, vt citius Flandresium
superbiam rex deuinceret, qui plus saccos quam Anglicos venerabantur. Eodē
anno propter instantem vverram inter regna, rex Angliæ confiscari fecit bona
Longobardorum, & Cluniacensium monachorū & Cisterciensium, per totū
regnum. Circa Calendas Augusti, id est, per quindenā præcedentem & quin-
denam sequentem, cometa apparuit, præsignans fortassis durum bellum futu-
rum inter regna, quæ partim radios emittebat circa orientem, & partim versus
40 Austrum. Hoc anno concessa fuit regi decima Ecclesiæ Anglicanæ per tres an-
nos sequentes. Transit annus iste fruges & fructus faciens copiosè: Anglis,
Francis & Scotis sumptuosus, dispendiosus & odibilis propter guerras motas.

ANno gratiæ millesimo trecentesimo tricesimo octauo, qui est annus regni
regis Edvardi à cōquestu tertij duodecimus, tenuit idem rex natale apud
Rokesburgh. Hoc anno cum compertum fuisset, Cardinales (qui pro pace ve-
nerant reformanda inter reges Angliæ & Franciæ) plus fauere regi Franciæ quā
regi Angliæ, vt patebat in sermone vñius Cardinalis ad clerum habito, surre-
xit Archiepiscopus Cantuariensis, & prædicauit publicè assertiones Cardina-
lis fore vanas. Et post modicum temporis, manifestè dicebatur per totā Angliā
quod

Natale cele-
brat. apud
Rokeburgh.
Southampton
per Francos in-
cens.

Parliamētum
vñdecimū
denariū

Monachorum
bona confisca-
ta.

Cometa.

Decima concessa
regi à clero.

Annus con-
fusio.

Natale apud
Rokesburgh.
Cardinales de
pace in Angliā
missi, in Franciā
partes inclinās.

quod rex Angliæ habuit ius in regnum Franciæ quod prosequi intendebat.

Walterus Magnus Flandros fortiter deest.
Eodem anno dominus Walterus Manny ductor nauigij regis Angliæ uersus terram Hannoniæ, cum applicuisset ad quandam Insulam, vocatam Agency, pro aqua recenti haurenda; & sui fuissent dispersi per Insulam, mox insulani dederunt insultum super eos, cum fratre comitis Flandriæ, qui fuit dux eorum, ubi post multa discrimina hostium, virtute sagittariorum superati sunt, ita quod dictus frater comitis Flandriæ, reddidit se VValtéro, & populus vniersus. Qui quidem frater comitis, ductus est in Angliam, & regiæ traditus voluntati. Quidam uero de insulanis, cum ad quādam ecclesiā conuigissent, à VVallicis, qui cum nostris profecti fuerant, circa tria millia cum ecclesia conflagrati sunt. Post festum Pentecostes habuit rex consilium apud Bury de transfretando ultra mare, & subsidio sibi conferendo: & in illis partibus usque ad suum transitum morabatur, ubi VVallici multa damna fecerunt per illam moram, qui noxij sunt ubique. Interea cum nunciatum fuisset duci Bauariæ, qui se appellauit imperatorem, quod rex Angliæ aduenisset, accessit ei cum iussit, & circa Calendas Augusti occurrit sibi iuxta Coloniam, ubi cum maximo apparatu & gloria se inuicem salutarunt. Quidam autem ferebant, quod Bavarus indignè ferebat quod rex Angliæ non se submisit ad oscula pedum suorum. Cui responsum fuit quod rex Angliæ rex erat inunctus, & habet vitam & membrum in potestate sua, & ideo non debet se submittere tantum sicut rex alius non inunctus.

Parliamētum apud Bury.
Post mutuam colloquutionem & pristinæ confederationis renouationem, dictus Bavarus qui se dicit imperatorem, constituit regem Angliæ vicarium suum & rediit ad loca sua. Rex uero Brabantiam est regressus, ubi per annum iugiter moram traxit, maximam partem exercitus & familiæ suæ propriæ remisit in Angliam vnā cum VVallembus, qui in omni loco erant importabiles & nociui. Rex autem Angliæ per hanc moram in Brabantia, consilio Brabantiorum & Flandrensiū arma Franciæ suis armis immiscuit, & boreales partes Franciæ usque ad Tornatum incendit & vastauit. Eo tempore natus est regi filius tertius apud Andverp, & vocatus est Lionellus, in uigilia S. Andreæ. Hic postea comes fuit Ultoniæ, & tandem dux Clarentiæ est creatus. Hoc anno Cardinales prædicti de Anglia sunt egressi. Eodem anno à quinto Calendarii Decembris usque quartū idus Februarii gelu maximum durauit in Anglia, & niues nullæ: quo anno prodigium apparuit in hac terra, salices nempe in mense Ianuario flores protulerunt roseis in quantitate & colore perfimiles, quanquā eo anno fuisset hyems tanta, quanta non fuerat per transactos retrò viginti annos. Interpretetur qui poterit signi prodigium, cuius relator esse delegi potius quā expositor. Hoc anno rex Edvardus se regem Franciæ & Angliæ constituit appellari. Transit annus iste frugifer sauis & fructifer, temperatus æstate, hyeme uero gelidus supra modum. Francis inuisus, dispēdiosus, sollicitus: Anglis honorificus: Scotis in utrunque.

Rex Angliæ primū Angliæ & Franciæ rex appellatus.
Anna cōclusio.
Natale apud Andverp.
Rex in Angliā rediit.
Anno gratiæ millesimo trecentesimo tricesimo nono, qui est annus regni regis Edvardi à conquestu tertij tertius decimus, tenuit idem rex natale in Brabantia apud Andverp, cum regina Philippa & multis proceribus illarū partium & exercitu Anglicano. Circā festum Purificationis rex Edvardus rediit in Angliam, uxorem tamē suā apud Andverp in Brabantia dimisit cum liberis, quasi in sui redditus assecurationem, peruenitq; ad turrim Londinarum subito nocte media, & non inuenit in eodem nisi pueros suos, & tres seruientes. Cuius constabularius erat tunc Matthæus de la Beche. Rex igitur offensus, accessit fecit Maiorem Londinarum, quem mox direxit pro Cancellario, &

thesaurario domino de la VVake, Iohanne de sancto Paulo, Michaele VVarrh, Philippo Thorp, Hérico de Stratford, Iohāne de Sconore Iusticiario de banco, & hos omnes preter Cancellarium & Thesaurariū, arestauit & imprisonauit. Et ex post in diuersis regni partibus fecit arestari Iohannē de Pultency, VVilhelmū de la Pool, VVilhelmū Schishull, Richardū VVilloughby, Iohannem de Schardelovv, & Thomā de Ferrarijs, qui omnes diuersis custodijs missi sunt, sed citò post dominus de la VVake honorificè deliberatus est. Eodē anno factū est parliamētū apud VVestmonast. in quo cōcessa sunt regi, nonū vellus, nonus agnus, nona garba, per biennium, ab omnibus qui per baroniā tenerent, & ad parliamētū venire tenerentur, & praelati religiosi, ac ceteri de clero (vt prae-mittitur) soluētes decimā regi antea cōcessam, soluere minime arctarētur illa vice. Insuper illi qui ad parliamētū venire nō cōsueuerunt praelati, scilicet religiosi, & ceteri de clero solū decimas antea regi cōcessas soluere tenerentur. Pro hac autem concessione remisit dominus rex, & condonauit omnia catalla, felonum & fugitiuorū euasiones incarcerationū, fines, exitus & forisfactiones & amerciamēta murrorum, & omnia alia delicta infra forestas facta, adiudicata, vel adiudicāda, releuia, scutagia vsq; ad passagiū suum versus Brabantia, videlicet. 16. diem Iulij, anno regni sui. 12. Et insuper auxilia facienda filiū suum militem & filiam suā maritandi pro toto tempore suo. Insuper cōdonauit & remisit omnimoda debita computata, id est, arretagia firmiorū, & compositū quocunq; modo sibi debitum de tempore progenitorum suorum, quā tempore suo vsque ad annum regni sui decimum. Insuper concessit quōd debita terminata in scaccario ante tempus suum, & in tempore suo de debitis antiquis antetempus suū debitis essent condonata, remissa & adnihilata imperpetuū. Ita tamen quōd terminamenta facta de debitis sibi debitis & suo tempore ortis starent in robore suo. Confirmauit etiam magnā chartam de foresta, & aliqua alia. Eodem tempore dux Austrie requisivit à rege Angliæ eius filiam suo filio desponsandam, mittens sibi litteram cuius stili principium tale fuit. Excellenti & magnifico principi domino Edvardo regi Angliæ illustri, sincero, & amico suo charissimo: Oēto dei gratia dux Austriae, Stiriae, & Carynthiae, dominus Car-molae, Marchiae, ac Portusauonis, comes in Hapeburgh, & in Chibugh, necnon Lādagrauius Absaciae, cū sinceræ dilectionis affectu votiuorū successū & cōtinuū incrementū. &c. Per idē tēpus ciuitas Burdegaliæ fuit obsessa p militiā regis Fraciæ. Ciues verò tanquā inualidi ad resistendū, cautelosē finxerunt se velle reddere dictis Fracijs, & apertis ianuis intromiserūt multos de Gallicis, & armā regis Franciæ in turribus erexerunt. Quod videntes tam qui intus erant quā de foris, deposuerunt arma sua, ciuitatem captā & eis redditam assimantes. Dominus Oliuerus de Ingham, miles nobilis & custos dictæ ciuitatis & terræ, subito cum magna manu irruit super eos inermes, & cū ciuiū adiutorio magnā eorum multitudinē interemit, vnde rex Angliæ promisit eis auxiliū affuturum in proximō tam per terram quā per mare, ita scribens. Gaudere deberis quia per magnanimitatem vestram & constantiam, comparastis vobis nomen per secula gloriosum, quod semper extollere laboretis, & sic vos remunerare curabimus, quod exemplo retributionis vestre reddentur alij prompiores ad exponendum pro nobis se & sua. &c. Sub eodem tempore, Comes Sarum VVilhelmus de Monteacuto, & comes Southfolchiæ, Rob. de VVford, post regis Angliæ recessum intransmarinis moram continuantes, inconspulte cōuolauerunt ad arma, vt cum Flandrensiū adiutorio inimicos contererent regis sui, & post multas peractas victorias nimis de temerosos praesumentes, ad urbem Lisse vocatam accesserunt, vt eam ab oppressione Gallicorum liberarent, vbi Fran-

Parliamētum.
Subsidium.

Decima.

Relaxationes
à rege concessæ

Arretagia remissa.

Dux Austriae
petit filiam re-
gis Angliæ in
uxorem filio
suo.

Stratagema.

Comites Sarū
& Southfol-
chiæ capti.

eorum nimia multitudine occurrente, dum neuter vellet cedere, captus est vterque, & ad regem Franciæ in ramis palmarum Parisius destinatus. Qui quamuis lætus effectus esset de ipsorum præsentia, eos tamen argè carcerari custodi commendauit.

*Regi natus
filius.*

*Annalia con-
cluso.*

Hoc anno natus est domino regi Angliæ quartus filius apud Caudanum, & vocatus est Iohannes, qui postea factus est comes Richmundiæ, & tandem dux Lancastriæ est effectus. Transiit annus iste opulentissimè frugifer, & abundanter fructifer apud Anglos, nam tâta fuit rerum copia, & eris inopia, quòd quartetium frumenti Londonijs duobus solidis vendebatur, & ad dimidiam marcambos pinguis. Fuit autem annus iste, Anglis honorificus: Francis decorosus: 10 Scotis sub quiete decursus.

*Rex tenet na-
tale Lonani.*

et aigant.

*Victoria de
Francis insig-
nis.*

Anno gratiæ millesimo trecentesimo quadragesimo, qui est annus regni regis Edvvardi à conquestu tertij, quartus decimus, tenuit idem rex natale Londonijs cum familia multa nimis. Hoc anno cum rex Edvvardus firmiter proposuisset in animo iterum transire, circa festum sanctæ Trinitatis suscepit noua à comite de Gileres de conspiratione Francorum & Normannorū contra eum, qui iam cū ducentis nauibus & multis galeis, necnon viginti quinque millibus electorum pugnatorum portum de Seluys occupauerant, parati ad eum capiendum, & Philippo regi Franciæ, iuxta tenorem iuramenti quod sibi præstiterant, viuum vel mortuū præsentandum. Rex verò ne suo proposito 20 frustraretur, licet ipse iam ducentas naues adunasset, & multam valentem militiam, misit tamen dominū VValterum de Burghvvaſh, Episcopum Lincolnienſem ad australes partes regni, & ipsemet Gernemutham accessit personaliter, pro maiori parte nauium, & militiæ numero congregando. Deinde in vigilia sancti Iohannis Baptistæ ingressus est mare versùs Flandriam profecturus, & aura sibi (immò deo) fauente capit prosperè nauigare. Et cū peruenisset iuxta maritimam Flādiæ, classem Francorum copiosè instructam obuiam mox habebat. Quade causa per totum diem illum cū suis deliberās: in crastino superueniente in eius auxilium nobili milite Roberto de Morleya, cum boreali classe Angliæ, cōmissum est bellum nauale cruentissimum, quale circa oras Angliæ, 30 Franciæ, siue Flandriæ nusquā visum fuit, vbi fauore diuino Franci & Normanni acriter sagittati, per Anglos sunt gloriosè deuicti. Qui partim caſi, partim spōte submersi, partim capti sunt, nauibus eorū (exceptis paucis quæ aufugerāt) totaliter occupatis. Franci utique & Normanni cum vidissent suos ita copiosè cadentes à sagitta volante in die illo, & vberim sterni ab ense, & securi furente, elegerunt potius in mari semetipsos mergere, quā tā horribilibus ictibus subiacere. Ceciderūt igitur ibi in ore gladij, vel securis, sagittæ volātis & saltus præcipitis, triginta millia hominū armatorū, vnde ex post cum nullus auderet referre belli præsentis exitum regi Franciæ, affamiliares quendam stultum eiusdem regis subornauerunt, vt per eius verba quodammodo rex intelligeret 40 quod factum fuit. Nempe dictus fatuus in regis præsentia constitutus, cepit vehemēter vituperare vecordiam Anglicorum, & huiusmodi materia multiplicare verba. Rex autem ignorans quid sibi vellent verba morionis, interrogat quare dicit Anglicos tam vecordes. Cui ille: Quia (inquit) timidi sunt, & in mare saltare non sunt ausi, vt fecerunt nostri Normanni & Gallici generosi, per quod verbum illico rex suos intellexit fore deuictos, & Anglicos fore victores. Ceperunt autem Anglii in dicto conspectu ducentas naues, in quarum vnā quadraginta corpora Normannorum reppererunt, cæteris eorū nauibus in fugam conuersis. Eodem anno cum Papa vidisset Regem Angliæ in suis actibus prosperari, Flādiā suppositit interdixit, quia

quia domino capitali relicto auxilium præstiterant regi nostro. Quam sententiam paruipendentes Flandrenses, responderunt, quod quamuis Philippo de Valcys (eò quod se regem esse prætendebat) homagiū fecerant, tamē non regi, cum ipse coronam iniuste detineret, & regni dominationem indebitè vendicaret. Hoc anno peperit regina Philippa (postquam in Angliā est reuerfa) filiam in turri Londoniarum (vocatam Blanchiam) quæ inter lactandum defuncta apud VVestmonast. est sepulta. Eodem anno mensibus Iulij, Augusti & Septembris, Rex Angliæ Edvvardus, cum sua militia Franciam intrauit, villas nō

*Regina Angliæ
Philippa peperit
filiam vocatam
Blanchiam.*

- 10 victualibus & armatis optimè munitam obsedit. Rex autem Franciæ collecto exercitu quasi innumerabili, & nostris temporibus inaudito, iuxta Tornacum ad tria milliaria aqua profunda vtrunq; exercitū secernente, loco (vt ferebatur) paludibus circumsepto, castrametatus est, sed tandem mediante præcipuè comitissa Hannoniæ, adiectis conditionibus nonnullis, captiuisque interim partis vtriusq; liberè dimissis, vsq; ad festū Iohannis Baptiste inite sunt treugæ. Quibus elapsis, pacequē inter reges nondum reformata, ad carceres captiui redirent, vel redemptiones soluerent prætaxatas, sicquē comites duo Sarum & Southfolchiæ, qui dudum cū paucis villæ quæ Insula dicitur, minus prouidè appropinquantes, à loci incolis conclusi fuerant & capti, Parisiisq; diu in carcere detenti,
- 20 initis treugis liberè dimissi, Angliam intrarunt. Ferebant enim nōnulli pecuniæ inopiam regem plurimum coarctasse: si enim thesaurum habuisset, treugis nunquam consensisset. Posuerat quoque in regno suo custodes & ministros auaritiæ suæ (vt videbatur) consulentes, profectibusquē proprijs inhiantes, salutem honoremq; regium parum curātes, regem quasi pecuniā destitutum dimiserunt & egenum. Re enim vera si gesta regum à monarchā primo Anglorum reuoluissent, accuratèq; considerassent præteritorū, filiū 28. annorum talem insulam produxisse minimè reperissent. Ante Tornaci obsidionem miserat rex Angliæ Francorum regi literas, ipsum nullatenus regem sed Philippum de Valesio nominando, inter cætera talia continentes, quod quia per nuncios suos, plures
- 30 vias rationabiles ei pro iure suo in regno Francorum hæreditatequē debita recuperandis siue possidendis, hætenus ab ipso contra Deum & iustitiam detentis ac occupatis obtulisset, nec ei rationem neque iustitiam, vt videbatur, facere decreuisset, idem rex Angliæ per medium Flandriæ sicut dominus superior transferat, collectaque secum terræ eiusdem fortium potentia, versūs ipsum se attraxerat in iure suo, finem Deo placabilem affectans facere breuiorem. Et quia causa inter ipsos duos fuerat mota, pro oppressione populi, vastatione ac strage euitandis etiam ipsorum, bellum faceret singulare. Et si via fortè ista sibi cōtingeret non placere, ex parte vtraq; centum cum rege suo fortiores ac validiores conuenirent, bellumq; committerent. Quod si ista Philippus
- 40 prædictus acceptare non curaret, infra decem dies iuxta ciuitatem Tornacensem cum vniuerso exercitu suo bellum daret. Et quid prædictorum eligere deliberaret, ei per literas suas remitteret sine mora.

Rescripsit rex Franciæ in hunc modum. Philippus Dei gratia rex Francorū, Edvardo Regi Anglorū. Literas vestras curiæ nostræ Phil. de Valesio missas, aliquas petitiones dicto Philippo factas continentes perspeximus. Et quia litteræ prædictæ nec petitiones sicut illarum tenore euidenter apparet, nobis missæ nequaquā fuerant nec factæ, vobis nullatenus respondemus. Sed quia per prædictas litteras & aliter intelleximus quod regnum nostrum Franciæ in manu armatorum valida intraſtis, damna nō modica nobis, regno nostro ac populo, voluntate ductus non ratione, ea quæ homo ligeus domino suo facere tenetur

minimè considerando intulistis. Intraſtis ſiquidem dudum homagium noſtrum ligium, nos (ſicut ratio exigit) regem Franciæ recognoſcēs, obedientiamquē qualem ligio domino ſuo quis promittere tenetur, ſicut litteris veſtris patentibus magno ſigillo veſtro ſignatis, quas penes nos habemus, & etiam vos habere debetis, liquet manifeſtè, promiſiſti. Noſtra verò exiſtit intentio cum aptum nobis decreuerimus ad honorem noſtrum, regni noſtri populi quē cōmodum, vos de regno noſtro eiicere ac effugare. Et ad hoc quoque complendum perficiendumquē, firmam ſpem, à quo nobis data eſt potētia, habemus in Chriſto. Per veſtram quippe guerrā voluntariè irrationabiliterquē morā, ſecundū paſſagium vltamarinum retardatur, non modica Chriſtianorum copia morti eſt adducta, ſeruitium diuinum minoratum, ſanctāque eccleſia minus æſtimatur. Quod verò aſſeritis vos Flandrenſium animos ſiue auxilia poſſidere, æſtimamus certè quòd ipſi patriæque tota communitas erga conſanguineum noſtrum Comitem Flandriæ dominum ſuum, noſque ſuperiorem dominum taliter ſe habebunt, quod honorem ſuum fidelitatēque ſeruare non omittent: & quòd huc vſque commiſſum eſſe diſcoſcitur, per malum eorum conſilium, qui commune commodum ſiue vtilitatem non conſiderant, ſed proprium, perpetratum eſt.

Eodem anno menſibus Iulij, Auguſti & Septembris, rex Angliæ, aſſiſtenti-
bus ſibi duce Brabantix comite Hānoniæ, ciuitatibuſque & villis de Bruges, 20
Gaunt & Ipres, boreales partes Frāciæ iterum eſt ingreſſus, & ciuitatem Tor-
nacenſem obſidione vallauit. Interim comes Hānoniæ, & dominus VValte-
rus Manny, & Reginaldus de Cobham plus quàm trecentas villas magnas &
paruas, prædis & ſpolijs, hominibuſque armorum pluſquam mille peremp-
tiſ igne deuſtauerunt. Rex Francorum interea cum magno exercitu ſe te-
nuit à remotis, reſiſtere non eſt auſus, ſed pluribus ſui exercitus fame & ſiti
mortuis, per duos Cardinales treugas dari petijt in Eccleſia de Eſpletelyn,
die lunæ, viciſimo quinto die menſis Septembris, anno domini proximo
ſupradictò. Rex autem Angliæ ob deſectum pecuniæ, quam ſui ſegnes pro-
curatores in Anglia miſiſſent & non miſerunt, obſidione dimiſſa, treugas con- 30
ceſſit, & ſic vterque rex ad propria remeauit.

Rex Edvvardus Angliam intrauit, miniſtros ſuos, videlicet cācellarium, the-
ſaurarium, & alios amouit nō clericos, immò ſeculares ad placitum ſuum ſub-
ſtituit, nonnulla (vt in ſequentibus patebit) fautorū ductuſ conſilio inchoauit,
vnde & Iohannes Cantuar. Archiepiſcopus ei litteram ſcripſit in hunc modū.

Chariſſime domine, dominationi veſtræ ſcire placeat, quòd res excellentiſ-
ſima, quæ reges & principes debito optimoque detinet ſtatu, ſapiens eſt conſi-
lium. Et ideò dicit ſapiens, vbi multi conſiliarij, videlicet boni, ibi ſaluatio. Scri-
bitur enim libro regum, quod Salomon regum ſapiētiſſimus, ſeniores, ſapien-
tiorēſque terræ ſuæ aſciuit, quorum prouido conſilio, ſenſuquē proprio totam 40
terrām Iſrael in pace obtinuit, & quietē, omneſque reges ſibi conterminos vo-
luntati ſuæ tributarios habuit & ſubiectos. Illo viam vniuerſæ carnis ingreſſo,
regnauit filius ſuus Roboam, qui prætermiſſo ſeniorum (qui cum patre ſtete-
rant) conſilio, iuuenibz ſibi placere volentibus adhæſit, vnde & terram Iſrael
præter duodecimam partem ſibi à domino reſeruata iuſtè amiſit. Multique re-
ges Iſrael terrarum inſuper aliarum malo ducti conſilio ad magnas inopias de-
uenēre. Et ne vobis domine diſpliceat recolitis quidem, quòd per iniquum
conſilium dudum domini veſtri regis patris veſtri, quem Deus abſoluerè dig-
netur, contra legem terræ, magnamquē chartam maiores terræ, alioſque ce-
pit, morti adiudicauit, diripuit bona, nōnullosquē redemptionibus grauiffimis

vexauit. Et quid sibi illa de causa acciderit, vobis manifestum est. Post eius
verò tempus, per cōsiliarios vobis adhaerentes ferè corda populi terræ amittitis,
à quibus (vt sibi placuit) vos eripuit Iesus Christus. Posthæc autem, per bonam
circumspectionem, discretionemq; prælatorum, magnatum, ac terræ sapien-
tum, negotia vestra taliter sunt deducta, vt integrè corda populi vestri posside-
tis, & ita clerici sicut & laici magis quàm alicui progenitorum vestrorum ma-
nus porrexerūt adiutrices. Sicquè sano mediante consilio, populi vestri suffra-
gio, gratia necnon vobis à Deo collocata, de inimicis vestris Scotiæ & Franciæ
gloriosè triumphastis, inter christianos princeps nobilior estis reputati. Sed in-
10 præsentiatur, per iniquum quorundā terræ vestræ consilium, aliorumq; (qui
magis commodum proprium siue vtilitatem, quàm honorem vestrum, populi-
uè salutem affectare noscuntur) clericos & alios terræ vestræ capifacitis, procef-
sus contra leges terræ, quas per sacramentum in coronatione vestra fastum reu-
stodire tenemini, peragitis indebitos, necnon contra chartam magnam eontra
quàm venite præludentes per prælatos Angliæ, bullamq; papalem quàm pe-
nes vos habere dinoscimur, sunt excommunicati. Quæ quidem in animæ ve-
stræ non modicum periculum, status honorisq; detrimentum (proh dolor) ac-
ta sunt. Et quanquam iidem qui rectores terræ, magis etiam quàm statui illorum
congruit, se faciunt, & cōsiliarios, intelligere nos conantur, quòd ea quæ in-
20 præsenti peragitis, populo vestro cōplacebunt, certissimè tamè asserimus, mo-
do nullatenus inchoato, & hoc reperietis. Dubitamus enim non modicum,
quòd si modum persecuti fueritis iam inceptum, corda gentis vestræ, necnon
auxilia, bonum ac rectum amittetis, & querelam taliter citra mare contra vos
consecrabitis, quòd guerram vestram perficiendi nequaquam vires possidebitis
nec potestatem, inimicis vestris occasionem insurgendi contra vos dabitis, &
destruendi, bonamquè famam vestram ac terram (quod Deus auertat) amitten-
di. Quare (Domine) ob honoris vestri terræq; saluationem, querelam vestram
necnon confouendam, magnates terræ ac sapientes coadunare, & vt nego-
tia vestra foelicem sortiantur effectum seniorum ac magnatum secundū capere
30 assensum, quorum sine auxilio consilioquè terram vestram regere, nec etiam
querelam potestis perficere, velitis operari. Et quia aliqui vobis collaterales a-
dulautes siue fauentes, prodicionem vobis & salutem imponere non formi-
dant, eos excommunicatos forè denunciamus. Et sicut pater vester spiritualis
pro talibus eos tenere velitis exoramus. Ob quorundam insuper vobis mini-
strantium inertiam iniqua etiam nostri absentia sine famulatu, villam Tor-
nacensem alios necnon honores quamplurimos amisisse nos asserunt & impo-
nunt, velitis si placeat, prælatos, magnates, terræquè nobiles, vbi cū prælatis se-
curè conuenire poterimus, loco competenti congregare, & in quorum mani-
bus ab initio guerræ vestræ, lanæ, denarij, & alia quæquè vsque in hodiernum
40 diem vobis concessa deueniunt, qualiterquè ministrata fuerint, per quorumq;
defectum Tornacensis ciuitas non subacta, sed taliter extiterat dimissa, diligen-
tèr inquirere, & velut dominus æquus & iustus secundum leges terræ, prout
demerita exigerint culpabiles castigare. Et quantum nos attinet, iudicio
parium nostrorum, vt sancta ecclesia statuet, ordine nostro alias (sicut sæpè
scripsimus) semper saluis, in omnibus nos submittere parati sumus. De no-
bis itaque nec alijs terræ vestræ legalibus ac probis, priusquam veritas cog-
noscat, nisi bonum credere, vel etiam cuiusquè dictis fidem adhibere ve-
litis. Si enim gentes sine responso (veritate ne agnita) puniantur, de bonis &
malis, reis & insonitibus vnum iudicium foret & idem, inimicos siquidem ve-
stros Galliæ & Scotiæ adeò fortès attentius maturequè considerare curetis.

Si enim praelati, magnates, ac totius terræ sapientes, die nocteque sine diuisione aliqua seu discrepatione, vna voluntate forent congrua & assensu, negotia vestra supra modum ardua discretè ac circumspèctè ordinando, guerram vestram iam inceptam, honorè vestrū, terræque saluationē conseruando, satis modicū foret & exile. Nec vobis displiceat (domine reuerēde) quòd veritatē vobis simpliciter sic mittimus & grossè. Affectio siquidem magna quàm erga vos habuimus, & semper deo auctore habebimus, honoris vestri ac terræ conseruatio, & quanquam indigni, Primas tamē totius Angliæ existimus, & pater vester spiritualis, excitare vos dinoscitur, pericula animæ vestræ ac status detrimentum dicere, mandare, ac præmunire cum effectu. Spiritus sanctus Domini corpus & animam saluet & custodiat, gratiamque bonum consiliū habēdi & sanum, ac credendi, victoriam necnon inimicorum vobis concedere dignetur. Dat. Cantuar. primo die Ianuarij. Rescripsit etiam idem Archiepiscopus Cancellario Angliæ in hæc verba.

Iohānes permissione diuina Cantuariē. Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, & sedis Apostolicę Legatus, domino Roberto Boufer Cancellario Anglię, libertates sanctę Ecclesię & terrę leges illibatas conseruandi voluntatē. Dicit enim sapiēs, quod veritas præcognita & præuisa, ac præmissa pericula nō modica euadere facit post futura. Idēdō vos intelligere volumus, quod decimę sanctę Ecclesię per vnum annum per clerum nostrę Cantuar. prouincię domino nostro regi vltimo concessę circa festum sancti Iohannis Baptistę proximò futurum, certis terminis cum alijs decimis à retrò existentibus persoluēdę, sub certis concessę fuerant conditionibus, certisque articulis à domino nostro rege dicto clero concessis, & per chartam suam confirmatis. Et insuper, quòd dictus clerus nulla alia portione seu contributione domino regi faciendis, vel etiam concedendis illa vice foret onerandus. Post hæc quoque, in parlamento apud Westmonast. quadragesima proximè elapsa congregato, concessę sunt Regi nonum vellus, nonus agnus, nona garba, certis tamen modis, cōditionibus adiectis, videlicet, quòd nulli praelati, vel etiam aliquis de Clero prædicto, ad huius nonę portione contributionem aliquatenus tenerentur, nisi tantum illi qui per baroniam tenerent, & ad parlamentum tenerentur venire. Quodque ad solutionem decimę, (vt præmittitur) concessę, praelati & ceteri de clero nonam portionem prædictam soluentes, nullatenus forent astricti, sed quidam nostrę prouincię dictę nonę portione collectores, à praelatis & ceteris de Clero, qui decimam antedictā soluunt, & per baroniā de rege nihil tenent, nec ad parlamentū venire astricti sunt, nonā (vt præmittitur) concessam, leuare, & per distributiones varias nituntur exigere. Insuper, & ab his qui ad solutionē huius nonę astringuntur, contra deū & iusticiam, ac cōcessionem sapēdictam, viros ecclesiasticos onerando, decimam exigunt memoratam. Quare vos hortamur in domino, & requirimus, quatenus personas religiosas & ecclesiasticas nisi secundum formam & concessionem antedictas onerari vel vexari nullatenus permittatis, nec etiam consiliū seu assensum in dictę chartę præiudiciū, seu priuilegiarum ac libertatum ecclesiasticarum subuersionem præbeatis quoquomodo: si verò breue, commissio præceptumue aliud contra formam magnę chartę, priuilegia, ac libertates antedictas, à cancellaria huc vsque fuerint transmissa infra decem dies post harum receptionem litterarū, sicut tenemini, reuocari & annullari faciatis. Volūtas reuera domini regis, chartam præfatā, priuilegia, ac libertates ecclesiasticas, (vt certi sumus) fouere existit, & conseruare. Nec est siquidem voluntatis eius, nec esse debet, quòd clerus vltā concessione suam spontaneam, à quoquam oneratus sit, vel grauatus: hoc enim in præiudiciū

cium sanctæ Ecclesiæ (quod tollerare non possumus) nō modicum vergeret & grauiamen, si verò prædicta reuocare (vt præmittitur) nequaquā curaueritis nec annullare, remedium quale sancta Ecclesia permittere poterit apponere nō omitteremus. Et quid in præmissis feceritis, velut filius spiritualis, fidelis, & deo acceptus post tempus supra dictum infra octo dies per literas vestras vos certificare curetis. Spiritus sanctus sicut iusticias suas sibi seruaueritis illibatas, corpus vestrum & animam saluare dignetur & custodire. Data Cantuariæ. 28. die mensis Ianuarij anno vt supra consecrationis nostræ. 7.

Misit quoque Archiepiscopus regi ac consilio suo schedulam siue bullam
10 in hunc modum continentem.

Domino nostro regi, consilioquē suo, ac omnibus & singulis dicti consilij sui personis monstramus nos I. permissione diuina Cantuarien. Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, & sedis Apostolicæ Legatus, quòd cum omnes clericos capientes, in carcerem inuitē mittentes siue detinētes, ac eos quocunque voluerint ire non permittentes, illos vt publicè ac notoriè pro talibus reputatos scientes, & vt clericos se habentes, qui crimina non confessi, nec de criminibus conuicti nec indictati, nec etiā notoriè in criminibus sunt deprehensi à canone lata sententiæ existūt innodati: Illamq; sententiā in ecclesia Cantuar. publicamus, & per omnes fratres nostros suffraganeos prouincię nostrę Cantuarię fecimus publicari. Post cuius siquidē sententiæ denunciationem siue publicationem (vt præmittitur) factam capti sunt, & in castellis diuersis & locis Angliæ in carceres missi ac inuitē detenti, Iohannes de sancto Paulo, Michael de VVath, Robertus de Chickvell, Iohannes de Thorp, & Henticus Strētford, in præiudicium dei, & ecclesiæ sanctæ, cōtra leges ac clericorū priuilegia omniū, necnō illorum animarum in periculum, qui talia cōmiserunt, consilium dederunt & assensum. Quare dominū nostrū regē, qui libertates sanctæ ecclesiæ, prout in actibus suis dominus deus temporibus elapsis fœliciter monstraueit, clarūquē fecerit & iura ac priuilegia semper conseruare curauit illibata exoramus, quatenus dictorum clericorum & singulorum cōtra chartam magnam, leges terræ
30 & consuetudines detentorum, exceptionem à carcere siue deliberationem dominationi suæ præcipere valeat indilatē. Rogamus insuper & obsecramus in domino omnes consiliarios qui talia committendi cōsilium regi dote præsumferunt, deliberationi detentorum nullatenus obuiare. Dissimulare enim nō valemus, quin ea quæ nobis incūbunt, faciamus in hac parte. Item quòd personæ laici, hominesquē liberi, cōtra magnam chartam, leges ac terræ consuetudines capti, adhucquē in carcere detenti, eiiciantur, prædictaq; alia, ac secundū formam in bulla Innocentij quarti contentam, per quam omnes contra chartam magnam venire præsumentes seu illam violantes, sententiā excommunicationis incurrunt, dominus rex reformare placeat ac emendare. Item quòd nō solum ministri sui diuersæquē conditionis officiales terram peragrantes, domos,
40 grangias, & alia loca Archiepiscoporum, episcoporum, religiosorum aliorum, necnon virorum ecclesiasticorum intrant, siue custodum firmitiorum voluntate, bona pro libito capiunt, inuitequē asportāt, immò præmissa fieri præcipientes actaq; suo nomine ratā habentes & grata, sæpe facta sententia sunt innodati. Dominus rex dignetur remedium apponere oportūm, dissimulare enim non possumus quin, contra tales (prout pastoralis officij cura exegerit) & per fratres nostros & suffraganeos, quòd nobis, & eis incumbit exequamur. Nostræ tamē intentionis non existit, dominum nostrum regem, dominam reginam, aut liberos eorundem, dictis sententijs inuolui seu comprehendi, quatenus de iure poterunt excusari.

Misit quoq; idem Archiepiscopus, Episcopo Londini literas in hunc modum.

Iohannes permissione diuina Cantuar. Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, & Apostolicæ sedis legatus, venerabili fratri. &c. Sacrosancta ecclesia quæ debet libera esse, varijs exactiõibus indebitè, & angarijs infestis opprimitur, his diebus, cuius bona (ad quæ laica manus nõ debet extendi) pro libito diripiuntur in prædâ. Clerus quoq; nostræ Cantuar. prouinciæ vexatur iniustè, ac probroso contemptu nequiter conculcatur, iustitia (quæ principaliter elucere deceret, & quæ regibus dat regnare, ac populo quietem præparat oportunam) debito cultu non colitur, sed ad iniurias & oppressiones iniquas multorũ frantum laxatur impunè. Nos oppressorum gemitibus paterno compacientes affectu, ac considerantes attentè, quòd ad Apostolicam dignitatem nos idèd diuina clementia sublimauit, non vt dies nostros in quiete & deliciarum affluentia duceremus, sed vt ex iniuncto nobis administrationis officio, nostrorũ prædecessorũ exemplis salubriter instructi, pro domo domini ascendentibus ex aduerso nos murum inexpugnabilem præparemus, vt errantes ad viam veritatis inspirante domino reducamus, qualdam excommunicationum sententias à sanctis patribus & prædecessoribus nostris in subscriptis casibus aduersus delinquentes hætenus promulgatas, per denunciationes publicas in locis eminentibus faciendas per nos & ceteros cõsuetos, ac suffraganeos nostros, palam duximus omnibus intimare, ne ignorantia affectata nebula se valeat, qui nequam sunt, 20 aliquantulum excusare prætextu veritatis vecorditer occultata, & vt decet minime publicata, sed vt singuli melius sibi caueant de futuro. Nostræ tamen intentionis nõ existit, dominum nostrum regem Angliæ illustrem, dominā reginam aut liberos eorundè dictis sententijs, vel aliqua earũ inuolui, seu sub denunciatione huius cõprehendi, quatenus de iure excusari poterunt in hac parte.

Mandantes. &c. quatenus. &c. Dat. &c. Tenor verò huius articulorum talis est. In dei nomine amen. Nos I. permissione diuina. &c. Omnes & singulos qui ecclesias suo iure priuare, vel per malitiam infringere seu perturbare præsumunt libertates & liberas consuetudines earundem, & illos præcipuè qui antiquas libertates aut liberas consuetudines nostræ Cantuar. ecclesiæ violaue- 30 rint, seu in aliquo diminuerint, vel contra priuilegia eidem indulta scienter uenerint, aut contra ea fecerint, necnon & illos qui pacem & tranquillitatem regis, aut regni Angliæ nequiter & iniuriõse perturbare præsumunt, seu ad hoc dederint cõsiliũ, auxiliũ vel fauorẽ, maioris excommunicationis sententiã, sicut sunt à sanctis patribus, innodatos & excommunicatos fuisse & esse denunciamus, & à limitibus sanctæ matris ecclesiæ sequestramus, autoritate dei Patris omnipotentis, beatissimæ Mariæ virginis matris suæ, beati Thomæ martyris gloriosi, sanctorũq; omniũ publicè & solenniter in his scriptis. Item cum magna charta Henrici quondam regis Angliæ, sit concessum ac etiam ordinatũ, quòd nul- 40 lus liber homo regni Angliæ capiatur vel imprisonetur, aut disseiseatur de libero tenemento suo, vel libertatibus aut liberis cõsuetudinibus suis, seu vthlagaretur, aut exulet, aut aliquo alio modo destruat, quodquè super liberum hominem huiusmodi lex non ibit, nec mittet nisi per legale iudiciũ parium suorum, vel per legem terræ Anglicanæ, & quòd rex nulli negabit, nulli vendet vel differet rectum vel iustitiã. Quodq; ciuitas Lõdini habeat omnes antiquas libertates & liberas consuetudines suas, aliæq; nonnullæ libertates & liberæ consuetudines in dicta charta regno Angliæ ad laudẽ & gloriã, ecclesiæ catholicæ pacem, & regni quietem prouidè sunt concessæ, & ab Archiepiscopis, & Episcopis dicti regni excommunicati, anathematizati, & à liminibus sanctæ Matris Ecclesiæ fuerunt sequestrati. Qui post concessionem dictæ Chartæ

libertates & liberas consuetudines in ipsa & in charta de Foresta contentas & concessas ecclesiæ Anglicanæ quocunque arte vel ingenio violauerint & infregerint, diminuerint, seu mutauerint, clam vel palam, facto, verbo vel consilio, contra illas vel illarū aliquam in quocunque articulo temerè veniendo. Quāplures nihilominus præmissorum non ignari, contra dictas chartas, libertates, & liberas consuetudines in chartis huius concessas venire temerè iam conantur, & eas infringere plurimum sunt moliti. Nos ipsorum ausus nephandos opprimere cupientes, & velatam ignorantiam & captatam fugare, ad omnium notitiam deducentes præmissa, monemus in genere omnes & singulos qui contra
 10 præmissa fecerunt in aliquo quouis modo contra dictas chartas, vel earum alteram, statuta ædiderint, vel ædita seruauerint, consuetudines introduxerunt vel seruauerint introductas, scriptores etiam statutorum nec non consiliarios & executores, & qui secundum ea præsumpserint iudicare, quod debitè se corrigant, & ordinariorum arbitrio plenè satisfaciant de commissis infra. 15. dies, à tempore monitionis nostræ continuè numerandos, quos non parentes, ex tunc indictam maioris excommunicationis sententiam, per Innocentium Papam quartum ex certa scientia confirmatam denunciāmus publicè & solenniter incidisse. Item omnes & singulos qui de domibus, manerijs, grangis, aut locis alijs ad Archiepiscopos, Episcopos, vel alias personas Ecclesiasticas pertinentibus, quicquam præter voluntatem dominorum, vel eorum qui sunt huius rei
 20 custodes deputati abstrahere, capere, consumere vel contrectare præsumpserint, capi, consumi, vel contrectari fecerint, vel huius abstractionem, captionē, consumptionem, aut contractionem sub nomine, vel à familiaribus suis factā ratam habuerint, ecclesiasticæ libertatis & immunitatis violatores existere, & excommunicationis maioris sententiam dictam cōtra violatores libertatum ecclesiæ in concilio Oxon. latam, ipso facto incurrere denūciamus, publicè & solenniter in his scriptis. Item, quia temporis malitia clericos laicis tradit infestos, adeò quod ipsos capiunt & detinent inuitos, aut quo voluerint abire liberè non permittunt : nos omnes & singulos clericos & laicos nostræ Cantuariæ pro-
 30 uinciæ subditos, qui sciētes esse clericos, & publicè ac notoriè pro clericis habitos & reputatos, & etiā se gerētes de crimine nō cōfessos, nō conuictos, nec etiā indictatos, in custodia vel carcere ponūt, & detinēt, aut inuitos temerariè in casu, à iure vel de consuetudine regni Angliæ non permissio in cleri opprobriū, & iniuriam manifestam, maioris excommunicationis sententia à canone lata in hac parte denunciāmus publicè & solenniter inuolutos. Item, cum omnes & singuli qui in nostra Cantuar. prouincia alicui vel aliquibus crimen falsò exodij fomite maliciōse imponunt, cum super crimine hīc imposito apud bonos & graues prius non fuerant infamati, cuius impositionis occasione quouis modo grauentur maioris excommunicationis sententia in concilio Oxoniæ cōtra
 40 diffamatores huius à sanctis patribus ritè latā sint, & fuerint innodati, ac delinquentes sciēter in Archiepiscopos, aut eos patres spirituales, Christi legatos, ecclesiæ columnas, ex dignitate offensarum culpam grauiorem committant, nos ea autoritate qua fungimur, omnes & singulos qui in nostra Prouincia Cantuar. Archiepiscopo vel Episcopo, vel alij cuicunque crimen proditionis seu aliud quodcunque falsò nequiter & malitiōse, hactenus imponere, ac publicè præsumpserint, vel in futurum imponent contra constitutionem prædictam, dicta maioris excommunicationis sententia in præfato consilio prouidè lata, denunciāmus publicè innodatos, & à sanctæ matris Ecclesiæ liminibus sequestratos.

Misit insuper Archiepiscopus antedictus literam istam præcedentem ad omnes

nes confratres & suffraganeos suos, vt & ipsi etiam in suis diocesis & locis singulis sententias (vt pramittitur) publicè promulgarent: mandatumq; suū executioni demandarent. Auditis itaque literis Archiepiscopi, & singulis intellectis, alijs insuper nonnullis ab Anglicis regijs (vt putabatur) Archiepiscopo impositis, Rex Edvardus misit Episcopo Londonensi literam, vt subsequitur continentem.

Edvardus Dei gratia, &c. Venerabili in Christo patri R. eadem gratia Episcopo Londonensi salutem. Veteribus probatis historijs, & ex hijs quæ quotidie geruntur, clarius elucescit, quomodo multi probitatē principum & honorē qui in eos collatus est, in superbiā abutētes, nituntur interdum malitiæ suę commentis regum laudabilia studia deprauare. Et vt manifestius quod dicimus cunctis fidelibus nostris innotescat, à nostra & eorum memoria non credimus excidisse, quod nos dudum in annis adolescentiæ ad regni solum exaltati, in eiusdem suscepto regimine, sanis consilijs dirigi cupientes, quia Iohannem tunc Vinton. nunc verò Cantuar. Archiepiscopum fidelitatis & discretionis virtute credebamus alijs præminere, eiusquē consilio super his quæ animæ nostræ salutē expediant, & regni nostri augmentum & conseruationem respiciunt, spiritaliter & temporaliter vti sumus, & in tantam familiaritatem est à nobis susceptus, ac illam in se humanitatem expertus, vt pater noster vocaretur, & adoraretur ab omnibus post regem secundus. Cumq; postmodum regnum Frācie ad nos iure successorio fuisset deuolutum, & à domino Philippo de Valesio de facto notoriè occupatum, idem Archiepiscopus nobis oportuna instātia persuasit cum principibus Alemanniæ, contradictum Philippum fœdus inire, & guerrarum dispendijs exponere nos & nostrā, promittens & affirmans, quod expensas ad hoc necessarias, de terrarum nostrarum prouentibus & aliundē quæsitis subsidijs abundanter faceret ministrari, adiiciens insuper, quod solummodo de personis ad bella doctis & strenuis solliciti essemus. Quia ipse pecuniam necessariā pro nostris necessitatibus, & eorum stipendijs efficaciter procuraret: vnde nos mari transito, manum ad ardua misimus, & circa bellicosos apparatus immensas, vt oportuit, expensas fecimus, & confederatis nobis, in maximis pecuniarū summis nos obligauimus, de promisso nobis auxilio (vt præmittitur) confidentes. Sed heu quātum in illusoris baculo arundineo, cū iuxta sententiam propheticam, si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius & perforabit, eam fiduciam posuimus, & subtrahēdo nobis, (vtinam non fraudulenter sperato) subsidio, necessitate compulsi, sub vsuris grauissimis, quasi importabilia contraximus onera debitorum, & sic retardata expeditione vltiori, coacti sumus ab inchoatis magnanimiter hostium aggressibus ea vice desistere, & in Angliam remeare, vbi expositis præfato Archiepiscopo nostris ærumnis multiplicibus & infortunijs memoratis, cōuocatoquē super hoc parliamento, prælati, proceres, cæterique fideles eiusdem regni nostri, nonæ partis garbarum, agnorum & vellerum suorum, præter decimam nobis à clero concessam, tale nobis dedere subsidium, quod si fideliter collectum fuisset cōgruo tempore & obrentum, ad expeditionem dictæ guerræ, debitorum solutionem, & inimicorum confusionem non modicum, nobis præstitisset, & fortè (secundū multorum opinionem) verisimiliter suffecisset. Idem Archiepiscopus ad dicti subsidij collectionem, & aliorum nobis necessariorum subministratiōem iterum promisit efficaciter interponere partes suas, vnde nos eius promissionibus inhaerentes, resumptis viribus nauigio ad hoc congregato, versūs Flandriam nauigantes, commisso graui prælio nautico cum hostibus, qui in nostram & totius gentis nostræ Anglorum prauissimè coniurauerant, misericordissima eius

eius clementia, qui ventis & mari imperat, nō nostris meritis, obtinuimus de tantorum hostium multitudine numerosa victoriam & triumphum. Quo pacto cum prægrandi exercitu, pro iurium nostrorum recuperatione exinde progrediētes, castrametati sumus propè ciuitatem fortissimam Tornacensem, in cuius obsidione aliquandiu iugiter occupati, & continuatis expēlis & laboribus fatigati, præstolantes in silentio, promissum nobis adiutorium sperabamus indies ministerio dicti Archiepiscopi in tot & in tantis nostris necessitatibus releuari. Tandem spe concepta frustrati, licet per plures nuncios & diuersas literas plenè significauerimus præfato Archiepiscopo & alijs consiliarijs nostris sibi adhaerentibus nostras indigentias, & pericula varia quibus expositi fuerimus propter defectum promissi subsidij memorati, vtilitatem insuper & honorem quos ex succursu pecunię conspeximus nos posse faciliter obrinere, nullum tamen ab eis emolumentum recipere potuimus, quia sua non nostra negotia curantes, & cōmoda propria procurantes, friuolis excusationibus & fucatis verborum phaleris, suam desidiam, ne dicamus fraudem vel maliciam, palliabant, similes illusoribus qui (vt ait Isaias) deridendo ludificant, dicentes, manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi: vndè (proh dolor) factum est, vt dum triumphandi super inimicos nostros arrideret nobis gloriosissimè spes propinqua, præualente penuria

20 coegeremur inuiti treugis initis consentire, cum verecunda nostræ expeditionis retardatione, & exultatione nō modica æmulorum. Reuersis nobis Flādiam, cum essemus pecunia vacui & aeris alieni mole pressi, nec superesset quicquam in nostris aut nostrorum marsupijs, vndè possemus nostris necessitatibus consulere, & debita stipendia nostro obsequio militantibus erogare, compulsi sumus vsurarum voragine nos submergere, & humeros supponere cumulatis generibus debitorum. Tandem conuenērunt ad nos amici fideles, peregrinationis nostræ comites & tribulationis nostræ participes, cum quibus tractatum habuimus diligentem super optatis remedijs, quibus à tanta infortuniorum tēpestare possemus commodiùs respirare. Visum est omnibus præfate retardati-

30 onis euentum tristabilem & egestatis nostræ incommoda multiplicia, culpavel desidiam, ne dicamus malicia præfati Archiepiscopi, de cuius discretione tota regni nostri negotia cōstituimus, accidisse, & vehementer mirantes ac contra nos murmurantes. Super hoc quodd dictorum Archiepiscopi & officialium insolētiā regia mansuetudo tanto tempore relinquere voluit incorrectam sua publica potestate, quod nisi super hijs faceremus congruum remedium celeriter adhiberi, oporteret eos de nostris obsequijs se subtrahere, & ab inito fœdere retroire, & hoc vtiq; in regni nostri subuersionem, & nostram perpetuam ignominia, & nationis Anglicanæ sempiternum opprobrium redundare, quod auertat temporibus nostris clementissimi patris benignitas, in cuius soliditate fixa

40 immobiliter anchora spei nostræ, vndè nos ad disciplinam & correctionem nostrorum officialium mentis aciem dirigentes, quosdam ex eis quos ex causis pluribus de mala administratione, iusticię subuersione, ac subditorū nostrorum opprēssione, acceptorum munerum corruptione, ac alijs offensis grauib; suspectos habuimus, à suis fecimus officijs (prout nobis licuit) amoueri, alios quoque inferioris gradus in præmissis culpabiles sub custodia tuta detineri, ne si liberatione solita potirentur, supplantaretur eorū astutia iusticię executio, & deluderetur callidè inquisitio veritatis. Quam cum ex dicti Archiepiscopi animi latebris eò certius & plenius elicere crederemus, quod nihil eorū ad informationem in hac parte conferre poterāt, ipsum verisimiliter latere debuerat cui totius reipublicæ nostræ administrationem & summam rerum gerē-

darum

darum à multo tempore duximus committendam, sibi què per fidelem nostrum
 Nicholaum de Cantilupo, ad hoc specialiter destinatum, mandauimus, quòd
 ad nostram presentiam, quia personali eius colloquio perfrui volebamus, Lon-
 doniā venire maturius nō tardaret. Ipse verò semper tumidus in prosperis, &
 timidus in aduersis, trepidans timore ubi non erat timor, sibi periculum per ali-
 quos nobis assistentes intemptatum & comminatum, si ab ecclesia Cantua. re-
 cederet, imminere minus veraciter allegauit, quia hoc (teste Deo & pura con-
 scientia) nunquam in mentem nostram cecidit, nec alicuius nobis assistentis (ut
 credimus) tetigit cogitatum. Et quāquam clero & populo regni nostri maligni-
 tatis suae merito se reddidit odiosum, nos autem qui cūctos ad nostram præ- 10
 sentiam accedere, præcipuè nostris ad hoc litteris vel nuncijs conuocatis, ple-
 na volumus securitate gaudere, ad conuincendam eius malitiam, dilectum &
 fidelem nostrum Radulphū de Stafford, hospitij nostri Senescallum ad ipsum
 destinauimus, ut ei securum conductum offerret & faceret, regias super hoc
 nihilominus litteras patentes, sigillo regio confirmatas ei fecimus presentari, i-
 teratò mandantes, quod ad nos personaliter accederet, inchoatam sollicitudinē
 nostram informaturus super regni negotijs, quæ longo tempore gesserat, ut
 præferrur. Ipse verò precum & mandatorum nostrorum lenitate con-
 tempta, vultu & animo indignato respondit, quod se nostris conspectibus, seu
 colloquijs nequaquam conferret nisi in pleno parlamento nostro, quòd in his 20
 diebus ex causis rationabilibus nullatenus expedit conuocari. Sicquē idem Ar-
 chiepiscopus, quem regalis benignitas beneficijs & honoribus magnificis am-
 pliauit, & in suæ familiaritatis sacrum & vnanimitatem amicitia, & vin-
 culum fœderis acceperat, super quem sicut patrem charissimum totus noster
 spiritus & animus requieuit, quā etiā dum eius voluntatibus per omnia ac-
 quieuius, sophistica dilectionis faciem suco mendacis beneuolentia palliatā,
 more patris amabilis nobis prætereundum consuevit, subito in victicū onerosum
 & grauem crudeliter est conuersus, & beneficijs acceptis ingratus tumoris arro-
 gantia beneficium persequitur, & illam nobis retributionem, (iuxta vulgare
 prouerbum) Mus in pœra, serpens in gremio, ignis in sinu, suis consueuerat ho- 30
 spitijs exhibere. Nam licet nobis ad regale fastigium iure hereditario diuina
 cooperante gratia sublimitatis detestabile semper sit & fuerit, abui potentiæ ma-
 gnitudine, qui summis desiderijs affectamus clemētia & lenitate cum modera-
 mine iusticie gubernare subiectos, ut optata cunctis mortalibus pace fruamur:
 ipse tamen nostram innocentiam, ac consiliarium & officialium nostrorum
 regalem iusticiam prosequentium, fidelitatem & diligentiam conuicijs lacerat,
 publice prædicando, & suis literis patentibus in diuersis partibus publicare mā-
 dando, quòd potestate regia modernis temporibus contra iusticiam opprimetur
 populus, clemis confunditur, regnū varijs exactionibus collectis & tallijs præ-
 grauatur. Et quia nomen boni pastoris (quo hactenus semper caruit) cum sit 40
 reuera iuxta communem opinionem & confessionem publicam propriam pu-
 blice (ut fertur) emissam notoriē mercenarius, fallaciter nititur vsurpare, su-
 catum zelum vulpine caliditatis fuci perizomate palliatum ad liberationem ec-
 clesie, cuius vexationes si quas in rebus vel personis nostro tempore sustinuit,
 præfatus Archiepiscopus duntaxat remissioni, & calidis adinventionibus ac repro-
 bis consilijs sunt meraciter ascribendæ, nequiter simulat se habere & quasdā ex-
 coheretationū sententias in ecclesiastica libertatis & magnæ chartæ violato-
 ris in gehēredum latis ad suggillandam opinionem regiam & præfatos mi-
 nistros regios diffamandos, ac seditiones in populo nobis commisso preditione
 suscitandas, & deuotionem comitum, procerum, & baronum, magnatum regi
 nostri

nostri, maiestati regie subtrahendam specificatis nonnullis articulis, præter & contra solitum medium in concilio prouinciali traditum, mandauit per suas litteras in pluribus locis insignibus publicari. Quamobrem nos volentes vt teneatur integritati famæ nostræ prospicere, & prælati Archiepiscopi maliciæ obuiare, paratosq; nobis & nostris ab ipso laqueos cautiùs declinare: pronidimus præter ea quæ superius expressa sunt, vt ad præsens multis de eius actibus taceamus aliqua deducere in publicam notionem. Nèpè eius improuido consilio & succursu in minori ætate constituti, tot donationes prodigas, ac alienationes, prohibitas, ac gratias fecimus excessiuas, quòd per eas ararium nostrum totaliter
 10 est exhaustum, & fiscales redditus sunt enormiter diminuti, ipsumq; munerum acceptione corruptum, magnas pecuniarum summas nobis debitas quibusdam sine rationabili causa (cum id nulla necessitas vel utilitas exposcebat) comperimus remisisse, & plurimos prouentus & redditus qui pro nostris utilitatibus & necessitatibus conseruari debuerant, suis suorumq; vsibus applicasse, & alijs personis malè meritis erogasse. Qui etiam ne dum munerum, sed etiam personarum acceptores, qui votum nostrum & præstitum nobis fidelitatis iuramentum solitum, ad officia publica in terris nostræ ditioni subiectis, dignis & bene meritis postpositis, & repulso & indignos admisit, multaquè alia animo infrænato temerè attemperare præsumpsit, in status nostri detrimentum, & dignitatis
 20 regie lesionem, ac populi nobis subditi damnum non modicum & grauamen, potestaté traditæ & commissæ sibi abutendo officiū. Qui si in elata obstinatione & obstinata rebellione & continuata præstiterit, congruis loco & tempore intendimus apertius declarare, vobis firmiter iniungendo mandamus quatenus hæc omnia & singula singulatim & clarè locis quibus expediri videritis, publicetis & faciatis per alios publicari piam intentionem quam habemus ad subducenda incòmoda subditorum, ipsis iuxta datam & vobis à Deo sapientiam commendantes, & in hijs taliter vos habentes, quòd vestram debeamus sollicitudinem merito commendare. Teste meipso apud Westmonasterium duodecimo die Februarij anno regni nostri quindecimo.

30. Scripsit Ludouicus dux Bauariæ regnum Alemanniæ occupans, Anglorum regi Edvardo sub hac forma.

Ludouicus dei gratia Romanorum imperij semper Augustus, Edvardo regi Anglorum fratri suo charissimo salutem & fraternam dilectionis affectum. Licet innumera grandiaq; negotia nostris incumbant humeris, & circa illa multipliciter & assidue distrahamur, tamen cum discordia inter te & Philippum regem Francorum affinem vestrum prædilectum orta tibi & tuo regno quamplurimum personarum & rerum dispendia, ipsa non sedata in futurum poterit generare, & nostris se repræsentant obtutibus, mentemquè nostram specialiter angit & excitat, vt ad tollendâ ipsam, studium & operam nostræ sollicitudinis apponamus. Propterea te scire volumus quòd præfatus Philippus ad requisitionem nostram dedit nobis suis litteris potestatem tractandi inter te & ipsum super discordia inter vos suscitata, quam & tibi & tuo regno pensatis diligenter omnibus conditionibus & allegatorum tuorum multipliciter expedire credentes, amicitie tuæ persuademus, teq; cum diligentia hortamur, vt ad hoc tuum assensum præbeas, quòd te & ipsum reuocare possimus ad concordiam inter vos pacis fœdera ordinare, ad quæ libenti animo vacare volumus & impendere onerosa prosecutione labores. In quo si consilijs nostris consentire volueris & acquiescere, vt speramus, placeat tibi tuis litteris nobis dare potestatem præmissam tractandi concordiam, & treugas per annum vel biennium ordinandi. Nec te moueat amicitia inter nos & Phil. regem Francorū inita & cōtracta.

N.

Nam

Nam ex quo in treugas & certos terminos ad tractandum de concordia inter te & prædictum regem Francorum accepisti, absque nostro scitu, voluntate, & assensu de consilio nostrorum principum, qui ligias, pacta, & uniones nostras nouerunt, quibus visum fuit quod hoc (saluo honore nostro) facere possemus, concordiam & amicitiam cum dicto rege Francorum contraximus, & unionē & vniuimus, vicariatū tibi per nos commissum, ex causis reuocamus prænotatis. Pro firmo sciturus, quod in tractatibus nostris sic tibi fraternē providebimus, quod si nostris consilijs acquiescere volueris, causa tua ad finem bonum, (mediante consilio nostro) producet: super quibus tuam amicitiam de nostra intentione plenius informatum, religiosum virum Fratrem Edvardum le-
ctorem ordinis fratrum Heremitarum sancti Augustini, specialem nostræ curiæ Capellanum, tuæ fraternitati transmittimus, quem petimus super præmissis celeriter expeditum remitti. Dat. Francfordiæ. &c. anno imperij nostri. 27.

Rex autem Angliæ Edvardus, Ludouico prædicto rescripsit in hæc verba.
Serenissimo principi domino Ludouico Dei gratia Romanorum imperij semper Augusto, Edvardus eadem gratia rex Franciæ & Angliæ, & Dominus Hiberniæ salutem, & votius semper successione gratulari. Serenitatis vestræ literas reuerenter recepimus, inter alia continentes, quod Philippus de Valesio ad tractandum inter nos & ipsum concordiam dedit vobis ad requisitionem vestram suis litteris potestatem. Et si placeret vobis, potestatem huius vobis dare, libenti daretis animo labores & operam ad dictam concordiam reformatam, & quod amicitia inter vos & Philippum minimē nos moueret, nam ex quo sine scitu & assensu nostro treugas ad terminos ad tractandum de pace inter nos & dictum Philippum, accepimus dictam amicitiam cum eo de consilio principum vestrorum, quibus visum fuerat quod hoc (saluo honore vestro) possetis facere, contraxistis, vicariatū nobis per vos commissum reuocastis. Et quidem zelum quem habetis ad faciendam dictam concordiam, plurimum commendamus. Et reuerā votium foret nobis admodum & acceptum si posset fieri per tanti mediatoris instantiam pax optata. Sed quia scimus ius nostrū in regno Franciæ satis clarum, illud arbitrio dubio non proponimus ducere alicui, per nostras litteras committendas, verū dum attenta meditatione pensamus, qualiter vestra consideratio circumspēcta videns nostram patentem iusticiam, & dicti Philippi duriciam obstinatam & iniuriam, nobiscum contra dictum Philippum vestri gratia ligiam fecistis, velut in specialem adoptionis filiū de dilectionis exuberantia nos admittentes, ut cum pace vestra loquamur mirari non sufficimus, quod præpotens vestra sublimitas, quæ ad laudem bonorum & vindictā malorum est diuinitus instituta, cōtra nos dicto Ph. iniuriatori nostro notorio se ligauit. Et id quod dicitur nos sine scitu & assensu vestro cum præfato Ph. treugas ad tractatum pacis inijsse, non debuit consideratis facti circumstancijs rationabiliter mouisse, quia dum obsidebamus ciuitatē Tornacensem, oportuit nos eorum sequi consilia, qui nobis auxilia & comitiū tunc fecerunt, & hyemis subita vicinitas ac locorum distātia vestram super hoc consulere celsitudinem minimē permiserunt. Immō nobis aliās (si recolitis) concessistis, quod si opportunitas arrideret tractare possemus de pace vobis inconsultis, ita tamen, quod si te consensu vestro pacem finalem cum dicto P. nullatenus faceremus, quam nunq̃ facere proponebamus priusq̃ vestrum super hoc habuissimus p̃uidū consiliū & assensum. Sed in votis gessimus vobis in omnibus facere quod debuimus iuxta vires, sperantes quod fraternæ vestræ plenitudo beneuolentiæ, nos ad tempus benignius supportasset. Videtur etiam aliquibus quod reuocatio dicti vicariatus facta fuerit præmaturē iuxta sponsionem super hoc per imperiales

riales nobis facti, non debuissent fieri quousq; regnū Franciæ, vel maiore partem eiusdē fuissemus adepti. Præmissa quæsumus veli vestra nobilitas debite pōderare, & ulterius facere quod debet, quia per dei gratiā vobis & vestris semp iuxta mensurā impense nobis beneuolentiæ gratiā faciemus pro viribus repēsiuā. Celsitudini vestræ donet altissimus votiue felicitatis augmentum. Dat. Londini anno regni nostri Franciæ. 2. regni verò nostri Angliæ. 15.

Mortuo Benedicto. 12. successit Clemens. 6. Hic de abbate ordinis S. Benedicti factus est Attreba. episcopus; postea successit ad archiepisc. Senonensem, & Rothom. assumptus; deinde ad Cardinalatū, & tandem ad Papatum ascendit.

*Obijt Papa
Benedict. 12.*

10 **E**dvwardus dei gratiā rex Angliæ & Franciæ, & dominus Hiberniæ, vener. &c. salutē. Terribilis in iudicijs & inscrutabilis in consilio Rex. celestis, qui dignē flagellat filios quos diligit, ostendit plerunque peccanti populo dura, peccantes propter iniquitates suas humilians, vt sic ad se reuerſi, quærant humiliter nomen eius. Pensantes itaque quantis guerrarum incommodis & aduersitatibus nos & subiectus nobis populus peccatis nostris, vel ipsius populi seu vtriusque forsitan exigentibus, fuimus à longē retrō temporibus, & adhuc sumus, inaniter læcessiti; ac facultatibus collapsi grauiter & exhausti, ac considerantes periculosa discrimina nobis & nostris verisimiliter imminētia, nisi diuina prouidentia clementius respexerit nos ex alto, tanta tribulatione malorum & dolorum dum nostrum conspiciamus imperfectum, diuinam contemplamur omnipotentiam operantes, quod iustus iudex, verax deus, benignē respiciet causā nostrā veritatem & iustitiam, & humiliabit calumniatorem, & sic sub miserationis diuinæ fiducia rem aggrediētes arduam, passagium nostrum versus partes Franciæ ordinauimus validum & festinum, & alium exercitum versus partes Scotiæ duximus transmittendum, vt sic, per dei gratiā cōminatis nobis occurramus periculis, & fidelibus nostris post magnā quā passi sunt inquietudinē quietis pulchritudinē præparēmus. Cū igitur cōstituti sitis pro hominibus à domino, vt offeratis dona & sacrificia pro peccatis, attēdite quæsumus prædicta, nedū nostra, sed publica pericula, preces pro felici progressu nostro fundētes altissimo, supplētes vices Moſis, vt nos & nostri possimus aduersarijs in vestrarū ereptionē manuum præualere, & vt augmentū gratiæ nobis multiplicatis intercessoribus largiatur, faciat is per nostras ciuitates & diœc. prædicationes & pœssiones fieri, & alia pie placationis officia misericorditer exerceri, vt Deus misericordiarū super nos & exercitus nostros manū suæ benedictionis extendat, & actus nostros in beneplacito suo sic dirigat, vt sibi cedant ad laudem, nobis ad meritum & subiectis nobis fidelibus commodum & quietem. Dat. &c. Anno regni nostri Angliæ. 16. regni verò nostri Franciæ. 3.

20 **H**oc anno inita est treuga inter reges Franciæ & Angliæ, mediantibus duobus Cardinalibus, ipſi hunc modum, videlicet, quod super omnimodis cōtrouersijs & dissensionibus, mittantur ad curiā Romanā aliqui de sanguine regum dictorum nobiles, & alij habentes potestatem concordiam ordinādā, affirmandā, & roborādā, super causis, à partibus ostensis, secundum tractatū domini Papæ & nobilium prædictorum. Et poterunt partes dicere & præponere rationes suas coram domino Papa, non tamē ad finem dissensionis & dandi sententiam, sed pro faciendā pace meliori & tractatū. Item quod antedicti nobiles, qui ad curiā mittentur Romanā, sint in curia citra festum sancti Iohannis Baptistæ proximo futurum, negotiaq; præfata diuino mediante suffragio, summi necnon pontificis instantiā, citra festum natalis domini, etiam de assensu dictorum nobilium, termino illo nullatenus prolongato maneant expedita. Si verò dominus Papa fuerit impeditus, vel pacem & concordiam inter

N. ij.

reges

reges prefatos reformare nō poterit, treugæ nihilominus vsque ad terminū infra positū perseuerent, & firmiter ab omnibus conseruentur. Ad finem quoque illum quod negotia supradicta meliorem pleniorēque sortiantur effectū, cōcedantur treugæ, vt ad festum sancti Michaelis in mense Septembri proximò futurum, & à festo illo vsque ad finem trium annorum proximè sequentium, inter prædictos reges Angliæ & Franciæ regēmq; Scotiæ, comitem Hannoniæ, duces Brabantæ & Gelre, Marchionem de Gillers, dominum Iohannē de Hannonia, & gentem Flandriæ, omnesque eis adhærentes in omnibus terris eorūdem à tempore datæ treugarum præsentium, per totum tempus supradictum. Insuper rex Scotiæ, comes Hannoniæ, & dictis regibus ceteri nobiles alligati, mittant nuncios suos ad curiam præfatam, cum potestate consentiendi & affirmandi, secundum tractatum coram domino Papa habendum, in quantū eos attinet, citra festum sancti Iohannis prænotatum: si verò dictorum nobiliū aliqui nuncios (vt præmittitur) ad curiam Romanam mittere non curauerint, negotia supradicta nequaquam ob hoc maneant prolōgata. Conseruentur quoque prædictæ treugæ in Britannia inter supradictos & eis adhærentes, quanquam in ducatu illo ius se dixerint possidere. Durante verò treuga, ciuitas de Vanes in manibus Cardinalium nomine domini Papæ detineatur, elapsisque treugis, de vrbe illa suam faciāt voluntatem. Cardinales insuper partes suas diligenter apponant, pro absolutione Elandrensiū, & sententijs quas incurrent amouendis, & quòd via bona & rationabilis inueniatur, curiosè studeant laborare. Comes Flandriæ sicut dominus sine medio, & medius velut superior, durante treuga remaneat in Flandria, ita tamē quòd hoc fiat de assensu populi Flādiæ, si verò aliqui in VVasconia, vel alibi, durāte treuga, vicinis suis vel inimicis partis alterius guerrā suscitent, dicti reges p se, nec palios, directè vel indirectè, se nullatenus intromittant, nec ob hoc treugę violatę sint infectę. Dicti verò reges partes suas diligenter sine fraude apponant, nec vnus partis subditi durante treuga, parti alteri in VVasconia & Britannia guerrā moueant: quoquomodo, nec aliquis vni parti obediens, pēdente treuga, parti alteri socius siue amicitiam inire permittatur, nec detur vel promittatur quicquam durāte treuga directè vel indirectè pro guerra suscitanda, & tam per terrā quā per mare treugæ firmiter ab omnibus sint cōseruatę. In VVasconia verò & in Flandria infra 15. dies, in Anglia & in Scotia, infra 40. dies treugæ fiant proclamatę. Omnes captiui partis vtriusque à dominica ante festum sancti Vincentij proximò præterita, vsque ad diem præsentem, de carceribus eiciantur, bona rapta reddantur, & liberi, prout ratio exigit, dimittantur. Nulla nocumenta vel inuisiones durāte treuga inter partes in præiudiciū treugæ fiant vel despectum. Dicti quoque reges & eis adhærentes durante treuga in tali remaneant possessione & seifina, qua hodie persistunt in omnibus bonis, terris & possessionibus, quas detinent vel acquisierant quoquomodo. Et securè de vna terra in alteram redibunt, & omnes mercatores cum mercibus, & ceteri singuli fideles, tam per terram quā per mare & aquas consuetas, tamen in regno persolutis, ita libere veniant & securè, sicut tempore prædecessorum dictorum regum ire solebant & redire, exceptis bannitis dictorum regnorū pro alijs causis & pro guerris regum supradictorū: sed Barones VVasconia & ceteri de ducatu eodem banniti in dicta guerra cōtinentur, & ire & redire poterunt, durante treuga sepedicta, banniti verò & fugitiui patrię Flandrensis, qui fuerunt ex parte regis Franciæ durante treuga, Flandriam intrare non poterāt: dictę verò treugę continebunt & comprehendent Hispanos, Cathalaños, Ianuenses, Provinciales, Episcopum Cameracensem, & capitulum cameratum, castra Pagi Cameracensis, domi-

dominum de Brette vicecomitem de Fronsas, dominum de Tynbon, dominum Iohannem de Vernun, Dominum de Roya. Dominus verò Odo dux Burgundiæ, dominus Petrus dux de Burbon, in animam domini Philippi regis Franciæ: & dominus Henricus Lancastriæ, dominus VVilhelmus de Boun, dominus VVilhelmus de Monte acuto comites, in animam domini Edvvardi regis Angliæ secundum mādātum eis per reges sēpēfatos factum, tactis sacrosanctis Euangelijis iuramentum pręstiterūt concordale. Dat. in Prioratu sanctæ Mariæ Magdalenæ de Maletrete, ordinis sancti Benedicti, diocesis Nauct. 19. die Ianuarij, anno domini. 1342.

- 10 **A** Nno gratiæ millesimo trecentesimo quadragesimo primo, qui est annus regni regis Edvvardi à cōquestu tertij quintus decimus, tenuit rex natalē apud VVindelore. Eodem anno rex Edvvardus cum suo nauigio Britanniam nauigauit, vbi per cibos & potus incōgruos plures amisit de suis. Quo tempore missi sunt ad eum duo Cardinales, qui ex parte Papę treugas triennales indixerunt inter reges, sub quo spacio de iure quod rex Angliæ vendicauit in regnū Franciæ discuti posset ad plēnū. In redeundo quoque de Britannia maxima incōmoda per marinam tempestatem perpellus est, quę vtiq; dicebantur per nigromanticos regis Franciæ procurari. Hoc anno quinto die Iunij apud maneriū regium de Langele, iuxta sanctum Albanum, domina Philippa regina peperit
- 20 filium, qui baptizatus est à domino Michaele Abbate de sancto Albano, & nominatus est Edmundus. Transiit annus iste frugifer & fructifer, rerum venaliū copiosus: regionibus Franciæ atque Scociæ otiosus: Angliæ laboriosus, sumptuosus, & studiosus.

Natale celebratum apud Windelore.

Regina peperit quintū filium vocatum Edmundum.

- A** Nno gratiæ millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, qui est annus regni regis Edvvardi à conquestu tertij sextus decimus, tenuit rex natalē apud Kenyngton sollemniter, cum multitudine tam incolarum quā alienigenarum magna nimis. Hoc anno Ludouicus de Bauaria, qui se imperatorem appellauit, sed difragus & falsus, vicariatū citra Coloniā a rege Angliæ, (vt ferebatur minus consultē susceptum) per suas litteras reuocauit, & spretis sceleribus regi Angliæ sacramento firmatis, amicitias contraxit cum rege Francorum. Sub eodem anno rex Angliæ transfretauit in Britanniam Armo-ricam, iteratō recepto prius homagio de domino Iohanne de Monteforti, pro Ducatu Britannia, qui fuit verus hæres ducatus eiusdem, volens iuuare ipsum contra Dominum Carolum de Bloys, qui desponsauit filiam alterius fratris germani, vbi rex Edvvardus plures villas, munitiones & castra rebellatā fortiter cōquisiuit, & post obsedit ibidem villam de Vanes. Et quamuis Philippus de Valeys rex Franciæ sibi cōglomeratā multitudine occurrisset, & treugas fecisset, nihilominus remansit villa prædicta regi Angliæ subiugata.
- 30 **A** Nno gratiæ millesimo trecentesimo quadragesimo tertio, qui est annus regni regis Edvvardi à conquestu tertij septimus decimus, tenuit rex natalē apud VVoodstock, cum regina Philippa, & filiis corundem, ac primogenito suo principe VVallia, & Comitibus ac Baronibus multis valde. Eodem anno Clemens sextus, quondam Rothomagēsis Archiepiscopus, successit Benedicto duodecimo. Iste Clemens vir insignis litteraturæ fuit, sed prodigalitatis profusissimæ, ad eō vt dignitates Ecclesiasticas vacantes in Anglia, suis conferret Cardinalibus, nouosquē pro eis in Anglia titulos moliretur imponere, quā de causa Rex Angliæ offensus, prouisiones per dominum Papam factas cessauit. Et ne quis deinceps tales prouisiones afferret, sub pœna carceris atque capitis, interdixit. Hoc anno per totum regnum Angliæ decimæ tam temporalium quā spiritualium regi solutæ sunt.

Natale apud Kenyngton.

Natale apud Woodstock.

Eodem anno dominus Henricus de Lancastria, comes de Derby, cum comitibus de Glouernia, de VVarvico, Northamtonia & Oxonia, Barone de Stafford, Roberto de Vfforde iuniore, & alijs multis valentibus, & exercitu numerofo profectus est versus Scotiam, ad dissoluendam obsidionem quam Scoti plantauerant circa castellum de Louhmaban, quod quidem castrum cōmissum fuerat custodiæ comitis de Northamtonia, VVilhelmo de Boun, qui quēdam militem dictum VValterum de Selby custodem in eodem castro constituerat loco suo, sed probitate dicti VValteri, & Episcopi Carleolensis, nec non domini de Lucy fuerat obsidione liberatum, antequam supradicti heroes aduenissent, sic quod redierant negotio nullo facto. Circa præsens tempus Henricus Burghvash Lincoln. episcopus in Flandria apud Gandauum diem clausit extremum. Cui successit Thomas le Beek, clericus nobilis & excellens. Iste Henricus quondam Lincolnienſis episcopus cupidus & auarus, apud prædium suum de Tynghurst, parcum fecerat, & suorum terras contiguas ipsis iunctis eidem parco adiecerat, & sepibus ac fossatis incluserat, non sine diris illorum inceptationibus ademerat terras suas. Post mortem verò suam apparuit cuidam ex armigeris suis quōdam, cum pharetra & arcu, sagittis & cornu, indutus breuitunica, & ipsa viridi, & ait ei. Nosti quod nō sine dei offensa & iniuria pauperum clauſerim istum parcum, datus sum igitur nō sine pœna ad custodiam huius parci prout vides, quousq; terræ istæ inclusæ pristinis possessoribus resti-
20
mantur. Vade ergo ad fratres meos Lincolnienſes canonicos, & roga eos ex parte mea, vt hæc omnia pauperibus possessoribus redonentur, à quibus cum iniuria ea tuli. Canonici verò hæc audientes, & iniuriam prælibatam non ignorantes, miserunt vnū de canonicis VVilhelmum Bachelor appellatum, ad restituendum sua singulis, & sepes extirpand. fossatq; complananda, qui rediens per Abbatem de Sancto Albano Michaellem, sibi narrauit hæc omnia seriatim.

Eodē anno Papa Clemens iterum fecit in Anglia prouisiones duobus Cardinalibus de beneficijs proximò vacantibus præter Episcopatus, & Abbathias ad extentam duarum millium marcarum. Quod rex & tota regni nobilitas pati noluit, sed procuratores dictorum Cardinaliū sub pœna carceris Angliam exi-
30
re coegit. Et citò post rex direxit Papæ illam famosam epistolam pro libertate ecclesiæ Anglicanæ contuenda, quam præsentibus duximus inferendam.

Epistola missa Papæ Clementi pro libertate Ecclesiæ Anglicanæ, plena fructu, cui pro tunc Papa aut Cardinales respondere rationabiliter nesciebant.

SANCTISSIMO in Christo patri ac domino, domino Clementi, diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ summo Pontifici, Edwardus eiusdē gratia rex Fracię & Anglię, & dominus Hibernię, deuota pedū oscula beatorum. Pensata sedis apostolicæ clementia, quæ de fomento deuotionis Christi fidelium, & animarum salute, solet esse summè sollicita, non quærens quæ sua sunt, sed quæ sunt potius Iesu Christi, tenet probabiliter nostra
40
fiducia, quod vestra maturitas in specula celsitudinis Apostolicæ præclaritate meritum & sciētia diuinitus iam erecta, ea quæ decus ecclesiæ, & deuotionē plebis attenuat, ac animarum & rerum pericula comminantur, curabit misericorditer reformare. In publicam autem nō ambigimus notitiā prouenisse, qualiter ab exordio nascentis ecclesiæ in regno nostro Angliæ progenitorum nostrorum regum Angliæ, & procerum ac fideiū dicti regni dignè recolēda prioritas propter diuini cultus augmentum cōstruxit ecclesias, & ipsas amplis dotauit possessionibus & priuilegijs cōmuniuit, ponens in eis ministros idoneos, qui fidē catholicā in subiectis sibi linguis, & populis fœliciter pegerūt, p quorū curā & solitudinē vinea dñi sabaoth in cultu & fructu, ibidē mirificè fecēda-
uit,

10 illi, sed quod dolendum est, ipsius vineę propagines degenerantur in labruscas, &
 exterminant eam apri de silua, singularesquę ferę depascunt eam, dum per im-
 positiones & prouisiones sedis apostolicę, quę solito grauius inualefcunt, ipsius
 peculium contra piam voluntatē & ordinationem donatorum, manus occu-
 pant indignorum, & praesertim extraneorum, & eius dignitates & beneficia con-
 feruntur pinguiā personis alienigenis, plerumque nobis suspectis, qui non residēt
 in dictis beneficijs, & vultus commissorum eis pecorum non agnoscunt, linguā
 non intelligunt, sed animarum cura neglecta, velut mercenarij solum modō
 temporalia lucra quaerunt, & sic diminuitur Christi cultus, animarum cura ne-
 20 gligitur, subtrahitur hospitalitas, ecclesiarum iura deperiunt, ruunt aedificia cle-
 ricorum, attenuatur deuotio populi, Clerici dicti regni viri magnę literaturę
 & conuersationis honeste, qui curam & regimē possent sibi salubriter peragere,
 & forent pro nostris & publicis consilijs opportuni, studium deserunt, prop-
 ter promotionis congruę spem ablatam, quę diuinę scimus non esse placita
 voluntati. Quinimodō graue nostrum & fidelium nostrorum versatur praēi-
 dium & ineffabile periculum, nisi super hoc citius & consultius caueamus.
 Nam ius patronatus quod nos & fideles nostri in talibus obtinemus beneficijs
 enervatur. Curia nostra in qua duntaxat causę super iurē patronatus dictorū
 30 beneficiorum tractari debent deluditur, & sic iura coronę nostrę tam probrosę
 quā damnosę deperiunt, & regni thesaurus ad extraneos, ne dicamus nostros
 maleuolos asportatur, subtili forsan coniectura, vt regni depresso sacerdotio, &
 eius exhausto thesauro, reddatur regnum debilius in aduersis, quę singula, &
 alia quę ex praemissis sequuntur incommoda, fuerunt nuper coram nobis in
 parlamento nostro generali pro communitate dicti regni palam exposita, vna-
 nimi & feruenti petitione subiuncta, vt praedictis dispendijs quę dictę com-
 munitati videntur intollerabilia celeriter occurramus. Nos autem Anglicanę
 depreffionē ecclesię, & exheredationem coronę nostrę, ac mala praedicta quę
 dissimulata diutius adijcerent verisimiliter grauiora, patulo cernentes intuitu,
 ad vos successores Apostolorum principis, qui ad pascendum non ad tondendū
 40 oues dominicas, ac ad confirmandum, & non ad deprimentum fratres suos
 mandatum à Christo suscepit, ista deferimus votis affectibus supplicantes,
 quatenus praemissis debite ponderatis ac consideratis, quod de iure creandi sunt
 de vico populi magistratus, & iuxta dictum Prophete, dandi sunt de eodem lo-
 co populi vinitores, quod per beatos Apostolos legitur esse factum, dum genti-
 bus viros linguarum suarum habentes notitiam transsumpserunt, pensata eti-
 am deuotionis plenitudine, qua domus nostra regia, & clerus & populus dicti
 regni perstiterunt haecenus in obedientiam dictę sedis, propter quod non ha-
 beret paternus affectus eis onera & grauamina cumulare, vt pater filijs thesau-
 rizans, alleuians dictarum impositionum, & prouisionum, ac onerum tam per
 40 sedem apostolicam inualefcientium grauitatem, permittentes vltius vt patroni
 patronatus sui solacium non amittant, ecclesięquę cathedrales & alię dicti reg-
 ni liberas electiones & earum effectum habeāt, quas quidem ecclesias dicti pro-
 genitores nostri dudum singulis vacationibus earundem personis idoneis iure
 suo regio liberę conferebant, & postmodum ad rogatum & ad instantiam dictę
 sedis sub certis modis & conditionibus concesserunt, quod electiones fierent in
 dictis ecclesijs per capitula earundem, quę concessio fuit per sedem apostolicā
 ex certa scientia confirmata. Sed contra formam cōcessionis & confirmationis
 praedictarum, dicta sedes per reservationes & prouisiones suas dictis capitulis e-
 lectiones adimit supradictas, & nobis ius & prerogatiuam, quę iuxta formam
 dictę cōcessionis nobis competunt in hac parte, propter quod iuxta legē dicti
 N. iij. regni

ad pascendum
 non ad tondendum

de iure creandi
 de vico populi magis-
 tratus

regni nostri, ex quo lex in concessione posita non obseruatur, concessio reuoluitur, & rei status reuertitur in primum super premisis. Itaque dignetur quaesumus vestra benignitas ad honorem Dei & salutem animarum, necnon ad tollendum scandala & preiudicia prelibata, festinum & salubre temperamentum apponere, ut nos & nostri qui personam vestram sanctissimam & sanctam Romanam ecclesiam reuereri cupimus ut debemus, cessantibus dictis malis intolerabilibus, in paternae vestrae dilectionis dulcedine quiescamus, reuirescat vestraque deuotio per ostensam nobis pie moderationis vestrae clementiam recreata. Conferuet vos altissimus ad regimen Ecclesiae suae sanctae per tempora prospera & longaeua. Datur apud Westmonasterium. 26. die Septembris, anno regni nostri Franciae quarto, regni vero nostri Angliae, decimo septimo.

Epistola regi directa pro Cardinalibus, quibus prouisiones prius fecerat, expulsis de suis prouisionibus.

Clemens episcopus seruus seruorum Dei, charissimo in Christo filio, Domino Edvardo regi Angliae illustri salutem & apostolicam benedictionem. Dudum post creationem nouorum sacrosanctae Romanae ecclesiae Cardinalium, prouida & matura deliberatione prauiam per nos facta, honoribus dei & ecclesiae suae sanctae, ac utilitati rei publicae conuenire, quod Cardinales ipsi, qui super expediendis negotiis ad alueum Apostolicae sedis vndique confluentibus nobiscum labores & onera partiuntur, & haberent congrue vnde suis valeret necessitatibus secundum status sui decentiam prouideri. Demum excogitatis vijs & modis licitis, quibus absque minori ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum grauamine huius prouisio sequi posset, debeneficijs ecclesiasticis tunc in diuersis regnis in partibus Christianitatis vacantibus, & in antea vacaturis vsque ad certam sumam, pro singulis eorundem nouorum Cardinalium, & sub certis formis & limitationibus praefatis Cardinalibus distinctis eis, prout expedire vidimus prouincijs, gratias fecimus speciales. Cum autem duobus ex eis de ducatu Aquitaniae oriundis, videlicet dilectis filiis nostris Adamare, titulo sanctae Anastasiae, & Geraldo, titulo sanctae Sabine praebiteris, Cardinalibus de huiusmodi beneficijs in regno & terris tuis (fili charissime) consistentibus in forma pro ipsis & alijs praedictis Cardinalibus cum magna deliberatione consilij ordinata, gratias huiusmodi prouiderimus faciendas, ipsique pro eis consequendis gratijs certos procuratores & nuncios suos ecclesiasticos, viros scilicet prudentes & literatos, ad partes regni tui Angliae destinarent, ipsi procuratores & nuncij postquam ad regnum peruenientes praedictum, in ceperunt ibidem dominorum suorum praedictorum negotia prosequi supradicta, per gentes & officiales regios non solum impediti super eis, quin immo captiuati, & tandem de regno praedicto expulsi cum ignominia, sicut infestis nimis reatibus percepimus, extiterunt. Profecto (fili dilectissime) si praemissa quae de procuratoribus praedictis praemitimus veritate nituntur attenta, deuotione sincera, quam ad dominum & sacrosanctam Romanam ecclesiam matrem tuam gerere dinosceris, sicut clare memoriae progenitores tui reges Angliae gesserunt, dum in humanis agerent, ea de tua processisse conscientia faciliter credere non valemus. Certum est autem, quod non solum in regno & terris tuis praedictis, immo quasi in omnibus regnis & partibus tam propinquis quam remotis, ubi catholicae fidei viget cultus, alijs nouis Cardinalibus consimilem gratiam fecimus, in quibus rebellionem aliquam praeter praedictam, quam (si vera sit) cum dolore cordis referimus factam, nullatenus audiuius vsquequaque: satis namque honoribus & comodis regijs credebamus & credimus expedire, quod Cardinales, & illi maxime qui naturaliter afficiuntur

afficiuntur ad honores & comoda tua regia, in regno & terris tuis beneficia obtineant ecclesiastica, quia ex hoc proculdubio libentius & frequentius ad promouendos profectus regio inducuntur, & utinam illi qui nutriti de micis eiusdem Romanæ ecclesiæ, & ad honores & status exaltati per eam, impedimenta & alia prædicta procurasse, non absque magnæ ingratitudinis vitio, & alijs suis periculis verisimiliter extimantur, ex quibus præter hoc excommunicationis & alijs pœnis & sententijs promulgatis aduersus tales à canonibus, se periculose nimium subiecerunt, quæ salutis, famæ, & honoris regij felicia respiciunt incrementa, fidelibus intenderunt studijs, & contrarium acceptando nequaquam lucra propria sub manu regia venarentur. Demum regiam rogamus excellentiam, & in Domino attentius exhortamur, quatenus hijs quæ præmissimus & alijs quæ in hac parte circumspeditioni regie possunt occurrere, diligenti præmeditatione intra pectoris regij claustra discussis, ea quæ contra dictos procuratores & quosdā alios præfati Adamari Cardinalis, qui postmodum in eodem regno capi & detineri dicuntur, facta fuerunt, reparari & retiocari decenter & benignè faciat, ipsosque procuratores regio fauore suffultos, circa prosequenda in eodem regno supradicta negotia, plena securitate gaudere, pro diuina & nostra dictæque sedis reuerentia faciat regia celsitudo, aures non accomodando regias illis aliquā in Dei offensam, Ecclesiæ prædictæ contumeliam, ac honoris, salutis & famæ tui culminis læsionem, possent quomodolibet redundare, ut Dominum tibi semper propitium, & sedem prædictam super tuis oportunitatibus constituas promptiorem. Rescripturus nobis fili dilectissime, quæ tua legalis circumspectio circa hæc prouiderit ordinanda. Datæ apud villam nouam Anniunior diocesis quinto calendarum Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

Per idem tempus rex Angliæ misit procuratores ad Romanam curiam, Dominos Henricum de Lancastria comitem de Derby, Hugonem le Spencer, Radulphum de Stafford, cum Oxoniensi episcopo & multis alijs, dans eis plenam potestatem & mandatum speciale, ad tractandum coram summo Pontifice de iure suo in regnum Franciæ, non ut Iudice, sed ut priuata persona & amico communi, non in forma, nec in figura iudicii, &c.

De procuratoribus missis ad curiam Romanam

Eodem tempore contigit quoddam mirabile in partibus borealibus, de quodam iuvene qui fuerat in familia domini I. Baronis de Graystok, qui cum equitaret lætus & hilaris per quendam campum seminatū cum filigine, & cerneret filiginem in modum æquoris fluctuare, repente considerat quendam homunculū rubeum de filigine caput exigere, qui quanto plus considerauit eundem, tanto plus videbatur sibi eum crescere in statura, qui appropinquans attripuit frænum eius, & vellet, nollet, duxit eum in filiginem, ad locum ubi (ut sibi visum fuit) pulcherrima domina cum multis puellis sibi similibus residebat, quæ mox iussit eum equo deponi, & pelle carnibusque lacerari, & demum excoriati mandauit. Deinde prædicta domina caput suum secans per medium, cerebrū (ut putabat) abstulit, caput vacuūque reclusit. Quibus ita gestis, eum leuari fecit in equum, & abire demisit. Nec mora, expertus & inops ingenij, cepit furere, & furiosos gestus continuare. Cumque peruenisset ad villam proximam, quædam puella quæ & ipsa de domini sui familia fuerat, & eum multum dilexerat, venit ad eum, & curam illius egit, & ne damna inferret sibi ministrantibus, catenis eum coartari fecit, quæ duxit eum, ad multos sanctos transmarinos pro consequenda sanitate, sed cum nil profecisset ibidem, regressa est in Angliam cum eodem. Non timens defuit sibi ille rubeus & rufus qui sibi prius apparuit, sed ubique visibilis sibi affuit. Et licet tribus aut quatuor catenis ligatus fuisset, eas semper soluere

De quodam iuvene mirabiliter sensu alienato.

De quodam iuvene mirabiliter sensu alienato.

uere

uere consuevit. Tandem apud sanctum Iohannem de Beuerlaco post sex annos huius miserie recepit integram sanitatem. In placidum nempe soporem resolutus, visum fuit sibi pulcherrimam dominam eius caput iterato diuidere, & defecrum per priorem ablatum dominam, restituere loco suo. Restitutus prout pristine sanitati, duxit prefatam puellam que eum circumduxerat, & ex ea quindecim filios generauit, quos defuncta, ad sacros ordines se contulit, & presbyter est effectus, & promotus ad Ecclesiam de Thorpbasser. Dum autem missam cum deuotione summa celebraret, & corpus Christi (prout moris est) populo videndum manibus eleuaret, apparuit rutilus ille prefatus, & ait, Sit amodo tibi custos, quem tu tenes in manibus; nouit nempe ipse te quam ego melius custodire. Hoc anno Antonius Beck obiit, Episcopus Norwicensis, cui successit VVilhelmus Bateman. Hic auditor papalis palatii satis famosus, hoc tempore missus est a Papa ad regem Angliæ, qui inter cetera retulit regi, quod dux Bauariæ Papæ in omnibus se submisit, & absolutionis beneficiū promeruit ab eodē: & sic Papa imperium quod prius iniuste tenuerat, sibi iuste contulit & gratiose. Rex verò cum hæc audisset ira commotus ita respondit: Et si ipse componat cum rege Franciæ, ego tamen paratus sum configere cum utroque.

Obijt episcopus Norwicensis.

De florenis factis primo.

Hoc anno ad turrem Londoniarum iussit rex florenos fieri, scilicet denarium, obolum & quadrantem. Sub his diebus peuitas de Algazita capta est per regem Hispaniæ, qui eam per triennium, per terram & per mare obsederat, cum penè innumerabili populo Christiano. Rex verò de Garnade qui eam occupauerat cum Sarraenis deuenit vassallus regis Hispaniæ, & eidem constituit censum annuum duodecim millium florenorum. Dominus Papa his auditis, in dicta ciuitate sedem statuit Episcopalem, & episcopum illius urbis subiecit tãquam suffraganeum Metropolitanæ Ecclesiæ Hispanensi.

Rotunda tabula in Angliâ.

Rotunda tabula in Francia.

ANNO gratiæ milleesimo trecentesimo quadragesimo quarto, qui est annus regni regis Edvardi à conquestu tertij octauus decimus, Rex Edvardus fecit conuocari plures artifices ad castrum de Vindefore, & caput ædificare domum, quæ rotunda tabula vocaretur: habuit autem eius area à centro ad circumferentiam, per semidiametrum centum pedes, & sic diametrum ducentorum pedum erat. Expensæ per hebdomadam erant primò centum libræ: Sed expost propter noua quæ rex suscepit de Francia, rescebantur ad 20. Pro eo quod censuit pro alijs negotijs thesaurum plurimum comportandum. Eodem tempore Philippus de Valeys rex Franciæ hoc facto regis Angliæ prouocatus, caput & ipse rotundam ædificare tabulam in terra sua, ut sic sibi attraheret militiam Alemanniæ & Italiæ, ne ad regis Angliæ tabulam properarent. Per idem tempus rex Franciæ concessit suis hominibus liberam facultatem prosterrendi arbores pro nauibus faciendis in omnibus baliuis suis, unde infra breuē tempus maxima copia nauium fabricata est, quæ multa damna Anglicis intulerunt.

Miraculum factum per S. albanum.

Eodem anno quedam puella quinquennis apud molendinum de Bettlespole iuxta Redburnam cadens in aquam, subito submersa est, & eam eodem tempore molendinum moleret, & rota vehementius per aquæ abscidantis decursum volueretur, eiusdem puellæ corpus pertransiit rotam, sed quod credebatur sub rota contritum vel conuassatum, integrum pertransiit & illesum, saltem ab ipsius rotæ oppressione. Cumque plurimi occurrissent ad spectaculum, ut viderent matrem puellæ vehementius lugere, & compati natæ suæ, suspendios vnanimiter orationem ad beatum prothomartyrem Albanum, & mensurantes corpus puellæ, idem quæ plicantes, quod mirum dictum est, caput puellæ reuiuiscere, & post modicum temporis perfectæ se vitæ redditam demonstrare. Clerus Anglicanus regi concessit decimas triennales, & rex concessit eisdem per chartam

chartam suam, quod nullus Archiepiscopus siue Episcopus sit arenatus coram Iusticiarijs suis causa cuiuscunq; criminis, si ipse specialiter non praeceperit, quousque aliud remedium ordinetur. Item quod nullus clericus sit arenatus coram Iusticiarijs suis, siue ad sectam suam, siue patris, si clericus suae clerimoniae se submittat, dicens se membrum Ecclesiae sanctae, non debere ipsis Iusticiarijs respondere. Et si sibi imponatur, quod duas uxores duxerit, siue vnam viduam, quod super hoc Iusticiarij non habeant commissionem nec potestatem ad tractandum per inquisitionem, vel alio modo bigamiam, sed mittatur curiae Christianae &c. Venit eo tempore quidam medicus Saracenus, ad comitem de VVarēna petens licentiam capiendi quendam serpentem in dominio suo in partibus VVal-liae, in loco qui Brumfield appellatur. Qui cum per incantationes cepisset serpentem, dixit esse in cauerna loco vicino ubi serpens habitauerat, magnam summam thesauri. Quod audientes viri de Hereford, consilio cuiusdam Lumbar-di, qui vocabatur Petrus Pikard, fodere ceperunt illic. Et repicientes verum esse quod Saracenus praedixerat, illuc in noctibus saepius conuenerunt donec explorati à famulis dicti comitis capti sunt, & carceri mancipati, comes verò non modicum lucrum sumpsit ex hoc facto. Hoc anno Papa Clemens in cōsistorio publico dominum Ludouicum de Hispania creauit principem Insularum fortunatarum, qui tunc fuit vnus de Ambassatoribus regis Francie. Et assump-sit Papa pro themate, Faciam principem super gentem magnam. Ille autem insulae sunt in mari mediterraneo valde fertiles, quarum incolae, nec sunt Christi-ani, nec de secta Mahometi. Donum utiq; laude dignum, si possessionem pa-cificam contulisset.

*Privilegia cō-
cessa clero per
regem.*

*De quodam cas-
sum mirabili.*

*Creatur nouus
princeps insu-
larum Ballia-
rum.*

ANno gratiae millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, qui est annus regni regis Edvardi à conquestu tertij nonusdecimus, Hēricus de Lanca-
stria comes de Derby, in VVasconiā transfretrauit, eū sexcentis hominibus de ar-
mis, cotidq; sagittarijs. Qui in primo insultu urbē munitissimā de Brigerack
cepit, & vndecim nobiles in ea existentes, & plurimos de plebeis capitauit. Vr-
bes insignes & villas ibidē numero quinquaginta sex, regis Angliae ditioni sub-
iecit. Paulò post, exercitum Francorū cum manu valida apud Allebrok con-
tra eum venientem contriuit, captis nobilibus viginti tribus, cum alijs quasi in-
numeris vitis armorū. Ceteris verò aut peremptis gladio, aut turpiter actis in
fugam. Erat enim tam liberalis, tam profusus in donatiuis, vt dulce quisq; re-
putaret militare sub ipso. Nam cum villam aliquam vi occupasset, parū aut
nihil sibi collegit, sed exercitui vniuersa permisit. Reuera cum villam nobilem
de Brigerack post magna pericula & sudores hostiliter ingressus fuisset, per-
misit cuilibet domum vel mansum occupanti, tam domum quā in ea con-
tenta. Accidit vt quidam miles, nomine Reth, domū infringeret vbi moneta-
rij illius terrae monetam in magnis & longis saccis posuerant pro tutela. Cum
quē mīlestantam conspexisset pecuniam, rem comiti nunciauit. Erat enim in
superficie moneta nigra de aere prout moris est, ibidem fabricare. Requisiuit
igitur quid comes vellet fieri de eadē. Qui ait, Tua (inquit) est domus, tua sunt
& in ea reperta. Regressus miles, dum effunderet ē saccis illam pecuniam, vt
sciret eius summam, subito conspicit inestimabilem summam monetae de ar-
gento puto percussae, & obstupuit ipsa reuisa. Aestimansquē multò plus ibi es-
se de pecunia, quā congruebat suae fortunae, reuersus ad comitem rem pro-
tinus enarrauit. Cui comes: Non (ait) decet me dare & donum reuocare mo-
re puerorum, volo quod tibi permaneant quae concessi, & si foret pecunia tri-
plo maior. Eodem anno obiit Episcopus VVintoniensis Adam, qui magno
tempore cecus fuerat ante mortem. Cui successit VVilhelmus Edyndon the-
sau-

*De probitate
Henrici comi-
tis de Derby.*

*De liberalitate
comitis de
Derby.*

laurarius Angliæ. Hic fundauit domum apud Edyndone, de ordine qui nescitur, de secta fratrum de Asherugh. Eodem anno obiit dominus Henricus comes Lancastriæ pater Henrici comitis de Derby, & sepultus est Leycestriæ in monasterio canonicorum, presentibus rege & regina iā antiqua quā noua, Archiepiscopis & episcopis, comitibus & baronibus quasi totius regni. Filius eius & hæres eo tempore in V Valconia, vt præfertur, actus bellicosos & strenuos exercebat: quamobrem interesse non potuit exequijs patris sui. Scoti sub his diebus collecto exercitu quasi triginta millium, dūce V Vilhelmo Duglas, apud V Vestmerland hostiliter Angliam sunt ingressi ad insinuandum erga ipsorum malitiam Carleolum & Penreth, & multas alias villulas combusserunt. 10
Episcopus igitur Lugubaliæ, & Thomas de Lucy miles strenuissimus, cū parua manu ex omni parte Scotorum exercitū circueiunt in noctibus, & lituis & cornibus & nocturnis clamoribus sic inquietauerunt, vt nec pro viualibus exire auderent, nec mēbra dare sopori. Tandem cū Scotos omninō vrgeret necessitas, Alexander Stragan coadunatis de audacioribus suæ gentis pabulatum exire disposuit. Cui mox obuiam sit Carleolensis Episcopus cum Roberto Oggil, & acriter irruunt super Scotos, demū fors contulit, vt Robertus Oggil cum Alexandro præfato hastiludare valeret. Qui cogens dextrarium vehementer cum lancea præacuta, ipsius Alexandri corpus perforauit, non sine læsione sui ipsius. Nam & ipsum Scotus in latere, sed nō læthaliter vulnerauit. Episcopus 20
à Scotis ab equo & ipse deiecit, & penē capitur, sed suorum laudabili probitate & equo restitutus est, & à Scotorum manibus liberatus. Et quamuis Scoti visi sunt primō propter suam multitudinem præualere, cōmendabili tamen Anglorum constantia victi sunt, multis occisis, & pluribus captiuatis. Interea domini de Percy & de Neuile ex parte vna, dominus de Lucy ex alia, & viri de comitatu Lancastriæ ex tertia, Scotosiam requie & prandio destitutos in suis tentorijs inuadere condixerunt, quod Scoti per exploratores cognoscentes, antedictorū dominorum aduentum in suam patriam meticolose fugerunt.

Anno gratiæ M. CCC. xlvj. qui est annus regni regis Edvvardi à cōquestu tertij vicesimus, rex Edvvardus missis ad curiam Romanam literis, in quibus 30
asseruit per regem Franciæ Philippum, & eius complices, certis rationibus assignatis treugas esse violatas: mense Iulij ingressus est mare in festo sancti Thomæ Archiepiscopi, omnibus ignorantibus quorsum tēderet. Tādem cuiusdam militis de Harecourt nuper de Francia exlegati, in australi parte Normanniæ apud Hogges, iuxta Sequanam flumen applicuit, mox Cadonū hostiliter ingressus, cepit, spoliavit, combussit, & postea multas vrbes: verū quia Philippus rex Franciæ pontes fluminum versūs Franciam in cunctis locis, quibus transitus eius esse poterat, ante confregerat, nec facultas daretur exercitibus cōfligendi adinuicem, Rex Edvvardus Normanniam penetrauit, & in suo transitu 40
Picardiam deuastauit & conflagrauit, & tandem veniens Pusianum, fractū pontē ibidē iussit reparari. Interim comes Northātoniæ flumē Sequanæ transiens, quingentos ex illis qui pontium reparationem impedire conabātur occidit. Mox rex Edvvardus, 16. die Augusti Sequanam flumen pertransiens, patriā vbiq; perrexit, circumcirca destruxit, deprædatusq; est illius incolas, & captiuauit aquam de Sūme, vbi antea nusquam fuit transitus, illæsus cum toto suo exercitu pertransiens, & de Gallicis qui transitum impedire conati sunt, duo milia interfecit. Interim dominus Hugo de Spencet villam de Crotoye cepit viriliter, & quadringētos armatos qui ad villæ custodiā deputati sunt interemit.

Rex Franciæ Philippus audiens, & cognoscens animositatē, probitatem & cōstantiam regis Edvvardi, cum iamdudū comparatis & conductis exercitibus parat

Scoti comburunt villas in Anglia.

Rex intrat Franciam, & caput Cadonū, vastat Picardiam, & trāsit aquā de Sūme.

De bello de Cressy.

obuiam regi Edvardo. Igitur vicesimo sexto die Augusti, reges sibi obuiant cum suis exercitibus apud Cressy in Pontino, vbi commissum est bellum atrox valde, & multum sanguinis effusum ex parte Gallicorum. Nempè rex Franciæ Philippus ibi deuictus est, cum innumerabili exercitu conducticiorū & fugatus. Duo etiam reges qui in auxilium venerant regis Franciæ, scilicet Boemiæ & Maioricarum ibi perempti sunt. Ferunt vtiq; regem Boemiæ cecutientem fuisse, & res positas à remotis cernere non potuisse, qui quasiuit à suis qualiter Anglici collocati essent. Cui responsum est quòd dispositi erant pulchrè per bella, & quod statuisent à tergo omnecariagium eorundem. Ipsi (inquit Boemius) vel mori volunt in campo die ista, vel certè victores existere. Relatum est præterea regi Boemiæ, quòd multi alites, scilicet corui, cornices, & monedula, & aliæ cadauerum sectatrices supra Francorum exercitum volitarent: Prodigium (inquit Boemius) est hoc & dirum signum, significat (inquit) exercitum fore maestandum. Attamen, inquit, applicate me ad aliquem nobilem, cum quo congredi valeam, si potestis. Et mox eius milites collocauerunt eum in loco vbi copiam habere potuit pugnadi, cum Edvardo regis Angliæ primogenito. Cumque constanter & bellicosè pugnaret, circumclusus & oppressus ab Anglicis est peremptus. Cecidit ibi præterea dux Lotharingiæ, cū duobus Episcopis, octo comitibus, & pluribus alijs nobilibus, quorum nomina singulatim scribere longū foret, duoq; millia militum ibidem prostrati sunt, & vulgus cuius numerus ignoratur, in hoc bello necatur. Qui gladios, lanceas, secures & sagittas Anglorum potuerunt euadere, cum rege suo fugerunt. Philippus verò rex Franciæ, dum suos hortabatur, & animare conatus est, dum in Anglos, vt lupo inter agnos desinit: dū multos prosternit & perimit, in gutture & femore vulneratur, & bina vice per regem Angliæ equo suo deiecitur. Captusq; fuisset ibidem nisi citius sibi met fuga consulisset. Quo fugiente, plena victoria celsit Anglis. Post præfatam victoriam, rex Edvvardus recreato, remuneratione & refocillato suo exercitu, mox nono die sequente, plantauit obsidionem circa villam Calestæ ab olim sibi regnòque suo toto infestissimæ, quam obsidionem per annum & amplius protelauit, per quod tempus ibi multi de Anglicis cum corruptione cadauerum & intestinorum animalium, cum reliquis incommodis, & maximè fluxu ventris perierunt. Per idem tempus Dauid le Brus rex Scotiæ animatus per instigationem regis Franciæ, cum Scotorū exercitu glomerato ausus est intrare Angliā, æstimans nō remansisse in terra nisi clericos & pastores, autumnabat enī omnē regni malitiā cū cæteris viris deseforibus exisse regnū cū rege suo. Nec vtiq; sibi cōstabat de glorioso triūpho, quē rex Angliæ de rege Franciæ reportauerat, sed progrediens vsq; Dunelmā, putabat se posse montes æquare vallibus & cūcta ad libitū sibi licere, sed eū opinio sua citò fefellit. Nā per clerum Eboracensem, & paucos laicos, non sine consensione maxima in vigilia sanctæ Lucæ Euangelistæ deuictus & captus est, cum V Vilhelmo Duglas, & multis alijs nobilibus de regno suo, & carcerali custodia mancipatus. Qui verò dictam (volente Deo) fecere victoriam, fuerunt dominus V Vilhelmus la Zouche Episcopus Eboracensis cum clero suæ diocesis, dominus Gilbertus de Vmfreuyle comes de Angos, Henricus Percy, Radulphus Neuile, V Vilhelmus Dayncourt, & Hēricus Scroop, cum exercitu quem collegerant Anglicorum, prout poterāt in tanta temporis distictione. Et quamuis penè tota militia Scotiæ ibi capta fuerat vel precepta, pauci tamen ibi (Deo laudes) ex Anglicis ceciderunt. Ibidem fuerunt Robertus Comes Morauiz, & Moritius Comes de Stratherne. Cum rege verò capti sunt Comes de Fyfe, de Menteth, & de VVygyton. Et reuera hic dies fuisset vltimus obsti-

Obsidio Calestæ.

Bellum Dunelmæ inter Scotos & Anglos

*Probitas Tho-
me de Dag-
worth.*

*Acta comitis
de Derby.*

*De captione
Calesie, & red-
ditu regis in
Angliam, &
periculo quod
perperitus est
in mari.*

*locus mille
et octo milia
et octo milia
et octo milia*

*De captione
Caroli de Blois*

nata Scotorum rebellionis, si prædis & captiuis tunc omnino neglectis, Anglici gentem ab antiquo rebellem persequendo de terra viuentium deleuissent. Eodem anno tertio calend. Augusti regina peperit filiam nomine Margaretā. Eodem anno Thomas de Dagvorth miles, genere Anglus, cum octoginta armatis & centum sagittarijs, tertio nonas Iunii contra Carolū de Bloys & magnates Britanniæ & multos extraneos circumquaq; collectos habito conflictu valido velut alter Machabæus, per duas vices præualuit die illa, deletis nempe plurimis in ore gladij multos cepit: habuit enim idem Carolus in exercitu suo mille quingentos armatorum, octo millia balistariorum, & triginta millia pedatum. Eo quoque anno mense Augusti, tenente concilio in Aquitannia domino Henrico de Lancaster comite de Derby cum suis magnatibus, Iohannes primogenitus regis Franciæ, qui villam de Aquilon longo tempore obsederat, sed eam obtinere non poterat, misit ad Henricum pro treugis habendis, quæ sibi negabantur expressè. Iohannes ergo quanquam iurasset, se non recessurum antequam villam intrasset: relictis tamē sarcinulis & tentorijs confusus abscessit. Ex post mox idem Henricus dictam villam de Aquilon, & villam de Reas, aliasq; multas villas cum castellis de Agoneys, & Tonymgges sibi stabilivit. Deindē progrediens per Seyntonge, cum mille armatis hominibus pernoctauit in villa de Salueterre, tunc sibi reddita præ timore. Post hæc villas sancti Iohannis de Angeleyn & de Liuesham potenter cepit per insulsum, captis resistentibus vel occisis, & quodam Episcopo, cum quatuor baronibus, & multis alijs fugientibus ex alia parte ciuitatibus, in qua cum cepisset spolia quanta placuit, redijt Burdegaliā cum triumpho.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, qui est annus regni regis Edvardi à conquestu tertij vicelimus primus, cum rex Angliæ strictius obsideret Calesiam, rex Franciæ iuxta promissionem quam obsessis promiserat, collecto exercitu Calesiam appropinquat, ad dissoluendū obsidionem, si quoquo modo valeret. In crastino verò aduentus sui clam aufugit diluculo relictis tentorijs, cum victualibus abundè refertis, metuens nimirum Anglici regis audaciam quam expertus fuerat parum ante damno suo. Qui in Calesia villam tenebant contra regem Angliæ, viso quòd rex Franciæ aufugisset, iam omnino desperantes de succursu, & eò maxime quod fame & inædia tabescebant, villam regi Angliæ reddiderunt, saluis vita & membris. Rex autem ingressus, villam eius dispositioni & ordinationi totaliter intendebat, quasi per spacium vnus mensis manens ibidem. Papa verò considerans rem contigisse contrariam votis suis, & iam regem Angliæ effectum celeberrimum inter omnes reges, interposuit partes suas vt treuga fieret inter regna. Et post hæc cum summa laude & gloria rex Edvardus circa festum sancti Michaelis in Angliam est reuersus. Sed in redeundo, sicut quondam de Britannia minori, repatrians, maximam tempestatem perperitus est in mari, vbi multos valentes & probos de suis amisit, sic & modo magnas pertulit aduersitates vnde beatæ virginis conquestus est dicens: Sancta Maria (inquit) domina mea, quid est quòd tendendo versùs Franciam, felici aura, potior mare placatur, & cuncta prosperè mihi succedūt: in redeundo verò versùs Angliam mihi eueniūt saua infortunia, & nimis aduersa. Eodem anno Thomas de Dagvorth supradictus cū trecentis armatis, & quadringentis sagittarijs, Carolum de Bloys in obsidione rupis Dirianæ laborantem. 12. Calend. Iulij in aurora diei superueniens est aggreßus multitudinem, ad prælium præparatam, & eius aduentum præstolantem prostravit, Carolum cepit cum multis nobilibus, triumphumquè obtinuit, futuris seculis merito comendabilem. Erat autem in exercitu Caroli militum

istam & scutiferorum mille ducenti, & aliorum armatorum sexcenti, balistariorum duo milia, & peditum copia magna valde.

ANno gratiæ millesimo trecentesimo quadagesimo octauo, qui est annus regni regis Edvardi à conquestu tertij vicessimus secundus, composita pace per totam Angliam videbatur Anglicis quasi nouus sol oriri, propter pacis abundantiam, rerum copiam, & victoriarum gloriam. Nam nullius nominis erat femina, quæ non aliquid de manubijs Cadomi, Calesiæ, & aliarum urbium transmarinarum vestes furruras, culcitra, & utensilia possidebat: mappæ mensales, & monilia, cippi aurei, & argentea linthea & lintheamina, sparsim per Angliam in singulorum domibus viscebantur. Tunc superbire cæperunt matronæ Anglicanæ in apparatibus matronarum Galliæ celticæ, & ut illæ dolebant de rerum suarum amissione, sic istæ gaudebant de rerum distarum acquisitione. Hoc anno fuit magna pluuia inundatio, quæ durabat à festo natiuitatis sancti Iohannis Baptistæ, usque ad natale domini proximò sequens, quæ secuta mox est mortalitas in oriente Sarracenorum & incredulorum aliorum, in tantum, ut vix decimum vitæ relinqueret Sarracenum, qui putantes hanc eis pestem immissam propter incredulitatem suam, ad fidem se Christi conuertuerunt, sed comperto, quod in secta Christiana eadem pestis inualuit, iterum ad vomitum reuertuntur.

De pace & gloria regni Angliæ istæ anno.

De magna pluuia inundatione.

ANno gratiæ M. CCC. xlix. qui est annus regni regis Edvardi à conquestu tertij vicessimus tertius, magna mortalitas hominum grassata est per orbem, incipiens ab australibus & borealibus plagis, tantæ cladis deferuens, ut vix media pars hominum remaneret, tunc villæ olim hominibus refertissimæ suis destitutæ sunt colonis, & adeo crebra pestis inualuit, ut vix viui potuerunt mortuos sepelire. In quibusdam verò religiosorum domibus de viginti vix supererant tantum duo. Aestimabatur autem à pluribus, quod vix decima pars hominum fuisset relicta ad vitam. Hanc pestilentiam è vestigio lues animalium est secuta, tunc redditus perierunt, tunc tetra ob defectum colonorum qui nusquam erant, remansit inculta. Tantæque miseria ex his malis est secuta, quod mundus ad pristinum statum redeundi nunquam postea habuit facultatem.

De magna mortalitate in Angliâ quæ à modernis vocatur prima pestilentia.

Eodem anno quidam miles nomine Galfridus Charneys, vnus de secretarijs regis Franciæ, venit clam & subdole cum multitudine pugnatorum ad capiendum Calesiam, secundo die Ianuarij, secundum quod erat per prius dolose conductum inter ipsum & custodem illius villæ, ut saltem si villam obtinere non posset, ad minus castrum villæ sine dubio obtineret. Et ut ita fieret effectualiter, soluit præ manibus præfato custodi (qui fuit oriundus ex Ianua) pecuniæ magnam summam. Quod cum regi Angliæ Edvardo fuisset intimatum, nescientibus Francigenis, illuc secretè cum suis aduenit armatis ad vnguè. Miles verò prædictus, iuxta conventionem inter ipsum & Ianuensem factâ, misit quosdam de suis ut liberum introitum obtinerent, suo nomine, in castrum prædictum. Quibus ingressis, pons ligneus subito eleuatus, ante fores inclusit ingressos, & exclusit de foris existentes. Mox rex Edvardus extra villam Calesiæ cum suis egressus animosè, Francigenas est aggressus. Orta est ergo grauis pugna inter Francos & Anglicos, & tam acriter pugnatum est ex vtraque parte, quod vix cum rege Edvardo remanserunt triginta de suis, tam constanter, tam feruenter erant cum Gallicis occupati. Rex Edvardus prouidè frendens apri more, & ab ira & dolore turbatus, euaginato gladio, Sanctum Edvardum, & Sanctum Georgium inuocauit, dicens: *Ha Sainct Edwarde, Ha Sainct George,* quibus auditis & visis, milites confestim Anglici confluebant ad Regem suum.

De fraude Galfridi apud Calesiam, & eorum casu.

Plena remissio.

Et facto impetu contra hostes tam animosè insteterunt, quòd ducenti ex illis ceciderunt interfecti, & miles supradictus captus est cum pluribus alijs suæ gentis. Nonnulli verò fugæ præsidio sunt saluati. Interim sequente peste in Anglia, dominus Papa Clemens concessit plenam remissionem causa huius episcopii, demum omnibus verè contritis & confessis per totum regnum morientibus. Item obiit Symon abbas Westmonast. cui successit Symon Banham, qui mox factus est regni Thesaurarius, deinde Episcopus Eliensis, ex tunc regni Cancellarius, deinde Archiepiscopus Cantuar. demum præbyter Cardinalis titulo sancti Sixti, postremò Episcopus Praenestinus.

De bello apud Winchelsea.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo quinquagesimo, qui est annus regni regis Edvardi à conquestu tertij viceimus quartus, commissum est bellum nauale inter Anglicos & Hispanos quarto Calendas Septembris. Edvardus nempe rex Angliæ cum paucis nauibus obuiauit nauigio Hispaniæ, viris bellicosis refertissimo iuxta Winchelsea. Et facto atrocissimo conflictu, multi laesi sunt ex utraque parte. Nam tam feruens erat bellum, tam crebra vulnera inflicta ex omni parte, quòd ab illo prælio vix aliquis euasit illæsus. Demum (Deo volente) victoria cecidit Anglis. Captae sunt ibi igitur viginti sex naues magnæ, reliquis submersis, vel in fugam versis. In hoc conflictu dum Hispani timidi & superbi, atque fidentes in robore suo & strenuitate dedignantur se reddere iussu regis Edvardi, omnes miserabiliter perierunt, alij ferro cæsi, alij aquis submersi. Hoc anno obiit magister Thomas Bradwarden Cantuariensis Archiepiscopus, cui successit magister Symon Islep.

Translatio sancti Thomæ Herefordensis.

Eodem anno cum magna veneratione facta est translatio sancti Thomæ Herefordensis episcopi, rege præsentem cum nonnullis ecclesiæ Anglicanæ prælatibus regni què nobilibus & alijs plebeis in multitudine copiosa. Eodem anno factum fuit duellum in palatio regis apud Westmonast. inter dominum bastardum filium Philippi regis Francorum, & quendam militem de Ypres, ceciditque victoria Iohanni præfato. Annus iste erat Iubileus, quo multi de populo utriusque sexus, pro gratia remissionis suorum peccaminum consequenda, Romam sunt profecti. Quo quidem anno, venerunt in Angliam penitentes viri nobiles & alienigenæ, qui sua nuda corpora usque ad effusionem sanguinis, nunc stendo nunc canendo acerrimè flagellabant, tamen (vt dicebatur) nimis hoc faciebant inconsultè, quia sine licentia sedis apostolicæ.

*De fabricatio-
ne grossorum
& dimidij
grossi.*

Anno gratiæ millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, qui est annus regni regis Edvardi à conquestu tertij viceimus quintus, Vilhelmus de Edyngdon Vintoniæ Episcopus, regni thesaurarius, & vir magnæ prudentiæ, & qui plus regis dilexit commodum quàm communis: excogitauit & fecit insculpi nouam monetam, scilicet, grossum, & dimidium grossum, sed hæc erant minoris ponderis quàm correspondens summa sterlingorū. Quæ res fuit exposita occasio quod victualia siue mercimonia fuerunt per totam Angliam magis cara. Operarij verò & artifices ac seruiens prouidè callidiores solito sunt effecti. Contra quorum astutiam & superbiam, nequitiam & auariciam, ordinata sunt statuta per parliamentum ad Westmonast. Exposit anno regni regis Edvardi tertij à conquestu. 28. & 35. sed parum ante nihil communibus profecerunt.

*De bello
Mauronæ &
probitate do-
mini Walteri
de Benteley.*

Anno gratiæ M. CCC. liij. qui est annus regni regis Edvardi à conquestu tertij viceimus sextus, in vigilia Assumptionis beatæ Mariæ, dominus Walterus de Benteley miles egregius, & custos Britannicæ Armoricæ iuxta Mauron inter villas de Reynes & Plumerel, cum trecentis hominibus armatis & totidem Sagittarijs debellauit, & vicit Marechallum Franciæ venien-

venientem hostiliter cōtra eum, cum exercitu excessiuo. Nemp̃ ex parte Gallicorum cæsi sunt ibidem viri nobiles, id est, domini tredecim, milites verò cētum quadraginta, scutiferi quoque centum, tot autem pedites, quod eorum numerus non facile poterat deprehendi. Capti sunt ibidem insuper, nonem domini, milites & armigeri centum quadraginta. Gallici & Britanni per hunc euentum sunt maximè consternati, & eorum fastus & superbia inclinati. Obijt Clemens Papa, cui successit Stephanus episcopus Hostiensis, qui Innocentius sextus est vocatus. Eodem anno Haymo Atthetæ Episcopus Rossensis, sponte & votoriè renūciavit Episcopatu, resignans illum in manus Papæ. Cui Papa protulit de magistro Iohanne de Shepey monacho & priore dictæ sedis. Sub quo tempore incepit magna caristia rerum venaliū, id est, ferri, plumbi, æris, & omnium aliarum. Eodem anno V Vilhelmus dux Selandiæ duxit in vxorem filiam Henrici comitis Lancastriæ.

*Obijt Clemens
Papa. 6.*

ANno gratiæ M. CCC. liij. qui est annus regni regis Edvardi à conquestu tertij vicessimus septimus, tenuit rex parliamentū apud V Vestmonast. post festum Paschæ, in quo statutum est inter cetera quod seruientes & operarij & ceteri frequētores seruilis operis de cetero pro dictis suis siue annuis famulatus plus mercedis vel stipendij nō accipiant, quā solebant accipere ante annum pestilentie quouis modo. Præterea statutum est ibidem, vt panni venales per totam Angliam sint in longitudine & latitudine, sicut olim statutum est apud Northamptoniam. Et quod omnia molendina & alia quæq; impedimenta nauium, limborum, & omnium aliarum vestuarum per riuos aquarū omniū, in Anglia, tollantur & deleantur. Quæ omnia expost (mediante pecunia & singulari dominorum amicitia) stare permittebātur ad communium detrimentū. Eodem anno tanta fuit siccitas à mense Marcij, vsq; ad mensem Iulij, quod vix per totum tempus hoc plueret super terram, vnde contigit vt sementa, herbar, & omnia alia olim fructifera perierunt. Ob quā causā Anglia semper ferilis, ab alijs regionibus petere alimoniam coacta est. Cuius miseriæ cōdolens V Vilhelmus dux Selandiæ, naues plures onustas filigine Londonias destinauit, quæ non parū profecit incolis regionis. Hoc anno Hēricus comes Derby & Lancastriæ apud V Vestmonast. dux Lancastriæ est creatus, & Radulphus de Stafford, comes Staffordiæ factus est.

*Statuta sunt
in parlamento
Londoniæ, sed
frustra.*

*Primus dux
Lancastriæ.*

ANno gratiæ millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, qui est annus regni regis Edvardi à cōquestu tertij vicessimus octauus, facta est cōcordia & iuramento firmata inter reges Angliæ & Fraciæ, excepto quod sigilla eorū ad scripta indentata nondum fuerant apposita. In quibus continebatur quod Rex Angliæ haberet omnes terras suas ducatus Aquitanniæ, quas sibi rex Franciæ iniuste vsurpauerat, si rex Angliæ totum ius & clameum quibus regnū Franciæ vendicabat regi Francorum remitteret, ac imperpetuū renunciareret, super quo negotio ex parte regis Angliæ missi sunt solennes nūcij ad Romanā curiā, videlicet, dominus Henricus Lancastriæ, Rich. comes Arundeliæ, V Vilhelmus Norwicensis episcopus, & Guido de Bryan, vt dominus Papa dictam cōcordiam confirmaret. Sed dolo & fraude Gallorum, quibus iugiter adhærebāt, vnā cum cōtinuentia domini Papæ à cōcordia est discessum. Rex verò Edvardus ex hōe non modicum exasperatus, copioso exercitu congregato, regnū Franciæ confestim intravit, ac illud vastare cepit. Hoc anno feria tertia in hebdomada Pentecostes, combusti sunt apud Aunimonen duo fratres Minores, pro quibusdam erroneis opinionibus pro ut Dominus Papæ & suis Cardinalibus videbatur. Illo quippe anno, grandis seditio inter laicos & Scholares Oxonienses est exorta. Laici nemp̃

*De prolecuti-
one concordia
inter regem
Fraciæ & An-
gliæ, quæ fru-
stra fuit dolo
Francorum.*

collecta multitudine virorum de patria conuicina, in scholares atrocissimè ir-
ruerunt, & quosdam vulnerauerunt, quosdam crudeliter peremerunt. Tandè
more prædonum bona Scholariū diripientes, eos de villa fugere compulerunt,
propter quòd Oxonia diu postea erat supposita ecclesiastico interdicto, sed de-
mum mediantibus regni magnatibus, & eorum amicis, pax inter eos tali pacto
firmata est: vt ciues Oxonienses qui causas discordiæ ministrauerant, firmiter
& perpetualiter obligarent se nunquam de cetero scholaribus Oxoniensibus fo-
re nociuos, vel eis læsionem aut iniuriam illaturos: regimèq; totius villæ can-
cellarius vniuersitatis qui pro tempore fuerit, & nullus alius saltem laicus impo-
sterum obtineret. Eodem anno per consilium regis Angliæ stapula lanarum de 10
Flandria reuocatur cum omnibus ad eam pertinentibus, & stabilitur in Anglia
sed tamen diuisim per loca, videlicet V Vestmonasterij, Cantuariæ, Cicestræ,
Bristoll. Lincolnæ, & Hull. in omnibus libertatibus, consuetudinibus, & iuri-
bus eidem concessis imperpetuum. Per idem tempus transfretauit Henricus
dux Lancastriæ cum magnificentia & honore ad ineundum singulare certamè
Parisijs cum duce de Brounsvike, qui res suas deprædatus est, cum ediret de
Romana curia, sed interuenientibus dominis nihil actum fuit.

*De venditione
lanarum.*

*Transfretatio
duis Lanca-
stria.*

*Princeps acce-
pto principa-
tu Aquitania
transfretauit.
Mors regis
Franciæ.*

Anno gratiæ millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, qui est annus
regni regis Edvvardi à conquestu tertij viceſimus nonus, dum rex Angliæ
teneret consilium apud V Vestmonast. nunciatur eidem Philippum regē Fran- 20
ciæ fore mortuum, & Iohannem filium eius in regem Franciæ coronatum, eū-
demq; Iohannem Carolo filio suo seniori, qui dictus est Dolphinus de Viēna,
ducatum Aquitaniæ contulisse. Quibus auditis, rex Angliæ indignatus, aduo-
cato coram suis proceribus domino Edvvardo primogenito suo, illi ducatum
Aquitaniæ assignauit, quia sibi iure hæreditario pertinebat, præcipiens vt se
contra suos aduersarios tueretur. Qui mox vnà cum patre suo imploraturus
auxilium, in Anglia loca sanctorum visitans, diuersis diuersa munera condona-
uit. Quo tempore rex pater apud V Vestmonast. caput sanctissimi obtulit Be-
nedicti. Deindè princeps V Valliæ Edvvardus præfati regis primogenitus. 2.
calend. Iulij paratis omnibus in expeditionem tanti negotij, ac comitantibus 30
cum comitibus de V Varvike, Suffolk, Sarum, & Oxon. & mille hominibus
armatis, toridemq; sagittarijs, in nauitate sanctæ Mariæ apud Plymnmouth
velificare cepit. Igitur cursu prospero perueniens Aquitaniā, à nobilibus re-
gionis honorificè susceptus est. Quibus aduentus sui causam notificans, &
habita deliberatione optima, decimo die Octobris equitare cepit, transiens per
patriam de Iuliack sibi subiectam, deinde per patrias de Armenack de la riuier.
Cunyngerslee, Tholous, Carcason, & Nerbon iuxta mare Græcum, villasquē
quāplures, quasdam muris clausas per octo hebdomadas cundo & redeun-
do, captis prædis & spolijs igne deuastauit, nulla restentia sibi facta. Ex tunc hie-
mauit ibidem. Interim proceres sui multas villas muratas & castra sibi subi- 40
gauerunt, quamobrem territi multi nobiles, sese cum suis dicto domino Prin-
cipi submittentibus, fide Anglici deuenerunt. Hoc anno circa principium men-
sis Nouembris rex Angliæ Edvvardus audiuit Iohannem regem Franciæ ad
sanctum Audomarum velle expectare aduentum suum, & paratum ad dimi-
candum contra eum. Qui mox Calesiam transfretauit cum duobus filijs suis,
Leonello comite Vlton, & Iohanne de Gaunt comite de Richemund, ac do-
mino Henrico duce Lancastriæ, comitibusq; Northampton. Marchiæ, & Staf-
fordiæ, alijsq; magnatibus & hominibus armatis, scilicet ad duo milia bellatorū.
Secundo die Nouembris egressus Calisiā, profectus est versūs sanctum Au-
domarum, vbi putauit regem Franciæ cum ingenti exercitu expectare. Sed rege
Angliæ

*De transfreta-
tione regis An-
gliæ.*

Angliæ appropinquante, rex Franciæ retrocessit, vastando patriam suam victua- *Fuga regis*
lia, ne eis Anglici frueretur. Quem sic fugientem rex Angliæ insecutus est usque *Franciæ.*

Heden. Et vilis defectu victualium, vecordiaque sui aduersarij, redijt vastando
totam patriam per dies decem. Et dum hæc agerentur, Scoti subdole & no-
no tempore ceperunt villam de Berewico, nullos nisi resistentes occidendo, ca- *Villa Berewick*
strum tamen remansit in manibus Anglicorum, ob quã causam rex Angliæ re- *capitur per*
uersus est. Eodem anno in Parlamento apud VVestmo. concessum est regi ut *Scotos.*
habeat de quolibet sacco lanæ, per sex annos sequentes proximò. 50 solidos.
Eodem anno septimo idus Ianuarij natus est regi Edwardo apud V Woodstock
filius, & vocatum est nomen eius Thomas.

Anno gratiæ M.CCC.lvj. qui est annus regni regis Edvardi à conquestu *Rex recipit vil-*
tercij trecesimus, Rex Edvv. adiuit partes boreales cum exercitu populofo, *lam Berewick,*
ut villam de Berewick eriperet de Scotorum manibus perfidorum. Igitur. xij. *& corona regis*
die Ianuarij rege Edvardo in castro de Berewicke existente, & exercitu eius *ni Scotie in*
propè villam, Scoti sibimet metuentes, sine damno vel difficultate villam Regi *regem Angliæ*
reddiderunt, sed tamen quidam ex Anglis interim deuiantes captiuantur à Sco- *transfertur.*
tis. Confestim postea vicesimo quinto die Ianuarij apud Rokesburgh domi-
nus Edvvardus Baylyol rex Scotiæ, regnum & coronam eiusdem transtulit in
Edvvardum regem Angliæ, literis suis patentibus & autenticis inde contextis.

Eodem anno dominus Edvvardus primogenitus Edvva. regis Angliæ, prin-
ceps V Valliæ, existens in V Valconia, consulit Burdegalenses & proceres illius
patriæ de aggrediendo regno Franciæ, alijsquẽ terris sibi nondum subiugatis.
Cuius propositum comes de Armenack domini sui proditor, regi Franciæ illico
nunciauit, & quæ mala regno Franciæ imminabant. Quod veraciter agnos-
cens Iohannes rex Franciæ, statim iussit prosterni omnes pontes super fluuium
de Leyre quos veteres non sine magnis expensis extruxerant. Princeps autem
Edvvardus hæc audiens, exercitu congregato sexto die Iulij capit de Burdega-
lia proficisci, transiens per patrias de Agiues, Peregor, Lymosin, Berry, & de
Saloigne. In quo transitu plures villas sibi rebelles incendit, & plures cum ca-
stris & munitionibus sibi redditas obtinuit sub tributo. Itinerando quoquẽ ho-
minum armatorum plus quàm sex millia captiuauit. In patria verò de Saloigne
capta villa de Remorantin, castrum eiusdem sex diebus obsedit. Cui obsessi nò
valentes resistere, castrum reddiderunt, vbi capti sunt Dominus de Cron, &
Burssegraunde, alijsquẽ milites, & armati homines octoginta. Deindè pro-
gressus est per Torcigne & Peyton, & ibi propè Chaueny proceres sui septimo
decimo die Septembris conflictum cum Gallicis habuere, in quo plures quàm
centum homines armati cecidere perempti. Sed etiam comites de Aunser
& de Synny ac seneschallus regis Franciæ cum centum hominibus armatis
capti sunt ibidem.

Eodem anno nonodecimo die Septembris quasi in fine anni aduentus sui in *Bellum de Pog-*
V Valconiam, occurrit regi Franciæ iuxta Poyteres, cum mille nongentis ho- *teres & victo-*
minibus, totidemq; sagittarijs, venientem contra eum cum septem millibus ele- *ria miraculosa.*
ctis armatorum, alijsquẽ armatis pausarijs ac balistarijs in numero excessiuo.
Aderant ibi duo Cardinales, quorum vnus erat dictus Petraboricensis, ad per-
suadendum pacem inter gentes paratas ad bellum, à latere domini Papæ missi.
Quibus cum Papa arctius inuississet præfens pacis negotium, respondisse fer-
tur eidẽ Petraboricẽs. Verò inquit, Pater beatissime, aut pacem suadebimus
aut filices & petre clamabunt. Tanta fuit illi fiducia, quòd dominus Princeps
cum tanta paucitate non auderet congregi contra tot hostes quot venerant con-
tra eum. Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset Ponufex illius tempo-

ris prophetauit de euentu belli futuri. Quia cum sagittarij nostri omnes sagittas expendissent, in hostes leuauerunt de agro petroso lapides, & cominus accedentes proiecerunt in gallicos, percutientes galeas, cassides atque clypeos eorundem, vt sonus proueniens ex petrarum ictibus in campi circuitu reboaret, & sic quodammodo impleta est prophetia Cardinalis qui spopondit, dicens, quia pacem habebimus aut lapides clamabunt: sed hoc postmodum. Igitur cum Cardinales inter vtrunque populum diligentissime discurrissent, & vidissent se non posse persuadere pacem, indignantes recesserunt. Et mox acies conuenerunt, vbi primò fractis lanceis, cum gladijs, securibus & bipennibus rem egerunt. Ibi claruit victoria domini Iac. Arūdel militis, qui potenti virtute confregit & perforauit aciem Gallicorum, & fuit ipso die necis occasio hostium plurimorum. Ibi patebat fides & constantia comitum de VVarvick & de Southfolk, & ceterorum procerum, qui tam animosè, tam feruidè, tam atrociter pugnauerunt, donec manus gladijs & securibus obrigueissent eorundem. Nec minus laudabilis erat ipse princeps & dux exercitus Anglicani, qui non solum se ducem exhibuit in hoc bello, sed probatum militem & expertum, vniuersa tentans, audiens & faciens quæ milès fecerat animosus. Nec momentaniè vel leuiter transiit ista pugna. Sed tribus vicibus eo die præ multitudine superuenientium hostium oportebat Anglicos bellū instaurare. Tandem Deo nostris tribuente longanimitatē, & immittēte Gallicis formidolositatē, nostris insistentibus Galli fugerunt, 20 occisis prius ibidem duce de Burbon & Athenis, episcopo de Chaluz, alijsquē dominis & nobilibus ad numerum viginti duorum, militibusque peremptis ex hominibus armatis præelectis duobus millibus, & de communibus octogentis. Rex insuper Franciæ captus est ibidem, & Philippus filius eius iunior. Capti sunt etiam domini Iacobus de Burbon & Archiepiscopus Senonensis, ac comites vndecim, domini nobiles viginti duo, milites & homines armati plusquam duo millia. Quidam verò asserunt fuisse peremptos in hac pugna duos duces, decem & nouem magnos dominos, & quinque millia armatorum, vulgus autem quoddam sub numero non cadebat. Expedito, finitoquē præfato bello, princeps redijt Burdegaliā cum gloria & triumpho, ducens secum Iohannem regem 30 Franciæ, vbi acceptus est à clero honorificè, atquē ciuibuscum omni gaudio & honore. Dominus Henricus dux Lancastriæ dum hæc agerentur in Britannia circa obsidionem ciuitatis Rauensis moram traxit, quam ex post obtinuit.

*Princeps redit
in Angliam
cum rege Frā-
ciæ captiuato.*

Anno gratiæ M. CCC. lviij. qui est annus regni regis Edvardi à cōquestu tertij tricesimus primus, dominus Princeps Edwardus cum Iohanne rege Franciæ & filio eius Philippo, alijsquē magnatibus, redijt in Angliā de VVasconia, & quinto die mensis Maij applicuit in portu de Plymmuth cum præda nobili captiuorum. In vicesimo autem quarto die mensis eiusdem, ducens secū dictum regem Franciæ, captiuosquē prædabiles, per pontem & ciuitatē Londoniarum, & ingressus circa horam diei tertiam, tēdendo versūs VVestmon. 40 vbi ruit circa eos tanta populi multitudo in auditum videre mirabile, quoddam vix impediēte populo post meridiem potuerūt ad palatium peruenire. Et citò post missi sunt in Angliam ex parte domini Papæ duo Cardinales, pro pace reformanda inter duo regna, dominus videlicet Tarilaudus episcopus Albanensis, & Nicholaus titulo sancti Vitalis. Tertius verò Cardinalis venit in Angliam gratia visitandi regem Francorum, qui in Angliā moram traxerunt biēnalem, sapius cum regibus & eorum consilijs colloquentes, sed tandem discordes recesserunt.

*De gente sine
capite in Fran-
cia.*

Sub hijs diebus consurrexit in Francia illa famosa societas quæ Cens sine capite vocabatur, quæ primò parua, postea magna aggressa, magnā Franciæ partem

partem occupans sine legibus, expulsis vel subactis locorum dominis, subiugavit. Erantq; non tantum de vna gente vel natione, sed de pluribus regionibus congregati. Hoc anno Dauid le Brus Rex Scotorum circa festum omnium Sanctorum de diutina custodia qua tenebatur in castro de Odiam liberatur, mediante redemptione centum millium marcarum soluendarum in proximo sequentibus decemannis, præter expensas hospitij sui. Eodem tempore orta est tempestas grauissima tam in terra quam in mari, quam maxima infortunia sunt secuta. Quo quidem anno concessum fuit domino Iohanni regi Franciæ soluere pro redemptione sua sexcenta millia Florenorum circa festum Sancti Martini. Sed ista conventio fuit facta ante, id est, in mense Maij, secundo die mensis eiusdem. Ad habendam ergo maiorem securitatem istius summae soluendæ, postulatur ex parte regis Angliæ habere potentiores & valentiores personas regni Franciæ in obse des, sed huic petitioni noluerunt Gallici consentire, quamobrem vicesimo die Nouembris responsum est Francis, vt se defendant & præparent ad bellandum. Eodem anno calendis Aprilis relaxatur interdictum Oxoniæ, quod auctoritate domini I. episcopi Lincolnien sis propter clericidium & sacrilegia anno proximo præterito fuit illatum. Isto anno obiit mater domini regis Edvardi tertij domina Isabella, die sancti Rufi martyris, & vicesimo septimo die Nouembris in ecclesia Fratrum Minorum Londonijs sepelitur nondum dedicata. Hastiludia insuper hoc anno Londonijs tacta sunt præsentibus regibus Angliæ, Franciæ, & Scotiæ, & plebe numerosa.

Anno gratiæ M. CCC. lviij. qui est annus regni regis Edvardi a conquestu tertij tricesimus secundus, immediatè post Septuagesimam tenuit rex Angliæ Parliamentum apud Westmonasterium, vbi de pace reformanda inter duo regna, persæpè colloquentes nusquam concordarunt. Quo quidem tempore magna controuersia coram summo Pontifice facta est inter magistrum Richardum Fitzprimate[m] Hiberniæ Armachanum videlicet, & clerum Anglicanum ex vna parte, & quatuor ordines mendicantium ex altera, super statu & regula eorundem Fratrum. Qui videlicet Armachanus opiniones suas erga Fratres coram summo Pontifice diu, pluresquè sustinuit, & ipsos manifestè à suis deuiasse regulis multis rationibus demonstravit. Sed tandem (proh dolor) clero Anglicano sibi subtrahente promissa, & exuberante in curia Fratrum satis magna pecunia, adhuc lite pendente, Fratres sua priuilegia sicut per ante sub data noua obtinuerunt. Eodem anno frater Iohannes Lile Eliensis episcopus nimis iniuste fatigatus, anno proximo elapso contra voluntatem domini regis ad curiam transfretauit, propositisque causis ibidem de iniurijs sibi illatis & suæ ecclesiæ per dominam Blanchiam de Wake & alios de consilio suo, coram domino Papa motus est. Idem Papa vehementer & omnes aduersarios dicti episcopi fecit excommunicari publicè, mandans per litteras suas domino I. Lincolnien si episcopo & alijs quibusdam prælatis Angliæ, vt si quos nouerunt dictorum excommunicatorum mortuos & sepultos, à sepulchris extraherent, quod & factum est. Vnde rex indignatus, quia dictorum excommunicatorum quidam erant de consilio suo, dictos prælatos grauiter infestabat. Qua de causa venerunt quidam missi de curia Romana ex parte dicti episcopi Eliensis, obuiantes domino I. Rossensi episcopo (tunc regni Thesaurario) armati, tradentes litteras apostolicas violenter dicto Thesaurario, quarum tenor cõmuniter ignoratur, & illic euanuerunt, quos regales insequentès, quosdã captos incarcerationabant, & coram regis Iusticiarijs morti condemnatos, in carcere atque furcis interfecerunt. Eodem anno Normannia & Britannia Armorica graui clade vastatur per Philippum fratrem regis Nauariæ, dominum Iacobum de la Pye, & Ro-

Redemptio regis Scotorum.

De Parlamento apud West. & Archiepiscopo Armachano deceptante contra ordines Mendicantium.

*Normannia & Britannia va-
stantur per R.
Knolles.*

& Robertum Knolles, aliosque complures Anglicos, quos sine iussione regis Edvvardi, qui in illis regionibus per tres annos & amplius hostiliter permanserunt. Ex quibus Robertus Knolles ex paupere mediocri quē valetō mox factus ductor militum, ad diuitias vsque regales excreuit ibidem. Quo tempore quidam natione VVasco surrexit in Francia, vulgariter nuncupatus Archipræbiter, ducens vnam magnam comitiūm per diuersas partes Franciæ, ipsas hostiliter deſtaſtando, & potissimè prouinciæ regionem.

*Rex transfre-
gauit ad fran-
gendum fastū
Ennorum.*

ANno gratiæ M.CCC.lxx. qui est annus regni regis Edvvardi à conquestu tertij tricesimus tertius .14. calen. Iunij dominus I. de Gaunt, comes Richmundiæ Blanchiam filiā Henrici ducis Lancastriæ cōsanguineam suā de dispōsitione curiæ, apud Radingū duxit vxorem. Eodem tempore dominus I. rex Franciæ sub vmbra pacis & dolose obtulit regi Angliæ Flandriam, Picardiam, Aquitanniam, aliasque terras quas equitauerat & vastarat, pro quibus omnibus satisfaciendis idem rex Edvv. in Franciam nuncios suos direxit, quibus omnibus Frāci contradixerūt, vnde motus rex Angliæ, celeriter se & suos præparauit ad transſretandū, ducens secum Principem VVallie Edwardum suum primogenitum, ducem Henricum Lancastriæ, & fere procures omnes, quos comitabantur vel sequebantur penè mille currus, habuitque apud Sanvvicum instructas optimè vndecies centum naues, & cum hoc apparatu ad humiliandum Francorum fastum Franciam nauigauit, relicto domino Thoma de VVoodstock filio suo iuniore, admodum paruulo, Anglici regni custodē, sub tutela tamen. Igitur vicesimo septimo die mensis Octobris peruenit Caleſiam, & quarto die mensis Nouembris diuiso exercitu suo in tres turmas propter victualia, vnam turmam fortem Henrico Lancastriæ duci commisit, Edvvardo verò Principi turmam aliam fortioſiorem, & fortissimam retinuit penes ipsum. Deinde profecti prætereuntes ciuitates & castella, tandem in festo sanctæ Luciæ propè ciuitatem Remensium peruenērunt, vbi moram traxerunt vsque in diem sancti Hilarij, sed nihil omnino profecit hæc mora, quia nihil eis reddebatur. Eodem die mouit exercitum versus Burgundiam: cui venit obuiam dux Bugundia, promittens eidem septuaginta millia Florenorum soluendorum sibi fideliter si toti Burgundia parceret & contineret ab incendijs & rapinis. Quod rex concessit eidem. Mansitque ibidem remis, videlicet vsque ad quintum diem post festum Sancti Gregorij Papæ. Interim Normanni cum non modica classe nauium apud VVinchelsee applicuerunt, ipsamque villam idibus Martij inuasērunt, & pro parte combusserunt, ac omnes sibi resistentes interfecerunt, sexui, ætati, vel ordini nil parcendo. Matronas insuper & virgines ac mulieres illorum oculis bladiētes captiuas ad naues duxerunt, & plurima spolia asportauerunt, & tandē sine læsione aliqua recesserunt. Quorum vnum facinus istuc ponam, cum Frāci applicuissent existentibus multis, tam viris quam mulieribus, tempore missarum in ecclesia, ad eandem ecclesiam cum omni festinatione cucurrerūt, & inter-
40
ficientes multos, & deprædantes ecclesiam, aspexerunt inter ceteros quandā
feminam pulchram nimis & elegātis formæ, quæ cū vicinis conſenerat vt audiret missas. Ad quam nebulones satis intemperanter in eadem ecclesia accedentes, mox suæ libidini vt erant armati prostrauerunt. Etiam diu ei vnus post alium cocundo illuserunt, donec mulier fatigata spiritum exhalaret. Quæcū-
eta cum relata fuissent, rex Angliæ turbatus nimium & exacerbatus, exerci-
tum suum versus Parisius mox conuertit. Interea prælati in Anglia vndique
confluxerunt ad arma cum clericis & laicis, vt per terram & mare dictis resisterent inimicis. Sed cum se & suos parauissent ad pugnam, nihil actum est hosti-
bus illis valefacientibus cum cachinno.

Hoc

Hoc anno sanguis effluxit de tumba domini Thomæ quodam comitis Lancastriæ apud Pontem fractum. Eodem anno rex Edvvardus incepit nouam ædificium in castello de VVindeſor vbi natus fuerat. Ob quam causam illum locum amplioribus ædificijs & splendidioribus decorare præ cæteris procurauit. Cuius operis constituit superuiforem dominum VVilhelmum de VVicham, virum prouidum & discretum. Eodem anno obierunt viri nobiles & præclari Rogerus comes Marchiæ, Thomas comes Oxon, I. le Gray tunc seneschallus Angliæ, Galfridus le Say, & multi. Et de exercitu domini regis in partibus trans-

marinis plures quàm mille nominati perierunt. Obijt etiam hoc anno dominus

30 Rogerus de Northburgh, Couentrenſis & Lichfeldienſis episcopus.

A Nno gratiæ M. CCC. lx. qui est annus regni regis Edvvardi à conquestu

tertij tricesimus quartus, tenuit rex Natale in partibus transmarinis, iuxta Remensium ciuitatem, mansitque ibidem (vt prædicitur) vsq; ad festum sancti Gregorij Papæ, quando se conuertit Parisius, exercitum in nouem aciebus disposuit ad bellandum, & creauit milites quadringentos. Deinde mittitur dominus Henricus dux Lancastriæ ad portas ciuitatis, hijs qui intus erant proferens campestre prælium, sub hac conditione, vt si rex Angliæ deuictus foret ibidem nunquam postea regnum Franciæ vendicaret. Et accepto breui responso, quæ

audiuit regi nunciauit. Mox noui milites armati cum alijs ciuitati dederunt insulcum, & illico eius suburbana destruxerunt. Per idem tempus Londonienses cum cæteris regni incolis congregata classe octoginta nauium, & quatuordecim millibus hominum cum sagittarijs dedecus apud VVinchelsee, per prius factum affectantes vendicare, maria perſcrutando inimicos quærebant. Et tandem in Francia applicantes, insulam de Sans animose ceperunt. Sed tamen licet hæc omnia Franci benè satis cognosceret, rumor facti ad Edvvardum regem nondum peruenerat. Igitur præuenire cupientes hos rumores, dominus abbas Cluniacensis, comes Tankeruil tunc Franciæ Seneschallus, Bursegaldus cō-

stabularius dicti regni, & nonnulli alij viri venerabiles, de cōsensu domini Caroli regentis Franciam, conuenerunt ad regem Angliæ, pacem finalem & firmam

30 ostensis conditionibus inscriptis humiliter postulantes. Quæ cum deliberatione inspecte domino regi & consilio minimè placuerunt, vnde rex commotus prohibuit ne sollicitarent eum amplius, nisi habita ad eius beneplacitum prolacione prædictorum. Et in crastino octauis Paschæ conuertit signa cum exercitu versus Aurelianum prædando, vastando, & igni consumendo plurima, quo tempore ingruerat tam sæua tempeſtas & inaudita, vt plura millia hominum & equorum in regis exercitu itinérando perirent, subito mortua corruendo præ frigoris imminētis asperitatē. Quæ tantum regem nec suos terruerant, quin procederent cum inceptis. Circa inuentionem sanctæ Crucis dicti nuncij iuxta Carnotum domino regi formam pacis optimè de communi cō-

40 sensu regentis & maiorum Franciæ circumſpectiſſimè ordinatum accedentes obtulerunt sub data apud ciuitatem Carnotum quintodecimo die mensis Maij, requirētes benignum dominum suum ac beneuolentiam consensumque gratiosum in scriptis ostensa, rata & grata ac firma sibi & hæredibus suis imperpetuum admittere. Quibus inspiciendis sapienti deliberatione habita, rex annuit vt iuratis in corpore dominico partibus, tactisquē sacrosanctis Euangelijs, pacta stabilirentur. Mittuntur igitur ex vtraque parte, Angliæ videlicet & Franciæ, duo barones, duo quoque milites, corporale sacramentum domini Caroli regentis Fraciæ primogeniti I. regis eiusdem, ac domini Edvvardi regis Angliæ, audire & admittere. Parisius igitur celebrata solenni missa, dictoq; ter Agnus dei, adiecto Dona nobis pacem, dictus Carolus in præſentia prædictorum & aliorum

*hoc oppidū nūc se
est joannis. Eleypole nūc
in ciuitate nōt
ibog.*

*Franci petunt
pacem.*

*in angliæ
alij*

aliorum plurium, dextram super patenam, cum corpore dominico, & leuam super Missale posuit, hæc verba proferens: Nos Carolus iuramus ad sacrosancta corpus domini & euangelia firmiter seruare penes nos pacem & concordiam formatas inter reges, & nullo modo in contrarium venire. Posthæc datis militibus reliquijs de corona Christi in testimonium omnibus valefecit. Simile sacramentum dominus Edvardus primogenitus regis Angliæ proxima Sexta feria præstitit apud Louers. Ambo insuper reges & eorum filij, maioreque vtriusque regni infra annum proximè sequentem, idem corporale sacramentum solemniter præstiterunt.

*Obsides dantur
regi Angliæ.*

Ad corroboranda quoque complendaque prædicta & alia partes tangentia, rex Angliæ petijt & accepit maiores Franciæ in obsidatum, videlicet, dominos duces Aureliensem, Burbonensem, Lougan, Berry, & de Bloys: comites verò de Lauson, Saint Poule, Derencourt, Pourlay, Valentinoys, Baumund, Brayne, Forest: dominos quoque de Recori, Priaunce, Valentinois, de saint Venatunce, de Garentz, de Angest, de Merenthi, Daunsin, de Auerne, Guill. de Cram, Boys de Arecourtte, I. Hugain cum alijs. Assignataque sunt dies & tempus quibus conuenirent ambo reges cum consilijs suis apud Caleys prædicta consummare. Sigillatis scriptis indentatis, rex Angliæ usque mare continuò proficiscitur, & apud Humflete ingressus mare nonodecimo die Maij in Angliam applicuit, veniensque ad palacium in testro Sancti Dunstani, quieuit paulisper, & mox I. regem Franciæ in turri Londonijs visitauit. Et facta concordia quid idem pro redemptione sua solueret, ab omni carcere liberauit. Summa verò pecuniæ soluendæ erat tres milliones Florenorum. Quibus ita gestis rex Angliæ regem Franciæ in turri & in palatio iunerando versùs mare multimodis solatijs regaliter confortauit. Rex Franciæ prouidè nono die Iulij transfretauit in regnum suum, deliberaturus & tractaturus cum suis de prædictis & alijs se tangentibus & regnum suum. Eo tempore in Anglia plures homines, bestię & arbores violento fulgure perierunt, & Diabolus in humana specie apparens locutus est.

De paci articuli.

Concurrentibus in vnum duobus regibus, posthæc cum suis consilijs apud Caleis conuenerunt de pace & concordia præformatis apud Carnotum, & iurauerunt (vt prædicatur) eas firmiter seruare penes se. Quarum articuli erant isti, videlicet, Rex Angliæ vnà cum illis quæ tenet in V Valsconia habebit semper ciuitates, villas & castella, comitatus & patrias de Peyteres & de Peyton cū feodis de Tonard, & terra de Bekeuil, de Saintes, & de Saintoinge, citra & ultra la Charente, Danglefine & Daugolosinois, de Limoges & de Limosin, de Caours & de Caeurlin, & de Paragort & de Paragnis, de Rodes & de Ro-uorgnes, de Agent & de Ageney, de Charbe, & de Bigor, & de Caure. Et si aliqui domini teneant aliquid inter limites dictorum locorum, facient homagium regi Angliæ. Tenebitque rex Angliæ prædicta, modo quo rex Franciæ ea tenuit à sexaginta annis usque nunc, videlicet, in dominio quæ sunt in dominio & in superioritate. Habebit etiā ea quæ antiquis tenuerunt reges Angliæ in villa de Mounstroil super mare cū pertiuecijs, & eorū comitatum Pontinæ, exceptis rebus alienatis per reges Angliæ, ad alias personas quàm reges Franciæ. Quæ sic alienata si rex Franciæ teneat in presenti, tenebitur ea reddere ac liberare regi Angliæ, exceptis terris obtentis per excambium, cum alijs terris. Quo casu rex Angliæ reddet regi Franciæ sic tradita per excambium, vel permittet alienari. Et si alienata fuit personis alijs quàm regibus Franciæ per reges Angliæ, & post venerunt ad manus regis Franciæ per putagium, seu aliam iustam causam, Rex Franciæ non reddet ea nisi debeant homagium vel alia seruitia, tunc tradet illa per-

illa personis quæ faciunt homagium, aut alia seruitia Regi Angliæ.
 Habebitque rex Angliæ castella, villas, & dominium de Saleys, Meerk, Stan-
 gate, Colne, Hamme, VVale, Oye, cum omnibus suis pertinentijs, ciui-
 tatem de la Rochel, & villam Sancti VVallerici. Habebit etiam Rex An-
 gliæ castellum, villam, & totum Comitatum de Guynes, cum omnibus
 ad se pertinentibus, tam integrè, sicut Comes eiusdem tenuit in vita sua.
 Obedientque sibi omnes viri Ecclesiarum, & aliarum conditionum, infra li-
 mites dicti comitatus, sicut obediebant aliquando regi Franciæ, vel comi-
 ti de Guynes. Et tenebit Rex Angliæ omnia de Meerk & Caley con-
 10 tenta in præsentis articulo, & articulo præcedenti in dominio, exceptis hæ-
 reditatibus, quæ morantur Ecclesijs ibidem, & hæreditatibus alijs in partibus
 illis quæ morabuntur hæredibus vsque ad valorem centum librarum mone-
 tæ de patria, sed de hæreditatibus infra villam de Saleys ordinet rex Angliæ
 ad libitum suum, & sic habitatum in comitatu, villa & terris de Guynes, sta-
 bit dominium integrum. Rex verò Angliæ & hæredes sui, omnes Insulas, pa-
 trijs prædictis adiacentes tenebunt, vnà cum insula quas tenent in præsentis.
 Et rex Franciæ & filius suus senior pro se & hæredibus & successoribus infra
 Sanctum Michaëlem proximo tunc futurum ad vnum annum reddent, libe-
 rabunt & transportabunt regi Angliæ & hæredibus suis omnes obedientias, ho-
 20 magia, feoda, iustitias, recognitiones, iurisdictiones, patronatus ecclesiarum,
 omnimodas dominationes & superioritates, & omnia iura quæ habent vel ha-
 bere poterint in prædictis terris, patrijs, villis & rebus alijs. Et mittent ad omnes
 superiores Ecclesiarum, & alios dominos temporales terrarum, patriarum,
 comitatuum, & locorum prædictorum, vt obediant regi Angliæ & hæredibus,
 sicut obediebant regi Franciæ, & per suas litteras se acquiescant de omnibus
 homagijs, feodis, seruitijs, obligationibus, subiectionibus, & promissionibus
 factis per aliquem eorum regi & cordi Franciæ. Et Rex Angliæ tene-
 bit prædicta omnia in dominio & in superioritate, quæ in superioritate.
 Si verò donationes aliquæ, alienationes, obligationes, vel aliqua onera fie-
 30 bant prædictorum per aliquem regem Franciæ à septuaginta annis vsque
 nunc, nulla erunt, & res alienata, donata, seu onerata reddentur regi Angliæ
 citra festum Sancti Michaëlis proximo futurum, excepto quod supradic-
 tum est in articulo de Poitieu, quod permanebit in virtute sua, & excep-
 tis omnibus collatis seu alienatis ad Ecclesias, quæ illis pacifice permanebunt.
 Habebit etiam rex Angliæ, & tenebit ciuitates & patrias præfatas, quæ an-
 tiquitus non erant regis Angliæ, sicut rex Franciæ aut filius suus senior tenet
 in præsentis, & infra limites patriarum prædictarum, quæ ab antiquo erant
 Regis Angliæ cum aliquibus rebus quæ aliquando eiusdem fuerant, vnde
 rex Franciæ in possessione præfuerat in die belli de Peiton, erunt & per-
 40 manebunt Regi Angliæ. Rex quoque Angliæ omnia prædicta tenebit tan-
 quam vicinus regis Franciæ, absque recognoscere superioritatem, facere ho-
 magium, resortem, vel aliqua seruitia alia, seu recognitiones Regi seu Co-
 roni Franciæ. Rex quidem Franciæ & filius suus senior, renuncia-
 bunt dictæ resorti, superioritati, & iuri quæ habent, vel habere poterunt,
 quæ præsentis tractatu debent pertinere regi Angliæ. Similiter rex Angliæ
 ac filius suus senior renuntiabunt omnibus, quæ per præsentem tractatum
 non eis traduntur, & exigentijs quas fecerint per speciale nomen vel iuri
 coronæ Franciæ, omnibusque homagijs & superioratui ducatus de Toraygne,
 Normanniæ & Britanniæ, & comitatus ac patriæ Flandriæ, Banior, & Ma-
 igne, & alijs omnibus exigentijs quas fecerint seu facere potuerint regi Franciæ

pro quacunque sic causa, exceptis illis quæ sibi tradentur per præsentem tractatum.

Valor redemptionis regis Francie.

Rex quidem Franciæ pro sua redemptione soluet Regi Angliæ tres miliones Scutorum, quorum duo valebunt vnum Nobile, videlicet sex solidos & octo denarios argenti. Et omnia ista tradita Regi Angliæ permanebunt in tali securitate, ac libertate, prout sunt in præsentibus, & confirmantur à dictis dominis & successoribus suis. Nec aliquis vel patria aliqua qui ante fuerant sub obedientia vnius partis, & per concordiam istam veniet in obedientiam alterius partis, pro factis præteritis damnetur. Omnes autem exhereditati vel de terris ablati vel onerati aliquo onere vel redonatione, quasi banniti, vni parti adherentes vel alteri, & similiter de Ecclesijs causa istius guerræ restituentur in integrum cum omni iure sicut anteguerram. Omnesque forisfactura indulgeantur, excepto vicecomite de Fronsard, & domino Iohanne de Galard. Confederationes enim bonæ fieri semper inter reges, non obstante qualicunque confederatione quam habent cum aliqua persona. Rex tamen Franciæ & filius suus senior pro se & successoribus suis regibus Franciæ se separabunt à confederationibus quas habent cum Rege Scotiæ, absque iungere Scotos, vel confederationes facere contra regem Angliæ seu regnum suum. Similiter Rex Angliæ & filius suus senior, facient confederationibus quas habent cum Flandrensibus, valebuntque omnes collationes & provisiones factæ durante guerra, per partes & beneficijs vacantibus, & eorum fructus morabuntur illis qui eos leuauerunt, facientque reges omnia prædicta confirmari à domino Papa, & impetrabunt absolutiones & dispensationes tangentes complementum præsentis tractatus. Poterunt studentes vtriusque regni in vtroque regno, vt sibi placuerit studere, & gaudebunt privilegijs ac libertatibus studentium, per istum tractatum omnes alij tractatus & prælocutiones factæ temporibus præteritis annullabuntur, nec partes iuuare poterunt. Iurabitur, etiam confirmabitur præsens tractatus à duobus regibus, facietque rex Franciæ litteras confirmatorias, & alia necessaria sub manu publica, & mittet regi Angliæ, & rex Angliæ remittet consimiles litteras regi Franciæ. Fient igitur litteræ optimæ de omnibus prædictis, sub sigillis vtriusque regis, & filiorum suorum, & iurabunt ambo reges & filij sui, vigintique de mari prole vtriusque regni, tenere, complere, & teneri facere atque compleri omnia prædicta, ac ponere rebelles & inobedientes vtriusque regni in veram obedientiam, & consurgent ambo reges contra tales inobedientes, & per illud renuntiabunt omnibus gentibus pro se & regnis suis futuris causa inobedientiar prædictar, & se supponent coercionem & correctionem domini Papæ. His ita gestis, confestim mittuntur nuncij summo Pontifici, pro pace & pactis mutuis confirmandis. Quo quidem tempore ad præceptum domini Papæ, quieuit controuersia inter clericum & ordines Mendicantium. Eodem anno erat communis mortalitas senum & puerorum.

Parliamentum rex tenet.

ANno gratiæ M. CCC. lxx. qui est annus regni regis Edvardi à conquestu tertij tricesimus quintus, rex Angliæ celebrato natali apud VVodstock venit VVestmonasterium ad parlamentum, in quo præsentibus omnibus qui interesse debeant, proponitur concordia inter reges stabilita. Placuit igitur vniuersis dictam concordiam recipere & tenere. Quamobrem celebrata missa de sancta trinitate à Cantuariæ Archiepiscopo cum magna solemnitate, astante rege cum filiis suis & accensis luminaribus, & crucibus erectis super sacrosanctum corpus dominicum & missale, singuli qui non prius iurauerunt, hoc sacramentum præstiterunt in scriptis, Archiepiscopo Cantuariensi incipiente. Nos Nicholaus

Archi.

Archiepiscopus Cantuariensis iuramus ad sacrosancta corpus Dominicum & Euangelia, firmiter seruare penes nos pacem & concordiam firmatas inter Reges, & nullo in contrarium venire. Quibus expletis, singuli suas schedulas regijs notarijs tradiderunt. Rex autem Francorum cum suis nobilibus idem præstitit iuramentum. Sicquæ firmata pace inter duo regna, liberatus est rex Iohannes.

Eodem anno. 6. die Maij in meridie fuit Eclipsis solis. Eodem mense Burgundia cecidit pluuia sanguinea, & sexto Calendarum Iunij in festo corporis Christi Bolonia apparuit Crux sanguinea in aëre à mane vsque ad horam sextam, eam multis videntibus: & tunc se mouebat, & in medio mari cecidit.

De eclipsi solis.

Diuersa mirabilia.

Consequenter in partibus illis egressæ vulpes de syluis villas petierunt, & viuos quosdam homines deuorauerunt. Et in æstiuo tempore huius anni in Anglia & in Francia in locis desertis & planis, pluribus sæpe videntibus, subito apparuere duo castella, de quibus duo exercitus egrediebantur armatorum, quorum vnus signis militaribus ornabatur, alter verò nigro colore vestiebatur: & congregantes milites vicerunt nigros. Interim adunati nigri milites superabant, & regredientes in castella omnia disparuerunt.

Et hoc anno post festum Sancti Michaelis Rosaria protulerunt rosas colorem & odorem perfectum habentes. Corui quoque & atres alia pullos produxerunt. Dominus Iohannes Gaunt comes Richmundia: hoc anno factus est Dux Lancastriae, iure vxoris suæ filia & heredis quondam ducis Lancastriae, qui eodem anno diem clausit extremum.

Dominus Iohannes Gaunt fit dux Lancastriae.

Eodem anno illa magna & famosa Comitua de diuersis nationibus adunata, cuius Duces pro maiori parte erant Anglici, partes Franciæ versus Auinionem inuasit, & villam Sancti Spiritus ceperunt, cum villis & castellis multis in Francia, quos nulla virtute vel arte potuit rex Franciæ expellere de terra sua. Eodem tempore surrexit & alia societas, quæ alba comitua vocabatur, quæ transiit per prouinciam in Lombardiam, & duces huius comitua erant Anglici, qui aliquando erant stipendiarij, aliquando ex proprio capite discurrerunt, accipientes redemptionem de diuersis villis & castellis ac ciuitatibus, nec penè securè vixit quisquam in illis regionibus, qui non istorum beneuolentia fruebatur.

De magnis comitiis.

Isto anno Edvardus Princeps Walliæ desponsauit Iohannam Comitissam Cantij, relictam domiti Thomæ de Holandæ, quæ olim fuit separata à comite. Satum militis prædicti causa. Hoc etiam anno fuit grandis pestilentia, quæ viros potius consumpsit quàm sceminas. Quo in tempore obiit Reginaldus Vigorniensis, Michael Londinensis, & Thomas Eliensis Episcopi. Quibus successerunt promissione Papæ Iohannes Barnet ad Vigornensem, Symon Langham Abbas Westmonasteriensis ad Eliensem, & magister Symon de Sudbury ad Londoniensem Ecclesias. De nobilibus verò decesserunt dominus Henricus dux Lancastriae, Reginaldus Cobham, Vilmus Fitzvartyn, & Iohannes Moubray.

Princeps disponsat suam consanguineam.

Anno gratiæ millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, qui est annus regni regis Edvardi à conquestu tertij, tricesimus sextus, tenuit rex natale apud Wyndesor, & quinto decimo die sequente ventus vehemens, bothus auster Affricus, tanta vi erupit, quod statu suo domos altas, ædificia sublimia, turres, & campanilia, arbores, & alia quæque durabilia & fortia violenter prostravit pariter & impexit, in tantum, quod residua quæ modò extant, sunt hætenus infirmiora. Hoc anno vendebatur libra cetæ pro .18. dena. Quo etiam anno magna societas quæ præualuerat in Francia & excreuerat, commisit bellum.

cum Francis, & vicit plures nobiles captiuando, & multa fortalitia capiendo. Eodem tempore Cardinalis Adrianus abbas Cluniacensis tertio die in fine Aprilis venit Lōdinū tractaturus cū rege & cōsilio suo pro redēptione regis Francie minuēda, obsidibus liberādis, & matrimonio cōtrahēdo cū sanguine regis Angliæ & Caroli Bloys, sed de his pauca vel nulla expedit. Eo tempore fiebat Londini in Smithfield hastiludia quinq; primis diebus Maij, præsentē rege & regina, & maiori militia Angliæ & Franciæ aliarumq; terrarum. Ad quæ venerunt Hispani, Cyprij, & Armenij milites, auxilium regis Angliæ requirentes contra Paganos, qui inuasērant fines suos. Stapula lanarū non obstante sacramēto regis & aliorum maiorū Angliæ mutatur ad Caleys. In festo Apostolorum Petri & Pauli rex Ed. 3. apud VWestmonast. obtulit vestes in quibus beatus Petrus Apostolus celebrauit, & dedit per chartam suā Abbati & conuētui VWestmonast. duos ceruos de venatione sua capiendos annuatim in foresta de VVyndesore. Edvardus regis primogenitus eo tempore circa festū sanctæ Margaretæ apud VWestmonasteriū, præsentibus regni maioribus, suscepit à patre suo Principatum Aquitaniæ, fidelitate prius & homagio sibi factis, sed tamen principatum Valliæ, ducatum Cornubiæ, comitatus Cestriæ & Cantij, non reliquit, qui circa festū Purificationis beate Mariæ proximò sequēte cū vxore & tota sua familia in VVasconiam transfretaui. Eodē anno Simon Islep Cantuar. Archiepiscopus deuotionē multorum aut infecit, aut subtraxit, literis suis patentibus sub pœna excommunicationis præcipiens vniuersis Ecclesiarum rectoribus & vicarijs suæ prouinciæ, & illorum subditis, vt de cætero non abstineant in festis quorundā Sanctorum, ab operibus manualibus & seruilibus, quæ prius in talibus festis fieri non licebant. Si tamen benefecerit, iudicet hoc caput Sanctorum cū membris, qui mortem quōdam regis Angliæ VVilhelmi Rufi tradidit in manus, & arbitrium sancti Albani prothomartyris huius regni. Idem insuper Archiepiscopus assignauit & statuit, non plus dari Sacerdotibus pro annuali stipendio quā sexaginta sex solidos. 8. den. quod plures furari coēgit. Eodem anno cæpit parliamentum Londini. 17. Calen. Nouēbris quod continuatum est vsq; in festū sancti Britij, quo die rex natus fuerat, annis ætatis suæ quinquaginta expletis: vnde in suo Iubileo populo suo se exhibuit gratiosum, reis maiestatis suæ regiæ offensas indulgendo, vinctos liberē abire permittēdo, & exules reuocando: ad petitionem etiā cōmunitatis, placita in lingua materna & non Gallica versari iussit. Leonellum quoq; filium suū fecit ducem Clarenciæ, & Edmūdum comitē Cantabrigiæ. In dicto parlamento cōcessum erat regi per tres annos sequentes recipere. 26. solid. & 8. denar. de quolibet sacco lanæ transuehendo vltra mare. Ordinatum est insuper nullum in regno præter regē, reginam ac duces, in posterum prouisores habere victualium, nec vt aliquid caperent, nisi denarijs præsolutis, & vt hæc transgredientes stricto iudicio puniantur. Obijt hoc anno mense Augusti Papa Innocentius sextus. Cui successit dominus Gillerinus Abbas ordinis sancti Benedicti Marciliat. patria Anglicus, doctor egregius, & auditor in curia. Et. 2. Calend. Nouemb. consecratur, & vocatur Urbanus quintus. Hic cum longum tempus in curia transegisset, & nullum à Papa gradum acceperet, cuidam amico suo cōquestus est dicens: Puto (inquit) veraciter ò amice, etsi omnes ecclesiæ mūdi caderent, nulla caderet super caput meum. Cum coronatus fuisset, accedens ad illum dictus amicus suus quondam, ait. Dudum conquesti estis pater beatissime dicens: Et si omnes ecclesiæ mūdi caderent, nulla caderet super caput vēstrū. Ecce quomodo Deus disposuit in hac parte. Omnes siquidē ecclesiæ mūdi modo super caput vnū pariter ceciderūt. Obijt eodē anno I. episcopus Lincoln. cui

Edwardus
 princeps Aquitaniæ.

Obijt Papa
 Innocentius. 6.

cui successit per prouisionē I. de Buckingham, & Rob. Episcopus Ciceſtriae, cui successit prouisione domini Papae magister VVilhelmus de Lenne. Eodē anno obiit domina Iohanna regina Scotiae & Londonijs sepelitur. Moriebantur etiam plures morbo litargiae, multa infortunia prophetantes: mulieres insuper decessere per fluxum, & erat cōmunis pestis bestiarum.

ANno gratiae M. CCC. lxxij. qui est annus regni regis Edvardi à cōquestu tertij. 36. tenuit rex natale apud VVynndesore. Quo anno Papa pluralitates reuocauit, decernēs factō decretalis horribilis sufficere clerico rectoriā cū quatuor praeſendis, minoribus verō minus. Iste Papa fratrem suū Episcopū Anniſtoniae ordinauit. Et sequenti proxima Parasceue Iohannem regem Franciae cū alijs regibus & proceribus cruce signauit. Propē tempus illud quidā spiritu diabolico instigati, corpus cuiusdā sacerdotis Londonijs in quatuor partes diuiserunt, quas per quatuor partes dictae ciuitatis cōtemptibiliter proiecerunt: auctores verō huius sceleris vsq; ad praesens latent. Eodē anno mense Octobri tenuit rex parliamētū Londini, à quo nullus magnus se potuit absentare. In quo omne ornamentū aureū siue argenteū erat damnatū, scilicet in cultellis, cingulis, monilibus, annulis, & ceteris corporū ornamentis, nisi in talibus qui possent per annū expendere decem libras. Ordinātū est ibidē etiā ne mercatores Angliae, cū suis mercimonijs, vel ad uina querenda decetero trāsſerarent, & ut singuli artes suas exercerent, & ut nulli pannis praeciōsis, aut pellura uterentur, nisi qui possent expendere per annū centum libras. Et ut plebei operarij, & agricultores non uescerentur cibis delicatis aut potibus. Sed haec omnia nullum effectum capiebāt. Eisdē diebus uenerunt tres reges, uidelicet Frāciae, Cypriae, & Scotiae, uisere & alloqui dominū regem Angliae, à quo plurimū honorati, & donis donati, Reges Cypriae & Scotiae ad sua reuersi sunt, sed rex Frāciae graui morbo correptus Londonias apud Sauey diem clausit extremum. Sed hoc contigit anno sequenti. De obitu regis huius, exequias rex Anglorum in diuersis locis sollemniter fecit celebrari, ac vsque Doueriam suis sumptibus per reuerēdos viros corpus eius more regio conduci fecit, quātandem sepultus est iuxta Parisium apud sanctum Dionysium, & regnauit pro eo Carolus filius suus maior. Eodem anno. 7. Idus Decembris caput gelare, perdurauitq; gelu fortissimū vsque. 14. Calend. Aprilis. Rex Cypri iūterando in Anglia plura perdidit per latrones. Ob quam causam rex Edwardus concessit Londoniensibus potestatem copiosiorē malefactores iustificandi & incarceratos infra ciuitatem liberandi iusticiarijs regis, ut prius solebant ad hoc non uocatis. Hoc anno obiit bonae memoriae dominus Radulphus de Shreusbery, episcopus Bathoniensis, ad quam sedem translatus est magister Iohannes de Barnet, de Ecclesia VVygorniensis, & Io. de VVytteleseye de Rossensi translatus est ad Ecclesiam VVygornienſem, cui successit Thomas Trilleck in Rossensem ecclesiam.

Hoc anno fuit tanta frumenti caristia, ut venderetur summa frumenti. 15. solidis. Generale cap. nigrorum monachorum fuit hoc anno. Northampton. praesidente domino Thoma Abbate sancti Albani, in quo statutum est inter cetera perpetuam fieri iugemq; memoriā per totum ordinem pro uiuis & defunctis, in omnibus horis diurnis pariter & nocturnis.

ANno gratiae M. CCC. lxxij. qui est annus regni Regis Edvardi à cōquestu tertij. 36. tenuit rex Edvardus natale apud VVynndesore. Quo tempore Abbas de Bello iūterando uersus Londinum obuiam eiūdam damnato ad fūcas ex Mareſcalcia regis, quem uirtute libertatum Priuilegiū suorum, erectū & liberatum à moris periculo secū adduxit. Et quāuis Rex & Magnates alij ferrent grauius factū illud, chartas tamen suas

Annus morbidus.

Tres reges inuisum regem Angliae.

Latrones graſſantur.

Annus caris.

*Carolus le
Blois in prælio
succumbit.*

per placitum ibidem habuit approbatas. In festo sancti Michaelis Carolus le Bloys cum gente multa bellica ad numerum trium millium sexcentorum, irruit subito super Iohannem de Monte forti, & dominum VVilhelmum Latimer, dum obliderent villam cum castro Doueroy, qui vix mille sexcentos de Anglis & Britonibus & omni gente habuerunt, vbi facto congressu absq; deliberatione, ceciderunt ex parte ducis septem viri, & ex parte Caroli intrusorū, ipse Carolus cum domino de Richford, & VVilhelmo Vango, militibusque & armigeris penè mille. Et capti sunt de parte Caroli duo comites, viginti septem domini, & armati viri strenui mille quingenti. Hoc anno. 5. idus Aprilis obiit (vt prædicitur) I. rex Franciæ, cuius mors vtrunq; regnum nō modicum perturbauit. Eodem anno Longobardi mercatores sunt accusati per socios suos de magna infelicitate in mercimonijs suis facta regi, vnde maior pars illorum in turri Londoniarum recluditur, quousque finem regi fecissent ad eius beneplacitum. Eisdem diebus Edmundus de Langley filius regis Edvvardi, filiam & hæredem desponsasset Comitis Flandriæ, nisi propinquitas consanguinitatis prohibuisset. Vnde pro habēda dispensatione missum est ad Papam, sed rex Franciæ Carolus ne matrimonium istud procederet callidè impediuit. Quæ mulier ex post copulata est Philippo fratri regis Franciæ duci Burgundiæ, qui quondam patri suo in Anglia fuerat concaptiuus. Sub eodem tempore in planis Turkeyæ in die omnium Sanctorum commissum est bellum atrocissimum inter Christicolos & Paganos, vbi Christiani quamuis graui suo damno fuere victores: Attamē de christianis ibidē cecidere principibus I. rex Hungariæ, Siwardus rex Gorgoniæ, & magister Hospitalis Insulæ de Rodes, & christiani ad numerum quinque millium ducentorū & decem, de Paganis missi sunt ad Tartara virorum quadraginta millia robustorum, quæ perempta sunt ibidem cū alijs popularibus, quorum numerus non potuit comprehēdi. Et fuerunt principes paganorum Soldanus Babylonix, rex Turkiæ, rex Baldok, rex Belmarinus, rex Tartarorum, & rex de Letovve, ex quibus tres interfecti fuerunt, vt hij qui interfuerant dicto prælio referebant.

*Christianorum
& Paganorū
eades.*

*Rex Cypria
capit Alexan-
driam.*

ANno gratiæ millesimo trecētesimo quinquagesimo quinto, qui est annus regni regis Edvvardi à conquestu tertij tricesimus nonus, natus est Edvvardus principi VVallix & Aquitanniæ apud Angolismum filius, & vocatus est nomine patris sui Edvvardus. Hic anno ætatis suæ septimo diem clausit extremum, non tamen præmaturè vt plurimi asserēbant. Eodem anno Ingelranus dominus de Comyn apud VVynndesforā desponsauit Isabellā filiam regis Edvvardi. 3. cū magna solemnitate. Hoc etiam anno rex Cypriæ cepit Alexandriā magnam quæ clauis est Aegypti, perempta illic non modica multitudo Paganorum. Principes igitur prædictorum cū Soldano illud factū indignè ferētes, in numeros adunantes Sathanæ satellites venerūt contra eum. Quorum multitudini rex & sui se cernentes omninō impares, cum non haberent exercitum, qui custodire posset tertiam partem ciuitatis, vbi cōsilio sapienti, depradati sunt illā partem quam ceperant, auferentes spolia & diuitias quæ quemlibet exaturare valuissent. Nempē non ceperunt nisi vnā partem vrbis ex vna parte fluuij, quia brachium quoddam marinam urbem secat. Reliquā partē tenuere pagani. Ditati nihilominus omnes fuerunt à maximo ad minorem. Et postquam spolia collegissent ad placitum, quarto die captionis eius, vel quinto, recedētes illæsi, ciuitatem depredatam incredulis reliquerunt. Omnia verò genera specierum trāsmarinarum diu posthæc & rariora & catoriā fuere, quamuis Soldanus in despectu Christianorum proclamari fecisset in partibus, ne mercatores se subtraherent ab eadē vrbe, sed more solito illuc aduenirent, habituri tam bonum

num forum rerum venalium, sicut ante captionem dictæ ciuitatis, sed tamen non ita euenit. Interfuerunt autem huic captioni cum rege Cypriæ plures Anglici & Aquitannici referentes tam in Angliam, quàm in Aquitanniam pannos aureos, & holericos, splendoresquè gemmarum exeticos in testimonium tantæ victoriæ illic factæ.

ANno gratiæ M. CCC. lxxj. qui est annus regni regis Edvardi à conquestu tertij quadragesimus, natus est domino Edvardo principi V Valliæ & Aquitanniæ apud Burdegaliæ Richardus filius suus secundus, quem Richardus rex Nauarriorum de sacro fonte suscepit. Circa idem tempus Rex Franciæ & maiores regni interpellauerunt auxilium regis Angliæ contra magnas *De magnâ comitiâ.* comitiuas quæ debacchabantur in Francia, quarum ductores erant Anglici pro maiori parte, vel saltem de dominio regis Anglorum. Qui primò iussit per litteras suas ut exirent Franciam, & non præsumerent illud regnum ulterius infestare. Qui valdè ridiculosè talia mandata ferentibus responderunt, se nihil ibidem tenere de rege Angliæ, nec velle pro eodem suas munitiones relinquere, siue victū suum quæ tantis laboribus adquisiuisent. Quorum respōsis exacerbatus rex Angliæ, parauit se ad transfretandum. Sed rex Franciæ cum audisset de tanto regis apparatu, timuit, putans fortassis se regnum amissurum, si contingeret regem Angliæ fore victorem. Quapropter misit ad regem, rogans ut a captis desisteret, & domi se contineret. Quæ quidem missio regem Edvardum iterum in tantum contristauit, ut iuraret per sanctam Mariam se nunquā surrecturum in auxilium regis Franciæ, licet dictæ comitiæ regem cum suis omnibus nitantur expellere regno suo. Nihilominus exposit ad iussum regis Angliæ redditus regi Franciæ villis & castellis per prædictas comitiuas diu possessis, Bertrandus Cleikin miles insignis & belliger, cum magna comitiua processit contra dominum Petrum regem Hispaniæ, ut illum deponeret, fretus auxilio & fauore Papæ. Fuit utique iste Bertrandus semper quietis impaciens, bellū diligens plus quàm pacem. Dicebatur de isto rege, quod vixit inter suos tanquā pessimus, maleficus, & tyrannus, proscribens & interficiens suos naturales homines, & quod peius est, spreta religione christiana, cum quadā se Iudæa famina miscuisset. Qui cum audisset aduentum illius terribilis comitiæ, mox timore perterritus fugit in V Valconiam ad dominum principem V Valliæ, poscens ab eo subsidium & iuuamen. Quo fugato, Henricus frater eius bastardus assensu maioris partis dominorum Hispaniæ siue comunium, & auxilio comitiæ prædictæ factus est rex ibidem. Erat autem numerus comitiæ prædictæ circiter sexaginta millia bellatorum. Hoc anno obiit Symon Islepe Archiepiscopus Cantuariensis, cui successit Simon de Langham episcopus Eliensis promotione Papæ. I. Barnet de ecclesia Bathoniensi trāslatus est ad Eliensem ecclesiam. Magister I. Harevell contemplacione domini Edvardi principis V Valliæ confirmatus est à Papa in episcopum Bathoniensem. Item hoc anno obiit V Vilhelmus de Edingdone episcopus V Vintoniensis, cui successit per electionem, domino rege procurante, dominus V Vilhelmus de V Vickam, portator priuati Sigilli.

ANno gratiæ M. CCC. lxxij. qui est annus regni regis Edvardi à conquestu tertij quadragesimus primus, princeps Edvardus condolens calamitatibus domini Petronis regis Hispaniæ, profectus est in regnum illud cū electa multitudine bellatorum Angliæ, Scotiæ, Nauarriæ, Aquitanniæ & Britanniæ, & aliarum gentium plurimarum, ad quem cum multis accessit dominus Hugo de Caluerlee, deserto Henrico Bastard, cō quod noluit stare contra dominum principem primogenitum regis sui: venit insuper ad principem dominus Robertus.

*Rex Navarie
capitur.*

*Bellum apud
Nazar.*

*Victoria cesit
Angli.*

bertus Knolles cum electa multitudine magnæ comitiæ prædictæ. Qui duo de sua militia multum auxerunt, confortauerunt, & animauerunt partem eius. De Anglia venit ad eum dominus I. dux Lancastriæ cum multis valentibus militibus & armigeris, alijsque armatis. Eratque cum eo Rex Navariæ cum multis de gente sua. Ex aduersa parte venit ipse Henricus Bastardus, & cum eo Bertrandus Cleikin cum magna parte illius magnæ comitiæ quæ ipsum secuta est non tantum amore quantum spe prædæ. Venerunt insuper cum Bastardo pene omnes domini & potentes Hispaniæ, & de Gallijs infiniti, partim missi per regem Franciæ, partim lucri contemplatione. Saraceni præterea & vltiores Hispani, sed increduli, confluxerunt cum intrusore prædicto, qui præ multitudine dinumerari non valebant. Igitur post paucos dies aduentus principis in Hispaniam, rex Navariæ se gerens incaute captus est repente à militibus Bertrandi Cleikin. Qui tamen domino principi ex post citò fuit redditus, capto eodem Bertrando qui mortis incurrisset supplicium nisi eum protinus iudicasset. Remansit tamen idem Bertrandus captiuus postea per longum tempus, captus quippe fuerat antequam acies conuenirent ad ferendum, in initio belli huius. Citò post hæc acies ad inuicem percusserunt, sagittarijs Anglicanis laudabiliter rem agentibus, & Hispanos vndique cum incredulis ferientibus. Dominus I. dux Lancastriæ, & dominus I. Chaundois miles famosissimus, quibus assignati fuerunt illi qui de magna comitiua adhæserunt principi, primam aciem habuerunt. Super hos pondus belli stetit, super hos Saraceni phalanx incubuit, super hos Hispanorum innumera multitudo diu seuit. Sed tandem superueniente domino Roberto Knols cum electa gente quæ eum secuta fuerat, & nostra pars augeatur & animatur, & pars aduersa debilitatur & terretur. Tunc retrocedunt Hispani, corruunt Saraceni, & ad inferna properant per centenos. Ipse dux partis aduersæ paucifactus hijs visis, & maxime de sagittis quæ eum vndique circumuolauerant, reliquit sonipredem quem infederat, & equum velociorem insiliens festinauit ad fugam, non tamen illacus, quia prout dicebatur erat in inguine sagittatus. Cognita verò fuga ducis sui Hispani, ultra resistendi spiritum non habentes, in fugam illico conuertuntur. Quos nostrates insequentes percutiunt, perforant, & prosternunt, quosdam captiuantes, plurimos perimenes. Captus est ibidem siquidem comes de Deuæ cum multis ex nobilioribus illius regni. Captus est insuper (vt prædicitur) ipse Bertrandus Cleikin, qui fuerat principalis consiliarius ex parte Bastardi, & dux primæ aciei. In hac pugna etiam & fuga prædicta occisi sunt ex gente Hispanica & auxiliarijs plures quam septem millia bellatorum. In fluuio nempe de Nazar suffocati sunt multi rapaci gurgue illius aquæ, in tantum, vt vnda appareret rubra vel sanguinea per spaciū milliarij, præ numerositate vulneratorum, vel illic se precipitantium, vt ibidem per Anglicos peremptorum. Commissum est prælium istud tertio die Aprilis, vel vt quidam volunt, in vigilia Dominicæ annunciationis. Igitur obtenta tanta victoria, princeps illustrissimus præfatus dominum Petronem restituit in regnum suum. Qui ex post ingratus & infidelis eidem principi non tenendo præmissa, initium magnorum dolorum fuit illi. Reuera cum sperasset de eo recepisse pecuniam cum qua satisfecisset suis conducticijs, & precipue magnæ comitiæ quam de Gallijs accessiri fecerat, deficiente ipso in præmissis, confringi & comminui fecit vasa sua aurea & argentea, & monetam exinde fieri, quam suis stipendiarijs erogauit, ipso paupere remanente. Misit præterea quendam ex suis militibus vt caperet nomine suo seisinam in comitatu de Algezira & alijs terris quas idem rex Petrus sibi præconcessit, sed nunquam tamen fuit in possessione pacifica de eisdem, & ita regressus est in Aquitaniam,

tanniam, depauperatus nimium, quia consumpserat omnes thesauros suos in hac expeditione (vt præfertur.) Ob quam causam compellus est manus mittere ad bona subditorum suorum, & in toto dominio VValconensi nouas taxas exigere & insuetas. Quamobrem citò postea defecerunt ab eo, & rebellare cæperunt. Sed hæc postea. Per idem tempus Bertrandus Cleikin soluens redemptionem suam, à captiuitate liberatur, & pergens in Hispaniam regi Petro reconciliatur. Persuasit igitur sibi tanquam cõmunis amicus & pacis moderator, vt reciperet Henricum Bastardum fratrem suum in gratiam, quæu promisit futurum fidelem sibi. Cuius verbis credens, idem Petro iussit vt ad eum adduceret, spondens se omnem rancorem & cunctas foris facturas remissurum. Procurauit proinde idem Bertrandus, vt dictus Henricus adueniret cum armata manu, eotempore quo rex sedebat in prandio, & subito præoccupatum lancea perforaret. Quod & factum est, & mox Bastardus inuasit regnum iterum, adeptus prodicione quod non potuit aperto Marte. Edvardus princeps per idem tempus (vt dicebatur) intoxicatus fuit, à quo quidem tempore vsque ad finem vitæ suæ nunquam gausus est corporis sanitate. Sed & plures strenui & valentes post victoriam Hispanicam, fluxu ventris & alijs infirmitatibus perierunt ibidem ad magnum detrimentum Anglicani regni. Eodem anno circa principium mensis Maij Papa Urbanus quintus de Anagnonia cum plena curia se trāstulit versus Romam, quò circa festum sancti Lucæ euangelistæ sanus peruenit, & summo cum honore ab omnibus est receptus, quia à tempore Papæ Bonifacij octauj ibidem visus fuerat Papa nullus, statimquæ loca sancta collapsa & ecclesias dirutas reparauit, reliquias sanctorum auro, argento & gemmis præciosius pulcherrimè decorauit, & multa bona fecit ibidem propter quæ infinitas benedictiones post mortem ab omni populo reportauit.

ANno gratiæ M. CCC. lxxviii. qui est annus regni regis Edvardi à conquestu tertij quadragesimus secundus, mense Martio visa est stella Comata inter partes Septentrionales & occidentales, quæ versus Franciâ radios suos porrexit. Quo anno mense Aprilis Leonellus dux Clarenciæ regis Edvardi tertij filius cum electa multitudine nobilium Anglicorum transiuit versus Mediolanum, ad accipiendum in vxorem filiam domini Gallias domini Mediolani, cū qua medietatē eiusdem domini fuerat habiturus. Sed tamen modico tempore super coniuge vel dominio gaudere permissus est, morte (quæ cuncta disjungit & separat) mox præuentus. Celebrato nempe inter eos cum maxima gloria matrimonio, Leonellus circa festum natiuitatis beatæ Mariæ proximò sequentē diem clausit extremum. Eodem anno Franci pacem fregertunt, equitantes in terras Angliæ in comitatu de Pouytf, castella, villas, oppida, & munitiones exasperato capientes, partim vi, partim prodicione, homines verò regis Angliæ quosdam peremerunt, quosdam captiuauerunt, rege Franciæ hæc omnia ignorante. Et ad circumueniendam regis Angliæ innocentiam, rex Angliæ versutus & dolosus misit ei nuncios qui dicerent eum fore paratum soluere quod residuum fuerat de redemptione patris sui quondam regis Franciæ Iohannis, & omnes cõditiones pacis apud Caleys factas obseruare. Interea princeps VVallie direxit nuncios ad patrem suum de VValconia, mandans per litteras suas, ne Francorum regi fidem daret, qui proculdubio paratus fuit ad decipiendum eum, & iam pacem fregerat, vastando terras suas. Sed rex Angliæ quorundam ductus consilijs qui dicebant principem temerarium & quietis impatientem, quippe qui nihil magis quàm bella cupiuit, & ob id infamauerat regem Francorum satis innocentem, filij sui literas monitorias paruipendit. Eo tempore rex Franciæ ad decipiendum plenius regem Angliæ misit ei vina de Bohemia, & alia

*Edwardus mo
toxicatur.*

*Franci Franci
pacem.*

& alia donatiua indiciabonæ fidei & dilectionis. Et factum est, adhuc Gallicis nuncijs cum rege existentibus, nona deportantur ad regem, quod rex Franciæ diripisset hostiliter pagum Pōtinum, villas vastasset, & homines captiuasset. Insuper & magnam villam & sortem de Abuile cepisset, & prædas multas cepisset ibidem. Cum autem audisset rex de captione de Abuile, contristatus est valdè, & nuncijs quidem præcepit cum donis redire, nolens eis damna inferre. Sed iussit eis ut referrent regi suo eius se infidelitatem quammaximè detestari, quam proculdubio lueret in futurum. Quibus domum properantibus, Calesienses facti sunt obuiam, & vina diripientes, Calesiam adduxerunt. Franci nihilominus ut erant semper fraude & dolositate pleni, causam fractionis pacis cautelose & subdole imposuerunt Anglicis. Hoc anno mense Octobri dominus Simon de Langham Archiepiscopus Cantuariensis creatus est in Cardinalem, & sequenti anno mense Aprilis versus curiam iter cepit. Igitur Papa transfudit magistrum V Vilhelmum de VVittlesey episcopum V Vigornia, ad ecclesiam Cantuariensem, & magistrum V Vilhelmum de Lenne episcopum Cicestria ad ecclesiam V Vigornensem, & magistrum V Vilhelmum Reed ad episcopatum Cicestrensem promouit.

*Archiep. Cant.
creatur in cardinalem.*

*Rex Angliæ
regnum Franciæ iterum vendicat.*

*Angli peste
percutiunt.*

ANno gratiæ M. CCC. lxxix. qui est annus regni regis Edvardi à conquestu tertij quadragesimus tertius, circa finem mensis Maij rex Edvardus tenuit Parliamentum apud V Vestmonasterium, in quo tractauit de rupto fœdere inter ipsum & regem Francorum. Quapropter sicut olim totum regnum Franciæ iterum vendicauit. In cuius rei negotium circa festum Natiuitatis beate Mariæ misit filium suum I. ducem Lancastria, & Humfridum de Boun, comitem Herefordia, cum valida manu militum in Franciam ad pugnandum pro iure suo. Qui ducentes exercitum versus montem Morianum, qui vulgò dicitur le Chalkhil, propè Calesiam, in quo confederat Francorum exercitus aduentum Anglicanæ militiæ præstolando, ad oppositum montis illius tentoria sua fixerunt. Dux igitur illic adhibitis certis dominis ad corporis sui custodiam qui nocturnum vigilas inter se diuiderent, pro tutela sua, diu moram ibi protelauit, tam inutilem quam damnosam. Erant ibi tunc multi valentes barones & milites, qui cernentes plebem Anglicanam quotidie fame, pesteque perire, eò quod primum nullum sinebant pabulum egredi, decreuerunt pugnare cū Gallicis priusquam gens Angliæ peste seu fame nimis infirmata fuisset. Sed tamen ductores (ut fertur) huiusmodi noluerunt consilio consentire, causantes se non habere sufficientem manum ad congregiendum cum tanta multitudine pugnatorum. Dubium quoque fuit utrum eis virtus hominum aut audax mens defuerat. Dominus Thomas Beuchamp comes V Varvicensis, belliger animosus, audiens quod die statuto Franci pugnare vellent cum nostratibus illic existentibus, mox electa valida virorum fortium comitua, peruenit ad mare, & ascensus nauibus quas paratas reperit, cœpit versus Calesiam navigare. De cuius aduentu Francorum exercitus ira stupefactus extitit, quod relinquerentla-
tenter tentoria cum suis victualibus, & clam aufugerent antequam terram attingeret idem comes. Cumque applicuisset, ducum quos reperit ignauiam multum redarguens detestatus est, qui consulerunt sibi ne progredere-
Ipse vero commotus: Ego (inquit) progredi & pugnare volo dum adhuc panis Anglicanus in virorum meorum ventribus remanet indigestus. Et sine mora cum suis progrediens, Normanniam properauit, & insulam de Cays ferro flammaque vastauit, nemine sibi audente resistere. Sed heu, in redeundo versus Calesiam morbo pestilentiali correptus repente de medio est sublatu, parem sibi in armorum strenuitate, & regi regniq; fidelitate superstitem minimè detelin-

20

30

40

derelinquens. Ceteri duces (vt præfertur) exercitum ferè vniuersum quem edu-
xerunt, quo nunquam vllus validior nostris temporibus lectus fuit, de terra
Anglicana, miserabiliter amiserunt, fame, & peste quem ex fame contraxerat
in partibus transmarinis. Per idem tempus Papa fouebat guerram contra do-
minos Mediolanenses, quia ipsi tyrannicè & iniuste terras, redditus, & castel-
la de patrimonio beati Petri longo tempore detinebant. Pro Papa verò militant
dominus de Spenceer, qui laudabiliter se gessit ibidem post mortem ducis Cla-
rencie cum quo peruenit ad partes illas. Eodem tempore floruit ille miles egre-
gius & famosus Iohannes Haukvvode Anglicus natione, habens secum il-
lam albanicomituam præfectam superius, qui nunc contra Papam, nunc co-
tra præfatos dominos Mediolani arma gerèbat, cuius pars quocunque verteret
semper vincebat. Multa itaque facta egregia ibidem operatus est cum suis, im-
mò mirabilia inaudita, si quis vellet eius gesta per singula enarrare. Eodem an-
no mortua est domina Philippa regina Angliæ in die Assumptionis beate Ma-
rie, mulier nobilissima, & Anglorum amatrix constantissima, quæ apud VVest-
monasterium honorificè tumulatur, fundente sumptuosas expensas rege Ed-
vardo marito suo, circa eius exequias & sepulturam. Obiit hoc anno in-
super Thomas Percy Norvvicensis, Lodovicus Sherleton Herefordensis, &
I. Graunson Exoniensis episcopi, quibus prouisione Papæ succedere V Vilhel-
mus Courtney ad Herefordensem, Henricus le Spencer ad Norvvicensem, &
Thomas Brauthingham fauore litterarum domini regis Edvardi ad Exoniensem
ecclesias. Hoc anno fuit magna pestilentia hominum & grossorum animalium,
& per inundationes aquarum sequebatur & magna bladi dampnificatio, in tā-
tū vt sequenti anno modius frumenti tribus solidis venderetur. Obijt Blan-
chia ducessa Lancastrie, & in ecclesia sancti Pauli Londoniæ sepelitur. Hoc e-
tiam anno tenuit rex parliamentum apud VVestmonasterium, in quo regi con-
ceduntur decime triennales in tribus annis sequentibus persolueda. Et a laicis
triennalis quintadecima conceditur pari modo.

ANno gratiæ M. CCC. lxx. qui est annus regni regis Edwardi à conquestu
tertij quadagesimus quartus, rex Edwardus sinistro vsus consilio, magnas
summas pecuniæ à prælatis, dominis temporalibus, mercatoribus, alijsq; diui-
tibus mutuo petijt & accepit, asserens, quod in defensionem ecclesiæ & regni
illas expenderet, sed tamen nihil inde profecit. Expost verò circa natiuitatem
sancti Iohannis Baptiste rex Edvardus congregari fecit exercitum magnum
valde de valentioribus viris & magis expertis in bello qui in regno poterant in-
tueniri. Inter quos erant domini de Graunson, de Fitzvvater, & plures, tam ar-
migeri quam milites nobiles & valentes. Hijs præfecit ducem dominum Rober-
tum de Knols, virum prouidum & audacem, qui bella transmarina tractauit.
rat per ante multoties gloriose, cuius discretionem & industriam voluit eos totaliter
regulari, & eius imperio in omnibus obedire. Qui tandem mari transito, in re-
gnum Franciæ peruenerunt, vbi quamdiu fuerunt, vnanimes Franci eos ag-
gredi non audebant. Demum circa principium hyemis orta est discordia inter
dictos dominos iuuenes & Robertum Knolles ducem eorum, qui de proprijs
virtutibus nimis cōfidentes, est imabant semulū humiliatos, quod eiusdem
Roberti consilij, & mādatis eius oportuit obedire. Erat tunc inter eos quidam
miles stipendiarius, dictus I. Menstervvoreh, qui vnā & aciem prædicti ducebat
exercitus, manu quidem promptus, sed mente fallax & peruersus, & Roberto
Knols (cui tenebatur maxime) infidelis. Hic multū instigauit dictos dominos
contra Robertum, dicens in eorum grande redundare dedecus, quod ei subie-
cti essent, satis scientem & fortem quemlibet eorum astruens, ad perficiendum
iniunctam

*Io. Haukvvode
miles strenuus*

*Moritur Phi-
lipa regina.*

*Pestis & an-
thona caritas.*

*Exercitus Fran-
corum in
Francos.*

*in regnum I.
Franciæ adve-
nit.*

Robertus
Knolles de-
trahitur.

Obijt Urbanus
papa.

Leonicensium
vrbs solo a-
quatur.

iniunctum negotium sine consilio Roberti Knols, quem Vespilionem veterem appellauit. Vnde factum est cum Robertus prefatus consuleret eos egredi Frāciam eo tempore hyemali, & in Brytannia hyemare, noluerunt ei consentire vel acquiescere, sed ibidem dixerūt se velle per totam hyemem expectare. Quapropter se in diuersas turmas pueriliter diuidentes, hyemationis loca queliuerunt. Robertus verò Knolles vt prudens & exercitatus miles, cum non posset eis persuadere salutem, diuertit cum suis in Britanniam, & in castello suo se cum suis prudenter recepit. Gallici verò sine mora in ceteros sic diuisos, & nondum in locis suis constitutos, irruerunt acriter, duce Bertrando Cleikin, & pro maiori parte vel occidunt vel capiunt vniuersos, in magnum regno Angliæ dedecus & detrimentum. Dicitur verò I. Menstervorth mulus de suis amisissis, vix euasit. Veniens quē in Angliam dominum Robertum Knolles accusat instantius, imponens illi infortunii totius causas, cum insuper asserens proditorem. Sed nomen antiquū & probitas viri nota cunctis Anglicis id fecere, vt idem I. mendax reputaretur, & ingrātus illi Roberto diceretur ab omnibus & crederetur. Rex Edvardus nihilominus subtraxit ab eodem Roberto dona quadam quæ perante sibi contulerat, vnde contigit vt dictus Robertus Angliam non auderet intrare antequam regis gratiam magna pecunia comparasset. Sed hæc inferius plēnius innotescunt. Igitur dictus I. Menstervorth cernens suam fraudem non posse procedere, & se cognoscens deprehensum in mendacio, fugit ad regem Franciæ, domini sui effectus infandissimus proditor, vt infra patebit. Hoc anno Urbanus Papa de Roma redijt Anniuoniam, ea de causa, vt reges Anglorum & Francorum ad concordiam inuiteret. Sed (proh dolor) antetam pium opus inceptum morte preuentus, vicesimo secundo die Decembris ab hac luce instabili est subtrahitus. Sepultusq; fuit ibidem ad tempus in ecclesia cathedrali iuxta magnum altare, sed post anni spaciū eius ossa ad Abbachiam sancti Victoris iuxta Marciliā (vbi quondam Abbas fuerat) deportantur, & in ecclesia quam ipse pro maiori parte de nouo construxerat, iuxta principale sepeliuntur altare. Et cum in vtroque loco deo cooperante fiunt clara miracula, ex quibus cuius meriti fuit apud deum, cunctis fidelibus apertissime declaratur. Huic successit Gregorius vndecimus, diaconus cardinalis, prius Petrus Rogerij nuncupatus. Eodem anno ciuitas Lemonicensium contra principem rebellauit, sicut & plures aliarum villarum cum castellis in V Vasconia, propter graues exactiōes & impositiones, ac alia quodammodo importabilia per dominum principem & suos (vt dicebatur) eisdem imposita. Quamobrem se separantes a principe, regi Franciæ adhererunt, vnde commotus, Lemonicensium rebellionem prius disposuit vindicare crudeliter nisi maturius resipiscerent, & eius gratiam quererent, humili satis prece. Sed ipsos quos tuebant muri, fortes, victualium abundantia & bellicosorum virorum copia: nil teruit legatio principis iubentis eos ad pacem redire. Quorum cernens princeps obstinaciam, per nuncios mandat eis, dicens se totam ciuitatem funditus destruaturum, & omnes inuentos in ea igne vel gladio percipitūrum, nisi citius sibi submitterent & traderent ciuitatem. Sed indisciplinatum vulgus, nihil horum audire voluit, sed & nuncios oculis superbo despectit, & ciuitatem arctius undique communiuit. Mox dominus princeps plantata obsidione, diris oppugnacionibus & insultibus ciuitatem circumquaque fatigat, nullam inclusis requiem indulgendo. Denique arte fodiendi costruentibus muris, illam capit, & captam solo tenus fere destruxit, inuentis quē in ea peremit, paucis captis & relictis ad vitam. Quibus ita gestis festinauit in Angliam remeare, tum propter iuges infirmitates quibus vexabatur, tum propter defectum pecuniæ qua bellatores cōduceret ad reformandum

pum rebelles. Igitur circa principium mensis Ianuarij cum vxore & paruulo filio suo Richardo obsequente familia apud portum de Plimmouth applicuit, relinquens post se in VVasconia duos fratres suos Io. ducem Lancastriæ, & Edmundum comitem Cantebriagiæ cum alijs viris strenuis & militibus bellicosus. Qui mox vt venit ad patrem, totum dominium VVasconia in eius manus resignauit. Eodem anno venit ad regem Edvvardum ipsum accersientem rex Nauarriæ apud Claryndonam, vbi tractauerunt de certis negotijs tangentibus vverram regis Angliæ, ad cuius aduentus securitatē dimissi sunt de Normannia obsides quidam Episcopi, & comites ac barones de Anglia, vsque dum
 10 idem rex rediret, sed post multos tractatus, ab ipso hoc quod petijt non potuit obtinere Rex noster Edvvardus: attamen dictus rex recessit magnis à rege nostro donarijs oneratus. Hoc anno ille famosus, sapiens, strenuus miles & bellifolus Iohannes Chandos, interfectus est ab hostibus in VVasconia, quos prius superauerat, dum incautē caput suum discoperuisset, ad magnum detrimentum vtriusque regni. Nempē ferunt regem Franciæ, audita morte sua, maximē doluisse: & asseruisse, quodd eo mortuo, non fuit vllus miles superstes qui esset habilis ad faciendum pacem inter Franciæ & Angliæ reges & regna, tantum meruebatur, tantus estimabatur, tantum ab omnibus amabatur.

Iohannes Chandos interfectus.

20 **A**Nno gratiæ millesimo trecentesimo septuagesimo primo, qui est annus regni regis Edvvardi à conquestu tertij quadragesimus quintus, celebrato parlamento apud VVestmonasterium in Quadragesima, rex Edvvardus petijt à clero & populo subsidium quinquaginta millium marcarum argenti, quod sub deliberatione, in conuocatione cleri facta post pascha, fuit concessum tam à Clero quàm à populo laicali. Ad quam quidem summam persoluendam sacerdotes stipendiarij secundum valorem pecuniæ quam perceperunt per annum taxati fuerunt. Minuta etiam beneficia, quæ nunquam prius erant taxata ad complementum illius solutionis similiter taxabantur. In isto parlamento ad
 30 petitionem dominorum in odium ecclesiæ amoti sunt episcopi de officijs cancellar. & Thesaurar. & Cleticus de priuato sigillo. Et loco illorum secularēs subrogati fuere. Durante parlamento venerunt Londonias solemnes Ambassatores missi à domino Papa nouo, ad tractandum cum domino rege de pace inter eum & regem Franciæ confirmanda, qui Papa, videlicet, desiderauit in hac parte sui prædecessoris exequi voluntatem, sed tamen nullus ex his præmissis sequebatur effectus.

Clerici amouentur laici surrogantur.

ANno gratiæ M. CCC. lxxij. qui est annus regni regis Edvvardi à conquestu tertij. 46. nono die mensis Iunij rex Edvvardus tenuit parlamentum apud VVintoniam, ad quod de clero moniti sunt venire quatuor Episcopi, & quatuor abbates tantum, quodd factum fuit (vt putabatur) propter mercatores Londonienses, Norvvicenses, & alios in diuersis sua mercimonia promouentes, de
 40 quibus dicebatur, quodd contra regem Edvvardum rebellare volebant.

Eodem anno dux Lancastriæ & comes Cantebriagiæ frater suus cum duabus sororibus filiabus domini Perronis quondam regis Hispaniæ de VVasconia in Angliam redierunt, quas postea in coniuges acceperunt. Dux quidem seniore vocatam Constantiam, & comes iuniorem Isabellam appellatam. Sub quo tempore, Iohannes dux Lancastriæ ratione vxoris suæ regem Castella nominauit & scripsit. Per idem tempus iussu domini Papæ egressi sunt duo Cardinales ad tractandum de pace inter duo regna, Anglicus videlicet & Parisiæ, acceptis procurationibus absq; pacis effectu ad curiam suam reuersi. Hoc anno commissum est bellum nauale inter Anglicos & Flādrenses, de quo Anglici reportauere victoriam, captis viginti quinque nauibus sale onustis,

& interfectis hominibus & submersis. Anglici reuera nescientes quòd Flan-
drenses essent, cum insolenter prouocati fuissent ab eisdem, vt prædicitur, vni-
uersos perimerunt: vnde grauis discordia, & plura damna peruenissent vtriq;
populo ex hac occasione nisi pax amicabile fuisset citius reformata. Eodem tẽ-
pore Franci obsederunt villam de Rochel, & in terra illa multa mala fecerunt.
Quamobrem missus est comes de Penbroke, iuuenis viginti quinque circiter
annorum in VVasconiam, ad refranandum Gallicorum immoderatos impe-
tus, & ad dissoluendũ obsidionem prædictam, cũ magna multitudine armato-
rum. Qui cum satis securi peruenissent ad portum de Rochel, repentẽ ruit su-
per eos classis Hispanica incautos tũc & inordinatos ad pugnam, feriendo, ster-
nendo, mactando: vnde contigit quòd victoria celsit Hispanis, Anglicis penẽ
cũctis in hoc congressu captis, vulneratis lethaliter vel occisis. Hispani insuper
nullum genus damni quod irrogare poterant prætermittentes, naues omnes
flammi voracibus combusserunt, captumq; comitem cũ viginti millibus mar-
carum susceptarum à rege Angliæ ad continuandam ibidem guerram, necnon
dominum de la Spar aliosq; multos nobiles & robustos in Hispaniam abduxe-
runt. Contigit autem istud infortunium in vigilia natiuitatis sancti Iohannis
Baptistæ, in qua festum sanctæ Etheldredæ virginis temper occurrit. Quod
quidem infortunium plures asserunt sibi contigisse propter iniuriam quam in-
tulit ecclesiæ supradictæ virginis, in causas inter eandem ecclesiã, & ecclesiã
sancti Edmundi regis & martyris de Bury, priusquam recederet de terra sua.
Pecunia verò supradicta, quia collecta fuerat de sancta Ecclesiã, prout fertur, fuit
domino regi minimè fructuosa. Alij siquidem asserunt dicta mala comiti ac-
cidisse, principaliter tribus de causis, primò, quia ipse vxorat⁹ rupto foedere cõ-
iugali, cum alijs mulieribus rem nephariam, adulterando commisit. Secundò,
pernitiosus quadam dementia & insania fatigatus, iura & libertates ecclesiasti-
cas in quodam parlamento deleuisse ex animo affectauit. Tertiò, ipse protin-
us exagitatus nequitie stimulo, suavitati regi, suoquẽ consilio, vt viri Ecclesiastici
bellorum tẽpore grauius quàm alij seculares mulctarentur. &c. Ista vero vltima
summè dominis temporalibus placuerunt, quæ deinceps quasi in consuetudi-
nem licet nunquam gaudentes traxerunt, reputantes se in hoc magnum ali-
quid consequutos, si quandocunq; sanctam Ecclesiã nouis impositionibus
& tallagijs valeant onerare. Igitur qualiter hi profecerint subsequenter vel
regno Angliæ, & incolis eius successerit, satis nouit & palàm prædicat totus
mundus.

Rex intrat
mare, sed ina-
riter.

Eodẽ anno mense Augusto rex Edvvardus parato nauigio copioso, cum ma-
gno nimis exercitu intrauit mare ad dissoluendũ obsidionem de la Rochel, sed
ventus contrarius non permisit eum longius à terra recedere, licet per magnum
tẽpus propè littus maris, ventum prosperum expectasset. Cum vidisset igitur
se nullo modo posse procedere, redijt ad terram tristis, post cuius reditum, sta-
tim ventus ad partes oppositas se conuertit. In hoc apparatu erat cum illo fili-
us suus princeps, & nobilitas regni quasi tota. Expendisse quidẽ fertur eo tem-
pore plusquam nonies centum millia librarum in vanum.

ANno gratiæ millesimo trecentesimo septuagesimo tertio, qui est annus re-
gni regis Edvvardi à conquestu tertij quadragesimus septimus, Iohannes
dux Lancastriæ filius Regis, & frater Principis, cum ingenti exercitu trans-
fretauit in Franciam, ad experiendum ibi iterum suam fortunam. Transiuit
igitur equitans per Parisium in Burgundiam, & sic per totam Franciam, ne-
mine sibi volente, immò nec audente resistere. Sed in hac expeditione mo-
dicum vel nullum damnum Francis intulit, nisi quia redemptionem diuer-
sis

sis villis & locis imposuit, aliàs verò neminem molestauit ex hostibus, tandē de-
 seruit Franciam cum exercitu, in qua victualia sibi fuere sufficientia, vbi & e-
 pulabantur quotidie splendide, & ingressus est deserta montium Aluerniæ re-
 gionis, vbi nec reperiri possent hominibus victualia, nec bestiis alimenta, ibi-
 dem ergo fame & peste periit exercitus sui magna pars, sed & equi serē om-
 nes interierunt in loco præfato. Tandem ingressus est Aquitanniam moestus
 de infortunio, & sic peruenit Burdegaliā. Nam qui ingressus Franciæ apud
 Calesiam triginta & amplius millia equorum in suo comitatu habuerat, per-
 paucos vt fertur equos Burdegaliā secum viuos adduxit, vbi cernere pos-
 10 sent spectaculum miserandum, milites famosos & nobiles, delicatos quondam
 & diuites in terra Anglicana (amissis hominibus & iumentis) hostiatum medi-
 cado, panem petere, nec erat qui eis daret. Destructa nempe fuerat terra illa an-
 te aduentum illorum per Gallicos. Ideoque inculta remanserat ad tempus il-
 lud, quæ de causa facta est tanta famēs in terra procul & iuxta Burdegaliā, vt
 ibidem summa frumenti pro quadraginta solidis venderetur. Dux nichilomi-
 nus hiemauit ibidem. Decimo autem die Aprilis anno sequenti erat dies bel-
 li præfixus inter ipsum, & ducem Andegaviæ iuxta ciuitatem Tholosā.
 Interim verò captæ fuerunt treugæ inter duo regna ab hinc vsque ad vicesi-
 mum diem mēsis Maij proximo sequentem, minus cautē, prout dicebatur, quia
 20 dictæ treugæ regem Angliæ omninō latebant. Adueniente verò die statuto,
 aderat illic Francorum magnus exercitus per præfatum ducem Andegaviæ
 congregatus, sed nichilominus die illo transijt absque bello, non sine pudore
 & vituperio Anglicorum, quia Gallici iactabant se fuisse paratos in campo
 die statuto ad expectandum illorum aduentum qui non venerunt. Quamob-
 rem Angliis multa intulere conuitia, asserentes eos esse falsos, timidos & vecor-
 des, & hic fructus expeditionis istius. Eodem anno rex Edvardus misit am-
 bassiatores ad dominum Papam, rogans cum vt super reservatione beneficio-
 rum in curia sua facta in Anglia de cetero superfederet, vt etiam Clerici ad E-
 piscopales dignitates, suis electionibus pleno iure gauderent, & vt à suis Me-
 tropolitanis prout antiquitus fieri consuevit, idem clerici confirmari valerent.
 30 Sicquē super his & alijs diuersis (in quibus, tā rex quā regnum sentiebant se
 grauari plurimū) remediū postulabāt, super quibus quidem articulis nunciij
 à Papa certa recepere responsa, de quibus cum redirent in Angliam, deberet
 Papæ referri per regem de voluntate sua & procerum, antequam aliquid de-
 terminaretur super prædictis. Hoc anno in parlamento erat decretum, quod
 Ecclesiæ cathedrales suis gauderent electionibus, & quod rex de cæterò con-
 40 tra electos non scriberet, sed per litteras suas ad eorum confirmationem iuu-
 ret, sed tamē hoc statutum in nullo profecit. Obijt hoc anno magister I. Tho-
 resby Archiepiscopus Eborac. Magister I. Barnet Eliensis, & magister VVil-
 helmus Lynne VVygorniensis Episcopi. Quibus successerunt autoritate
 Papali, magister Alexander Nenyle ad Eborac. Thomas filius comitis Arun-
 deliæ ad Eliensem, & dominus Henricus VVakefeld ad VVygorniensē ec-
 clesias. In supradicto parlamento concessa fuit regi vna decima per Clerum,
 & vna quintadecima per populum laicalem. Hoc anno castellum de Lizima-
 co Francis redditur pro redemptione domini Thomæ Percy.

A Nno gratiæ millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, qui est annus re-
 gni regis Edvardi à conquestu tertij, quadragesimus octauus, dux Lan-
 castriæ redijt in Angliam de VVasconia, post cuius recessum tota Aquitania
 præter Burdegaliā & Baionē defecit à rege Angliæ, & ad regē Franciæ se conuertit.

Circa idem tempus, scilicet quinto die Iulij, obijt magister VV. VVytleseye

Q.ij.

Can-

Anglorum
penuria.

Francorum
iactatio.

Decretum de
electionibus
cassatum.

Aquitania des-
fecit à rege
Anglorum.

Cantuariensis Archiepiscopus, vnde monachi illius Ecclesiæ ad eligendum adepti à rege licentiam, Cardinalem Angliæ in Archiepiscopum postularunt. Quia causa rex commotus aduersus eos ira maxima, proposuit dictos monachos, exlegisse. Idcirco plura bona expenderunt antequam potuerunt super illo facto regis gratiam obtinere. Postulationi nempe factæ de Cardinale rex consentire noluit, sed nec Papa, nec cardinales. Circa principium mensis Augusti fuit tractatus apud Bruges super diuersis articulis inter Papam & regem Anglorum pendentibus, qui videlicet tractatus durauit ferè duobus annis. Tandem concordatum est inter eos, quod Papa de cetero reservationibus beneficiorum minimè vteretur. Et quod rex beneficia per litteras Quare impedit ulterius nõ conferret, sed de electionibus tactis superius, pro quibus Ambassiatores anno præterito fuerunt missi ad curiam Romanam, in isto tractatu nihil penitus erat tractatum. Et hoc ascribitur aliquibus qui sciebant se potius per curiam Romanam quam per electiones ad dignitates episcopales quas ambiunt promoueri.

ANno gratiæ millesimo tricetesimo septuagesimo quinto, qui est annus regni regis Edvardi à conquestu tertij quadragesimus nonus, I. dux Lancastriæ ordinatus fuit per consilium ad eundem in Flandriam ad tractandum de pace vel saltem treugis inter regna Angliæ & Franciæ. Proficiscens autem, habuit in comitua sua Archiepiscopum Cantuariensem dominum Symonem de Sudbury, & plures alios procères, cum familia magna valde. Ad quem locum occurrit ex parte Francorum dux Andegauiz cum multis regni tam episcopis quam proceribus, personis grauib; & famosis: durauit itaq; tractatus iste ferè per biennium, vbi post horribiles expensas & incredibiles, post longam moram & diuinam toti regno Angliæ descendam, quam instructuolè tractauerunt in breui, postea sensit Anglia damno suo: reuerà per totum tempus illud Franci fraudulenter non de pace sed de pralio cogitabant, sed resarciens arma vetera, nouaq; fabricantes, omnem apparatus belli in promptu habere certabant: & contra, Anglici qui nesciunt prudentia, & prouidentia, sed solum more britorum animalium cum punguntur agitari stimulo, nihil tale cogitabant, ad spem suam ponentes in ducis sapietia, & credentes quod ipse sua facundia gaudio pacis afferret epulis, diuersis iocis inuigilauere. Factum est itaq; in hac occasione quod Angli circūuenerentur incauti, quando nõ sperabāt, vt in sequentibus clariùs elucebit. Nam discessum est vtrunque sine pacis effectu. Per idem tempus nūcij domini Papæ, tam illi qui venērūt pro pace, quam illi qui venērūt ad tractandū inter regem Angliæ, & dominū Papam, prout supra fit mentio, plures procuraciones à clero regni Angliæ recepērunt. Hoc anno quarto idus Maij translatus est magister Simon de Sudbury Londoniensis Episcopus, ad ecclesiā Christi Cantuariæ, & magister V Vilhelmus Courtney Herefordensis Episcopus translatus est ad ecclesiā Lōdoniensem, & ad ecclesiā Herefordensem translatus est Episcopus Bangorēsis. Circa tēpus istud cōcessę sunt treugę inter duo regna, à festo natiuit. sancti Iohannis Baptista, vsque ad idē festum anni sequentis. Eo tempore dux Britannię I. Monfort habens secū filiū regis Angliæ, Edmundū comitē Cantabrig. comitesq; Marchiæ, de VVarvike, de Stafford, & dominum le Spencer, cum multis alijs bellicosus hominibus, in partes Britannię trās fretauit. Quibus citò postea fuit reddita villa sancti Mathari supra mare, & duo castella, scilicet de Brest & de Orrei, villamq; de Kemperle ab eis obfessa, in qua fuere tunc inclusi omnes ferè maiores Britannię, indubitanter cepissent, nisi quidā miles afferēs noua de treugis captis inter regna superuenisset, & præcepisset eis ex parte regis Angliæ, vt dimissa obsidione ad Angliam festinaret: quo nūcio cōpuli sunt (obsidione soluta) recedere anxij cū tristitia & mœrore.

Eisdem

Anglorum
mors.

Eisdem ferè diebus insula de Cōstantin (in qua situatur castrum sancti Saluatoris domini) obfessa à Francigenis, eis redditur cum suis pertinentijs vniuersis; in non modicum regni Angliæ detrimentum. Ob quam causam postea dominus Io. Anneslee miles, Thomam Karrington armigerum de preditione appellauit. Hoc anno fuere calores nimij, quo tempore grandis pestilentia tam in Anglia quàm in alijs diuersis mūdi partibus ita defauit, quòd infinitos vtriusq; sexus morte repentina cōsumpsit. Quapropter dñs Papa ad instantiā Cardinalis Angliæ cōcessit cunctis decedentibus in Anglia, qui de peccatis suis contriti forent & confessi, plenā remissionē per duas bullas sex mensibus duraturas. Eodem tēpore obiit Episcopus Sarū Robertus VVyfeld, cui successit magister Radulphus Argis. Obijt quoq; tūc dominus Edvvardus le Spēner, & in monasterio de Teukesburie traditur sepulturæ. Comes de Penbroke qui captus fuerat ab Hispanis, & ductus in Hispaniā quarto ab hinc anno, nimis inhūmanè tractabatur ibidē. Non ferēs igitur Hispanorum supercilium, misit ad Bertrandum Cleikin Franciæ Constabularium, rogans vt eum de inhumanorū prædonum manibus liberaret. Qui missis litteris ad regem nothum, pro hac ipsa recepit eum à bastardo Hispaniæ qui se regem dixit, in partem solutionis pecuniæ sibi debitæ ab eodem, perductusquē est ad Parisium, vbi cum aliquandiu moram traxisset, assignata est redemptionis suæ summa. Et citò postea idem comes capit egrotare vsque ad mortem. Forsitan intoxicatus fuerat ab Hispanis, qui hanc artem dicuntur habere impositionandi, vt quidam viuant per quatuor aut quinque annos postea, quidam eodem anno, nonnulli verò statim vitam finire cogantur. Metuentes verò Gallici ne moreretur inter illos antequam solueretur sua redemptio, cum omni festinatione eum aduehere viuum Caleciam satagebant, sed frustra, nam inter illorum manus itinerando inter Parisium & Caleciam in fata decessit, in die videlicet sanctæ Etheldredæ virginis, quam ante egressum Angliæ (vt dicebatur) offendit. Plures nempe tradunt illam dictā virginem offendisse multipliciter, & ideo talia infortunia suis diebus festinis sibi asserunt contigisse.

30 **A**Nno gratiæ millesimo trecentesimo septuagesimo sexto, qui est annus regni regis Edvvardi à conquestu terrij quinquagesimus, in principio mensis Maij rex Edvvardus fecit parliamentum maximum apud VVestmonast. celebrari, in quo more solito petijt à communitate quoddam subsidium sibi concedi pro defensione regni sui: cui respondentes illi de cōmunitate, dixerūt se fore iugiter talibus impositionibus multipliciter fatigatos, nec onera talia diu posse ferre absque maximo detrimento veraciter affirmabant. Nā liquido constabat eis regē pro defensione regni sui sufficēter habere si regnū foret prudenter & fideliter gubernatū, sed quādiu tale regimē quale tūc per malos officarios haberetur in regno, nunquā illud rerū copia vel diuitijs abundaret. Hoc itaq; se offerebant effectualiter probaturos. Et si post hanc probationē inuentū esset regē alterius indigere, ipsum iuxta suas facultates adiuuarent. In progressu verò plura fuere delata de regis familiaribus & alijs diuersis regis officarijs, & potissimū de domino Latymer ipsius Camerario, qui pessima gubernatione regem rexit. Quare dux Lancastriæ, dominus Latymer, & plures magni regis officarij fuerunt amoti, & in eorum locis alij subrogati. Item ad petitionem comunitatis extitit ordinatum, quòd certi Episcopi & comites, ac alij domini conuersationis laudabilis, regem & regnū de cætero gubernarent, eò quòd rex iam vergebat in senium, & gubernatoribus indigebat huiusmodi. Sed ista ordinatio impredientibus illis qui amoti fuerunt à rege (vt prædicatur) vix tribus mensibus perdurauit. Item milites parlamentales grauiter

Comes Penbroke capitur ab Hispanis

Comitis mors

Subditi negant subsidium regi.

conquesti sunt de quadam, Alicia Peres appellata, femina procacissima, quæ nimis familiaris extiterat domino regi. Hanc utique accutabant de malis plurimis per eam & fautores eius factis in regno. Illa etenim modum mulierum nimis est supergressa: sui etenim sexus & fragilitatis immemor, nunc iuxta Iusticiarios regis residendo, nunc in foro Ecclesiastico iuxta doctores se collocando pro defensione causarum suadere, ac etiam contra iura postulare minime verebatur, vnde propter scandalum, & graue dedecus quæ exinde regi Edwardo, non solum in hac terra, sed in exteris regionibus nimium resultabāt, milites petierunt hanc ab illo penitus amoueri. Item in hoc parlamento quidam delectus notabiles de Richardo Lions, & Adam de Bury Londoniarum to ciuibus & mercatoribus in lucem fuere deducti. Quorum primus, mediante pecunia, à vindicta debita valde sagaciter, immo prudenter euasit. Secundus stupefactus ad sibi imposta, protinus de regno profugit in Flandriam, vbi semet ibi saluare valeret. Qui autem omnium militum prolocutor parlamenti extiterat, & hæc vniuersa proposuit Petrus de la Mare fuerat appellatus, vir utique facundus & sapiens, cui pro sui maturitate, discretionone, siue prudentia talia negotia merito præ cunctis alijs crederentur. Hic prout erat informatus, contra prædictam Aliciam & quosdam alios de domini regis Edwardi consilio verba fecit. Quamobrem ad instantiam præfata Aliciæ idem Petrus exposuit apud Notyngham perpetuo carceri adiudicatus, in quo, licet eius amici pro eius liberatione sæpius supplicassent, biennio moram traxit.

De morte Edwardi primi.

Octauo die Iulij durante adhuc parlamento apud VVestmonasteriū, in regali palatio defunctus est dominus Edwardus Princeps VVallie, regis Edwardi primogenitus, in festo videlicet Trinitatis. Quo die idem Princeps ob reuerentiam tanti festi, in quocunque loco fuerat, semper solebat quolibet anno solemnitatem maximam celebrare. Cuius fortunam militiæ tanquam alterius Hectoris omnes gentes tam Christiani quam Pagani, dum vixit incolumis plurimum formidabant. Eo igitur obeunte, omnis obiit spes Anglorum. Quo quidem superstitie nullius hostis incursum, quo præfente nullius belli congressum Anglii timuerunt. Qui nunquam eo præfente passi sunt probra male gesta siue desertæ militiæ, qui nullam gentem adiit quam non vicit, nullam ciuitatem obsedit quam non cepit. Igitur extincto principe extinctus est cum eo profectò parlamenti presentis effectus. Nam communes cum quibus ipse tenebat, dicti parlamenti sortiti non sunt talem exitum qualem pro meliori habuisse sperabant. Dominus Richardus de Burdegalia, filius Edwardi principis VVallie, in hoc parlamento factus est comes Cestrie, & non post multos dies patriæ suæ suscepit integrum principatum. Hoc anno circa principium mensis Iunii homines & tenentes comitis de VVarvvike maliciose & nequiter

De iniuria facta Abbati de Evesham.

insurrexerunt contra Abbatem & conuentum de Euesham, & tenentes eorundem elaborantes Abathiam destruere cum dicta villa, & eorum famulos diris verberibus affligentes, nonnullos verò crudeliter iugulantes, accedentes insuper ad monachorum maneria clausuras parcorum confregerunt, & incendendo combusserunt & occiderunt feras ingerentes, finaliter omne damnum quod eorum crudelitati fors ingerebat in illa furia perpetranda. Nec his contenti, capita viuariorum dissipantes, aquas excurrere permiserunt, piscesque cepērunt, & secum asportauerunt, & alia damna multa illi loco omnino & dispēdia grauissima intulerunt. Et pro certo dictā Abbathiam cum suis membris secundū quod tunc verisimile videbatur destruxissent irrestaurabiliter, nisi rex manus adiutrices apposuisset citius, mittendo mādāta sua literaliter ad præfātū comitē, & precipiendo acētius vt huiusmodi malefactores & pacis perturbatores cōpesceret.

ceret. Sicq; timor regis & amicorū meditationibus, pax inter eos reformatā fuit, non tamen plena satisfactio facta parti lesā, quia maius erat damnum quod irrogauerant, quā possibilitas ad dictū damnum resarciendum. Fuerunt quidam quod per istam brigam rex per illos dominos in Parlamento constitutos noluit vltius gubernari, vnde filium suum ducem Lancastriæ ad sui & regni regimen reassumpsit. Qui vsque ad obitum regis stetit regni gubernator & rector. Qui ilico contra statuta Parlamenti permisit regem recipere in gratiam dominum de Larymer, & Richardum Stury, & alios plures qui in Parlamento prædicto iudiciali sententia ab eius præsentia fuerant perpetuo sequestrati.

10 Rex insuper reuocat pellicem Aliciam Peres ad suum conubium, quæ fuit eliminata iudicialiter ab eodem propter scandala siue probra quæ de eius procacitate prouenerunt contra sacramentum quo se astrinxerat eadem Alicia, quod & ipse dominus rex ratificauerat, videlicet, quod ad regis præsentiam non accederet quouis modo, quæ & permansit cum eo vsque ad mortem eius. Eodem anno Florentini excommunicantur à Papa propter rebellionem & enormia facta quæ contra Romanam ecclesiam perpetrarunt, qui inter cetera sua facinora & facta crudelia quæ gesserunt pessimè, quendam Monachum illuc à domino Papa missum cum mandatis Papalibus candidibus fuscinulis ferreis viuum excarnificauerunt, & nondum mortuum in terram foderunt, quorum quidam

20 postea venientes in Angliam & regis pacem habere rogantes, manserunt ibidē donec Papa per suas bullas declarasset quantis essent sceleribus inuoluti. Extunc verò Florentini deuenerunt serui regis tanquam natiui, cum omnibus bonis & catallis eorum, secundum tenorem litterarum Papalium, quod aut ita facerēt, aut ad curiam festinarent submissuri se gratiæ domini Papæ & curiæ supradictæ. Florentini igitur elegērunt (vt sibi videbatur) de duobus malis minus malum, seruire, videlicet more natiuorum regi Angliæ, quā subditi arbitrio Romanorum. Vicelesimo secundo die Iulij obiit Simon Langham cardinalis Anglicus.

30 Anno gratiæ M. CCC. lxxvij. qui est annus regni regis Edvardi à cōquestu tertij quinquagesimus primus, tanta aduecta est in Angliā vinorum abundantia, quanta multa transacta tempora non viderunt. Circa Natale vero dominicum tanta excreuit aqua in partibus Northumbrorū de resolutione niuium, quæ per ante in magna densitate terram operuerant, vt aqua de supercilij montium descendendo iuxta cum frustis glaciæ domos colonorū subuerteret, bona quæ super terram acruauerant, puta carbones, molares, lapides, ligna cum segetibus auferret suo impetu, insuper in mare descendens, per vim & collisionem dictarum frustarum naues quasdam tam violenta impulsione glaciæ aut inutiles reddidit, aut omnino demersit. Circa festum Purificationis beatæ Virginis factum est Parliamentum Londonijs, cogente Duce, qui vices

40 gerebat regis, ipso irrecuperabiliter infirmato. In quo ex parte regis postulatum est subsidium à clero & populo laicali. Cui taxa conceditur hætenus inaudita, videlicet, quod à qualibet laica persona sexus vtriusq; annos excedēte quatuordecim reciperet vnā grossam vel quatuor denarios, exceptis notorijs pauperibus qui publicè mendicabant. Et decunctis religiosi vtriusque sexus & qualibet ecclesiastica persona promotā. xij. denarios, & de singulis alijs nō promotis, vnā grossam, exceptis fratribus quatuor ordinum Mendicantium. Qui quia in labore hominū non sunt cū hominibus, non flagellabātur. In hoc autem Parlamento abrogata sunt statuta Parlamenti superioris, quod bonū meritò vocabatur. Et rege sic volente, personæ abiudicate pristino statui restituntur.

Florentini deueniunt serui regis Angliæ.

Obijt Cardinalis Anglicus.

Parliamentum.

Per idem tempus surrexit in vniuersitate Oxoniensi quidam borealis, dictus

Quij.

magister

De Io. Wick-
lef, & eius o-
pinionibus.

magister Iohannes VVicklef, secularis in theologia, tenens publicè in scholis & alibi conclusiones erroneas & hereticas, ac statui vniuersalis ecclesiæ contrarias & absurdas, & præcipuè contra Monachos & alios religiosos possessionatos venenosè sonantes, qui vt suam hæresim cautiùs palliaret, ac sub exquisito colore dilatarèt latius, congregauit iniquitatem sibi, videlicet, comites atque socios vnius sectæ insimul Oxonijs & alibi commorantes, talibus indutos vestibus de russo, in signum profectionis amplioris, incedentes nudis pedibus, qui suos errores in populo ventilarent, & palàm ac publicè in suis sermonibus prædicarent. Qui inter cætera ista quidè tenuerunt ad vnguem, videlicet, quòd Eu- 10
charistia in altari post sacramentum non est verum corpus Christi, sed eius figura. Item, quòd Ecclesia Romana non est caput omnium ecclesiarum, plus quàm vna alia Ecclesia, nec maior potestas per Christum data fuit Petro, quàm cuilibet alteri Apostolo. Item, quòd Papa Romanus non habet maiorem potestatem in clauibus ecclesiæ, quàm quiscunque alius in ordine sacerdotij constitutus. Item, quòd si Dominus est, domini temporales possunt legitime ac meritoriè auferre bona fortunæ ab Ecclesia delinquente. Item si Dominus temporalis non erit Ecclesiæ delinquètem, tenetur sub pœna damnationis eius ab ea temporalia auferre. Item, quòd Euangelium sufficit ad regulandum in vita ista quemlibet christianum: & quòd omnes aliæ Sanctorum re- 20
gulæ sub quarum obseruantijs degunt diuersi religiosi non plus perfectionis addunt Euangelio quàm addit albedo parieti. Item, quòd Papa nec alius prælatus ecclesiæ deberet habere carceres ad puniendum delinquentes, sed quilibet delinquens posset liberè quocunque vellet transire, & facere quæ sibi placeret. Ista & plura alia in subuersionem nostræ fidei asseruerunt & affirmauerunt dicti seductores, in tantum, quòd domini & magnates terræ, multiquè de populo ipsos in suis prædicationibus confouèrunt, & fauèrunt prædicantibus hos errores. Eò nempe maximè, quia potestatem tribuerunt laicis suis assertionibus ad auferendum temporalia à viris ecclesiasticis & religiosi.

Silentium in-
dicatur Iohāni
VVicklef.

Cum autem conclusiones istæ & deliramenta fuissent exhibita & perlecta co- 30
ram Papa, viginti tres earum tanquam hæreticas & vanas ipse damnauit, dirigens bullas suas Archiepiscopo & episcopo Londinensi, vt ipsarum autoritate dictum Iohannem facerent comprehendi, ac supra dictis conclusionibus diligenter examinari. Quo facto, atque habita declaratione super istis, licet ficta & vana, dictus dominus Archiepiscopus sibi & omnibus alijs super illa materia, præsentè duce Lancastriæ cum domino Henrico Percy indixit silentium, prohibens ne de cætero illam materiam quouismodo tangeret aut tractaret, & ne illam permetteret alios ventilare. Igitur tam ipse quàm sequaces sui aliquandiu siluèrunt. Sed tandem contemplatione dominorum temporalium easdem opi-
niones & alias multò peiores illis postmodum ausi sunt reassumere, & laicis 40
spargere quàm sparsè priùs. Hi vocabantur à vulgo Lollardi, incedentes nudis pedibus, vestiti pannis vilibus, scilicet de russo, vt per vitam pœnalem faciliùs incautos traherent ad sectam suam. Eo verò die quo præmissa Londonijs erant peracta, propter verbum quoddam iniuriosum & insolens à duce Lancastriæ episcopo Londinensi prolatum, confestim Londonienses vnanimiter in-
surgentes, arreptis armis, ipsum occidere proponebant. Sed dictus episcopus ne hoc fieret omninò prohibuit, & nisi tunc episcopus se opposuisset eorum conatibus, hospitium dicti ducis de Sauey eo furoris sui tempore combussissent, qui vix ab illo proposito antistitis interuentu refranati sunt. Tandem ad nutū pontificis quieuerunt. Inter cætera verò probra quæ duci intulerat, arma eius in foro sunt publico reuersata. Dux autem & Henricus Percy, quem ad occidendū in

Dux Lanca-
stria à Londoni-
ensibus ma-
lè afficitur.

in hospitio suo ciues quesierant, admoniti de tanta commotione, relicto pradio fugerunt ad manerium de Kenington, vbi tunc Richardus filius principis cum matre sua casualiter morabatur, coram quibus de opprobrijs illis illatis horribiliter fuit conquesti. His igitur alijsque causis multis Londonienses ducei facti sunt odibiles, in tantum, quod maiorem & seniores qui tunc temporis prae fuerunt, exautorari faceret & deponeret, eorumque loco alios subrogaret. Sub eisdem diebus captus est Iohannes Menstrevvorth miles proditorijs & transfuga in ciuitate Nauarriae pampilona, & adductus Londonias, primo trahitur, deinde suspenditur, postea decollatur, postremo corpus eius quadripartitum ad quatuor ciuitates famosas Angliae missum fuit: caput verò eius super pontem Londoniarum longo tempore postea stetit affixum. Fuerat nempe iste I. regi infidelis & regno, ambitiosus, peruersus, fallax, simulator, & cupidus, qui frequenter magnas summas pecuniae à rege pro stipendijs hominum armatorum acceptas in proprios conuertit vsus. Et propter haec atque alia sibi imposita vel imponenda timens poenas dare, & mortem incurrere quam meruerat, ad regem Franciae (vt praefertur) aufugit. Cui facta fidelitate, promisit classem Hispanicam se adducturum ad regnum Angliae inuadendum, sed Deus iustus, iuste permisit illum intercipi & puniri, quam vt dolose atque malitiose dominum suum regem solumque natale nequiter infestando, suum iniquum propositum talis proditor adimpleret. Sub eisdem diebus nuncij qui pro pace in Franciam sunt profecti, in Angliam reportauere nisi belli rumores. Quo tempore rex Edvvardus in festo sancti Georgij martyris apud VVyndesore, Richardo de Burdegalia heredi suo, filio filij sui Edvvardi principis V Vallie, contulit ordinem militarem.

Rex Edvvardus tertius cum quinquaginta & fere vno annis regnasset, vicissim primo die Iunii apud manerium suum de Shene die clausit extremum: Cui per totum tempus suae decubationis assiderat (proh dolor) illa infanda meretrix Alicia Peeres, quae cuncta quae chariora sunt medio tempore semper suggeressit eidem, nihil omnino tractans aut tractari permittens de animae suae salute, sed ei iugiter sanitatem corporis repromittens, donec in eo vidisset indubitata mortis indicia per vocis praeculsionem. Tunc nempe cum cerneret vocem ademptam sibi, & oculorum acies hebetari, calorque naturalem extremitates relinquere: mox inuerecunda pellex detraxit annulos à suis digitis & recessit. Solus tunc quidam sacerdos assidebat regi motibundo, ceteris circa rerum intentis direptionem, qui ei eò quod loqui non poterat, nec confessionem ore tenus facere, persuasit vt veniam peteret pro commissis, afferens sibi crucis imaginem, quam dedit in manus eius. Rex autem cum reuerentia summa illam accipiens osculabatur deuotissime, nunc manu, vt poterat, in signum optandae veniae protendendo, nunc verò de suis oculis lachrymas vberes emittendo, & pedes imaginis frequentissime osculando. Tandem cum ad nutum praesbyteri motibus & signis quibus potuit petisset primo & principaliter de peccatis à deo remissionem, & secundarie à cunctis creaturis, quas vel scienter vel ignoranter offenderat, spiritum exhalauit, corpusque eius apud V Vestmonasterium cum omni reuerentia est humatum.

Fuerat nempe rex iste inter omnes Reges orbis & Principes gloriosus, benignus, clemens, & magnificus, dictus antonomastice graciosus, propter gratiam singularem qua praecelluit, quia virtute gratiae diuinitus sibi concessa vniuersos praedecessores suos quadam excellentia gratiae praecellebat. Erat & corde magnanimus, qui licet aliquando infortunia diuersa aut incommoda emergentia nosceret se passurum, nunquam expalluit aut mutauit vultum.

Belli

De captione I. M. fireworib

De moribus eiusdem.

De morte regis Edwardi & fallacia Alicia Peeres.

De moribus & felicitate regis.

Belliger quoque fuit insignis & fortunatus qui de cunctis congressibus in terra & in mari, semper triumphali gloria victoriam reportauit. Familiaris, humilis, & mansuetus erat omnibus, tam externis quam internis, subditos omnes suos sonens, diligens, promouens, & pie regens, deo deuctus exiit, peregrinationes saepe faciens, & ministros ecclesiae venerans & honorans. In curis temporalibus prouidus & tractabilis, consilioque discretus. In eloqui suauitate mitis & affabilis, in gestu & moribus compositus & maturus. Orphanis erat quali pater, afflictis compatiens, miseris condolens, oppressos releuans, & cunctis indigentibus impendens auxilia oportuna. Nempe in conferendis beneficijs ultra omnes viuentes fuit semper profusus & promptus: in rerum modestus affluentia, non elatus aut superbus, sed se semper intra se continens, & inferioribus quasi parem se praebuit, & inter orbis primores & principes se dominum demonstrauit. In aedificijs construendis curiosus & sollicitus, in regni sui locis diuersis plura consummauit aedificia arte exquisitissima, structura elegantissima, situ pulcherrima, & sumptibus praeciosa, moderatè supportans gaudia, leuiter terens damna. Recreationum erant ei solatia aucupatio & venatio, quibus quotiens vacauit prout tempus anni obtulit, multum indulgit. Largus erat in donis & hilaris, prodigus in expensis. Corpore fuit elegans, statura quae nec iustum excederet, nec nimis depressioni succumberet, vultum habens humana mortalitate magis venerabilem, similem Angelo, in quo regebatur tam mirifica gratia, ut si quis in eius faciem palam respexisset, vel nocte de illo somniasset, eo proculdubio die sperabat sibi iocunda solatia prouentura. Regnum verò suum usque in senium strenuè, sapienter & magnificè gubernauit. Et quia fuerat in vniuersa morum honestate praeclarus, sub eo viuere regnare fuit, prout suis subditis videbatur. In tantum nempe eius fama percrebruit apud nationes barbaras & remotas, ut aestimarent se felices qui vel eius erant dominio subditi, vel ei aliquatenus foederati. Nullum enim credebant fore sub caelo regnum, quod tam nobilem, tam generosum & foelicem produxit Regem, aut eo extincto imposterum suscitabit. Luxus tamen & motus suae carnis lubricos etiam in aetate senili non cohibuit, alliciente eum satis inuerecundè (ut fertur) dicta meretricula A. P. vnde citius (ut putatur) propter illius immoderantiam vitam finivit. In hoc loco summè notandum est quòd sicut in eius primordijs cuncta grata & prospera successiue ipsum illustrè reddiderunt & inclitum, ita eo ad senilem aetatem vergente, & ad occasum declinante, peccatis exigentibus, paulatim illa foelicia decrescebant, & infortunia multa infausta & incommoda succrescebant, quae minuere (proh dolor) famam eius.



De tempore regis Richardi secundi.



ANNO Dominice incarnationis millesimo trecentesimo septuagesimo septimo: Cognito quod illustris rex Anglie Edvardus tertius a conquestu, in vigilia S. Albani Anglorum prothomartyris, videlicet vicesimo primo die mensis Iunii die suum clausit extremum, Londonienses miserunt de valentioribus ciuibus ad Kyngston, vbi tunc morabantur tam princeps quam mater eius principissa, vt ciuitatem & ciues Londonienses recommendarent eisdem. Iohannes vero Philpot Londoniensis ciuis, facturus verba pro conciuibus, oratione huiusmodi inchoauit. Noua asserimus

Legatio Londoniensium ad nouum regem.

excellētissime domine, quæ sine magno mœtore referre non possumus, de morte indubitanter imminente inuictissimi nostri regis Edvardi, qui nos & regnum istud (vt ita dicam) per secula multa in tranquilla pace custodiuit & rexit, & iam manifestis in eo mortis signis definit esse rector noster. Vnde rogamus ex parte ciuium & ciuitatis Londoniensis, vt habeatis recommendatam erga vestram reuerentiam, ciuitatem vestram, cameram scilicet vestram, qui in proximo eritis noster rex, quem solum regem recognoscimus, cuius solius subijciemur imperio, flectemus arbitrio, parituri sumus dominio, famulabimur, tā personæ quā verbo, & vt cætera exequamur nostræ legationis nuncia, nouerit vestra reuerentia ciuitatem vestram indicibiliter perturbati, cō quod vestram præsentiam elongastis ab ea, quæ tantum vobis noscitur esse deuota, vt non solum parata sit, bona sua temporalia, sed etiam si necesse sit, pro vobis impendere vitam suam. Igitur ad vestram præsentiam accessimus, precaturi, vt ibidem tam ad consolationem ciuium quā vestri securitatem & solatiū morari velitis. Deprecamur insuper (Princeps illustrissime) vt discordiæ quæ inter ciues nostros & dominum nostrū ducem Lancastriæ nuper quorundam simulatibus orta est, nullorum quidem commodo, sed plurimorum dispendio finem imponere dignemini, ipsi duci & nostris ciuibus fructuosum. Hæc & his similibus ab eo petoratis, responsum est à principe & suo consilio, quod satageret in omnibus eorum satisfacere voluntati. Et hoc modo dimissi læta nuncia suis ciuibus retulerunt.

In crastino, qui est dies sancti Albani, missi sunt Londonias ex parte regis, dominus de Latymer, dominus Nicholaus Bonde, dominus Symon de Burley, & dominus Richardus Adderbury, qui nomine regis noui salutauerunt ciues. Nam vt diximus, dominus rex Edvardus die obiit præcedente, & retulerunt eis tristitia de morte regis antiqui, & læta de indole regis noui, qui videlicet eos & eorum ciuitatem se delecturum promisit, & ad eorum viderem fore venturum ibique vt petierant moraturum, exequentes & alia regis noui madata, dixerunt dominum regem pro eis ad ducem verba fecisse, & quod dominus dux se in omnibus voluntati regis in hac causa submisit: quapropter esse voluntatis regis, vt eodem modo, & ipsi se submittat, & dominus rex elaborabit, vt pax inter eos firmiter ad honorem ciuium & cōmodum ciuitatis. Ciues verò de tali forma pacis terribiti, responderunt se hanc rem nullo modo facturos, præcipue quia nouerunt regem puerum & infirmum ad patrocinandum eis in tanto motu, & quod non per eum, sed per eorum aduersarios & inimicos capitales eorum causa ventiletur, & eorum arbitrio punirentur: si regis manda-

Legatio ex parte regis Londoniensis.

mandatis in hoc articulo consentirent. Tandem (post tractatum habitum inter eos super isto negotio per sex horas & amplius) in hanc sententiam conueniunt, ut si idem milites vellent se ciuibus obligare, quod eorum submissio in nullius ciuium damnum temporale vel dispendium corporale, seu in ciuitatis eorum præiudicium resultaret: regijs libenter iussionibus acquiescerent. Milites autem supradicti, & regijs votis satisfacere, & ciuium paci studere consulerent, sub sacramento fidelitatis suæ militiæ sponsoerunt eis, non ad præiudiciū (ut prædictum est) sed ad cōmodum eorū fore, si se regi submitterent, sicut se submiserat prius dux. Hac securitate percepta, ciues versūs Schene maneriū regium iter capiunt, vbi reperiunt nouum regem, & eius matrem, ducemq; 10 Lancastriæ, & fratres suos regis filios, ac plures episcopos cōgregatos circa corpus defuncti regis. Quorum aduentu cognito, Rex statim eos accersiri iussit: qui ut prius, deprecati sunt eum de adhibenda diligentia sua pro pace reformanda inter ducem & ciues, asserentes se paratos esse per omnia, ad subiiciendū se regis arbitrio. His dictis Dominus Percy & Seneschallus regni, videlicet dux Lancastriæ cum militibus eisdem adiunctis inequantes equos nobiles & prægrandes, ut viam inter turbas regi facerent inoffensē incedebant. De quibus nimirum contigit, quod cum fuissent per ante formidabiles, non solum vulgo sed ipsis regni magnatibus pro eorum affluentia & assentatorum frequentia, in hac equitatione adeo modeste se habuerunt, turbas tam honeste, tam facete, 20 ut viæ cederent monuerunt, ut ē tanta turba nullum illo die, nec in crastino verbo vel facto læderent quouis modo, vnde contigit, ut penē totius vulgi fauorem (quibus ante suspecti fuerant & odibiles) lucrarentur. Rex autem insidens, magnum dextrarium tantæ personæ aptum, stratumque regaliter, sequebatur illos. Cuius gladium manibus eleuatum portabat ante eum dominus Simon Burlee, dominus quoque Nicholaus Bonde eius fratrum duxit, incedendo pedes. Regem verò sequebantur milites & Coetanei sui, atque domus regie familiares. Nec defuit tantæ turbæ magna vis lituum & tubarum, nam quælibet turba seorsim suos tubicines præcedentes habebat, statutique fuerunt per Londinenses super aquæductum, & super turrim quæ in 30 honorem regis facta fuerat, tubicines qui clangerent in aduētu regis. Qui omnes simul iuncti clangentes, sonum mirabile audientibus reddiderunt. Fuit igitur dies ille iocundus & lætitiæ dies, ut ita dicam, clangoris & buccinæ dies diu expectatus, renouationis pacis & legum patriæ, quæ iam diu exulauerant, desidia regis senis & auaritia obsecundantium sibi feruorum eius. Ad honorē in super regium ciues ordinauerunt, ut per fistulas aquæductus efflueret abundans vinum, & per totum tempus equitationis, id est, per tres & amplius horas iugiter emanaret. Factum etiam fuerat quoddam castrum habens turres quatuor in superiori parte fori venalium quod Chepe nuncupatur: de quo etiam 40 per duas partes vinum defluxit abundanter. In turribus autem eius quatuor virgines speciosissimæ collatæ fuerāt, staturæ & ætatis regie, vestibus albis indutæ, in qualibet turri vna quæ aduēntanti regi procul aurea folia in eius faciem efflauerunt, & propius accedenti, flores aureos, sed sophisticos super eum & eius dextrarium proiecerunt. Cum autem ante castellū venisset, ciphos aureos acceperunt, & implētes eos vino ad fistulas dicti Castelli, regi atq; dominis obtrilerunt. In summitate castelli, quæ ad modū tali inter quatuor turres eleuata fuerat, positus erat angelus aureus, tenens aureā coronā in mali manibus, qui in tali ingenio factus fuerat, ut aduēntanti regi coronā portigeret inclinādo. Adinuenta sunt illo die in ciuitate & alia multa, in honorem Regis, quæ numerare per singula longum foret. Nam singuli per vicos & plateas decertarunt quis ei propensiorē

Dux Lancastriæ Londinensium fauorem recipit.

Quomodo rex Richardus recipitur à Londinensibus.

penitentem reuerentiam exhiberet. Igitur cum tanto plebis ciuiumque tripudio, cum tanto dominorum procerumque gaudio, perductus est ad palatium regium prope Monasterium occidentale, ubi illa nocte quieuit.

Die Iouis, id est 16. die Iulij, videlicet 17. Calend. Augusti, vigilia Sancti Kienli regis, conuenientibus Archiepiscopo & Episcopis regni que proceribus ad Westmonast. summo mane, ordinata processione Monachorum in capis, episcoporum cum monachis ad osium regis thalami perueniunt, & paratum regem reperiunt ibidem, per magis qui eius lateribus astiterunt, perduxerunt in Ecclesiam Sancti Petri, cantantes Antiphonam in honorem apostoli, cum oratione competenti adiuncta & hac oratione: Deus humilium visitator, qui nos tua misericordia consolaris, prehende super famulum tuum regem nostrum misericordiam tuam, ut per eum tuum in nobis adesse sentiamus aduentum. Rex vero mox ut altare peruenit, prostravit se solo tenens ante altare, pavementum autem stratum fuit pallij & tapetis. Prosecuta ut diximus oratione, archiepiscopus cum episcopis qui aderat, prostravit se super pavementum circa regem. Interim duo Episcopi Letaniam deuote cantarunt. Quia expleta, erectus rex, ductus est ad sedem suam: Choro hac Antiphonam decantante, Firmetur manus tua. Tunc Episcopus sermonem fecit de materia regis & regni ad populum, qualiter rex se haberet in populo, & in quibus populus sibi debuit obedire. Quo completo, iurauit rex coram Archiepiscopo &

Ordo coronationis Ricardi secundi.

proceribus qui ibi adstant, quoniam soli eius iuramentum audire potuerunt, quod ecclesia suis permitteret gaudere libertatibus, & ea & ministros eius honoraret, & fide recta teneret, & rapacitatem & omnes iniquitates in omnibus gradibus interdicere. Secundo, ut leges terrarum bonas ubique seruari faceret, & precipue leges S. Edwardi Regis & confessoris qui in eadem requiescit ecclesia, & malas leges faceret abrogari. Tercio, ut non esset personarum acceptor, sed iudicium rectum inter viros & viros faceret, & precipue misericordia obseruaret, sicut sibi suam indulgeret misericordiam dicens & misericors deus. Quibus expletis, Archiepiscopus precedens eum Matheo Anglie domino Henrico Percy, conuertit se ad oes plagas ecclesie, monens populo regnum iuramentum, & querens si se tali principi ac rectori subicere & eius iussionibus obedire vellent. Et responsum est a plebe

Iuramentum regis ante coronationem suam.

30 tisono clamore, quod libenter sibi parere vellent. Archiepiscopus regem his orationibus benedixit, videlicet, Omnipotens & sempiternus Deus, benedic domine hunc regem nostrum, qui regna omnium moderaris a seculo, tali eum benedictione glorifica, ut Davidica teneat sublimitatis sceptrum, & glorificatus in eius propitioperetur merito, da ei tuo inspiramine, cum mansuetudine ita regere populum sicut Salomon fecisti regnum obtinere pacificum. Tibi cum timore semper te subditis, ubique militet cum quiete, sit tuo clypeo proteetus cum proceribus, & ubique in gratia victor existat. Honorifica eum praecunctis regibus gestum. Felix populi dominetur, & faciat eum nationes adorem, viuat in gentium ceteris magnanimus, sit in iudiciis aequitatis singularis, locupletet eum tua praeuiues gratia,

40 fructiferam habeat patriam, & eius libetis tribuas profutura. Praesta ei prolixitatem vite per tempora, ut in diebus eius oratur iusticia, a te robustum teneat regnum, & cum iudicium & iusticia aeterno gloriatur in regno. Ista promissa benedictio post primam orationem ad modum prelationis ab archiepiscopo canabatur, qua cantata, dicta est & alia oratio super eum, scilicet, Deus ineffabilis, cu Antiphona, Confortare & esto vis fortis, &c. Tunc Archiepiscopus accessit ad eum, & vestimenta sua discindens manibus suis a summo usque ad imum, exiit cum praeter amissa vestimentis suis. Custodes vero quique portum ex officio tam in processione quam in victione & Missa, & post Missam dum fect ad palatium ab ecclesia, semper tenebant umbraclum fericum magni coloris, acti. 4. hastis per quatuor angulos colligatum. Sed non obstante umbraclulo supradicto, mox antequam Archiepiscopus

Preces dicenda in coronatione.

263115 R. copus

scopus eum suis vestibus exuisset, allatus est pannus aureus à comitibus, sub quo latuit dū ynctionis perciperet Sacramenta. Archiepiscopus (vt diximus) eo nudato, vnxit manus eius de oleo sanctificato, vnde vncti fuerunt reges & prophetae, & sicut vnxit Samuel Dauidē in regem, vt sis benedictus & constitutus Rex in regno isto super populum istum, quē dominus Deus tuus dedit tibi ad regendum & gubernandum. Item dixit orationem, Prospice omnipotens deus. Post hæc vnxit Archiepiscopus caput eius, & pectus, & scapulas, ambasque compages brachiorum, dicens: Vnguantur caput istud, pectus, & scapulae, & compages brachiorum de oleo sanctificato &c. vt supra. Et interim chorus cantrauit Anuphona, Vnixerunt regem Salomonem in Gyan, Sadock sacerdos, & Nathan 10 propheta, & ascendentes lati, dixerūt, viuat. Alleluia. Postquam subiunxit Metropolitanus, Deus dei filius Iesus Christus dominus noster, qui à patre oleo exultationis vnctus est præ participibus suis, ipse per præsentem sacri vnguinis infusionem spiritū paraleti super caput tuū infundat, benedictioneq; eandem vsq; ad interiora cordis tui penetrare faciat, quatenus hoc visibili & tractabili dono inuisibilia percipere & temporali regno iustis moderaminibus executo æternaliter cum eo regnare merearis. Mox finita oratione, Archiepiscopus cū Episcopis, hymnū, Veni creator spiritus, rege interim prostrato in lōga venia, & circa eū Metropolitanus cū suffraganeis suis. Expleto hymno, erectus est rex ab archiepiscopo, & indutus est primò tunica S. Ed. & post eiusdē dalmatica, plecta circa collū eius 20 stola, Archiepiscopo orationes cōpetentes interim prosequēte. Post hæc Archiepiscopus cū episcopis tradidit ei gladiū, ita dicēs: Accipe gladiū per manus episcoporum, licet indignas, vice tamē & autoritate sanctorū apostolorū cōsecratis tibi regaliter impositū, nostreq; benedictionis officio defensionē sanctę ecclesię diuinitus ordinatū, & esto memor de Psalmista qui pphetavit, dicēs: Accingere gladio tuo super femur tuū potentissime, vt per eundē vim æquitatis exerceas, molē iniquitatis potenter destruas, & sanctā dei ecclesiā, eiusq; fideles propugnādo protegas, nec minùs sub fide falsos q̄ christiani nominis hostes excretes ac destruas, viduas & pupillos clemēter adiuues ac defēdas, desolata restaures, restaurata cōserues, vlciscaris iniusta, cōfirmes bene disposita, quatenus hæc in agēdo virtutū triūpho gloriosus iusticię cultor egregius, cū mūdi saluatore, cuius typū geris in nomine, sine fine merearis regnare. Tūc duo comites eū gladio accinxerūt: quo facto, Archiepiscopus armillas dedit ei, dicēs: Accipe armillas sinceritatis & sapiētię, diuineq; circūdationis indicium, quibus intelligas oēs operationes tuas contra hostes visibiles & inuisibiles posse esse munitas. Postea induit eū Archiepiscopus regali pallio, ita dicēs: Accipe palliū quatuor nūcijs formatū, p quod intelligas quatuor mūdi partes diuine potestati esse subiectas, nec quenq; posse feliciter regnare in terris, nisi cui potestas regnādi fuerit collata de cōlis. Interim dū Archiepiscopus benedixit coronā regiā, duo comites calcariauerūt, ad quorū officiū pertinebat. Benedicta corona, Archiepiscopus imposuit sup caput, dicēs: Coronet te deus corona glorię atq; iusticię, 40 honore & ope fortitudinis, vt p officiū nostrę benedictionis, cū fide recta, & multiplici bonorū operū fructu ad coronā peruenias regni perpetui. Tūc dedit ei Archiepiscopus anulū, cū his verbis: Accipe anulū regię dignitatis, & per hunc, vite catholicę fidei signaculū, quia vt hodie ordinariis caput & princeps regni ac populi, ita pseuerabis author & stabilitor christianitatis & christianę fidei, vt felix in opere, locuples in fide, cū rege regū gloriēris. Statim post hæc accessit dñs de Furneal, ex officio offerēs ei rubēa chirothecā, quā archiepiscopus benedixit & imposuit manui regię, dās ei sceptrū his verbis, dicēs: Accipe sceptrū regię potestatis in signe, virgā scilicet regni rectā, virgā virtutis qua te ipsū bene regas, sanctā ecclesiā, populū videlicet christianum tibi à deo cōmissū, regiā virtute ab improbis defēdas, p rauos corrigas, rectos pōntices & vt viā rectā tenere possint tuo iuamine dirigas,

dirigas, quatenus de tēporali regno ad aternū regnum peruenias. Tunc dedit ei Archiepiscopus virgā in alia manu, habētē in summitate columbā, nā sceptrum quod susceperat cōsurrexit de rotūdo globo aureo quē tenebat ī manu chirothecata, & habebat in sūmitate signū crucis, & accepit virgā prēdictā cum verbis his, accipe virtutis & aequitatis quā itelligas te mulcere pios, & terrere reprobos, errātes viā doce, lapsisq; manū porrige, disperdātq; superbos, & releues humiles, vt aperiat tibi hostiū Iesus Christus dñs noster. Post hāc benedictus est rex ab archiepiscopo ita dicente: Benedicat te deus, custodiatq; te, sicut te voluit super populum suū esse regem, ita in prāsenti seculo salicem aeternę felicitatis tribuat esse consortē. His itaq; peractis, osculatus est rex episcopos omnes & abbates, a quibus statim ductus est postea ad regale solium, episcopis inchoantibus hymnū *Te deū laudamus*. Finito hymno, Archiepiscopus ita cum allocutus est: Sta & retine amodo locū quē hucusq; paterna successione tenuisti haredariē, indico tibi delegatū per auctoritatē dei omnipotētis, & prāsentiē traditionē nostrā, scilicet omniū episcoporū ceterorūq; dei seruorum, & quantū clerū sacris altaribus propinquiorē, tantū ei potiorē in locis congruis honorē impendere memineris, quatenus mediator Dei & hominum, te mediatorē plebis in hoc regni solio confirmet, & in regnū aeternum regnare faciat Iesus Christus dominus noster.

His itaq; peractis, inchoata est missa cōgruēs coronationi regis, cuius officiū *Solemnizatio* fuit, *Protektor noster aspice deus &c.* Epist. *Subiecti estote omni humane creatura propter deū, &c.* *missa in die* Gradale. *Dirigatur domine oratio mea.* Alleluia. *Domine in virtute.* Euangelii. *Abeamtes Pharisaei:* coronationis, quod legit episcopus Eliensis, Epistolā episcopus VVigornienf. Offertoriū. *Intende orationi mee rex meus.* Lecto Euangelio, rex de regali solio ductus est ad offerendū. Primō igitur obtulit archiepiscopo gladium suū quē susceperat, & postea aurum quantum placuit, sed non minū marca propter consuetudinē: nā plus potest offerre Deo & sancto Petro si placuerit. Post oblationem pecuniā, obtulit Archiepiscopo panem & vinum ad modum monachorū, vnde postea, tam Metropolitānus, quā ipse rex, communicati fuerunt. Quo facto, Comes ad cuius officium pertinebat portare gladium coram rege, gladium quem obtulerat dato prācio redemit, & assumens eum, portabat coram illo. Percelebrata missa vsq; ad cōmunionem reductus est rex ad altare, & genuflexo corā Archiepiscopo, dixit, cōfiteor. Quo absoluto, cōmunicatus est, & iterum reductus est ad sedem suā. Interea prāparauit se quidam miles dominus Iohānes cognomento Dimmock, qui clamabat se habere ius ad defendēdū iura regis illō die, & euāli opus esset duello cōfligēdū, si aliquis prēsumeret affirmare regē nō habere ius in regno Angliæ, quanquā per ante dominus Baldvvinus Freuill idem officiū calumniasset, sed minimē obtinuisset. Iste ergo dominus Iohānes memoratus circa finē Missæ incesit ad valuas ecclesię armatus decētissimē, insidēs dextrariū pulcherrimē phaleratum, caput etiā & pectus armatum, quē idem dominus Iohānes assumpsit de stabulo regio, vtēs videlicet auita cōsuetudine tam in equo quā armis eligēdis de thesauro Regis. Nā & optimū equum prāter vinum, & prāter vnā prācipuā armaturā facturū dictū officium elegit ad vota sua. Veniens igitur ad ostium monasterij, prāequitantibus duobus, qui eius lanceam & clypeum portauerunt, expectauit ibidē finē Missæ. Marefchallus autem Dominus Henricus Percy, facturū viam coram Rege cum Seneschallo Angliæ, scilicet Duce & Cōstabulario domino Thoma VVodstock atque fratre eiusdem Marefchalli domino Thoma Percy, qui omnes magnos inequitauēre dextrarios, venit ad dictū militem, dicens non debere eū ea hora venire, sed quod vsq; ad prandium regis differret aduentum suū. Quapropter monuit vt rediret, & deposito tanto onere armorum, quiesceret ad illud

illud tempus. Miles verò iuxta consilium Mareschalli facturus abscessit. Illi-
cò post decessum militis præequitantibus regem dominis supradictis super dex-
tarios suos, necnon præcedente magno numero diuersi generis histrionum
portatus est in humeris militum vsq; ad regale palatium, ductus quoq; in ca-
merā, paulisper quieuit: debilis enim fuerat præ labore parum comedēs. Postea
veniens in aulam, creauit quatuor nouos comites antequam accessit ad men-
sam. Dominum namq; Thomam VVoodstock auunculum suum comitem
Buckingham, datis sibi mille marcis annuatim de thesauro regio donec sibi de
terris tanti valoris prouidisset. Dominum etiam Gifardum de Angolisimo quō-
dam magistrum suū fecit comitem Huntingdon, datis insuper sibi mille marcis
annuis vsquequo prouidisset sibi de redditibus tanti valoris. Domino de Mou-
bray dedit comitatū Notynghamiæ, & domino Henrico Percy Northumbriæ
comitatum: Milites quoque fecit nouem eodem die. Quibus expletis, ascen-
dit ad mensam, vbi epulabatur cum eo splendide Episcopi, comites & barones,
& innumera multitudo plebis cōfluxerat in illā aulā pragrādem, quod nisi dux
Lācastriæ, videlicet Senescallus Angliæ, & comes Buckinghamiæ regni Cōsta-
bularius, & dñs Henricus Percy Marescallus, cū multis alijs, viā super equos
grādes seruientibus in aula fecissēt, ferētes fercula ad cōuiuas minimē penetras-
sent. Si numerare cōtenderē conuiuij apparatū, diuitias vtēsiliū, varietatē fercu-
lorū, forsitan lector percussus tā tātarū rerū precio q̄ magnitudine credere for-
midaret. Vñ solū quod ad magnificentiā regiā ostendēdā fuerat ordinatū, alijs
omissis æstimo proferendū. In medio regalis palati eleuata fuerat quēdā colūna
mar morea, concava sup certos gradus, cuius summitatē occupabat grandis au-
rata aquila, sub cuius pedibus in capitello columnæ p. 4. partes vina diuersi ge-
neris decurrebāt per totū diē coronationis regiæ, nec erat qui aliquē vel pauperē
virum haurire vetaret: facta est coronatio hæc anno. ii. ætatis ipsius regis.

*Coronatio
regis.*

*Generalis pro-
cessio.*

*Concio Rossen-
sis episcopi.*

In crastino facta est generalis processio pro rege & pace regni, cui reuestiū in-
terfuerūt omnes prælati, videlicet Archiepiscopus cum episcopis & abbatibus
qui coronationi interfuerant, necnon ipse dux cū magnatibus & plebis multi-
tudine copiosa. In progressu autē processionis cōcionatus est ad populū episco-
pus Rossensis, hortās vt dissensiones & discordiæ ortæ, & diu cōtinuatæ, inter
plebē & dominos sopirētur, probās per multa argumēta huiuscemodi dissentio-
nes deo plurimū displicere, hortatus est insuper dominos, ne tātis de cetero sine
causa taxationibus populum onerarent. Monuit etiā vt si causa (ubesset ratio-
nabilis qua oporteret eos omnino iuuare regem & regnū, vt patienter & sine
murmure atq; seditionis scrupulo facerēt quod oporteret. Insup exhortatur eos
generaliter qui regi puero & innocētī adhererēt, vt relictis vitijs quibus infer-
uebāt, videlicet stupris in fornicationib⁹, & adulterijs, eius puritati & innocētīæ
se cōformare studerēt, asserēs hoc omnino patri patrie oportunū, pfacileq; regi à
recto deuiare, regnū & populū periclitari, si tales essent qui ei sedulō & eius cō-
silio ministrarent. Sermonē finito, domini & vniuersi prælati ad sua secedunt.

Post paucos dies vidēs dux iam mortuo patre suo, & nouo rege cōstituto cū-
sta noua in regno futura, & suā sollicitudinem totaliter inter nouellos paruipē-
dēdam, & metuēs si aliqua sinistra cōtingerent regi vel regno, sibi putarentur,
& pro bonis grates nullas siue modicas reportaret, accepta à rege licentia ad sua
discessit, promittens regi si indigeret eius adiutorio se veturum eum abundatio-
ri apparatu, quā aliquis dominus Angliæ ad succurrendum sibi, siue aliud fa-
ciendum, quod eius cōmodo cederet vel honori. Erubuit (vt dicebatur) & do-
luit quod rex ceperat de eo castrum Herefordiæ, vbi proposuerat maximē mo-
ratus fuisse: & ob hoc maremium emendicauerat ad fortificandum castellum
de suis

de suis vicinis possessoribus in circuitu eius, ad magnam profectò iacturam eorundem, de quibus talia postulauerat, quia non audebant eius voluntati contrariare, eo præcipue tempore quo talia postulauit. Recessit ergò (vt diximus) à curia ad castrum suum de Killingworth, sed ante recessum eius conuientia ordinati sunt qui regis haberent consilio, & qui quodammodo tutelam haberent. Ordinati sunt autem ad consiliū viri boni, prudētes, & famoli, Dominus VVilhelmus de Courtney episcopus Londinensis, & dominus Edmundus de Mortuomari, comes Marchia, & quamplures alij de quibus opinabatur optimè plebs communis. Sed quia Sarisburiensis episcopus, & dominus Latymer illis mixti fuere, murmuratio succreuit in vulgo. Per idem tempus Marechallus Angliæ, dominus Henricus Percy comes Northumbriæ resignauit virgam officij sui, & ad sua discessit. Cuius loco subrogatus est dominus Iohannes de Arundele, frater comitis Arundeliæ, qui strenuè Gallicis restitit quādo imperiū fecerunt ad villam de Southampton, & eos viriliter arcuit ab ingressu villæ, ad mare fugatis.

Propè tempus illud ex leui quadam causa orta dissentione in nundinis apud Rokesborough inter Anglos & Scotos, & occisis quibusdam ex vtraque gente Scoti peius calculum reportarūt, vnde in furorem versi, paulò post redeuntes ad eandem villam, duce comite de Dunbarre, & nocte eam occupātes, peremerunt ciues, eorum bona diripientes infestis manibus, & villam flammis voracibus coardentes. Quibus cognitis, nouus comes Northumbriæ tactus dolore cordis intrinsecus, maximè pro morte ciuium de prædicta villa, statuit vindictam retribuere in hostes eorum, & auferre opprobrium terræ populi sui. Et intrans terram Scotiæ cum decem millibus hominū, prædas agit in terris Comitis de Dunbarre, qui author extitit totius mali præscripti, & triduo donans obuia quæque flammis, post congruam ultionem inimicis repensam, reuersus est cum suis omnibus in terram suam.

Et ne solum Anglis gaudia impermixta dolori contingerent: Gallici eodem anno vicesimo primo die mensis Augusti, insulam (vt ita dicā) incapabilem de VVight capiunt, minus virtute quā astu, quæ à nullo hominum fuisset captiuata si diligenti custodia fuisset conseruata. Sed Insulanorum malè cauta securitas eis induxit exterminium, Gallicis insperatum tripudium, & Anglicis opprobrium & graue damnum. Reuera Gallici ad insulam tempestate pulsi, temptauerunt irumpere insulam supradictam, æstimantes insulanos inscios eorum aduentus, sed Vestuarios nō latebat consiliū Gallicorum. Quare permiserunt eos ingredi terram suam, vt certis intromissis quibus præualere rebantur, ceteri ab ingressu arcerentur: sed secus accidit quā credebant. Nam (vt diximus) quibusdam intromissis, conati sunt Vestuarij adimere ceteris ingressum terræ, sed frustra, quoniam Gallici tam abundè proruperunt, quā constanter Insulanos à maris custodia repulerunt, vt iam compellerentur latebras fugiendo quærere, qui prius credebant se posse pro suæ voluntatis arbitrio Gallicos captiuare. Gallici igitur tali modo Insula prædicta potiti, vndique peruagantur, stragem ex incolis faciendo, villas quasdam comburendo, & incolarum substantias abradendo. Tandem, ad Castellum quod in eadem Insula est venientes, & eam leui negotio occupare putantes, inuenerunt ibidem incredibilis asperitatis stimulum, dominum Hugonem Tyrrell, custodem Castelli prædicti, qui eis audacter propè castellum occurrens fecit maximam stragem inter illos, ob quam causam ab illius castelli infestatione destiterunt, & de cetero non arbitantes tutum cohabitare tam vicino serpenti, prædam quam potuerant ex Insula colle-

Comes Northumbrie infestat Scotos.

Gallici capiunt insulam de VVight.

runt, & insulanos coegerunt extorquere ab amicis quos habebant extra insulam mille marcas argenti pro saluatione domorū ab ignibus & residuo bonorum suorum. Insuper accepto iuramento de fidelitate ab eisde conseruanda, & quod non resisterent eis per circulum vnus anni, quotienscunq; placeret eisdem ingredi terram illam, à loco recesserunt. Post occupationem insulæ supradictæ, Gallici galeas iterum repetentes circuierunt orā maritimam vsq; dū peruenērūt ad obiectū villæ de VVinchelsea. Et cognoscentes abbatem de Bello ad illam conuolasse causa custodiæ, missis nuncijs, petunt vt villam redimat. Abbas verò negat se empturum, quod non perdiderat, quin potiùs denunciat, vt ab infestatione villæ desistant sub interminatione damni quod eis poterit provenire. Gallici eius respōso exasperati, petunt (si bellum velit) vt singuli ex vtraque parte mittantur, vel certè plures qui spectante vtroque exercitu cōgrediantur: sed nec hanc petitionem Abbas admisit, dicens se religiosum virum esse, & non licere sibi huius petitiones admittere, nec illuc belli causa, sed tuitio- nis & conseruationis pacis patriæ aduenisse. His auditis, Gallici aestimantes animū abbatris suorūq; defecisse: mox admotis instrumentis bellicis, scilicet missilibus quorum copia fruebātur, villā acriter infestabāt, pugnātes à nona vsque ad vespērū: sed abbatris & eorū qui cū ipso erāt laudabili probitate minimè profecerunt. Interim dū pugnant ibidē mittūt partē nauīū ad villam de Hastings, quæ reperientes villā penē vacuā, cōbusserunt eā. Gallici verò vidētes se nil pre- ualere apud VVinchelsea recesserunt. Eodē anno Gallici intrauerunt ad villā de Rottengdene, propē villam de Levves, vbi obuiauit eis Prior de Levves, cum parua manu, & superueniente copia Gallicorum captus est, ductusque ad naues eorum cum duobus militibus qui sibi adhæserant, videlicet domino Iohanne de Fallesey, & domino Thoma Cheyne, & vno armigero, cuius nomē erat Iohannes Brokas. Quidam autem armiger qui diu fuerat in obsequio prioris de Levves natione Gallicus, tam viriliter, tam animosè pugnavit ibidem contra Gallicos, donec effunderentur eius viscera ad pedes suos, & ipse insequendo hostes, quod est dictū horribile, ea per grande spaciū post se primò protraheret, tandem omninò relinqueret. Defuerunt autem in illo confictu ex Anglicis propē centum. Igitur (vt diximus) Gallici cum omni classe sua repatriauerunt, cuius summa se extenderat ad triginta septem Galeas, octo cogones Hispanicas, & nonnullas bargias. Mox igitur vt patriam attigerunt, quidam illorum profecti ad obsidionem, quæ tunc circa villam de Ardeprodione quæ eis semper familiaris existit, tradēte eis custode castelli eiusdem villæ quodam Alemanno, scilicet Domino de Gunny, villam primò, mox munitionem occupauerunt. Ob quam causam idem custos captus à domino Hugone Caluerley custode Calesiæ Angliā missus est, & carcerali custodiæ mancipatus. Dum hæc agerentur in Gallia, accidit toti Angliæ luctuosus euentus in Aquitania. Egregius miles dominus Thomas de Hilton, cui commissa fuerat custodia prouinciæ Aquitaniæ, nimis inconsultè cum paucis super plures Gallicorum irruens, ab eorum multitudine oppressus & captus est, cum multis nobilibus eiusdem terre, qui parti Anglicanæ fauebant. Hoc autem infortunium contingebat propē villam quæ Rule nuncupatur.

Prior de Levves capitur à Gallicis.

Gallici capiūt villam de Arde

Tho. de Hilto capitur in Aquitania.

Parliamentum in quo proferitur Alicia Peeres & taxa regis.

Per idem tempus coactum est parliamentū Lōdonijs, quod à festo Michaelis vsque ad festum beati Andreæ Apostoli protelatur. In eo parlamento fuere penē omnes milites cum prædicto domino Petro de la Mare, qui ita nobiliter perstiterunt in eo parliamentō, quod bonum meritò appellatur pro incremento patriæ atque regni comodo. Hij itaque resumentes petitiones suas eo in loco quo prius dimiserant, institerunt pro bannitione illius Aliciæ Peeres, quæ con- tempto

tempore statuto parliamenti, & iuramento quo se astringerat, curiam regis ingredi ausa fuit ad suadendum & impetrandum ab eo quaecunque sibi placerent. Quæ quamuis plures ex dominis, & omnes legisperitos Angliæ pecunia corrupuisset, qui pro ea non tantum occultè, sed publicè allegarunt, diligentia tamen & sapientia prædictorum militum ore suo conuicta proscribitur, omnibus bonis suis mobilibus & immobilibus fisco regio iudicatis. Concessa sunt autem in adiutorium regi ab ecclesia & clero duæ decimæ eodem anno persol-
 10 uendæ, ea tamen conditione, ut videlicet rex de cetero populum, non grauet talibus petitionibus extorquendo pecuniam subditorum, sed de suis viuat, & cō-
 tinuet guerram suam, quæ utique (prout responsum fuerat ibidē) bona sua pro-
 pria regalia sibi sufficiunt, tam ad regis domus exhibitionem quàm ad guerræ
 sustentationem, si eadem bona ministros idoneos fortiantur. Et deputati sunt ad
 huius pecuniæ custodiam duo ciues Londini, VVilhelmus VValvorth, &
 Iohannes Philpot.

Circa tempus illud audientes Anglici multitudinem nauium Hispanorum apud Scusiam venti penuria detineri, collecta copia armatorum cum ingenti classe mare ingredi meditantur, cupientes eis vicem rependere pro damnis quæ
 20 Anglis irrogauerant, ferentes auxilium Gallis æstate præcedente. Cuius clas-
 sis primi fuere: Dominus Thomas VVodstock comes Buckingham, dux Bri-
 taniæ, dominus de Latimer, dominus Fitzvater, dominus Robertus Knolles,
 & nonnulli alij valentes cum eis: qui ingressu maris suam experti sunt for-
 tunam. Nam nimium insurgent e vento imbreque nociuo, mox naues ad in-
 uicem separatæ in partes dilabuntur, confringuntur mali, vela dirumpuntur,
 plura de minoribus vasis quæ victualia exercitui fuerant allatura, submersa.
 Dum qui in ea concesserant, timore tempestatis ipsa relinquerent, ingrediendo
 naues maiores, vel iuxta suam opinionem fortiores, diuinatandem superueni-
 ente clementia naues inuicem recollectæ ad terram Angliæ sunt appulsæ. Et
 refarcitis eisdem iterum, bellatoribus instauraturæ & iterum mare petunt.

Propè dies illos dominus Hugo Caluerley faciens expeditionem versùs Bo-
 30 loniam, fortuito repperit in portu prædictæ villæ bargiam, quæ Aden villâ no-
 mē habuit, cum alia quæ erat regis Fraciæ, & haibus maioribus & minoribus
 numero viginti sex: quas omnes repente iniecto igne cremauit cū magna par-
 te de suburbanis illius villæ, in quibus etiam eodem die à capellano suo missam
 celebrari fecit, quam & satis audacter ad finem audiuit, quæ completa, eandem
 partem villæ direptioni dedit, abducens secum quæque concupiscebilia quæ ibi-
 dem repperit, cum nonnullis captiuis qui ei obuiauerunt infauista hora. Ma-
 gnū etiam numerum ouium & armentorum coram se agebat, quæ repperat in
 pastura propè villam, quæ victui Calestienum merito sufficerent per magnū
 tempus. Eius namque laudi adiiciendum est, quod castellum de Merk, quo nō
 40 postesse locus magis infestus Calestie, si parti aduersariorum faueret, custo-
 dum incuria perditum, ipso eodem die strenuè recuperavit, quo ipsum Gal-
 lici occupauerant, & antiquo dominio parere fecit. Siquidem dominus Rober-
 tus de Salle miles ne gregarius, sed inter famosiores strenuus, prædicti ca-
 stelli capitaneus in Angliam concesserat de certis causis, commissa ipsius muni-
 tionis custodia quibusdam minus cautis. Qui eo absente, debito negligentiores
 effecti, ludis & sagitationibus indulserunt. Cumque certo die sagitationem
 instituissent non procul extra dictum castellum, videntes stipendiarij qui in ea
 erant Picardi, videlicet quod genus hominum apud Gallicos falsissimum re-
 putatur, quod omnes Anglici exiissent, portas claudunt, castellum muniunt,
 & Gallicos quibus prodicione fauebant admittunt, exclusis hoc ingenio Angli-

*Anglici mare
ingrediuntur.*

*Gesta domini
Hugonis Cal-
uerley.*

cis, quibus castelli fuerat custodia deputata. Quod comperiens, ut prælibauimus, dictus dominus Hugo, facto insultu castellum cepit, Gallicos qui adueniant captiuauit, & omnes Picardos tanquam prodicionis reos excapitauit. Transiit annus iste latus temperie, abundans fruge, sed fructibus arborum penè carens: quod autem ad pacem pertinet, Angliæ inquietus & suspectus, non minus fraude ciuium quàm terrore Gallicorum: Gallicis immanitate expensarum & lucri exilitate nimium onerosus: nā à Pascha vsq; ad festum Michaelis, ad stipendium triginta septem galearum & octo cogontum à Francis pendebantur diebus singulis mille marce, quæ profecto summa cotinuata tanto tempore, depauperasse poterat quodque prædiues regnum.

1378
Natale apud
Winchore.

Anno dominicæ incarnationis millesimo trecentesimo septuagesimo octauo, qui est annus regni regis Richardi secundi primus, tenuit idem rex natale apud VVindesore. Paucis diebus ante natale dominicum, misit dominus Papabullam suam vniuersitati Oxoniæ, ministerio magistri Edmundi Stafford, increpans eos correctione paterna super eorum desidia manifesta, eò quod tanto tempore opiniones erroneas ipsius Antichristi discipuli, scilicet magistri Iohannis VVicklef radicari permiserant inter eos, dum non fuerat qui ferrum doctrinæ catholicæ assumere laboraret ad extirpandum tam pestiferæ plantationis radicem. Cuius vniuersitatis moderni procuratores siue rectores quantum degenerauerint à prudentia seu sapientia antiquorum per hoc facile conijci poterit, quod audita causa aduentus dicti papalis nuncij, diu in pendulo hærebant vtrum papalem bullam deberet cum honore recipere, vel omnino cum dedecore refutare. Oxoniense studium generale quàm graui lapsu à sapientiæ & scientiæ culmine decidisti, quod quondam inextricabilia atque dubia toti mundo declarare consuesti, iam ignorantia nubilo obfuscata dubitare non vereris, quæ quemlibet è laicis christianis dubitare non decet. Pudet recordationis tantæ imprudentiæ, & ideo supersedeo in huiusmodi materia immorari, ne materna videar ybera decerpere dentibus, quæ dare lac potum scientiæ consueuere. Igitur bullæ papalis tenor missæ Oxoniæ studij talis est.

Oxonienfes
dubitant reci-
pere bullam
Papa.

Gregorius episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Cancellario & vniuersitati studij Oxoniensis, Lincolnienfis dioc. salutem, & Apostolicam benedictionem. Mirari cogimur & dolere, quod vos propter gratias & priuilegia vestra, studio Oxoniensi ab Apostolica sede concessa, & propter scientiam scripturarum, in quarum pelago felici remigio (dante domino) nauigatis, tanquam pugiles & propugnatores orthodoxæ fidei (sine qua salus animarum non prouenit) esse deberetis, lollium inter purum triticum campi gloriosi studij vestri prædicti per quandam desidiam & ignauiam permittitis pullulare, & quod est perniciosius etiā adolere, nec circa extirpationem huius lollij (sicut nuper apud nos insonuit) curam aliquam adhibetis, non sine clari nominis obfuscatione, & animarum vestrarum periculo, & contemptu ecclesiæ Romanæ, & memoratæ fidei detrimento. Et quod nos torquet acerbius, prius de incremento lollij prædicti sentitur in Roma quàm in Anglia, ubi tamen extirpationis remedium apponeretur. Multorum siquidem fide dignorum insinuatione admodum dolentium nostris est auribus intimatum, Iohannem VVyclef rectorem Ecclesiæ de Litlevorth Lincolnienfis dioc. sacræ paginæ professorem, vtiq; non magistrum errorum, in illam detestabilem erupisse vecordiam, nonnullas propositiones & conclusiones erroneas & falsas, ac prauitate hærescos sapientes, quæ statim totius ecclesiæ, & etiā secularem policiam subvertere & enervare nituntur, quarumq; aliquæ licet quibusdā mutatis terminis, sentire videntur peruersas opiniones & doctrinam indoctam damnata memorie Marculij de Padua,

Padua, & Iohannis de Gandavo, quorumlibet per felicis recordationis Iohannem Papam. 22. predecessorem nostrum reprobatus extitit, & damnatus in regno Angliæ nempe glorioso potentia, & copia facultatum, sed gloriosiore pietate fidei rutilante, sacræ paginæ claritate consueto viros producere, diuinarum scripturarum recta scientia illustratos, morum grauitate maturos, deuotione cōspicuos, & catholicæ fidei defensores, dogmatizare, & publicè prædicare, seu potius de virulento claustris sui pectore euomere nō veretur, nonnullos Christi fideles earum resperione commaculās, & à fidei præfatæ recta semita in precipitum perditionis abducens. Quare cum tam latibiferā pestem, cui si eius nō obsteretur principijs & ipsa radicitus euellatur, serò posset medicina parari quū per contagionem plurimos infecisset, nolimus prout nec velle debemus sub conuientia pertransire. Vniuersitati vestræ per Apostolica scripta in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna priuationis omnium gratiarum, indulgentiarum, & priuilegiorum vobis ac studio vestro à dicta sede concessorū, districtè præcipiendo mandamus, quatenus conclusionēs & propositiones in bonis operibus & fide, malè sentientes licet eas proponentes sub quadam verborum siue terminorum curiosa implicatione nitantur defendere, de cætero nō permittatis asseri vel proponi: dictumq; Iohannem autoritate nostra capiatis, seu capi faciatis, & ipsum venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Cantuar. & Episcopo Londoniensi, aut eorum alteri sub fida custodia transmittatis. Contradictores quoque de dicto studio vestræ iurisdictioni subiectos, si qui forsan (quod deus auertat) essent huiusmodi erroribus maculati, si in illis pertinaciter perstiterint ad similem captionem & missionem, aliasque prout ad vos spectat, firmiter & sollicitè procedatis, perinde vestram suppleturi diligentiam, hætenus in præmissis remissam, nostramque & dictæ sedis præter diuinæ retributionis præmiū & meritum, gratiam & beneuolentiam adepturi. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam maiorem, 11. Calendas Iunij, Pontificatus nostri anno septimo.

30 **V**enerabilibus fratribus Cantuar. Archiepiscopo & Episcopo Londoniensi salutē. &c. Super periculosis admodū erroribus quarūdā detestabiliū propositionū & conclusionum ad enervationē totius ecclesiastici status tendentium, scriptas in cedula inclusa præsentibus. Iohannes VVycklef, rector Ecclesiæ de Lutlevvorth Lincolnienfis dioc. dictus theologiæ professor, asseritur tam impie quā temerè suscitasse, plenius vobis scribimus, per alias nostras patentes litteras, quas cum præsentibus destinamus. Volumus igitur & vestræ fraternitati mandamus quatenus clarissimum in Christo, Edvardum regem Angliæ illustrem, & dilectos filios nobiles viros natos dicti regis, ac dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Iohannam Principissam Aquitanix & VVallix, & alios magnates de Anglia & consiliarios regis p vos & alios magistros & peritos in sacra pagina, non maculatos huiusmodi erroribus, sed in fide sinceros & feruidos studeatis facere, plenariè informari, ac eis ostendi, quanta verècūdia deuoto regno Angliæ oriatur exinde, & quod non solū sunt ipsæ conclusionēs erroneæ in fide, sed si bene aduertātur, innuunt omnem destruere politicā. Et requiratis eos strictissimè, quod extirpationem tantorum errorum pro reuerentia Dei & Apostolicæ sedis, & nostra, ipsorumque merito apud Deum & honorem sæculo, tanquam Catholici principes & pugiles dictæ fidei, omni qua poterunt efficacia tribuant auxilium & fauorem. Dat. Romæ apud sanctam Mariam maiorem. 11. Cal. Iunij anno septimo.

Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Cantuar. & Episcopo Londoniensi salutē. &c. Nuper per nos non sine graui cordis turbatione, & pluriū

Bulla papalis missa archiepiscopo Cantuar. & episcopo Londoniensi ad monendum regem & magnates Angliæ ne prædicto Iohanni fauere vel adhaerere quouis modo.

Alia bulla de eadem re. fide

fide dignorum relatione, percepto quod Iohannes VVicklef, rector ecclesie de Luttlevvorth Lincolnienſis diœc. ſacræ paginæ profeſſor, vtinam non magiſter errorum in tã deteſtabile veſaniam temerè prorupit, quòd nonnullas propoſitiones & concluſiones erroneas, ac falſas & malè in fide ſonantes, quæ ſtatim totius Eccleſiæ ſubuertere & enervare nituntur, quarumquæ aliquæ (quibusdam mutatis terminis) imitari videbantur perverſas opiniones, & doctrinam indoctæ damnatæ memoriæ Marſilij de Padua, & Iohannis de Gandauo, quorumlibet perſælicis recordationis Iohānem Papam. 22. prædeceſſorem noſtrum reprobatuſ extitit & damnatuſ, non verebantur in regno Angliæ aſſerere, dogmatizare, & publicè prædicare illis nonnullos Chriſti fideles malignè inſe- 10
ciens, ac à fide catholica (ſine qua nō eſt ſalus) faciens deviare. Nos attendentes quòd tam pernicioſum malum, quod in plurimos ſerpere poterat, eorum animas læthali contagione necando, non debebamus, prout nec debemus ſub diſſimulatione tranſire, vobis per alias litteras noſtras commiſimus & mandauimus, vt vos vel alter veſtrum de dictarum propoſitionum & concluſionum aſſertione, quarum copiam ſub bulla noſtra miſimus intercluſam, vos ſecretè informantes, ſi ita eſſe inueniretis, præſatū Iohannem authoritate noſtra capi & carceribus mancipari faceretis, eumquæ ſub bona cuſtodia teneretis in vinculis, donec à nobis ſuper hæc reciperetis aliud in mandatis, prout in dictis litteris plenius continetur. Conſiderantes vtique quod præſatus Iohannes huius- 20
modi captionē & carcerationē fortè præſentiens, poſſet (quod abſit) perſugere, ſeu latitationis præſidio dictum noſtrum mandatum in grauiffimum fidei detrimentum eludere: nos (ne tam damnabiles propoſitiones & concluſiones indiſcuſſæ, & earum temerariuſ aſſertor impunituſ remaneret in detrimentum grauiffimum fidei prælibatæ) fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vos vel alter veſtrum per vos vel alium ſeu alios, præſatū Iohannem, ſi per vos capi & incarcerari non poſſit, per edictū publicum proponendum in ſtudio Oxoniæ Lincolnienſis diœc. & alijs locis publicis, de quibus fit veriſimilis coniectura, quod ad dicti Iohannis notiā peruenire valeat, & de quibus vos expedire videatur, ex parte noſtra perem- 30
ptoriè monere & citare curetis, quod infra trium menſium ſpaciū à die citationis huiusmodi in antea computandū, vbiçūq; tunc nos eſſe contigerit, comparere, ac perſonaliter coram nobis ſuper propoſitionibus & concluſionibus huiuscemodi reſponſurus, ac auditurus & faſturus quicquid ſuper eis duxerimus ordinandū, & ordo dictauerit rationis prædicendo in huiusmodi citationis edicto, quod ſiue idem Iohannes in huiusmodi termino comparuerit, ſiue non comparuerit, nos ſuper præmiſſis, & contra eum vſque ad debitam condemnationem ipſius incluſiuè procedemus, prout eius demerita exigent, ac nobis ſecundū deum & conſeruationem fidei videbitur expedire. Volumus autem & præſentium tenore ſtatuiſmus, quòd prædicta citatio ſic facta, prouide præſatū Iohannem arctet, ac ſi ſibi perſonaliter inſinuata & intimata fuiſſet, conſtitutione quacunquæ contraria non obſtante. Diem verò citationis, & formam, & quicquid feceritis in prædictis, nobis per veſtras litteras ſigillis munitas harum ſeriem continentes, fideliter & quam citiùs poteritis intimare curetis. Dat. Romæ apud Sanctā Mariā maiorem. 11. Calendarum Iunij, anno ſeptimo.

*Alia bulla de
eodem negotio*

Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Cantuarienſi, & Epicoſo Londonienſi ſalutem &c. Regnum Angliæ glorioſum nempè potentia & abundantia facultatum, ſed glorioſius pietate fidei, & ſacræ paginæ claritate coruſcū conſuevit viros producere diuinarum Scripturarum recta ſcientia præditos, matu.

maturitate graues, deuotione præclaros, & pugiles fidei orthodoxæ, & qui nō
 solum proprios, sed alienos populos documentis instruebant verissimis, & in
 mandatorum domini semitam dirigebant. Et sicut ex effectu contingentium tem-
 poris antiqui colligitur, dicti regni præfules in specula sollicitudinis positi, pro-
 prias excubias exercentes sollicitè, non permittebant aliquod oriri erroneum,
 quod posset inficere oues suas, sed si oriretur zizania ex inimici hominis in-
 iunctione, illa protinus euellébāt, crescebat assidue purum triticum in domini-
 cum horreum inferendum. Sed (proh dolor) nunc apparet quod in ipso regno
 officio vigiles, negligentia verò delides, nō circueunt ciuitatem, dum hostes in-
 grediuntur in eam, animarum thesaurum preciosissimum prædatur. Quorum
 latentes ingressus, & patentes aggressus, prius sentiuntur in Roma intercapedine
 longa remota, quam eis in Anglia resistatur. Sanè plurimum fide dignorum sig-
 nificatione admodum dolenter audiuimus, quod Iohannes V Vycklef rector
 Ecclesiæ de Lutelevorth Lincolniensis dioc. sacræ pagine professor, vti nam
 nō magister errorum, in illa detestabilem vesaniam dicitur temerè prorupisse,
 quod nonnullas propositiones & conclusiones erroneas & falsas in fide malè so-
 nantes, quæ statum totius Ecclesiæ subuertere & enervare conantur, quarumq;
 aliquæ, licet aliquibus quibusdā mutatis terminis sentire videtur peruersas opi-
 niones & doctrinam in doctrinam damnatæ memoriæ Marcilli de Padua, & Iohan-
 nis de Gáduno, quorumlibet per felicis recordationis Iohannē Papā. 22. præde-
 cessorem nostrum reprobatus extitit & damnatus, non veretur in præfato reg-
 no asserere, dogmatizare & publicè prædicare, nonnullos Christi fideles eis ma-
 lignè inficiens, ac à fide catholica (sine qua non est salus) faciēs deuiare, de qui-
 bus sic subortis, & non extirpatis, seu, saltem eis nulla facta resistantia, quam
 sciamus, sed transactis seu tolleratis, coniuuentibus oculis tam negligenter transe-
 undo non immeritò deberetis rubore perfundi, verecundari, & in proprijs cō-
 scientijs remorderi. Quare cum tā perniciosum malum, quod non præcisum
 seu radicis extirpatum serpere posset in plurimos in animabus eorum (quod
 absit) lethali contagione necandos, nolumus (sicut nec debemus) sub dissim-
 ulatione transire. Fraternitati vestræ per Apostolica scripta committimus &
 mandamus, quatenus receptis præsentibus, vos vel alter vestrum de dictarum
 propositionum & conclusionum assertionem, quarum copiam vobis mittimus
 sub Bulla nostra inclusam, vos secretè informantes, si inueneritis ita esse, præ-
 fatum Iohannem, faciatis autoritate nostra capi, & carceribus mancipari,
 eiusque confessionem super eisdem propositionibus seu conclusionibus reci-
 pere studeatis, ac ipsam confessionem, & quæcunque dictus Iohannes dixerit
 seu scripserit, super earundem propositionum & conclusionum inductione ac
 probatione, & quicquid feceritis in præmissis sub vestris sigillis clausa, & nemi-
 ni reuelata, nobis per fidelem nuncium transmissuri, eundemq; Iohannem
 sub fidei custodia teneatis in vinculis, donec à nobis super hoc aliud receperitis
 in mandatis. Contradiçtores, &c. Inuocato, &c. Nō obstantibus felicis recor-
 dationis Bonifacii Papæ 8. prædecessoris nostri constitutionibus, in quibus caue-
 tur ne aliquis extra suam ciuitatem vel dioc. nisi in certis exceptis casibus, & in
 illis ultra vnam diem à fine suæ dioc. ad iudicium euocetur, seu ne iudices à
 sede apostolica deputati aliquos ultra vnam diem à fine suæ dioc. euocare præ-
 sumant, & de duabus diebus in consilio generali, ac expeditionis & alijs priui-
 legijs, constitutionibus, & literis apostolicis prædicatorum Minorum & herem-
 itarum Sancti Augustini, & sanctæ Mariæ de monte Carmeli, & alijs qui-
 buscunq; mendicantium, vel alijs ordinibus, & locis aut specialibus personis
 seu capitulis & conuentibus ipsorum generalibus vel specialibus, quorumcunq;

tenorum

tenorum existant, nec non statutis & consuetudinibus eorundem ordinum, & 16.
eorum contrariis, per que effectus presentium impediri valeat quomodolibet vel
differtur, etiam si de eis eorumque totis tenoribus ac de verbo ad verbum plena & ex-
pressa mentio in nostris litteris sit habenda, seu si Iohanni predicto vel quibus-
vis alijs communiter vel distinctim a dicta sede sit indultum, quod personaliter capi-
ant quod ius dici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Aposto-
licas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huius-
modi mentionem. Dat. Romae apud S. Mariam maiorem. ii. cal. Iunii, anno. 7.

*Epistola Papae
ad regem de e-
adem re.*

Charissimo in Christo filio Edwardo regi Angliae illustri, salutem &c.
Regnum Angliae quod altissimis tunc suppositum potestati, gloriosum nem- 16
pe potentia & abundantia facultatum, sed gloriosius pietate fidei, & sacre pagi-
nae claritate coruscum consuevit viros producere diuinarum Scripturarum re-
ta scientia praeditos, maturitate graues, deuotione feruentes, & catholicae fidei
defensores, qui non solum proprios sed alienos populos praeceptis salutaribus
instruebant, dirigebantque in diuinorum semitam mandatorum. Sed nuper
eum ingenti cordis amaritudine plurimorum fide dignorum significatione per-
cepimus, Iohannem de VVickley rectorem ecclesiae de Littleworth Lincoln.
diocesis, facta paginae professorem, vanam non magistram errorum, in illam
nescandam & abominabilem prorupisse demerendam, quod nonnullas propo-
sitiones & conclusiones plenas erroribus, & manifestam haeresim continentes, 20
quae statim totius ecclesiae subuertere & enervare nituntur, quarumque aliqua,
sicut quibusdam mutans terminis sentire videntur peruersas opiniones, & do-
ctrinam indoctam damnatae memoriae Marcilli de Padua & Iohannis de Gan-
davo, quodlibet per felices recordationis Iohannem Papam. 22. praedecessorem
nostrum reprobatus extitit & damnatus, in dicto regno dogmatizare & publi-
ce praedicare, sed potius de virilento clauetro sui pectoris euomere sibi veretur,
nonnullos Christi fideles earum respectione commaculans, & a praefata fidei
recta semita in praecipitum perditionis abducens. Nos itaque tantum malum
quod non praesens seu taceat extirpatum serpere posset in plurimos, in ani-
mabus eorum (quod absit) lethali contagione necandos, nolentes prout nec vel- 30
le sine nostra mortui conscientiae, possumus contritis oculis pertransire, ve-
herabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Cantuariensi & Episcopo Londi-
nensi per litteras nostras committimus & mandamus, ut ipsi vel aliter eorum
receptis per eos dictis nostris litteris de dictarum propositionum & conclusio-
num assertionem, quarum copiam eis sub bulla nostra misimus interclusam, se
informantes (si inuenirent ita esse) facerent praefatum Iohannem auctoritate
nostra capi & carceribus mancipari, eius confessionem super eisdem propositioni-
bus seu conclusionibus recipere studerent, ac ipsam confessionem & quaecunque
dictus Iohannes dixerit vel scripserit super earundem propositionum & con- 40
clusionum inductione, & probatione, nobis per fidum nunciarium transmittere
non postponant. Cum itaque dicti archiepiscopus & episcopus in prosecuti-
one huius negotij nolerentur favore & auxilio tuae celsitudinis indigere, man-
statem tuam quam & sui progenitores inclini catholicae fidei, etiam in hac par-
te res agitur, semper consueverunt esse & praecipui zelatores, requisimus & de-
precamur attente quatenus ob reuerentiam dei dictae fidei, & Apostolicae sedis,
& nostrum inuicem dignetur praestare archiepiscopo & episcopo, & alijs qui
huiusmodi negotium persequuntur, in ipsa prosecutione tui fauoris & auxilij
patrocinium exhibere prouide, praeter humana laudis praecomium assuam re-
tributionis premium nostram & dictae sedis adeptus beneficentiam amplio-
rem. Dat. Romae apud Sanctam Mariam maiorem. ii. cal. Iunii, anno. 7.

100701071

Hac

Prima. Totum genus humanum citrà Christum nō habet potestatem simpliciter ordinandi: vt Petrus, vt omne genus suum dominetur politer, imperpetuum super mundum.

2. Deus non potest dare homini pro se & hæredibus suis imperpetuum ciuile dominium.

3. Chartæ humanitatis adinuētæ de hæreditate ciuili ppetua sunt impossibiles.

4. Quilibet existens in gratia grauficante finaliter, ne dum habet ius, sed in re habet omnia dona dei.

5. Homo potest solū ministratoriè dare tam naturali filio quàm inuitationis in schola Christi tam temporale dominium quàm æternum.

6. Si deus, domini temporales possunt legitimè ac meritoriè auferre bona fortunæ ab ecclesia delinquente.

7. Nunquid ecclesia est in tali statu vel nō, non est meum discutere, sed dominorū temporalium examinare, & posito casu confidenter agere, & sub pena damnationis æternæ eius temporalia auferre.

8. Scimus quod non est possibile vt vicarius Christi purè ex bullis suis, vel ex illis, cum voluntate & consensu suo & sui collegij, vel habiliter vel inhabiliter.

9. Non est possibile hominem excommunicari nisi prius & principaliter excommunicetur à seipso.

10. Nemo ad sui deteriōrationem excommunicatur, suspenditur, vel alijs censuris cruciatur nisi in causa dei.

11. Maledictio vel excommunicatio non simpliciter, nisi quantum fertur in aduersarium legis Christi.

12. Non est exemplificata potestas à Christo vel suis discipulis excommunicandi subditos, precipue propter negationem temporalium, sed è contrā.

13. Discipuli Christi nō habēt potestatem coactè exigere tēporalia p censuras.

14. Non est possibile de potentia Dei absoluta, quod si Papa vel alius prætendat se quouismodo soluere vel ligare, eo ipso soluit vel ligat. (Christi.)

15. Credere debemus quod solū tunc soluit vel ligat, quādo se conformat legi.

16. Hoc debet credi catholicè, quod quilibet sacerdos ritè ordinatus habet potestatem sufficientem sacramenta quælibet cōferendi, & per consequens quemlibet contritum à peccato quolibet absolendi.

17. Licet regib⁹ auferre tēporalia à viris ecclesiasticis ipsis abutētib⁹ habitualiter.

18. Siue domini tēporales siue sancti Papæ, siue Petrus, siue caput ecclesiæ, qui est Christus, dotauerat ecclesiam bonis fortunæ vel gratiæ, & excommunicauerit eius temporalia auferentes, licet tamen propter conditionem implicitam delicto proportionabiliter eam temporalibus spoliare.

19. Ecclesiasticus imo & Romanus pōtifex potest legitimè à subditis & laicis corripī, & etiam accusari. Iste fuerūt propositiones vel potius deliramenta sæpediti Iohannis, quæ ad aures domini apostolici peruenēre, vnde iustè cōcitat⁹ præscriptas bullas huius tanti negotij executores, & statum contingente vniuersalis ecclesiæ prædictis episcopis demandauit. Qui quā indeuotè, quàm segniter commissis sibi mādatis compleuerint, melius est silere quàm loqui. Hoc tantum posterorū notitiæ declarare studuimus, quod cum ipsi Episcopi tantę dignationis fauorem & apices suscepissent, animati plurimū, nec immerito, profitebantur se nullius precibus, nullius minis vel muneribus esse flectendos, quin in ista causa recta iustitiam sequerentur, etiam si periculum capitis immineret. Sed instante die examinationis ipsius apostatæ, à timore, a vento arundinis agitate, mollii sunt sermones eorum super oleum in iacturam publicam propriæ dignitatis, & totius Ecclesiæ detrimētum. Et qui nec

S. ipsi

Propositiones
siue cōclusiones
quas Io. Wick-
lef publicè
predicauit.

ipsis dominis regniq; principibus se obtemperare deuouerant, donec excessus ipsius hereliarchæ puniissent iuxta mandata papalia à facie cuiusdam, nec nobilis militis neque potentis de curia principis: Iohanne videlicet Ludouici Clifforde pompôsè verantis ne præsumerent aliquid contra ipsum Iohannem sententialiter diffinire, tanto timore concussi sunt, vt cornibus eos carere putares factos velut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Insuper nec illud esse silendum æstimo, cum Episcopi prædicti, cum isto schismatico in capella Archiepiscopi apud Lambeth conuenissent, non dico ciues tantum Londonienses, sed viles ipsius ciuitatis se impudenter ingerere præsumpserunt in eandem capellam, & verba facere pro eodem, & istud negotium impedire, cōsili (vt reor) de ipsorum præmissa negligentia prælatorum. Talibus occasionibus seu commentis pseudopropheta, & verus hypocrita pro tunc euasit, amplius non compariturus coram dictis Episcopis circa mortem Gregorij Papæ. Cuius obitum non modicum fideles contristauit, sed in fide falsos ipsum Iohannem & ipsius assecclas animauit.

*Iste sunt declarationes
factæ per L.W.*

IN principio protestor publicè sicut sæpè feci aliàs, quòd propono & volo, ex toto corde meo, mediâte dei gratia, esse integer Christianus, & quàm diu māsferit in me halitus, profiteri atque defendere, quantum sufficio legem Christi. Et quòd si ex ignorantia vel quacunque alia causa in isto defecero: rogo deum meum de venia. Et nunc prout ex tunc reuocò & retracto submittens me humiliter correctioni sanctæ matris Ecclesiæ. Et quæ per pueros sententia est fidei quam dixi in scholis & alibi, ac magis per pueros etiam vsq; ad Romanâ curiâ transportata, ideo ne Christiani scandalizentur in me, volo in scriptis dare sententiam, ex qua impetitus sum, quâ volo vsq; ad mortem defendere, sicut credo omnes christianos debere, sed specialiter Romanum pontificem & ceteros sacerdotes ecclesiæ. Intelligo autem conclusiones ad sensum & modum loquendi scripturæ, & sanctorum doctorum, quem paratus sum exponere, & dato quòd sunt fidei contrariæ, volo ipsas paratissimè reuocare. Prima conclusio. Totum genus humanum concurrentium, citrà Christum non habet potestatem ordinandi simpliciter vt Petrus & omne genus suum dominetur imperpetuum pollicite super mundum, patetq; nō esse in hominum potestate impedire aduentum Christi ad finale iudicium quòd oportet creare iuxta illum articulum fidei, Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Ex hinc enim secundum fidem scripturæ, cessabit hominum politia. Intelligo autem dominationem pollicitam vel ciuilem dominationem secularem, pertinere laicis actiuis viantibus dum peregrinantur à domino. De tali enim dominatione politica loquuntur philosophi. Et quamuis periodicum vocatur, quādoq; perpetuum, quia tamē in scriptura sacra in usu Ecclesiæ & libris philosophorum perpetuum, sumitur cōmunis pro æterno apertè, post in illa significatione famosiore suppono terminum illum capi: sic enim canit ecclesia, Deo patri sit gloria, eiusque soli filio, cum spiritu paraclito, & nunc & in perpetuum: Et tunc est conclusio immediata principis fidei, cum non subiacer hominum potestati, ordinare peregrinationem Ecclesiæ sine fine. Deus non potest dare homini pro se & heredibus suis imperpetuum ciuile dominium. Intelligo autem ciuile dominium vt supra intellexi dominationem pollicitam & imperpetuum, vt supra, sicut Scriptura intelligit in beatitudine perpetuas mansiones. Tunc dixi primò, quòd Deus de potentia ordinata non potest dare homini imperpetuum ciuile dominium. Dixi secundo, quòd probabile videtur, quòd Deus de potentia sua absoluta non potest dare homini imperpetuum tale dominium, eò quòd non potest vt videtur semper incarceratione sponsam suā in via, nec pro semper differre vltimū suæ beatitudinis cōplementum. Multæ chartæ humanitatis adinuētæ de hereditate ciuili

et uili potentia sunt impossibiles. Iste ueritas est incidens, non enim, oportet catholicare omnes chartas à quolibet iniuste occupante. Sed hoc confirmato fide ecclesie daretur charitatis occasio confidendi in temporalibus & petendi licentia: sicut enim omne uerum est necessarium, sic omne falsum est possibile ex suppositione, ut patet testimonio scripture, & sanctorum doctorum loquentium de necessitate futurorum. Quilibet existens in gratia gratificante finaliter, nedum habet ius in rem, sed pro suo tempore ius iure super omnia bona dei, patet ex fide scripture Math. 24. quia ueritas promittit ciuibus intrantibus in gaudium suum. Amen dico uobis super omnia bona constituet eum. Ius enim communionis sanctorum in patria fundatur obiectiue super uarietatem donorum dei. Homo potest solum ministratori dare tam naturali filio in uocationis & temporale dominium & eternum, patet eo quod omnis homo debet recognoscere se in omnibus operibus suis humilem dei ministrum ut patet ex fide scripture. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, imò Christus sic ministravit & docuit suos praeceptos apostolos ministrare. In patria uero dabunt sancti confratribus dominia bonorum ut patet de suis corporibus, & bonis eis inferioribus in natura, iuxta illud Lu. 6. Mensuram bonam & confertam & coagitatam & superfluentem dabunt in sinum uestrum. Si deus est, domini temporales possunt legitime ac meritoriè auferre bona fortunę ab ecclesia delinquente. Ista est correlatiua primo articulo fidei. Credo in deum patrem omnipotentem. Intellego autem posse modo scripture concedentes quod deus de lapidibus potest suscitare filios Abrahę. Aliter enim omnes Christiani principes forent haeretici. Pro prima conclusionem formatur sic ratio. Si deus est ipse est omnipotens. Et si sic, ipse potest praecepere dominis temporalibus, sic auferre. Et si sic, possunt legitime sic auferre, ergo à primo: unde in uirtute illius principij christiani principes praeceperunt illam sententiam, sed absit ex illo credere, quod intentionis meae sic seculares dominos, licet possent auferre, quoadocumque & quomodocumque uoluerunt uel nuda auctoritate sua, sed omnino auctoritate ecclesie in casibus & forma limitatis à iure. Scimus quod non est possibile, ut vicarius christi pure, ex bullis suis uel ex illius uoluntate & consensu suo ac collegij quendam habilitet uel inhabilitet, patet ex fide catholica cum oportet dominum omni operatione vicaria tenere primatum. Ideo sicut in omni habilitatione subiecti prius exigitur gratia & dignitas habilitati, sic in omni inhabilitatione prius exigitur dignitas ex demerito inhabilitati, & per consequens non pure ex ministerio vicarij Christi sit talis habilitatio uel inhabilitatio. Sed de super aliunde, non est possibile hominem excommunicari ad sui damnum nisi excommunicetur primo & principaliter à seipso. Patet cum oportet talem excommunicationem originari à peccato damnificati: unde Augustinus de uerbis domini sermone. 21. Tu te noli conuulcare, & te non vincet homo, Et adhuc canit fides Ecclesie, quod nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas, suppositum habemus octauę. Omnis tamen excommunicatio ex causa multiplici est timenda, etiam licet excommunicatio Ecclesie sit humili excommunicare, suspendere, interdicare, uel secundum quancumque censuram Ecclesiasticam vindicando procedere, patet cum omnis causa iusta sit causa Dei, cuius ratio debet maxime ponderari, imò amor excommunicati debet superare zelum vindictę & appetitum temporalium quorumcumque cum aliter ipse excommunicas seipsum damnificet, suppositum non est. Isti tamen congruit, ut prelatus excommunicet in causa hominis principaliter tamen secundum rationem, quia sit iniuria deo suo, ut patet 13. q. c. inter quatuor. Maledictio uel excommunicatio non ligat finaliter nisi de quanto fertur in aduersariū legis Christi, patet cum deus ligat omnem ligatum

simpliciter, qui non potest excommunicare, nisi propter prauaricationem legis suae suppositū decimę. Isti tamē cōsonat, quōd cēlura ecclesiastica nō liget simpliciter, sed secundariē secundū rationē, quia fertur in aduersariū membri ecclesiae. Non est concessa potestas à Christo suis discipulis excommunicandi subditū propter negationem temporalium, sed è contra patet ex fide scripturę qua creditur, quod deus est super omnia diligēdus, & proximus & inimicus, & plusq̃ omnia temporalia huius mundi necessariō, quod lex Dei non est sibi ipsi cōtraria. Discipuli Christi non habent potestatem ad exigendū coactione ciuili tēporalia per censuras, ut patet ex fide scripturę. Luc. 22. qua Christus prohibuit suos Apostolos ciuilit̃ dominari. Reges, inquit, gentium dominantur eis, vos 10 autem non sic. Et ad istū sensum exponitur à beato Bernardo, beato Chrysostomo & alijs sanctis, suppositum habemus duodecimę. Isti tamen non obstat quōd exigant temporalia per censuras ecclesiasticas accessoriē ad vindicationem dei sui. Non est possibile de dei potentia absoluta, quōd si Papa alius vel Christianus prætendat se quouis modo soluere vel ligare, eo ipso sic soluit vel ligat. Oppositum istius destrueret totā fidem catholicam, tamēuē implicaret blasphemiam vsurpātem talem absolutam potētiā domini, suppositum habemus ter- tiodecimę. Per istam conclusionē non intendo derogare potestati Papę, vel cuiuscunque prælati Ecclesię, quin possunt in virtute capitis ligare & soluere. In- telligo autem conditionalem negatam, ut impossibilem ad hunc sensum, quōd 20 non potest esse, quōd Papa vel alius prælatus Ecclesię prætendit se quouis modo soluere vel ligare, nisi eo ipso sic soluerit vel ligauerit, & tunc nō potest esse peccabilis. Credere debemus, quōd tunc solū ligat vel soluit Christi Sacerdos, cū simpliciter legi Christi patet, pro eo quōd non licet sibi sic facere, nisi in virtute legis illius, & per consequens nisi quando est conformitas legi illi. Hoc debet credi pro catholico, quōd quilibet sacerdos ritē ordinatus secundū legem gratiæ habet potestatem secundū quam potest Sacramenta quælibet secundū speciē ministrare, & per consequens sibi confessum de quocunque peccato contritum absoluere: patet ex eo, quōd potestas sacerdotalis non sufficit maius vel minus in sua essentia: potestates tamen inferiorum sacerdotum, nunc sunt 30 rationabiliter restrictę, & aliās in vltimo necessitatis articulo sunt laxatę, suppositum habemus quintodecimę: & sic secundū doctores est dare in prælato duplicē potestatem, scilicet potestatem ordinis, & potestatem iurisdictionis siue regiminis, & quoad illā sunt prælati, ut superioris maiestatis & regiminis. Licet regibus in casibus limitatis à iure, auferre tēporalia à viris Ecclesiasticis ipsis habitualiter abutētibus, patet ex hoc quōd domini tēporales debent plus inniti spiri- tuali eleemosinę fructus vberiores ferēt quā eleemosinę corporali necessario, quod foret in casu opus eleemosinę spirituales clericos damnificantes se in cor- pore & anima p̃ subtractionē huiusmodi castigare. Casus autē quē iura limitant foret defectus correptionis spiritualis præpositi, & demū fidei clerici corrigen- 40 dę, ut patet. 16. q. 7. filijs. 40. di. Si Papa, siue domini temporales, siue quicunq; alij dotauerint ecclesiam temporalibus, licet eis in casu auferre temporalia medicinaliter ad cauenda peccata, non obstante excommunicatione, vel alia censura ecclesiastica, cū nō nisi sub conditione implicata sunt donata: patet ex hoc quod nihil habet impedire à præcipuis operibus charitatis necessariō, quōd in omni opere humano debet subintelligi cōditio diuini beneplaciti necessariāq; lege ciuili collationes decorādī c. 5. in fine collationis. 10. suppositū habemus septimę decimę. Absit quōd illis verbis detur occasio tēporalibus ad auferendū bona fortunę in detrimentū ecclesię. Ecclesiasticus etiā Romanus pontifex potest in casu à subiectis corripī, & ad vtilitatem ecclesię, tā à clericis q̃ à laicis accusari potest

ex hoc quod ipse est peccabilis extra peccatū in spiritū sanctū, vt supponitur ex
sanctitate, humilitate, & reuerētia debita tanto patri. Cū enim sit trater noster
peccabilis, subiaceat legi correptionis fraternę, & cū totū collegiū patet esse deses
in correptione pro necessaria prosperitate ecclesię, patet quod residuū corpus
ecclesię, quod possibile est secūdū plurimū stare in laicis, patet medicinabiliter
eū corripere accusare, & ad frugē melioris vitę reducere. Casus autē possibilis
tāgitur dist. 40. Si papa fuerit à fide deuus, sicut enim nō debet supponi in dño
Papa sine patēti euidētia tātus lapsus, sic nō debet suppositionē lapso de possibili
tāta obstinatio quin medelā superioris sui, quoad deū humiliter acceptabit, vn-
de practica istius cōclusionis multę chronice attestatur. Absit ab ecclesia Chrsti
quod damnetur veritas, quia malē sonat peccatoribus vel ignaris, quia tūc tota
fides scripturę foret damnabilis. Hoc eodē modo idem verlipellis I. VVycllef
ponēdo intellectum in suis nefandis propositionibus, vt dictū est, fauore & di-
ligentia Londinensium delulit suos examinatores, episcopos derisit, & euasit.
Quę omnes si simpliciter caperentur secūdū modum quo ipse in scholis &
in publicis prędicationibus eas protulit, hereticam proculdubio sapiunt prauit-
atem. Non enim circumlocutionē aliquā eis immiscuit, quando eas laicorum
aurib⁹ instillauit, sed nudē & apertē vt pręscribūtur eas docuit, captās per talia
gratiā laicorū, qui libetē audiūt quę peruersa sunt, pręcipuē tamē de ecclesia,
& personis ecclesiasticis, & libetius impellūtur ad damna vel iniurias inferēda
religiosis & clericis, cum aliqua oportunitas se ingesserit quę omnino extat eis
desiderabilis & votiuā. Idemq; memoratus hypocrita cum ab Episcopis man-
data cepisset, ne vterius in scholis seu sermonibus propter laicorum scādalum
tales propositiones fręquentaret, spreto sui Metropolitani pręcepto obstinatus
& inobediens, alias nouas conclusiones ponere non omisit, adeo malē vel pe-
ius quā priores sonantes, vt patet. 1. Dominiū ciuile, dominiū proprietariū
actum viatoris super bonis plenē secūdū leges humanis. 2. Non stat purē cle-
ricum absq; mortali peccato ciuilitē dominari, & intelligit per purē clericos,
Papam, Cardinales, episcopos, diaconos & alios sacerdotes. 3. Papa non po-
test dispensare contra Apostolum sicut nec cum clerico, vt habeat ciuilitē pro-
priū. 4. Dominiū ciuile formaliter dictū sapit inseparabiliter peccatū.
5. Actus ciuilis est actus rationalis creature factus secūdū legem humanā.
6. Sicut Deus nō potest exercere actus ciuiles, nec homo in statu innocentie,
sic illicitum est alicui purē clerico actus ciuiles exercere.
7. Quocūq; collegiū clericorum quod acquirit bona fortunę, redditus vel
proventus, nec eis ciuilitē dominetur, peccat mortaliter.
8. Est impossibile de dei potentia absoluta Christum regnasse ciuilitē.
9. Monachi sicut apostoli Christi nil haberēt ciuilitē vt planē potest elici ex
regula & profelsione vnanimi monachorum.

10. Maior pars accumulationis bonorum fortunę, in manibus religiosorum
esset dissoluta, si iura regni Anglię essent debitē executā, & intelligit per illum
terminum religiosorum in dicta conclusionē Episcopos, sacerdotes, monachos
& canonicos ac omnes purē clericos.

PROPE tempus illud redijt nauigiū Anglicanum, quod supra retulimus ma-
gna pertulisse periculū maris & ventorū in procinctu primę profelsionis.
Sed maiora in hoc secundo progressu non tantum tempestatibus quantū perfi-
dia defectionis suorum, in quibus sperare debebant. Namq; hoc satis patuit per
classarios quibus prępositus fuerat dominus Fitzvater. Qui cū eo tempore
quo classis dñi Thomę de VVodstock comitis Buckingham, nauigiū Hispanię
inuadere decreuisset, ipsi quos gubernasse debuērat idem dominus Fitzvater,
non solū se mouere in auxilium eiusdem Thomę solatium festinare pro

S. iij.

viribus

Assertiones I.

Wycklef.

uicij de
heri

uicij de
heri
uicij de
heri
uicij de
heri

1378
Nauigium
Anglię redijt.

viribus impediuerunt, & ipsum eisdem pro huiusmodi negato subsidio durius increpantē ad mortem vsque profecti fuissent, si non idem dominus Cantius se subtraxisset. Qui tandem penē solus fugiens in quodam Balingario, peruenit ad eundem comitem, & ei auxilium praestitit pro posse suo, vnde factū est vt tunc caperentur octo naues Hispaniae in mari Armoricae Britanniae propē portū castelli de Brest. Et plures forsitan captae fuissent, si praescripti desertores militie & defensionis socij adfuissent. Itaq; re minūs laudabiliter gesta, reuersum est nauigium post natale, quod a primo praecincti modō imbris, modō niue, modō ventis & spiritibus procellarum, modō intestino dissidio, ira aduersum impeditum & conturbatum fuerat, velut caruisset diuino fauore. Solus domi- 10
nus Thomas Percy ex hoc nauigio pro suae classis emendatione remanserat, alijs (vt diximus) secunda vice proficiscentibus, qui non solum euadere meruit maris incommoda, sed & adipisci diuino fauore, non tantum sibi, sed & toti regno perampla comoda. Hic namq; postquam sui nauigij infirma firmassent, profectus est cum vna magna nauis & duabus bargijs, alijsque minoribus vasis paucis, & factus est obuiam quinquaginta nauibus onustis mercibus Gallicorum, quarum quaedam fuere Flandrenses, quaedam Hispanicae, ipsas intrepidē est aggressus, denunciāns primō Flandrēlibus, vt secederent ab Hispanis. Quibus nolentibus socios derelinquere, eō quod videbantur eorum bona cōmuni- 20
ter cum Francorum vehere necessarijs, sine delectu rates inuasit. Quae cernentes eius constantiam animosam, & putantes in proximo magnum sibi subsidium affuturum, resistere destiterunt. Et mox octo & viginti fuga prolapsis, viginti duae se protinus reddidēre, siquē solus idem Thomas re bene gesta redijt cōmēdabilis, alijs nil reportantibus praeter Iuscam famam. De quibus praedicatum fuerat eos expedisse minus prospere, quod non solum publicas meretrices ausi sunt secum ad marina bella traducere, sed & comprouincialium coniuges adulteri & incesti.

*De Roberto
Knoll.*

Eadem tempestate Robertus Knoll, cui custodia commissa fuerat castelli de Brest, per exploratores edoctus didicit non post multos dies quosdam Britones aduenturos hostiliter ad praedandum patriam circa eum, vt ipse prouocatus 30
hoc modo exiret inconsultus ad repellendum eos, vnde si fortuna faueret, ipsi Britones fiduciam ipsum interficiendi conceperant, sed frustra, nam eorū fraudes ipse praueinendo delusit, & praecurrente diuina gratia, quod in ipsum meditati fuerant in ipsos ille peregit, cecideruntque in foueam quā fecerunt, captis octoginta & carceribus mancipatis.

*Dominus Hugo
de Caluerle
& sui spoliāt
mercatores
Bolonienses.*

Paucis euolutis diebus post natale, dominus Hugo de Caluerle otiositatem sibi inimicam existimans, nolens etiam inimicos in otio transigere diu dies, conuocatis omnibus vicinis suis qui parebant Anglicanae fidei, vniuersisque suis stipendarijs, post magnam cenam factam, cum omnes hilariores ē vino factos esse cōspiceret, querit (si necessitas vrgeret) vtrum ei libenti animo ad cōmunia 40
siue dāna siue cōmōda secuturi essent: quibus Sacramento firmitibus se eius signa quocunq; vellet prompto animo secuturos, tunc quidē singulis gratias agens eos ad propria loca remisit. Quos vix elapso triduo armatos adesse rogauit. Quibus eius iussioni parentibus, ipse intimauit quid mente cōceperat quiduē facere cōmūnis utilitatis causa decreuerat. Moxq; cunctis in sua conspirantibus eos secreto armatos educit, & ad villam de Stapul quā festinanter potuit properauit. Erant autem nundinae in eadem villa ad quas confluxerant mercatores Bolonienses, Nosterlenses, Ambianenses, Parisiacenses, cū multis alijs qui mercandi gratia illuc aduenerant nihil periculi metuentes. Nocte igitur dominus Hugo delitescens cum suis, notata hōra congrua, villam

ingreditur cum armatis. Qui illico irruentes in vulgus inerme, plurimos interficiunt, multos in vincula conijciunt captiuorum more pecunia redimendos. Exhinc omnia mercimonia hostili more diripiunt, villamque comburunt igne supposito, præter pauca loca quæ diligentia dominorum à flamma redempta saluantur, vna etiã aliq; mercimonia, grossioraq; quod secum oportune tollere non valebant, minatus est idem Hugo diffundere vel gurgiti demerere, nisi mercatores (fide interposita) pro ipsarum rerum conseruatione taxatam summam pecunie pro suæ voluntatis arbitrio soluere sponderent. Hijs ritè peractis, Calesiam cum suis omnibus incolumis repedauit, afferens secum è nundinis quæ

10 suorum Calesiensium commodo merito cederent multis annis.

Viri de VVinchelsea & de Ria, hijs diebus collecta multitudine, & ascensis bargijs, egressi sunt versus Normanniam, si quo modo possint damna anni præteriti eis illata per aduersarios eorundem, cupientes incommodum refarcire, noctuquæ terræ applicantes, villam quæ Portus Petri dicitur, ingrediuntur armati, quosq; obuios in ore gladij trucidantes peruagantur vicos, quos dignos captiuitate iudicant, eos videlicet qui dignam summam pecunie pro redemptione pendere poterant, vinculos ad vasa deducunt, domos cum ecclesijs spoliant, in omnibus remetientes eis eandem mensuram quã prius mensi fuerat apud Riam, ubi tandem inuenerunt multa spolia quæ abduxerant de villa de Ria, & præci-

20 puè campanas quas tulerant de ecclesia, cum plumbo etiam quod detraxerant insauis manibus de eadem. Tandem commendantes vniuersa Vulcano, descendunt de VVilet non procul positam properantes & similia facientes ibidem, domum cum præda opulentissima sunt egressi.

Per idem tempus Iohannes dux Lancastriæ instantèr expetijt vt pecunia præconcessa regi in ultimo parlamento à clero & laicis, sub arbitrio suo traderetur, affirmans se inimicos à finibus Angliæ per annum integrum cum ipsa pecunia arctaturum, & insuper aliquod prægrandè commodum allaturum. Cuius importunæ petitioni licet inuiti magnates assensum non sine cordis amaritudine (prout dicitur) præbuerint, prouidentes fortunam aduersam sibi, & ipsam etiã

30 tantum in regno valere, vt omnino non expediret eius contradicere voluntati. Primum ergo diem mensis Marcij statuunt diffinito consilio, in quo omnes & singuli qui huic profectioni interessent, ad mare parati per omnia conuenirent. Et ne interim custodia mare careret, eonductæ sunt nouem naues de Baionensibus, quæ mare & aridam tuerentur ab incurribus & latrocinijs Gallicorum. Quæ instructæ sufficienti manu armata, in breui mare sulcantes obuiant nauigio & mercimonijs Hispanorum. Initoque conflictu, classem vehementer inuadunt Hispanicam, & in breui captis decem & quatuor ratis onustis baccho, cæterisque necessarijs, leta noua reuertentes Angliæ nunciarunt, domino tamen Roberto Knoll, custodi municipij de Brest, de suis spolijs dedere primitias

40 centum dolia vini præcipui, dum transitum per eum facerent versus terram istam.

Henricus interea Bastardus qui se dicit regem Hispaniæ, audito quod Baionenses tot damna suis hominibus intulissent, & quod dux Lancastriæ ad ingressum maris secum turbam copiosam præparasset, timuit vehementer, æstimans cum non ob maris custodiam solùm modò accessurum, verum sed ob eius regnũ, (quod idem dux petebat ratione vxoris heredis legitime regni ipsius Hispaniæ) hostiliter vindicandum. Quare idem Henricus supradictus nauigium de tota terra sua parati iussit, vt vel ipsum ducem ab ingressu terræ suæ vilius perturbaret, vel si fortuna faueret ipsum (propiciatè Marte) captiuaret. Quod forsitan effecisset, si rex Portingaliæ sibi impedimento non fuisset. Nam oris quibusdã

simultanibus inter ipsos, Rex Portingaliæ cum innumerabili penè Christiano-

Petitio ducis
Lancastriæ

Henricus Bas-
tardus nauigium parat

rum & Sarracenorum turba regnum Hispaniæ hostiliter est ingressus, eo quidem tempore quando idem Bastardus se contra ducem ad præcinctum itineris præparasset. Qua Bastardus occasione turbatus, ratus est tutius in terra morari ad repellendum eos qui iam occupauerant regnum eius, quàm dubium exitum arripere ad cōquirendum eos qui non dum attigerant fines suos. Dum igitur res se haberent (vt diximus) circa ducem, & ipse nil festinare diceretur ad mare, sed profectiōem suam in dies retardaret, moti hij qui classi præfuerunt, non expectato ducē, maris alta cum nonnullis viris bellicis petierūt, ibidem eius aduētum expectaturi, gloriosius reputantes in mari de manibus hostium victitare, quàm in patria despolijs incolarum. Cum diebus aliquot maris perēgras-
sent semitas, obuij fiunt eis Hispani cum armata manu. Qui mox conseritis vi-
ribus utrobique ducti prædæ cupidine pugnauerunt, sed nostri aduersa tempe-
state defuncti victoriam hostibus cōcesserunt, quibusdam fuga prolapsis, qui-
busdam captis per manus hostiles. Captus est in eo conflictu dominus Hugo
Courtney miles egregius inter multos, infortunium verò totum duci Lanca-
striæ est ascriptum, eò quòd ipse præsentiam suam tam diu subtraxit ab eis, sed
si Dux in culpa fuerat ignoramus. Non enim semper rectè iudicat vulgi
furor.

Eodem tempore circa festum Sancti Iuonis Episcopi mense Martio scilicet
7. Calend. Aprilis obiit Papa Gregorius. ii. bonus utiq; vir & iustus, qui mul-
tum doluerat de damnis vtriusque regni, & multum laborauerat vt pax fie-
ret inter illa. Ipse etiam ob amorem domini Simonis de Langham Cardina-
lis & Episcopi Prænestrini quondam Cantuariensis Archiepiscopi, dum pesti-
lencia inualuisset in hac terra, per bullas suas omnibus tunc morientibus verè
contritis & cōfessis plenam remissionem de thesauris ecclesiæ indulxit exceptis
his qui re alienæ grauantur. Magnum utique beneficium & omni acceptio-
ne dignissimum, & quo maius incolis non potuit impendisse. Huic suc-
cessit Bartholomæus Barenfis Archiepiscopus, qui multiplices tribulationes
perulic à Cardinalibus pro cultu iustitiæ, adeò vt ipsi niterentur eum cum de-
decore papatu priuare, vt inferius declarabimus suo loco.

Circa tempus illud filius Iohannis Mercet, natione Scorus, collecta non par-
ua manu Gallicorum atque Scotorum, ac etiam Hispanorum, dum adhuc dux
Lancastriæ Iohannes in terris ageret, aggressus est naues quasdam apud Scar-
burgh, quas incautas leui negotio cepit, & secum ad mare deduxit, occi-
sis prius quibusdam qui nauibus illis præerant, quibusdam vinculis mancipa-
tis. Et ideo quam maximè nostratibus irrogauerat in ultionem opprobrij patris
sui, qui antea ab Anglis captus fuerat, & in castello de Scarburgh mādato regio
custoditus. Est autem pater eius equè Scorus tam gentē quàm patriā, & regi
Franciæ propter diuitias multas prædilectus, nam erat mercenarius, & vir sa-
tis vaser & consilio prouidus, cuius non immeritò oris decreta in his quæ An-
gliam contingebant ipse rex & omnes Gallici sequebantur. Hunc casu intercept-
um cum quibusdam nauibus, Northumbrenses eorum comiti præsentarunt.
Qui vt diximus in eodem castello custodia deputatus, citò post deliberatus fue-
rat ad magnum damnum totius regni & omnium incolarum. Nam si redemp-
tus fuisset captiuorum more, regem & regnum inestimabili pecunia diuites ef-
fecisset. Huius filius vt prælibauimus postq̃ damna nostratibus apud Scarburgh
intulisset, gloriabatur de arridente sibi fortuna, & maiora Angliæ damna nō so-
lūm meditabatur, sed etiā publice minabatur, sed eius conatus ipse impediuit
qui superbos humiliat & exaltat humiles. Tum vetò suscitauit deus contra eū
vnum ex ciuibus Trinouantum, qui eum humiliauit, & à timore eius regnum
Angliæ

Angliæ liberauit, vt patebit inferius volentibus intueri. Iohannes Philpot ciuis Londoniensis vir & ingenio præditus & potentissimus opibus, ducis Lancastrie & ceterorum dominorum defectum, ne dicam fallaciam, qui regnum defendisse debuerant attentè considerans, & oppressione condolens incolarum de propria pecunia conduxit mille armatos, qui & prædicto Iohanni Merceri eriperent naues & bona quæ latrocinando ceperat, & regnum Angliæ à talibus incurlibus tuerentur. Et factum est vt omnipotens qui semper assistit pijs votis, sibi & suis successus prosperos ministravit, ita vt in breui eiusdem Iohannis Merceri filium iure bellico sui conductitij caperent, cum omnibus quæ apud Scarborough ipse violenter abduxerat, & alijs quindecim nauibus Hispanorum, onustis multis diuitijs, quæ sibi auxilio fuerant eodem tempore infasta hora. Fit ergo in plebe vniuersa tripudium, omnibus laudantibus & admirantibus, tãdem ipsius viri erga regem beneuolentiam & charitatem, iamquæ solus Iohannes Philpot ore omnium laudabatur, & admirationi habebatur, de nostris verò proceribus & militia quæ dudum conductæ fuerat, dicebatur probrosa verba, aspera & inuestiua, prout cõmune vulgus solet inferre vario motu suo. Londonienses præcipuè obloquebatur, dicentes, iam per paucorum procerum corda fore cum rege, eos solos sibi fideles esse, quorum rex, licet ironicè, vocabatur à nonnullis proceribus, eò quòd ipsi multum iuuissent cum in coronatione sua.

Proceres regni Angliæ scilicet Barones & comites, videtes tã laudabile factum Iohannis Philpot, cõscientiæ propriæ stimulis agitati, illud ægrè ferebāt. Et quãuis se reos agnoscerent & culpabiles, in tantum, vt iam plebi eorum foret inertia manifesta, tamen eidem Iohanni Philpot non solum occultè insidiari, sed publicè improperari ceperunt, dicentes, non licere sibi talia facere sine consilio regis & regni, ac si non licuisset benefacere regi vel regno sine consilio comitum & baronum. Quibusdam autem talia memorantibus, & præcipuè omnium penè minori sed prolocutori præcipuo, scilicet comiti de Stafford Hugoni, idem Iohannes dicitur respõdisse, prænoscere absq; dubio, me neq; pecuniam meã, nec meos ad maris pericula ideò destinasse, vt tibi vel collegis tuis surriperem militiæ nomen bonum mihi quæ lucraret, sed condolens plebis patriæque miseriæ, quæ iam vestra desidia de nobilissimo regno dominia quoque gentium, est in tantam deuoluta miseriã, vt cuiuslibet vilissimæ gentis direptioni pateat, cum sit nullus ex vobis qui ad defensionem eius manus apponat. Ego me meaque exposui pro propriæ gentis saluatione, & patriæ liberatione, Comes autem non habuit quod responderet.

Adhuc dux in Anglia morabatur nolens maris experire fortunam tempore limitato, scilicet nec in vere nec in prima æstate, nescitur quibus detentus impedimentis. Sed eius persuasum ingressi sunt mare duo comites, Sarum & Arundeliæ, qui scrutatis vbiq; locorum hostibus & socijs mare ingressurum nulla pericula nuntiarent. Comes verò Sarum dominus V Vilhelmus de Monte acuto vocatus, vir in armis & iuuentute exercitatus & strenuus, mox vt mare ingressus est, compulit naues ad terram oppositam, vt aliquid damni aduersarijs irrogaret, vbi dum moram trahit nociuam aduersarijs, componit cum habitatoribus villæ de Scarborough, quæ pertinebat regi Navariæ, qui iam & ipse inimicus factus fuerat regi Franciæ, vt eadem villa cederet dispositioni & arbitrio regis Angliæ, ita duntaxat vt idem rex Angliæ manucapiat custodiam eiusdem villæ aduersus Gallicos, ad commodum tam regis quàm regni Angliæ, & nocumentum Gallicorum, quod & factum est. Mox comites Sarum & Arundeliæ remiserunt ad regem & regni consilium certificantes eos de tam glorioso euentu,

Magnanimitas Iohannis Philpot erga patriam.

Emulatio procerum aduersus I. Philpot.

Comites Sarum & Arundeliæ componunt cum habitatoribus de Scarborough pro villa.

cuenti, & ut destinarent illuc ex Anglis qui villæ custodiam obtinerent. Missi sunt igitur ad custodiendum villam illam ex Anglicis quot sufficere videbantur, & paulo post comites in Angliam redierunt.

Hugo Caluierle per idem tempus (cuius memoria benedictione est dormire) non sinens Gallicos propè eum, cepit quoddam castellum cui nomen erat Merke, & ad solum usque deiecit, cum ecclesia quadam quæ castello vicina erat, & magnum presidium Gallicorum. Et paruo interiecto, versus sanctum Audomarum proficiscens, cepit innumerabilem multitudinem animalium diuersorum, & ad Calesiam usque deduxit nullo audente conatus eius impedire, quia deus erat cum eo & omnia opera eius dirigebat. Eius est insuper laudibus ascribendum, quod capitaneum castelli de Arde, qui cum dolo se decepsit de creuerat, ipse iuste deeeperat, & in fontem quam effoderat eundem tali occasione impulit sapienter. Perierat idem capitaneus à rege Franciæ auxiliares vires, videlicet quosdam milites & instrumenta bellica, machinas & tormenta, & alia quibus vel infestari vel omnino prosterni solent munitiones hostium, promittens se magnum damnum nostris municipijs præcipue sitis propè Calesiam illaturum. Præfinito igitur die quo hæc omnia ad villam de Arde veherentur, timens idem capitaneus solitudinem eiusdem Hugonis, qui vix nunquam sinebat Gallicos vel eorum bona propè eum impune transire, ut eum teneret attentius occupatum, quo minus impedirentur eius vota quæ conceperat, mittit

ad eum, nuncians ut aliqua velit tractare cum eo, & hoc cautè egit, ut eodem die foret iste tractatus, quomodo omnia prædicta peruenirent ad eum. Hugo verò vir perspicax, æstimans non pro nihilo eundem capitaneum tam sollicitè eidem talem diem ad tractandum deputasse, sibi quidem cõcessit ipso die saluū conductum tractaturo de quibuscunque placeret, suis autem proprijs hominibus misit occultè, mandans ut viam ipsam obsideret, secretiusque ducit de Bologia ad villam de Arde, ne forte idem capitaneus noua aliqua ipsis nociua vel contraria moliretur. Et factum est volente Deo ut hæc omnia ab hominibus ipsius Hugonis prosperè caperentur, & ad Calesiam ducerentur cum omni apparatu armatorum & aliarum rerum, ipso capitaneo de Arde non dum egresso de prædicto colloquio, quod ipse dolo se confinxerat ad decipiendum Hugonē. Videns igitur omnia venire Calesiam, expauit vehementissimè, recedens cum gemitu atque murmure, & dolum quem imaginauerat fatebatur, asserens ingeniosè deceptum & in aduentione propria circumuentum.

Contigit sub eisdem diebus Anglicis graue damnum & dedecus toti regno imprudentia & superbia Northumbrorum. Quorum (ut est proprium loqui) sublimia grãdia temerè attemptari, ita de facili succumbere & sine grandi negotio eneruari. Hi namque de sua virtute fidētes, inconsultè nimis eruperunt de occidentali Marchia in terrā Scotorum, putantes se posse ibidem montes æquare vallibus, lapidesque contere sine auxilio vicinorum. Scoti verò de eorum eruptione satis edocti, congregata sufficenti armata manu, eis obuiam processerunt, & sine magno eorum dispendio maiorem partem eorum crudeliter peremerunt. Quo facto, accreuit Scotis audacia, vicinis Anglis timor & inertia, adeo ut iam effeminatos credentes, quos parum ante cordis magnitudo equauerat leopardis. Missus est ergo dominus Edmundus Mortimer comes Marchiæ, ad tractandum cum Scotis, vrmoris est singulis, in die quam Angli & Scoti diem Marchiæ consuetudinaliter appellant. Qui id effecit, ut treugæ stabiles inter utrumque populum, sed paruo tempore firmarentur.

Propè dies istos dux Lancastrie (cuius memoriã sæpè per antefecimus) post longam & diuinā moram in terra quam iam licet pertraxerat se conuersaturus

Dolus dolo cõpensatur.

40

in aquis validis accingitur cum turba satis valida versum mare. Quæ quidem multitudo ad resistendum quibuslibet hostibus suffecisset, si dei gratia tanto agmini minimè defuisset. Sed pudet recordationis tot rerum tam malè gestarum ipso tempore, adeò ut silentio multa regamus quæ scribere deberemus, ne fortè ab incredulis siue nostris æmulis odij seu malitiæ regni taxemur. Ne ergo lateant omninò posteris facta nostratum parcius quàm gesta sunt omnia tunc temporis, locuturi sumus cursim transeundo potiùs quàm silendo infortunia, quàm in talibus immorando. Ingressus mare dux post non multos dies ad Brytanniam est trajectus Armoricam, ubi combustæ sunt quædam villæ per dominum Robertum Knol, sed impune, nam plures amisit ex valentioribus viris suis. Dux verò ad sanctum Maloum se cum omnibus copijs contulit villam inter omnes villas Britanniae munitam, ut illa capta fecisse aliquid magni videretur. Sed villani (ut dicitur) de tanti exercitus multitudine tremefacti obtulerunt duci villam, eo pacto, ut ipse eos à rapinis & incendijs tueretur cum omnibus bonis suis. Sed dux hanc ciuium submissionem æstimans esse vecordiã, prout dicebatur à pluribus, audita tam gratiosa conditione, non suscepit eos sed repulit, in tantum, ut pacem oblatam sperneret, mandans ut sine conditione aliqua redderent sibi villam facturo de ea & ciuibus quæcunque sibi placerent. Ciues verò postquam hæc audissent, videntes rem agi pro capitibus, concepta audacia villam alacriter munierunt. Dux verò collectis exercitibus & rebus expugnandæ villæ necessarijs, iussit suis ut irent ad experiendum vires cum villanis, dum ipse interim se contineret alongè contemplaturus bellantes, & optimos pro meritis remuneraturus. Conserunt ergo manus Anglici & Britanni, & utrobique acriter decertatum est, illis cupientibus res & capita custodire, istis è contrario nitentibus villanos atterere, & ciuibus & eorum possessionibus dominari. Sed tandem ut creditur iniuriam passis fortuna fauit, & præualuerunt Britanni, Anglicis à muris turpiter satis deiectis, & quâ plurimis ex valentioribus interfectis. Quid plura? doluit dux suorum facta fœdari, cum suis militibus præstantiores in opere martio reperiret. Quapropter recessit iratus, dedignans accedere ad hostes tam truces: sed illis cõmisit proprijs arbitrio & voluntati. Sed dū hæc aguntur, Gallici mare oceanum peruagantes, villas in Cornubia licenter incendunt, videlicet Fovvey & quasdam alias absque resistantia siue licentia Anglicorum. Hæc tamen in ducis absentia facta sunt in terra ista, sicquæ sub hac tempestate hic illicquæ percutiuntur, ubique verò generaliter flagellamur. Quia si bubo lapidi iactetur vel lapis illi, *Ictus damna grauis semper habebit anis.*

Rem scripturus sum plus quàm tragicam, qui comediam scripsisse semper optaueram scelus à nostris seculis intentatum, sed in nostris diebus (proh dolor) perpetratum. Qualiter videlicet Sathanæ satellites irrumpentes templū, inauditum perpetrāt sceleris exemplum. Pollutionem utique illius aulae dei ab Apostolorum principe dedicatæ, & ad præsens tempus ab ipsis etiam incredulis & sine fide hostibus impollutæ. Sed inuenit tempus nostrum (proh dolor) homines christiano nomine insignitos peiores & infidelibus & irreuerentiores ipsis Ethnicis aut Paganis. Reuera Pagani suorum sacrorum immunitates & iura quæ non Soldanorum Admiralliorum siue regum chartis fulciuntur. Sed solū deuotione plebis adeò illibata custodiunt, ut capitale sit infra ambitum templi illius hominem percussisse. At templa tãta gaudent immunitate, ut nulli liceat damnum aut grauamen inferre hijs qui se talibus libertatibus contulerunt. E contra verò Christiani modernis temporibus sub fide falsi & deteriores Ethnicis, non sinunt domum Dei, portam Caeli, ianuam Paradisi, Summi sacerdotis aulam, videlicet domini Iesu Christi sponsam non solum liberam & im-

munem

munem esse, sed etiam incestis manibus, funestis gladijs, truci proposito nō tā-
tū ancillare, sed insuper polluere humano sanguine non verentur. Quid er-
go dicendum est: ubi fides perijt, ius euanuit, deuotio friguit & abscessit: vel
quid scribendū ubi omnis conspirat in deteriora cōsensus? Dolor autē nos silere
cōpellit, magis autem ipsa periculosa tempora, in quibus perfidi christiani An-
tichristi discipuli, diuini verbi prædicatores, siue ipsorum morum detestabiliū
cōscriptores odijs, damnis, & iniurijs persequētes. Sed tamen ne videamur ma-
gis homines vereri quā deum, etsi non vniuersa mala quæ fiunt in terra scri-
bere decreuimus, illa saltem trademus notitiæ posterorum, quæ pro sui mag-
nitudine latere non debent. Erant ergo in his temporibus duo armigeri quibus 10
non facilē vel in Anglia vel in Francia validiores reperiri valerent. Nomen vni
Robertus Haule, alteri verō Iohannes Schakel. Hij ante decennium in bello
quod illustrissimus Princeps Edvvardus contra Hispanos gesserat, in quo &
Henticum Bastardum deuicit, & Petrum fratrem eius iniuste pulsum regno
restituit, ceperant comitem de Dena, virū non ignobilem, qui iudicio principis
& Iohannis Chandos dictorum armigerorum magistri, eorum captiuus est
effectus, super quorum decretis Christi armigeri chartas tam principis quā
dicti Iohannis sigillis firmatas obtinuerant, ne alicuius impofterum impetio
præpediret eos, quo minus emolumentum tantæ personæ perciperent. Dictus
igitur comes de Dena filium suum primogenitum eis dederat in obsidem pro 20
eo, dum ipse dictorum armigerorum indulgentia ad propria remissus esset.
Comes autem postq̃ Hispanias peruenisset, paruipendit fidem datam hijs qui
eum ceperant, filio (vt dictum est) obside in Anglia derelicto. Huic ergo postq̃
naturæ debita persoluisent, duo illustrissimi Edvvardi, videlicet rex pater, fi-
lius quoque princeps, consiliarij noui regis ad opus eiusdem timidē petierunt,
vt quibusdam verō placet hoc factum est in gratiam ducis Lancastriæ, qui ha-
bebat ius in regnum Hispaniæ, vt habito tanto comite ad predicti regni posses-
sionem facilius perueniret. Alij verō asserēbant factum propter dominam Ma-
tildam sororem regis relictam domini P. de Courtney, vt illa sibi desponsata, &
illa tanto viro promoueretur, vt pax & concordia accresceret per tales nuptias 30
inter regna, sed nullo modo prædictam personam extorquere poterāt ab illorū
manibus rex nec ipse dux, quin ipsam occultarent & ab eorum manibus elon-
garent. Quapropter capti & in turri Londinensi trusi sunt. De qua custodia e-
uadentes, de curia ad VVestmonasterium confugerunt. Quod dux grauiter
ferens & eorum æmuli consiliarij, consilium inauditum, vt videlicet spreis tot
sanctorum regum sanctionibus, tot summorum Pontificum confirmationi-
bus, & tot contrauentium terribilibus sententiarum comminationibus, po-
stre moque diuino timore ac sanctæ matris ecclesiæ reuerentia statuerunt, eos à
sanctuario perturbatos, ad turrim vsq; reducere & ibidem cautiūseruare,
vel vt putatur tot malis affligere, vt vitam deserere cogerentur. Proinde mittun-
tur ex aulicis ad VVestmonasteriū causa huius incuriæ in homines, deum, &
ecclesiā committendæ, quinquaginta armati, secretē tamen propter metum 40
Londoniensium, ne fortē tumultus fieret in plebe illa. Qui ingressi sanctua-
rium sancti Petri, astu quidem primum scilicet Iohannem Schakel circumuē-
tum libertate ecclesiæ exuerunt, & ad turrim ilico reducerunt. Ad secundum
autem eodem die Robertum Haule cum venissent, & ipse missarum solēnijs,
in crastino videlicet sancti Laurentij interesset, conuenerunt eum de satisfaci-
endo regi super hijs quibus eius offenderat maiestatem, quia cum esset eius li-
gius homo, regijs non tantū postulationibus quantum precibus eius spreis, cō-
tra eum tergiuersari tam procaciter ausus fuit. Ille verō dum non regem, sed
eius

eius consiliarios de iniustitia, auaritia, falsoque consilio accusare niteretur: & illi manus iniicerent, ad extrahendū de ecclesia violēter: extracto quodā curto gladio, mox omnes armatos ipse inermis ad fugam cōegit. Et saluare se cupiens bis circa chorū monachorū currēdo pro refugio, tandē in ipso choro ab ipsis vndiq; circumuallatur. Quid multa? ex omni parte strictis pugionibus impetitus, vt se reddat perstreperunt horribiliter exclamando, & sanctissimum illum cōuentum monachorū, necnō sacerdotem, sacro astantem altari, post perlecta sancti verba Euangelij conturbādo, amplius etiā exarsit eorum furor, in tantum, vt domū dei nō solum haberent despectui: sed etiā in ipsos Christi famulos, qui iam vt dictum est, domino in choro astant, ministerio iniquitatis vasa conuerterent, pectoribus singulorum figentes cuspidēs gladiatorū, vetantes eos sub pōna mortis horridæ ne subsidio forent illi quem perimere laborabant. At illi qui eundē Robertum Haule circumsteterant, dum pacem ecclesiæ peteret, dum causam tāti sceleris quæreret, dum se tādem cancellatis manibus sub his verbis deo & Ecclesiæ commendaret, inquires: *Deo me reddo talium iniuriarum vindici, & libertati sanctæ matris Ecclesiæ*, vnus eorum inter hæc verba, gladio percutiens caput eius, cum in choro propē altare stantem crudeliter excerebrauit: alius verō eius corpus in eodem momento mucrone transfodit à tergo. Quidam autem ex famulis ipsius Ecclesiæ, qui conatus fuerat eos impedisse à tanti sceleris perpetratiōe, pre-

10 cando atque monendo ne verendum illud templum miraculosē ab apostolo rum principe dedicatum, & hætenus impollutum scēdarent, cuiusdam frameæ

20 mox in ipso loco per latera traiectus interiit, vt credimus martyrio coronatus. Dicti verō ministri sceleris non contenti aut satiati, tot execrandis maleficijs, ipsius Roberti Haule cadauer examine per pedes arripiūt, & illud horrendē trahentes per sacratissimum locum chori, ac per ecclesiam, eius sanguine siue cerebro cuncta scēdātes, demū irreuerenter foras eijciunt, vtpotē deliræ debacchantes, quæ nec timuerunt deum, nec hominem reuerentur. Sic verō prophianatum est sanctuarium, luget Syon, Sancti Petri sacrarium sedet in tristitia, regum receptaculū, domina ecclesiarū facta est in opprobrium & derisum, viē Syon lugent, quia omnes portæ eius destructæ, sacerdotes eius gemētes, & ipsa oppressa amaritudine, facti sunt hostes eius in capite, inimici illius locupletati sunt, quia dominus locutus est super eā: Et quid locutus est dominus? prædixit vt à senioribus nostris audiuius, istud facinus prædixit & vindictam deferendā ob necem sancti Thomæ martyris & Archiepiscopi Cantuar. donec sacrarium VVestmonast. humano sanguine scēdaretur timenda est vindicta, rogandus est dominus vt fiat pax & veritas in diebus nostris.

30

Peracta apud VVestmonasterium cæde prædicta, pastores ecclesiæ congregati, aliquandiu dubitauerunt quid faciendum foret, vtrum videlicet metu materialis gladij, gladio spirituali percuterēt, vel omninō renūciarent potestati & viribus sancti Petri: tandē (quāuis tardē) concepta audacia, Metropolitanus pontifex cum quinque suffraganeis procedit in publicum, & terribiliter fulminauit excommunicationis sententiam in omnes qui huic nephario operi interfuerant, vel qui illis cōsiliū impenderant aut iuuamen: præcipuē autem & nominatim in dominū Alanum Buxhul, & dominū Radolphum de Ferrarijs, qui horum malefactorū fuere capitanei & ductores, demū tamen regem & matrem eius, necnō & auunculum ducē Lancastriæ ab hoc anathemate specialiter exceperunt. Londoniensis verō antistes apud sanctum Paulum, dominicis ferijs quartis & sextis, in dictos malefactores diu prædictam continuādo sententiā terribiliter publicauit, vndē factū est, vt plures ex illis tam terribilis fulminis adustione perculsi, citius pœnitendo ad pacem ecclesiæ se conferrent.

40

Cædes perpetrata in templo Westmonast.

Prima executio per episcopos in malefactores.

*Dux 42 gerat
sibi inuidian.*

Pactum est per idem tempus consilium apud VVindesfor, ad quod dux Lancastrie cum ceteris qui eum ad mare (vt superius dictum est) comitati fuerant, iam post exhaustam pecuniam & nil gestum prosperè redierat, vt ore communium dicebatur. Dum igitur venisset & audisset de tam terribili fulmine indies ab ore missio Londoniensis præsulis, egrè tulit, & præcipuè autem abhominari se dixit tantam in eo proceruiam, qui cum litteras regias supplicatorias accepisset, vt desisteret, vt differret publicationem prædictæ sententiæ, ipse nihilominus Regijs contemptis precibus, perseuerasset in pertinacia præconcepta. Et maius absurdum asseruit inuitatus à rege ad idem cōsiliū venire, superbè contempsisset. Quapropter affirmavit, si rex iuberet, se velle properare Lōdonias, & illum contumacē episcopū, inuitis Londoniensibus (quos ribaldos vocabat) violenter ad consilium adducturum. Præterea dicebantur omnia quæ sceleratè gesta retulimus apud VVestmonast. eius iussu & conuiuentia perpetrata, vnde commota sunt corda multorum & ora ad male sentiendum vel loquendum de persona sua.

*Parliamentum
Glouerniæ.*

Circa festum sancti Lucæ Euāgelistæ factū est parliamentum apud Glouerniam, instigatione quorūdam peruerforum, qui semper aliquid noui molebatur incommodi sacerdotio siue regno, & ea causa quammaximè, quia credebantur episcopos & plebem regni communem, necnon & Londonienses minus audere resistere vel cōtradicare votis eorum in partibus tam remotis. Nempè retulit fama vulgaris, quod inestimabili summa pecuniæ decreuerant regnum mulctasse, ac etiam sanctā ecclesiam de pluribus possessionibus spoliasse, si fuissent suum peruersum propositum consecuti. Et idcirco locum illum elegerant præmeditato facinori, ne Londonienses, si Londonijs fuisset parliamentum prædictū, sua auctoritate vel potentia eorum conatus vllatenus impedirent. Sed ipse consiliū eorum dissipauit qui perdit sapientū sapientiam, & prudentiam prudentium reprobāt solo nutu. Reuera cor archiepiscopi & ceterorum episcoporum, vt creditur, à domino confortatum & visitatum est, & tam firmiter solidatum, vt decernerent inter se nihil concedendū, quod in præiudiciū ecclesiæ vel damnum aliquod redundaret, quorū consilio maligno non latuit. Quare ipsi verentes parī repulsam cum dedecore, se in lucis angelos transformarunt, nihil pro tunc omnium quæ decreuerāt temptaturi, sed vniuersa facturū quæ ipse Archiepiscopus & suffraganei pro tunc vel discernere vel iuberent. Ne autem omnino nullum damnum inferrent patriæ, hoc egerunt, vt regi de quolibet sacco lanæ per annum præsentem vna marca à mercatoribus penderetur, & de qualibet argenti libra rerū venalium, quæ de vltamarinis partibus aduehūtur, & ab emptoribus cōparantur, sex denarios regi persoluēdos cōsuerūt.

*Nunciij Papæ
nouit.*

Ad idem parliamentum venerunt solēnes ex Italia Papales nunciij, petentes succurri domino Papæ in arcto constituto per regem & magnates, declarantes iniurias & damna, quæ idem dominus Papa pertulit insolētia apostatarum Cardinalium, qui nitebantur eundem cum vniuersa ecclesia subuertere & infirmare. Venerunt & nunciij eorundem Cardinalium, afferentes litteras decem signatas sigillis, petentes & ipsi auxilium præstari Cardinalibus, allegantes fortiter pro eisdem. Sed domino deo fauente qui cuncta iustè disponit, repulsi sunt apostatici, & admissi Papales, prōmissumq; subsidium domino Papæ grātaret quam citò tempus exigeret oportunū. Cantuariensis nempè Archiepiscopus perpendens publicā falsitatē & errorem manifestū per scripta eorundē, in quo idē cardinales voluntariè versabantur, & execrans eorū actus sceleratos vehementer, spiritu Dei subito agitatus, cepit hoc thema: Vnus erit pastor noster. Nam inuenit in eorum litteris electionem factam de illo Apostolico, & ita lu-

Et ita luculenter illorum populo declarauit errorem, & per multa argumenta, & præcipuè per eorum dicta propria, vt omnibus constaret illorum malitia, & error innotescat execrandus. Abierat tunc quidam à Cardinalibus, qui quondam fuerat Ambianensis episcopus, iussu venerandæ memoriæ Papæ Gregorij supradicti, ad sedandum quasdam dissensiones apud Pysas, quæ ortæ fuerant inter Papam & ciues eiusdem vrbis. Qui audito de morte Papæ Gregorij, & de electione noua facta, tunc quidem ibidem morari decreuit donec noua reciperet à fratribus aut à Papa. Quod & factum est. Sed exposit in breui apicibus accitus Apostolicis, properauit ad curiam mandatis Papalibus pariturus. Post
 10 cuius aduentum cum nouus Pontifex intrasset consistorium, cepit ethicè tractare de multis, & inter multa disputare contra Cardinalium auaritiam, qui fuluo corrupti metallo, aut exæcati pecunia, plus venabantur argentum quam pacem gentium ad quam missi fuerant inter regna reparanda.

Ambianensis autem amplius publicè detestabatur & condemnauit perfidiā, imponendo sibi cum sæpius missus fuisset à Papa Gregorio prædecessore suo, vt quoquomodo pacem inter Angliæ & Franciæ regna firmaret, & ipse inestimabiles auri & argenti summas pro labore sui itineris iussu Papæ de utroque regno cepisset, omisso suæ legationis officio, non curauit paci providere regnorum, sed potius elaborauit vt dissensiones & odia continuarentur inter reges
 20 diutius, vt dum ipse sæpius descenderet taliter sub umbra firmandæ cōcordiæ, rediretquè multotiens, infecto negotio, suo prouideret vberius infando marsupio de malè quaesita pecunia releuata de Christi patrimonio utroque regno sophisticè spoliato. Ambianensis verò his auditis, in furore mentis erexit se cum indicibili fastu, & in propatulo extento digito domino Papæ hæc verba furiosè respondit. Tu (inquit) tanq̃ Barrensis mentiris. Et mox relicto consistorio cum contumelia recessit à conspectu Papali. Quem illico secuti sunt plures à
 30 Cardinalibus qui parti suæ fauebant, vel consimilia scelera obligabant. Quos omnes dominus Papa confestim suis priuauit titulis, & alios ordinauit numero viginti nouem diuersorum regnorum, homines excellentiorum dignitatum, utpotè Archiepiscopos, Episcopos, Archidiaconos, inter quos & Londoniensem de regno Angliæ censuit eligendū. Cardinales igitur Apostatici guerram apertè contra Papam ausi sunt suscitare, & ipsum & sibi fauentes persequi vsque ad diuisionem corporis & spiritus statuerunt. Et vt eorum conatus ampliora sortirentur robora, eligunt quendam altis ortum natalibus in Papam ex Gallia, qui ipsi Francorum regi & pluribus ex Franciæ magnatibus linea consanguinitatis erat iunctus: amplius autem ad diffiduciandum dominum Papam hanc eidem Epistolā plenā minis & terroribus transmiserunt.

Episcope, præbyteri, & diaconi, cardinales apostolica sede vacāte, Bartholomæo quondam Archiepiscopo Barrensi spiritum consilij satioris. Exigit
 40 sanctitas, & catholicæ fidei puritas, & christiani populi deuotio salutaris, totiusquè ecclesiæ status clara professio ac salus animarū Christi fidelium singularis, vt ea quæ dissimulatam in fide maculā, subuersionē in Christicola populo, status Ecclesiastici enervationē, ac euidentia animarum pericula inducerent, palam notificentur omnibus, & annuncientur in populis, & iuxta doctrinam euangelicā super recta prædicentur, ne per indiscetum silentium in errore relinquatur hi qui poterant erudiri, achij ad quos ex officio pertinet subiaceant reprehensioni prophetæ, dicentis: Prophetæ & prædicatores tui videbant tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad poenitentiam prouocaret. Cum igitur Apostolica sede vacante, per obitū pię recordationis domini Gregorij Papæ vndecimi, qui mēse Martio proximo præterito in vrbe diē clausit ex-

*Cardinalium
 Incepit
 à Papa.*

*Furiosa respo-
 sio Cardinalē
 à domino
 Papa.*

*Epistola erro-
 nea Cardina-
 lium apostolice
 sede vacante.*

tremum, nos pro electione futuri pontificis (ut iuris & moris est) celebranda, in conclaui ad hoc in apostolico palatio, in quo idem sanctæ memoriæ dominus Gregorius obierat deputato, couenissemus, populus Romanus etiam ad campanæ sonum congregatus hostili more locum totum circundans, abintus & ab extra totum ferè implens palatium, & cum terrore vehementi minas etiam superaddens, quòd nisi elegerimus & sine mora Romanum vel Italicum, statim incideremur per frustra. Etiam congruo spacio, omnes in quo saltem de persona idonea deliberare possemus, penitus nobis substracto contra voluntatem & propositum nostrum ad eligendum Italicum, subito & ex abrupto per violentiam & metum corporis coëgerunt inuitos. Propter quod, ad euitandum 10 mortis duntaxat periculum aliàs non facturi, ut etiam tunc palam inter nos diximus, te in Papam duximus eligendum, æstimantes te, cui tam infanda impressio, sicuti & toti clero & populo nota erat, talis esse conscientia, quòd eam nullatenus acceptares. At tu propriæ salutis immemor, omni pura conscientia procul pulsa, ambitiosus aliàs, mundani honoris ardore quammaximè inflamatus præsentatione electionis huiusmodi, ab illis qui à nobis in vrbe remanserant, etiam per metum extorta contra canonicas sanctiones in scandalum maximum cleri & populi Christiani, ac exempli pernitiem electioni huiusmodi, licet nullæ & inualidæ ipso iure cōsensisti. Necnō metu & ipsius metus causa adhuc proculdubio perdurante in vrbe intronizatus & coronatus de facto, 20 te in Papam nominasti. Qui à sanctis & sapientibus patribus, & à iure communi apostolicus anathematizatus, Antichristus & totius christianitatis inuasor ac destructor potius & merito nominaris. Nempè igitur cum ista tua tam nephāda intrusio in papatu iam sit diuulgata per orbē, veluti tā notoria, quòd iā alicubi celari nō potest, cū hoc tēpore videlicet modicū ante pascha factū fuerat, quādo de vniuersis partibus Christianitatis maior adest populi multitudo in vrbe, quòd errores plurimi pululare inceperūt, & fidelium Christianorū illaqueari conscientia, tuq; diuini expectatus, & in secreto charitatiuè admonitus immemor salutis propriæ, totū in præcipitiū cupiens trahere clerū & populum vniuersum, ad hoc redire non curas: sed inanē & transitoriam mundi gloriam, 30 salutem animæ, & aliorum Christi fidelium anteponeas, animo obstinato satagis ipsum papatum tyrannide possidere, qui per ostium nō intrasti. Nos non valentes præmissa saluis cōscientijs amplius sub dissimulatione transire, ad tuam & aliorum Christi fidelium noticiam, omnia præmissa, licet ipsa tam sibi quàm penè toti clero & populo existant notoria, deducentes te anathematizatum ac tanquam intrusum ad papatū, nulla electione canonica præcedente, totius christianitatis inuasorem, qui caput ipsius christianitatis invadere non formidas, destructoremquē qui ut sub tua occupatione tyrannica efficere satagis, ut ferè Sacramenta deficient, & ut Christicola populus tanquam vero pastore carens per abrupta deducatur in deuium. Publicamus & etiam denunciamus te 40 nihilominus exhortantes & obsecrantes, per viscera misericordiæ Iesu Christi, cuius Ecclesiam sponsam suam non erubuiisti invadere, ut de fine cogites, ad quem te trahit plenitudo dierum, ad deum & puram conscientiam dirigas aciem mentis tuæ. Ipsamque beati Petri sedem sanctissimam, quam sine titulo occupas, liberam & vacuam omninò dimittas, insigniaq; deponas papalia, & ab administratione spiritualium & temporalium, papatus & Romanæ Ecclesiæ abstineas indilatè, ac alias Deo & ecclesiæ suæ sanctæ per fructus verę pœnitentiæ satisfacere studeas iuxta posse. Quod si feceris, gratiam Dei & gloriam mundi, & laudes cleri & populi, ac acerbarum pœnarum per iura canonicatibi impositarum ac imponendarum remissionem cum vniuersa diligentia mereberis

mereberis obtinere, aliter indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli, sanctorumque omnium non immerito incurfurus. Nosque diuinū & humanum cōsiliū cum Christi sponsa & omnium Christianorum quorum mater parte procū dubiō violatur inuocabimus, alijsq; utemur remedijs per canonicas sanctiones concessas abinde, & antea nullam spem de misericordia habiturus.

Hanc ergo epistolam plenam veneno & malitia, idem cardinales schismatici dolose confinxerunt, & eā publicē domino Papæ (vt supra retulimus) trāsmiserunt, desiderantes per eandem commune vulgus & innocentem populū
 10 à vero pastore suo fraudulenter auertere, & in fauorem eorum talibus inclinationibus inclinare. Vnde ipso elaborante qui nostris gaudet in periculis, & Ecclesiæ latatur perturbationibus & procellis inimico homine, qui solet puro tritico superfermare zizaniā, multi seducti ipsarum doctrinarum sequeretur errores in breui ex discipulis facti magistri, vtpotē potentes Francorum cū ipso eorum rege, & alijs qui nō parum nauiculam Petri, sponsam Christi, matrem Christiani populi perturbarunt hoc modō suis ministris mille artifex viam prouidit qua desiderium eorum attulit eis, & non sunt fraudati à desiderio suo saltem pro tempore, quo sponsus ecclesiæ Christus Petri nauiculam inter tot fluctuum perturbationes agitari permisit.

20 **V**niuersi Christi fideles, suo sacrosancto charactere insigniti, super firmam petram fidei sic fundati, vt manuteneat domino, & nostrę sanctę fidei irrigante radicē, nullo turbine hæreticę seu schismaticę persuasionis extirpare poterimus aut euertere Iohānē episcopo Prænestino, Gulielmo titulo sancti Stephani in Celio monte. & c. nō prout nobis scribitis miserationē diuinā sanctę
 30 Romanę ecclesię Cardinalibus, immo sup vos maledictione fulminante, lupis rapacissimis totius gregis Christi inuasoribus, ac vulpibus callidissimis vineam domini Sabaoth cupientibus demoliri, non salutem sed languorem, non gaudium sed mœrorem, & indui sicut duploide confusione vestra. Tenor insipidus litterarum vestrarū, quas instigante diabolo, per omnes & singulas Christianitatis prouincias temerē destinastis, corda & intima quæq; nostra sauci-
 40 uit, non inquam fidei nostrę latione, sed pia cordis compassione de tam horrendo scandalo in ecclesia sancta dei nouiter suscitato, verūtamen de vobis per quos scādalum venit. Nam pallida facta est matris Ecclesię facies, pallore nempe turbationis immensa, & ex errore scelerum vestrorum à sæculis inaudito, qui putabamini esse legis emulatores, sed estis sacrilegij, rubor verecūdiæ interdum conspergitur, dum ex vestris actibus scandalosis fines totius Christianitatis vruntur. O vestra detestabilis & infelix ambitio, qui tunicā domini inconsumibilem, quam fors beatā vestrę dispositioni non annuit, scindere nititur, & partiti, quę diuisionem non patitur, sed congaudet potius vnitati. Serui
 nequam, ex ore vestro iudicandi modum electionis summi Pontificis nuper celebratę nobis per litteras vestras declarastis, dicentes, quod conclauē vestrū vallauit armatorum indomita multitudo, minas vobis facientes terribiles & lethales nisi eligeritis Italicū vel Romanū, nullam tamen certam vobis limitando personam ad quam compellerent eligendam.

Manifestum est igitur quod personam quam vos conceditis elegisse libere & non coactē, & sic quantum ad personam à vobis tunc electam tenemus firmiter, & tenebimus ipsam electionem esse & fuisse ritē & canonicē celebratam, & ipso electo, inthronizato, & coronato tanquam sacrosanctę ecclesię vero capiti, & Petri successori, & in terris Christi vicario fideliter adharemus, & ipsius monitionibus, & dictis, & factis vt veri fideles & catholici humiliter

Responsio episcoporum catholicorum ad litteram pseudocardinalium.

*Innoctio
conferat*

permittimus obedire, vestram perniciosam rebellionem & sacrilegam ac hæreticam contumaciam, in exemplum damnabile non trahentes. Detestemur insuper vestram vecordiam, qui cum in acie ecclesiæ sitis constituti velut pugiles & oppugnatores orthodoxæ fidei, & ecclesiæ libertatis capillos in capitibus rubeos comportantes, ob signum strenuitatis & audaciæ, quod intrepidè vsque ad mortem certare pro iustitiâ deberetis, quomodo metus mortis vos inuasit & vicit, vt perire iustitiâ sineretis, quomodo qui vos columnas ecclesiæ nominatis, facti estis & infirmi & debiles, vt sustinere nō possētis teclum quin rueret. Nūquid affuit ibi Sampson, qui longè prius obierat. Sed dicetis fortasse ad excusationes in peccatis, quod Petrus petra fidei, & post Petrum Christum primum 10 Ecclesiæ fundamentum ad vocem ancillæ hostiariæ expauescens ipsum Christum detestando & iurando negavit. Cuius infirmitatis vos estis particeps & sequaces, Genimina viperarum, callidi serpentes veneno nutriti, si amaram gustatis herbam, gustate similiter dulce ē & suauem. Et post capitis vestri damnabilem negationem redite cum Petro ad confessionem. Verum verbum hoc seminamus super Petram, cum vestra detestabilis obstinatio, inde proditoris vos efficiat participes & cōsortes, cuius iniquitas residet super talentum plūbi. Cæterū non existimet vestra stulta cecitas & caeca stultitia, quod illa verba, quæ interdū in vestris literis vidētur sapere pietatē & zelū domus dei, nos cōmoueāt vel quicquā vobiscū consentiendo persuadeant, satis enim luculenter perpendi- 20 mus, quod ipsa verba fermento Phariseorum conduntur, à quo in euangelio Christus suos cauere præcepit. Locum ergo quē elegistis vestris sceleribus perpetrandis idoneum vobis nominatis, ostendentes clarè vos verum caput ecclesiæ reliquisse, & effectos membra diaboli in desertum abiisse cum Iuda proditore, vbi vosmet ipsos estis laqueo suspensuri, vt de vobis verificetur id propheticum: Fiat habitatio eorum deserta, & in habitaculis eorum non sit qui inhabitet. Et iterum de singulis vestrum dictum est: Fiant dies eius pauci, & Episcopatum eius accipiat alter. Præterea comitis fundorum claram famam vestris commendationibus in toto Christicola populo denigrastis, cum dicat poëta. Idem est laudari à turpibus & ob turpia. Animaduerte igitur fundorum 30 comes, quod per quamplures Christianorum fines eras incognitus, & eo infelicius præsertim, cum iam tibi non nomen sed ignominiam perquiris, inimicos Christi & vnitatis ecclesiæ diuiores, ac pacis & tranquillitatis totius christianitatis turbatores inuitando, eos in ipsorum detestabili perfidia confouendo, vt etiam contra Christum & populum catholicum edificasse videaris asylum. Exurge ergo o comes, & mures de pera proicias, de tabernaculo tuo fuga serpentes, & carbones sulphureos à sinu tuo excute, ne flamma inextinguibili te exurant, & dei gratiā & benedictionē totius populi Christiani, gloriā mundi & cōmendationem adipisceris, & diuinam mereris effugere vltionē. Dat. &c.

*Captio castri
de Berewico.*

Circa idem tempus, videlicet die Iouis proximo ante festū Sancti Andreae 40 apostoli, latrones de Marchia regis Scotiæ furtiuè intrauerunt castrum de Berewico noctanter, per quoddam foramen cuiusdam turris, & constabulariū dicti castri Dominum Robertum de Boynton militem strenuum ibidem imparatum inuenientes occiderunt. vxorem verò eius & filios, ac etiam familiares alios exire permiserunt, sub conditione reddendi eisdem duo millia marcarū infra tres septimanas sequentes, vel aliā, reddendi eorum corpora custodiē carcerali. Deinde in crastino, idem vespiliones exeuntes patriam conterminā peruagantes, oues & boues & diuersi generis animalia rapuerunt, & ad castrū pro eorū victu perduxerunt. Sperabatur autem à multis, quod hæc facta sunt consilio & fauore procerum regni Scottorū. His auditis, dominus comes Nor-
thum-

thumbrorum animosè ad obsidendum dictos malefactores aduolat, & absque mora (adunatis quasi quadringentis armatis) insultum facit ad castrum, deterrens inclusos insuper cum petarijs & alijs machinis bellicis per longam moram. Collocauerat autem idem comes semetipsum & filium suum primogenitum Hericum, qui primo tunc suum vexillum displicuit, ad magnam portam ipsius castelli. Dominum verò Alanum de Heton, cum suis ad aliam partem, dominum Thomam de Ilderton cum suis ad aliam partem, & vniuersos de familia de Herones ad quartam partem. Et adiutorio altissimi inuocato, insultum fecere unanimiter quilibet in sua custodia contra muros. Nec defuit inclusis animus, quin fortiter & viriliter repellerent Anglos insistentes contra eos, & arcerent eos ab ingressu amplius quam per duas horas. Tandem post magnum longumque conflictum, fortuna nostrabus arridente, captum est castrum miraculosè quidem, quum omnes quos diximus resedisse in circuitu eius, domini simul & semel intrauerunt, quilibet videlicet in ea parte quam ceperat expugnandam. Occisi sunt ex Anglicis tantum duo, & plurimi vulnerati. Ex Scotis verò ad numerum quadraginta & octo contriti sunt gladioque consumpti, vno tantummodo ad vitam reseruato, qui Scotorum consilia ediceret nostræ genti: sicque operarij iniquitatis ceciderunt (sauente deo) in foueam quam fecerunt, & penè omnes malefactores Marchiæ contriti sunt superbia sua repente, qui putabant ex hoc vno successu Anglis exterminium irrogasse. Cum utique primò eorum irruptio in dictum castellum comiti Northumbrorum nunciata fuisset, misit ad comitem de Dunbarre, qui est custos Marchiæ ex parte Scotorum, inquirens si eius consuetudine vel consilio fuissent treuga taliter violata, & hæc omnia perpetrata. Qui affirmavit se nullo modo horum conscium extitisse, nec istam iniuriam præsciuisse, quinimmo promisit se velle communiter cum comite Northumbriæ ad locum properare, & quantum in ipso foret auxilium impendere ad extorquendum ipsum castrum de manibus perfidorum. Veniens autem iuxta conductum, requisivit eos virtute treugarum, ut redderent castrum (quod iniuste occupauerat) regi Angliæ vel comiti Northumbriæ, seu attornato regi. Qui more gentis eorum responderunt tam breuiter quam procaciter, se nullatenus regi Angliæ castrum illud nec regi Scotiæ reddituros, quinimmo seruarent illud vsibus regis Franciæ contra omnes homines quamdiu viueret, quod & opere compleuerunt. Nam octo diebus seruantes illud, nono die (vs prædicitur) gladio perierunt.

Rex Francorum eisdem diebus coacto parlamento Parisius, proceres Britannici qui adfuerat, iurare compulsi ad reddendum villas munitas & castella quæ habebant in manibus, sibi vel eius assignato, quâdocunque placeret eidem regi petere ab eisdem. Nolentes autem quosdam se astringere huiusmodi iuramento, mortis interminatione deterruit, & iurare coegit multos. Britanni vero post dictum Parlamentum festinantes ad propria, munierunt sua loca, comportantes frumentum & cætera necessaria ad instaurandum castella sua. Rex autem Franciæ paulò post misit Bertrandum Cleykin cum exercitu copioso, ad extorquendum præfatas munitiones de manibus Brytannorum, & imponendum Francos suos. Sed Britones non ignari de aduentu eorum restiterunt eis viriliter, arcetes eos à finibus Britannici cum armata manu valida, & retrocedere compulerunt. Et hac occasione facta est dissensio inter regem Franciæ & Britannos. Transiit annus iste letus & habundus victualibus: Ecclesiæ perturbatus propter errores exerescentes in clero: Tristis propter mortem Papæ Gregorij, Angliæ, Franciæ, atque Scotiæ: Britanni suspectus, molestus, & inquietus, propter motus varios & euentus.

De dissensione inter regem & Britones,

Annalis continuus.

1375
A Nno dominicæ incarnationis millesimo trecentesimo septuagesimo nono, qui est annus regni regis Richardi secundi post conquestum secundus, eodem anno dominus Robertus Rous, miles egregius & custos villæ de Scherburgh, postquam Gallicos pluries infestasset, & cepisset Oliuerum fratrem Bertrandi Cleykin, & alia multa regno Angliæ fecisset vtilia, reuersus est in Angliam, & missus est ad custodiam illius loci Dominus Iohannes Herleston.

*Hugo Caluer-
lee à Calesia res-
uocatur.*

Dominus Hugo Caluerlee per idem tempus vocatus est à Calesia, quam strenuè custodierat, ad totius Angliæ commodum & honorem, & factus est Admiralius maris. Et dominus Thomas Percy associatus est ei ad obseruandū semitas maris per vnum annum. Dominus VVilhelmus de Monte acuto co-
10

*Alia Hugo-
nis Caluerlee
& Tho Percy
in mare.*

Eodem tempore dominus Hugo Caluerlee, & dominus Thomas Percy profecti sunt ad mare cum magna multitudine armatorum, qui Britannicum per-
 scrutantes Oceanum, obuiauerunt septem nauibus onerarijs, & vni naui
 bellicæ, onustis vino, quas leui negotio subactas ceperunt & Bristolium trans-
 miserunt. Quum autem circa litus maris Armorici peruenissent, exierunt de
 hominibus dictorum Hugonis & Thomæ ad depradandum patriam conui-
 cinam. Quidam verò miles nomine Galfridus Cormel in insidijs delitescens, *20*
 cū magna manu bellicorū hominū irruit in eos improuisos insidiarum talium;
 & cepit quotquot ascenderant super terram. Mandauerat tamen suis ne cui-
 quam nocerent ex ipsis, sed captos illæsos omninò seruarent. Quod & factū
 est. Igitur dominus Galfridus sumens homines quos iure belli ceperat, prope-
 rauit ad dominum Hugonem Caluerlee sub conductu, & reddidit sine redem-
 tione homines supradictos, promittens, si idem dominus Hugo vellet in re-
 gionem ascendere, multum placeret dominis & habitatoribus ipsius terræ, &
 quod ipsi parati fuerunt ad liberandum sibi villas munitas & castella, si tamen
 vellet morari ad regionis custodiam. Obtulit insuper idem Galfridus nomine
 principum regionis sibi victualia, & mille equos exercitui suo, si placeret ei per
 patriam equitare. Sed idem dominus Hugo, quoad equitationem vel moram
 excusans se, dixit aliud se habere opus cōsummandū quod susceperat, nec posse
 vacare pro tunc villo modo, ad satisfaciendum votis eorum. *30*

*Archiepisco-
pus Cassiliensis.*

Sub eisdem diebus venit à Roma Archiepiscopus Cassiliensis Hibernicus, qui illuc missus fuerat vrgentibus quibusdam causis, reportans magnam pote-
 statem ligandi & soluendi indultam sibi ab Apostolico. Cum autem venisset
 Londonias, habito sermone ad populū, denunciavit regem Franciæ, & quot-
 quot Antipapæ adhærebant inuolutos excommunicationis sententiā, asseuerans
 etiam iam Angliæ fore tempus acceptabile tam in causa regis Angliæ ad in-
 vadendum regnum Franciæ, præsertim cum esset verisimile quod rex anathe-
 matizatus non haberet fiduciam resistendi. *40*

*Proclamatio
contra Papā.*

Circa idem tempus rex Franciæ fecit proclamari per vniuersum regnum
 suum, quod nullus pareret vel obediret Urbano Papæ. Quod si aliquis at-
 temptaret decollandum se nosceret, & omnia bona sua Regijs vsibus con-
 fiscanda.

*Parliamentum
Londin.*

Eodem anno factū est parliamentum Lōdonijs, in quo fuit ordinatū, quod
 immunitates & priuilegia ecclesiæ VVestmonast. illibata manerēt, sed apposi-
 ta est modificatio satis rationabilis atque vtilis super impunitate illorū, qui pro
 debito illuc essent de cetero fugituri. Nam cum prius quidam quibus erat su-
 perabundans substantia ad reddendum quibus obligatur debita, scrupulosam
 sibi

sibi formantes conscientiam, illud fugerunt, ibidem latos ducētes dies in commellationibus & conuiuationibus, quorū bona seu possessiones eadem gaudebāt immunitate ubicunq; locorum sui essent, qua ipsorum domini existentes, intra libertatem VVestmonasterij fruebantur, ac per hoc nonnunquam hi quibus debebantur pecuniæ defraudabantur nequiter & depauperabantur, dum eorum debitores commorantes ibidē, vel omninō recusabant soluere quæ debebant, vel quibus debebant, dimidiū pro toto recipere compellebant, & ita (ut diximus) semper pars iustior iniuste grauabatur. Statutum est, ut Ecclesia quæ iusta debet vniuersa disponere, iusticiæ non præiudicet, sed sicut illa suis debet gaudere priuilegijs, ita debet omnem iusticiam adimplere. Quapropter ordinatum est, ut pro debito confugientes ad libertatem VVestmonast. si actor hoc expetierit preconis voce, facta proclamatione in loco vbi est verisimile quod talis proclamatio debet venire ad audientiam debitorum, moneantur parere iusticiæ. Quod si noluerint, extunc liceat ministris regijs inuestigari bona debitorum, vel intrare possessiones eorūdem, & venditionē facere de bonis seu possessionibus talium, donec plenē creditoribus persoluatur. Item cōnuētibus quibusdam qui semper aliquid incommodi nunciabant, ordinata est noua taxa ad opus regis, parcendum enim decreuēre communibus qui exactionibus præteritis penē depreſsi fuerant. Duces videlicet Lancastriæ & Britannia soluerent 20 viginti marcas, scilicet quilibet eorum decem marcas, Archiepiscopi verō tantum. Comites autem sex marcas, Episcopi quoq; & abbates mitrati tantum, nō obstante quod Abbates tenerentur soluere pro singulis capitibus monachorū suorum. 40. denar. In quo de certo patet manifestius eos bono modico caruisse, qui talia statuēre, dum quilibet pauperrimus abbas pro cornibus suis teneretur soluere tantum sicut ditissimus comitum vel Episcoporum, & vltra pro Monachis suis donec excederet taxam dictam. Nullus præterea iusticiarius, vicecomes, miles, vel armiger, rector, vicarius, vel simplex capellanus subterfugiet hanc taxam, sed si habitura sit euenus sordida præda bonos, deus nouit.

Hoc anno post Pascha domini Urbani Papæ milites cum Romanorum & *Bellum Papæ* Italicorum exercitu inierunt bellum aduersus Antipapæ exercitum, qui dicit se *contra Antipapam* Clementem, & aduersus Britones qui omninō fauebant eidem: & celsit nostris *papam*. victoria fauente deo. Occisique sunt ex antipapalibus quinque millia, siue plures, ex cōmunibus exercitus & campi milites sexaginta, cum eorum campi ductore Bernardo Delsale. Quod audiens, non Clemens sed penē demens factus antipapa, cōcito fugit, ad quoddam castrum regina Neapolis, quod vocatur spelunca, ibidem latitans, & in terra comitis fundorum donec furtiuē transuectus est à schismaticis Auinion. Sperabat nimirum in vmbra alarum regis Franciæ, quem nouit parti suæ fauere, & idcirco illum locum pro maiori securitate censuit expetendū. O detestanda, prophana, damnāda, non ignorantia sed malicia huius regis, qui non ignorat quā iniustus, quā inualidus, quā vilis sit titulus huius pseudopapæ, & tamen non solū in perniciem animæ suæ, sed multorum damnationem & interitum, & totius ecclesiæ submersionem nititur tale idolum adorare, colere & exaltare. Constabat utique sibi quod non intrauit per ostium, sed ascendit aliundē, videlicet per maceriam, & idcirco damnabilis eius fauor omnibus fidelibus esse videtur. Susceperat equidem epulas eiusdem post electionem Urbani Papæ de eius electione concordī, de eius intronizatione, solio, & alijs quæ verum Petri successorem decerent, vnde nihil aliud videtur facere, nisi talibus consentire qui dicunt verum falsum, & falsum verum. Audierat insuper sicut nec eum latere poterat, Epistolas quas idem de gressu Urbani Papæ suo consanguineo comiti Flandriæ direxerat, quibus eum

verbis

verbis commendauerat, quorum (effectum etsi nō omninō) tenorem dicam, vt per hæc eius malitia clariùs fidelibus clucescat. Erat siquidem hic antepapa (vt præmisimus) comitis Flandriæ consanguineus, vir & nobilitate generis præclarus, & scientia literarum non minus spectabilis, si genus & scientia ac perfidia minime maculasset. Hic igitur mox vt Vibanus Papa pontificatum est ingressus, adhæsit eidem familiaris ceteris, vnde & eius consilijs specialius est accitus. Quod & compertum est comiti Flandriæ memorato, gauisus est quasi per ipsum multa esset apud Papam facturus & impetraturus. Nec secus accidit quam sperabat. Nam confestim ad ipsum suas destinauit Epistolas oneratas præcibus & promissis, vt quendam clericum sui comitatus, Præpositū videlicet Sancti Donati transferre laboraret ad Episcopatum Mormensem, ac quendam alium clericum de sua familia in Præpositum Sancti Donati faceret promoueri.

*Papa facile
annuit comiti
Flandrensi.*

Quibus acceptis, statim Cardinalis respectu tanti viri consanguinei sui, domino Papæ eius petitiones curauit exponere, nec segnius à Papa quæ petierat impetrauit. Expeditis igitur pro suæ volūtatibus arbitrio Flandrensis petitionibus, cōfestim remisit eidem suas literas, nuncians & suas petitiones auditas, & quā benignum dominū Papam repererat erga suam personam, cōmemorans etiam multa de sanctitate Papæ & iusticia, vnde precabatur obnixius vt & ipse comes esset amicus eius, quem senserat in primis suis petitionibus sibi tam fauorabile, ac insuper in suis literis curaret eidem Papæ ipsum Cardinalem specialiter recom-

*Vrbano Papa
iustitiam dedi-
tus.*

mandare. Quæ omnia idem comes adimpleuit. Exposit verò cum ipse Cardinalis & ceteri de collegio quibus Ecclesiæ perturbatio cōplacebat, viderent Vrbano Papam vt summum pontificem per omnia condecenter agere, contra auaritiam ipsorum disputare, aduersus iniusticias deceptare, & in omnes Simoniacos intrepidè terribiliter fulminare, pœnituit eos fecisse hominem. Augebat insuper furorem eorum quod protestatus fuerat se iustitiam facturum inter virum & virum, & maximè inter reges Francorum & Anglorum, per quorum penè discordias tota Christianitas detrimentum accepit. Fauebant nimirum regi Francorum, eius illecti muneribus, vnde & metuebant ne aliquid salubriter statueret contra eum, per quod vel eorum minueretur commodum, vel eorum opinio penes regem. Hijs itaque & hijs similibus causis descuerant ab eo quasi vir vnus, & istum de quo fit sermo ad instar Baal quod interpretatur vanitas erigentes statuerunt simulacrum suum, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt, & procidentes curuauerunt genua sua ante Baal. Relicti sunt tamen viri aliquot, viri iusti, timentes dominum ex collegio Cardinaliū, qui nō incuruati sunt ante eum, sed cum Vrbano in vnitatem Ecclesiæ permanserunt. Ex quibus præmissis (vt dixeram) manifestè clarescit quantum periculum suo capiti rex Francorum aggerauit, qui hæc omnia sciens, sed dissimulans, nitebatur viribus & substantia totam Christianitatem trahere in erroris abyssum.

*Deditio Cas-
telli Sancti
Angeli.*

Cum hæc ita se haberent, aridire cepit aliquis aura serenior domino Vrbano Papæ populūq; Romano, Domino auferente opprobrium ex Israel, & conterente portas areas, & vestes ferreos confringente. Portas inquam & vestes munitissimi castelli, videlicet sancti Angeli, quod fuerat eis spina in oculo, in latere stimulus, quamdiu antepapales, Britanni videlicet, illud municipium occupauerunt. Britanni reuera ad eius custodiam mox in initio dissidij inter Papam & Cardinales destinati, illud viriliter munierunt, bellicosè gubernarūt, & strenuè seruauerunt, ad eò autem, vt ignominiam Romani populi redundaret, quicquid meditati sunt, quicquid machinati sunt, quicquid deniq; optè complauerunt. Romanorum namq; bona diripientes in castellum comportarunt, loca vicina deuastarūt, & obiecta quæq; scilicet domos & palacia quæ eis nullo modo

modo esse possunt impedimento, machinis, trabiculis missilibus, & petrarys conuaslarunt. Erat ibidem cernere (nescio utrum magis miserandum an dolendum) spectaculum, populum cuius patribus nulla ciuitas, nulla prouincia, nullum regnum, denique nec totus mundus quandoque resistere potuit, iam proprijs finibus ita arctari, ita vexari ab eo, reprobabiliter deturbari à facie mediocris castris, ut penè omnem spem amitteret resistendi, proprijs utique diffidens viribus, quendam Anglicum militem Iohannem Havvkvode in Italia & Lombardiae partibus cum non parua manu militum & armatorum militantem vocandum, vel potius multa pecunia coemendum ad suum auxilium peroptimum fore putauit. Sed Britones qui in castello erant cum hac audissent, tutius rari sunt se occultè domino Papae reddere, quam eius aduentum in sui perniciem expectare. Constabat namque eis Romanos sicut à malitia veterum & probitate exciderant, sic à clementia & pietate quae semper antiquos Romanos victores comitari solebant. Et reuera Romani moderni crudelissimi viri sunt, & nulla pietate praediti, praecipue penes eos quos armis subiugare contingit. Hac ergo causa praecipue coacti sunt Britones occultè cum domino Papa componere, ut saluis corporibus, tamen illæsi permitterentur abire. Dominus verò Papa, ut vir pacificus eorum petitionibus adqueuit. Redditum est itaque castrum domino Papae, sed occultè & in nocte, ne fortè venirent Romani & tollerent ipsum locum & gentem. Constabat autem domino Papae Romanos nullis eorum petitionibus inclinandos, nullis precibus fore flectendos, & ideo dimisit eos occultè propter metum qui oderunt eos. Numerus quidem eorum qui castrum ita tenuerant, qui Romanos velut aspis in sinu afflixerant, vix excreuit ad septuaginta quinq; unde & eos maiori odio perstringebant, cum videbant à tam paucis eorum posse contundi superbiam, & ipsos Romanos amplior rubor confusionis inuasit. Quare (ut diximus) nullo modo salutem eorum consensissent, si dominus Papa pro liberatione eorum Romanorum arbitrium expectasset. Britonibus itaque de castello egressis, & papalibus iuxta cōdictum immisis, per totam noctem aurum & argentum, vasa concupiscibilia, & vniuersa quae vsui Papae prodesse fecit Dominus Papa ad suum palacium comportari. Illucente castrino, senatus populusque Romanus cum comperissent deditionem castelli, occurrilico cum securibus, ligonibus, & omnis generis instrumentis ad diruendum castellum, in vltionem tanti opprobrii accepti per Britones castellanos. Confractum est itaque castellum in ipsa die, & dirutum pro magna parte, & ita Romani de visibili materia crudelem quodammodo cepere vindictam.

Eodem anno stipendiarij qui erant cum domino Iohanne Harlestone apud Scherburg, & maximè hij qui remanserant post recessum domini Roberti le Rous, versi in seditionem dixerunt hanc multitudinem, praesertim cum gallici omnes penè aditus omnes vias concluderint, per quas spes victus esse possit. Dominus Iohannes verò eorum necessitudinibus compassus, eorum lenire cupiens amaritudinem, dixit ad eos. Cernitis cōmilites me eadem necessitate, praesum vobiscum comiter quae vos vrgeri doletis. Et quid est quod ultra facere vobis debeat; decernite quid me vultis facere pro salute vestra, paratum me habebitis siue ad vitam siue ad mortem: cui illi: Est hic (inquiunt) non procul Ecclesia & quoddam molendinum, in quae hostes nostri sua victualia comportarunt, transeamus illuc instructis armis, & expereamus si fortè nobis ardeat fortuna serenior. Melius est enim & honorificentius nobis mori fortiter, quam fame & inedia cum dedecore deperire. Applaudit ille dictis eorum, & nocte sequenti accinguntur ad iter: ad loca ergo praedicta perueniunt, sed ea Gallicis repleta reperiunt. Nec mora, insultum dant acerrimum ad utrumque locum, & fit

Romanorum
mores.

schierburg
quoniam

Acere certamen
inter Anglos
eos & Gallicos
apud Scher-
burgh pro vi-
ctualibus.

Famis vis.

*Bellum inter
Anglos &
Gallicos.*

*Io. Harleſton
comprimitur.*

*Angli victo-
res ſunt.*

fit vtrinq; magnus ſtrepitus, hinc Anglicis certantibus pro cōmuni victu, illinc Gallicis eos viriliter propellētibus, pro custodia vtrarūq; rerum, victus videlicet atq; vitæ. Ibi videres in Anglicis non per ſpeculum vel enigma, ſed facie tenūs, quid fames imperat, quid inedia ſtimulat, dum noſtrates potiūs læthale ferrum hoſtium appetunt, ſaxa libenter ſubeunt, muros alacriter (ſed periculoſè) inuadunt, quàm famis incōmoda ſeipſos tollerare permittunt. Quid multa? pro victu iſtatur audaciūs, pugnatur ardentius, occupant ſamelici ſaturatos, Anglici Gallicos, & captiuos accipiunt prò libito iure belli, redeunt onuſti ſpolijs, gaudent victoria affectata. Sed non diu perſeuerat iſta iocunditas, non longum tenet Vua comas, nec Populus vr̄bras, nam in ipſo itinere obuios habet quosdā 10 ex Gallicis qui bellum eis indicunt, aut captiuitatem omnibus repromittunt. Turbantur Anglici à facie verborum eorum, Gallici redeunt ad ipſos qui miſerunt eos. Nec mora, apparent Anglicis qui delituerant in inſidijs Gallici, vnde noſtrates certiōres effecti de pugna, parant ſe ad glorioſè viuendum aut fortiter moriendum, inſtruunt acies, turmas diſponunt iuxta diſciplinam militaris ordinis, præponunt ſagittarios, ſtabiliunt pedites, & ipſi qui equites fuerant pedites efficiuntur. Gallici ergò videntes apparatus talem, & ipſi ſe parant & mutuis exhortationibus ſe confortant. Deindè venit ad pugnam, manus conſerunt. Sed Gallici multò noſtratibus fortiōres, primo impetu noſtros retrocedere vi compellunt. Interim architenentes noſtris præſidio ſunt, dum denſo ſagitta- 20 rum imbre Francos obnubilant, dum plures vulnerant, & Pluconi commendant. Nec tamen cedunt Gallici, ſed inſtant animoſius, pugnant alacriūs, mortem ſi contingat ſubire pro gloria reputantes. Fit itaque perſonantium grandis tumultus inuicem ſe collidentium, gladiorum galearumq; tinnitus, vnde non mediocriter animantur partes ad res bellicas magis ſtrenuè peragendaſ ibidem. Dominus Iohannes Harleſton Anglorum ductor & capitaneus primus, vel vnus è primis Francos inuadens fortiter, concidens horribiliter, proſternēs in- 30 miſericorditer, & ipſe à multitudine eorum ſe circulantium ſicut apes opprimitur, ſolo tenūs deiectur, pedibus & hominum & equorum cōteritur, & ibidem relinquitur ſemiuivus. Illic cernendum Anglorum animoſitatem & fidē, 30 qui cum ſuum ita deiectum cernerent campiductorem, non cedere, non fugere demum, nec mente concidere, ſed audaciūs & fiducialiūs mortem contem- nentes, in campo proſtrare didicerunt. Dum hæc aguntur, & Bellona pro parte Francorum deſauirer, dominus Galfridus V Vorſelee, miles & manu pròptus & bello ſtrenuus, quem noſtrates ex induſtria ad ſuccurrendum (ſi neceſſitas vr̄geret) reliquerant, improviſè cum turma ſua ſuperuenit, durisſimis armata ſecuribus, & Gallorum ſtationem petit, ipſosq; inuadit, diſſipat & proſternit. Omnes itaque qui conuenerant Anglici cum eodem, viri ſortes, ſcientes bel- 40 lum, eleuatis ſecuribus Gallicos maſtant vt pecudes, dum nullus iſtus effectū careret, nullus feriēdo laboraret in vanum. Quicunq; hoſtem vno iſtu per- 40 cuſſerat, non opus erat vt ſecundum adderet. Cernere erat ibidem fortiſſimas galeas à viris fortibus omnino diſſectas, nonnullas autem ita collaſas, vt omnino vel conquaſſato capite, vel contrito, vnū latuſ adhereret alteri, nulla arte leuan- dum, nulla ratione reformandum ſine diſſolutione totius operis. Affuit etiam & alia turba gacionum & aliorum, qui ad custodiam equorum remaſerant, & ad ſarcinas, quæ videns iam ſtatum belli ex parte Francorum aliquali- ter inclinatum, ſumpta audacia, & aſſumptis inſtrumentis, vel quæ de proprijs habere po- terant vel quæ de cadentibus Francis extorſerant, repētè ex aduerſo ſuper Gal- licos irruunt, & eos duplici contritione conterendo, dum hij iſtac cedunt. Il- luc vt diximus Dominus Galfridus memoratus & ſui ſcun- adducunt,

adducunt, & violentè, immo turbulenter ad deditionem compellunt, occisus primitus plusquam centum viginti, & captis penè prisonibus ad numerum supradictum. Facta est igitur in illa die magna salus in gente Anglorum, & colaudabant dominum omnipotentem, cui nō est difficile saluare in paucis æquè ut in multis. Et reuerſi sunt ad municipium cum magna gloria & spolijs multis, digni per omnia quibus dicatur, Vos estis qui fecistis salutem in Israel, & abstulistis opprobrium de gente.

Eodem anno circa festum Natiuitatis sancti Iohannis Baptistæ manifestata est hominum malitia dolosè diligentium, & consequenter deo volente in do-
 10 losos iusta animaduersione vindicatum. Malitia quidem hominum impiorum fide loquentium, hominum perfidorum Flandrenſium, qui more Samaritanorum Iudeos quondam colentium inter prospera, persequentium inter aduersa, Anglicos vicissim & amant, & odiunt varietate temporis. Hij siquidem & Anglos colunt & diligunt dum constat eos esse superiores, aduersis fortiores hostibus, fortunatiores aduersantibus, solito ditiores, ac cōtra, cū cernunt eis aduersa consurgere, prauales hostes insurgere, miseras crescere, ærumnas augeri, negant consilium, negant auxilium, negant fiduciam, negant notitiam, & postremò ipsi efficiuntur eisdem cunctis hostibus sæuiores: patuit hoc non
 20 semel aut iterum, siue tertio, sed puto infinities, si ab origine gentis eiusdem retexere cuncta fas sit. Patet in præſenti tempore quod nostris damnis sentimus, effectualiter cernimus. Enimuerò cū dominus Hugo Caluerlee, & dominus Thomas Percy ad custodiam maris destinati fuissent, obuia fuit eis bargia quædam Cornubiæ, de Villa de Foivvaye, quæ tam transacto tempore à rege sibi deputato ad maris custodiam ante ingressum dictorum militum Hugonis & Thomæ, consumptis stipendijs domum redire parabat. Quam cum cognouissent idem milites, & causam ipsius redditus petierunt, & qui in ea erant cum eodem vase reuerterentur cum eis, promittens se interim quosdam ex suis Angliam remissuros pro eorum stipendio renouando. Ipsi verò proprijs cessurum commodis arbitantes si quid ex hostium manubijs leniter lucrari vale-
 30 rent, negant se pro tunc reddituros, sed potiùs ducunt se nauigaturos ad propria, & postea nouis victualibus, nouis utensilibus, nouo robore reuersuros. Quid multa? vellicant ipsi versis patriam. Milites cum suis ad maris custodiam & tutelam, cū voluci cursu semoti essent procul ab inuicem, & vtrisque visus & cognitio ablati, obuiam habent Cornubienses quandam nauem Flandrensem, armatis onustam, perfidis repletam, crudelibus refertam, impijs oneratam. Qui cernentes bargiam solam, & cognoscentes nostrum nauigium in alias partes concessisse operi consueto dantes operam, fide profligata, pietate repulsa, sumpta audaciâ, in nostros arma conuertunt: sed & nostrates cernentes rem agi pro capitibus, & ipsi se parant ad viriliter resistendum. Fit igitur
 40 conflictus atrocissimus, nostris pro rebus & vita certantibus, Flandrenſibus contra laborantibus, ne eorum in hac parte perdati dolus & fallitas, si non contingat eos superiores existere seu victores. Sed quid pauci contra multos; fessi contra fortes valerent, siquidem nostri diutina maris experti incommoda, eis erant impares, qui & plures erant, & minimè fluctibus fatigati. Cessit ergo victoria hominibus inhumanis, trucibus & cruentis. Reuera bargiam occupantes, occidunt, prosternunt & demergunt nostros, nulli parcentes, nulli deferentes, nullum deniq; quem fors eorum crudelitati obtulit reseruantes. Occisus tandem (ut arbitrabantur) omnibus, bargiam profundo commendant, ut videlicet eorum fraudulentia, dolositas, & dolosa fraudulentia Anglicis fieret manifesta: supersuit tamen quidam garcio ex eadem bargia,
 V. qui

*Flandrenſes
 perfidis pro
 crudelitate in
 Anglos panderunt.*

*Flandrensiū
piratæ capte
in Angliā.*

qui dum instantissimè vtrinque pugnaretur, cernens nostros perdendos, transie-
rat in nauem Flandrensiū, descendensque in sentinam ibidem latuit, nulli co-
gnitus donec idem Flandrenses portum Anglicum attingissent. Hic ergo per
tres dies sine victu perseverās dum audisset Flandrenses Anglicis colloquentes,
& ydioma suorum agnouisset, repētē surrexit ex profundo navis, fidem & suf-
fragium Anglorum clamitans magna voce, accurrunt Anglici, turbantur
Flandrenses, nulli tamen rei veritas erat nota, sed demū inualecente clamore
res innotuit Anglicis sicut erat. Et mox Flandrenses capti sunt & carceribus de-
stinati, recepturi pro facinoribus mercedem dignam. Navis autem & bona eo-
rum regijs sunt vlibus confiscata.

10

Sed Anglis nunquam damna sola veniunt quin potiū multiplicata concur-
rūt. Accidit Anglis eodem anno graue dispendium & toti insulæ deplorandū.
Nam vir armipotens & bellicosus, prudens & strenuus, Iohannes Clerke, so-
cius & collega strenuissimi militis domini Hugonis de Caluerlee, dum in Ar-
moriam Britannia concessisset, & moraretur in castello ibidem, quædam ga-
lea portum intrauit dicti castelli tanquam naues eiusdem incensura. Videntes
autem hoc qui cum eodem Iohanne erant, mox armati ad vasa concurrunt,
& ipsi defensuri naues ab incendijs vel rapinis. Dictus autem Iohannes (cui
nunquam defuit quod ducem deceret) cernens suos ita grauiter pro rerum de-
fensione concurrere, & ipse leuiter armatus descendit, accurrit nauem, ingreditur,
asserens se velle fortunæ suorum fore socium, siue aduersa futura esset siue
secunda. Qui verò in galea erant, cernentes rem pro votis accedere, nostros sci-
licet persequi incircumspectè, quasi in meticolosè fugiendo nostros lacescunt
iaculis & missilibus donec venirent ad introitum ipsius portus. Et egressis v-
trisque, illis fictè fugientibus, nostris cum ardore sequentibus, mox nostri prodi-
tos se senserunt. Nam repētē se inter quinque galeas qui in insidijs delituerant
conspexerunt. Quid tunc nostri facerent, quò se verterent dubitabant. Tum
subitò Iohannes memoratis sumpta audacia velut gigas fertur in hostes,
hos prosternens, istos repellens, ut ipse solus contra tot sufficere videretur. Mi-
rantur & hostes animositatem hominis & audaciam, & in ipsum solum vires,
mentes, odium, arma, cōuertunt. Interim quidam ex suis eius hortatu portum
reintrant, eius proteſti præsidio, forti defensi brachio, saluati periculo. Ipse tan-
dem cernēs omnes suos posse saluari, eos qui in eius naui erant ducit ante eum,
ipse murus pro illis effectus contra hostes, dum illi terram attingunt, nec prius
fatageret, donec omnes suos cerneret saluos & incolumes terram præoccupasse
ante eum. Demū cum ille nauem relinquere vellet, saltando de naui, cuius-
dam securi percussus in femore corruit & illico captus est. Factum est utique fe-
mur eius illo ictu & tibia ferè à corpore separata, vir spectatæ bonitatis & auda-
ciæ, posteris multarum peroptimè rerum à seipso gestarum monumenta re-
linquens.

40

*Iohānes Clerke
miles strenuus
in femore pers-
cussus corruit.*

*Bargia que-
dam Eboraci
una cum boni-
tatis submer-
sa.*

Ad malorum autem cumulum amissa est eodem tempore & nobilis bargia
Eboraci, quæ dum nimis inconsultè galeas inuaderet, repētē circumualla-
ta vndique à multitudine galearum, capitur à viris eorundem, sed malè gauisi
sunt hostes tanto luero, nam mox ut barbari eam intrassent quodammodo,
& suis & nostris quos captiuos iam tenebant esset impleta, subitò & insperatò
petijt profundum maris abyssi, & demersa est cum vniuersis Anglicis atque
Barbaris qui in eam concesserant, rebusque omnibus quas comportarant in
eam perditis, cum manus confererent nostrates, & hostes in profundo eius-
dem, quod latuit tam nostros quàm hostes, donec effectualiter dispendia vitæ
sentirent, submersione præfata.

Sub

Sub eisdem diebus dux Armoricae Britanniae (quem praediximus vocatum *Dux Armoricae Britanniae* à suis ad recipiendum ducatum suum, à quo velut electus fuerat) multis annis susceptis oblidibus & sufficiente securitate transfretauit ad sua, applicuitque *ad suis honoris sic suscepit.* ad portum iuxta sanctum Maloum pridie nonas Augusti. Cui occurrētes domini, milites, armigeri, mercatores, ciues penē prae gaudio visionis domini sui naturalis, semetipsos inter se capere non valebant, tanta erat vniuersis hilaritas, omnibus in commune gaudium & iocunditas, ut cernentes certatim ipsos populi principes splendidissimē armatos, indumentis praeciosissimis circumamictos, prae desiderio videndi, recipiendi, honorandi, quem eorum anima diligebat, sua ornamenta velut vilissima quaeque contemnere, & se maris fluctibus praecipitanter ingerere, & ad nauem deuorē in qua dux eorum dominus erat accedere, ac in ipsis Neptuni gurgitibus prout poterant genua flectere, quibusdam cum honorem aduentanti certant impendere pelagi fluentis ad genua, nonnullis ad pectora, plerisque ad mentum usque, totaliter madefactis. Inter alios occurrerunt ei ad eundem portum de villa de Dimiam, dominus Carolus de Dimiam, dominus de Mountaillan: Item dominus de Beaumauetis, dominus Petrus Turnemeyne, dominus de Hānnaday: Item vicecomes de Dimiam, capitaneus de Dimiam & de Selidort: Item dominus de sancto Gyell, dominus de Ferris, dominus de Plesiers, dominus de Mountaban, & plures alij milites, quorum nomina scribere super sedū: venerunt & armigeri innumerabili numero cum eisdem usque ad numerum ut vlti vulgari loquar CCC. sexaginta lancearum. Septimo die Augusti venit ad eum constabularius de Reynes, & plures alij ad numerum. 60. lancearum. Octauo die Augusti venit ad eum dominus de la Vale, dominus Castelon, dominus de Moūsford, & plures alij milites & armigeri nonaginta lancearum. Decimo die Augusti venit ad eum vicecomes de Rone, quondam fortissimus & infestissimus inimicus sibi, cum quo venerunt alij plures milites & armigeri ducatus sui usque ad numerum quadringentarum lancearum. Qui omēs cum ut eorum dominum naturalem & legitimum honorauerunt, recognouerunt ac susceperunt, & pacem secundum eius arbitrium cum eo fecerunt. Reperitque idem dux (quod mirum dictu est) post ipsius patriae tot discidia, tot bellorum chorusca fulgura, tot hostium direptiones, & vesperilionum furta publica, quae iugiter per multos annos pertulerat ipsa regio, omnem domus suae suppellectilem & thesaurum, omnia denique bona quae possederat relinquēs patriam, adedō intacta & integra, ac si ipse personaliter ea cum omni virtute sua & robore conseruasset. Tanta itaque constantia arserāt populares in amore domini, tanta fide viguerant in amore principis, tanta perseverantia perstitit in amore ducis, ut prius, ut citius, ut potius paterentur propria in direptionem & praedā dari, quam quicquid minueretur de hijs quae apud eos reliquerat eorum dominus naturalis. Tributum insuper regionis quod soliti fuerāt in pace colligere vsibus sui ducis, etiam in vastitate hostili colligi fecerunt, & ad securum locum comportari, ut quandocumque aduenisset ad tractandum eos in mansuetudine & lenitate ut accidit, thesauros tam insperatos quam inestimabiles reperisset. Dux autē omnia ista considerans praeter spem euenisse, indicibili repletus gaudio, grāas agit deo, qui quando vult, transfert & mutat regiones & regna, & quibus vult ea tribuit. Et interim cum tempus miserandi eius aduenerit, restituit ea timentibus nomen eius. Deinde plebi pro incredibili fide & gratitudine quam in eis inuenit regatatur vberimē, promittens se de cetero eis, non ut tyrannus aut hostis, praefuturum cum fauore, sed ut pius princeps cum iustitia & amore.

7 Augusti
1379

Nec obliuioni esse tradendum aestimo factum notabile, factum non minus laudabile

Memorable
factum domi-
ni Hugonis
Caluerlee.

laudabile quam memorabile illius virtutū & fortitudinū exemplar, illius præ-
fulgentis speculi militaris domini Hugonis Caluerlee, qui tamen sua sapientia,
animositate & virtute ipsum ducem seruauit à detractionibus hostium, & insuper
cōmune vulgus quod sequebatur apparatus aule, seti camerae Thesauros publi-
cos & priuatos, armabellica, vasa aurea & argētea, omnemq; ducis suppellecti-
lem defendit à rapinis & inuasionibus barbarorū. Cum autem vt præfatus dux
Britanniæ & dominus Thomas Percy & ceteriq; maiores portū præoccupassent,
simulq; cum eis dominus Hugo memoratus, nec eū naues onerare quæ victua-
lia vehabant, & cetera quæ præ diximus portum attingissent, non enim poterant
oēs simul intrare, quia portus arctus est & periculosus, ecce repente vespiliones
Gallici simul cum Hispanis vestri galeis aduolant, rati cuncta sibi cessura pro vo-
tis, cum naues nostræ quæ iam portum tenebant, reuerti nō poterant ad ferenda
præsidia, duplici vt eis visum est de causa, quia videlicet & aura erat eis cōtraria
& malitia loci suspecta. Nec mora, consuetis adhibitis instrumentis, missilibus
scilicet, quæ vulgus gunnās vocant, terribiliter feriūt & conquassant ipsam clas-
sem, & adeo constanter inuadūt, vt omnis spes liberationis earum & ipsis & il-
lis qui iam terram tenebāt esset adempta. Vidit hæc dominus Hugo Caluerlee,
& ingemuit, & cōcaluit cor eius intra se, & oblitus totius periculi, imperat nau-
clero vt conuertat nauem in qua erat ad hostes, quoniam inquit pudendum est
nos affici incōmodo duplici, videre nostros cum nostris deperire, & auxilium
ferre non posse. Citius deberemus mortem amplecti quam tam probrosè dāna-
talia cum cachinnis hostiū sustinere. Ne igitur dicant nos nostratibus vel nolu-
isse, vel ausos nō fuisse in tantis periculis tulisse solacium: sentiāt quid deus va-
leat, sentiant & nobis animos non deesse. Diutius verò reluctanti nauclero, &
impossibilitatem præcedenti reuertendi ad nostros, & pericula commemoranti
quæ passuri essent si fortè reuertentur, comminatus est pēnas nisi laboraret re-
uerti, sicq; factum est vt cum maxima difficultate reuertendo penetrarent ad
hostes. Quo cum peruenissent, mox dominus Hugo & ipse sua preparat instru-
menta, & sagitarijs imperat vt iam demōstrent hostibus, quid manus, quid bra-
chia, quid arcus, quid tela sua præualent. Ipsi verò non segniter iussis eius pa-
rent, & tam animosè, tam densè sagittas in hostes emittunt, vt tempestas gran-
dinis descendere consuevit in ortu primi veris. Igitur nullus locus, nullus angu-
lus sagitta volante tectus erat, quin vbicunq; locorum concesserant hostes vel
laderentur, vel configerentur, vt saltem per sagittas impedirentur à cæptis, sicq;
dum sagittarij eminus, gladiatores nostri non comminus præliantes, parata est
via & occasio nauibus onerarijs euadendi. Nec prius destitit Hugo quoadusq;
omnes prædictas naues tutam stationem cepisse viderat. Tunc demum & ipse
insequitur hostes viriliter à sua rate perturbans, qui eum insecuti fuerant &
eorum conatus tam vi quam astu deludens, donec & ipse cum suis portum salu-
tis reintrasset. Viderant hæc omnia vna parte Britones cum suo duce, qui ob fa-
cta fortia eiusdem Hugonis & Anglorum qui cum eo fuerant, in tantum amo-
rem eorum exarserunt, quod vitam & animam pro eis ponere, si necessitas hoc
exigeret, cum iuramēto dulcè reputarent: sed & ipse dux vix vnquam à gratia-
rum actione cessabat, nunc dei collaudans virtutem & gratiam, nunc Hugo-
nem extollens & magnificans, quasi per eum ex inope factus fuisset opulen-
tus; quippe qui opes & substantiam turpiter & cum dedecore perdidisset,
nisi iam Hugonis animositas, strenuitas atque probitas opem tulisset. Sta-
bant ex aduerso in muris & turribus villæ sancti Maloi Gallici cum eo-
rum Capitano Bertrando Cleykyn, quin & ipsi non minùs quam Britones
viri ausus laudantes & facta, afficiebantur ibidem, iumentes (vt assolet vulgus)
casum

casum aut capcionem viri quem diligit, & quanquam hostes existerent, tamen pro eius incolumitate dominum præcabantur. Ipse insuper Bertrádus Cleykin publicè protestatus est se maluisse omnes Gallicos illo cōflictu deperijſſe, quàm quicquàm aduerſi tantus vir pertuliſſet, quibus laudibus ipse vir dignus habetur, qui & ſuis ſalutem, per hoſtium detrimenta tulit, & tamen pro virtute ſua hoſtium promeruit laudem & fauorem. Profectò noſtris temporibus non eſt inuentus in ordine militari ſimilis illi qui conſeruaret legem excelsi, & idcirco reor omnia hæc ſibi contigiffe præter ſolitum, vt cognoscant poſteri quantum erga deum deuotio, erga ſanctos affectio, erga matrem Eccleſiam venerationis, ac poſtremum erga cultum iuſtitiæ ſeruor & dilectio valeant obtinere. Nullus quippe vt verū fateor, eo virum magis ſanctitati deditum, orationibus aut Elemoſinis aſſuetum noſtro tempore facilè reperiffet.

Eodem tempore quidam nobilis & prædiues mercator Ianuenſis veniens in Angliam & pluries cōmoda regi regnòq; promittens ſi rex dignaretur permittere eum apud Hampton caſtellum de nouo conſtructum occupare & ibidē ſua mercimonia recondere, repente interemptus eſt à mercatoribus Anglicanis, magno detrimento plebis & regni, nam promiſerat, & effectualiter complēuiſſet (vt dicebatur) ſi conſecutus fuiſſet vota ſua, & vita priuatus ſubito non fuiſſet, eo prouexiſſe portum Hamptonum, quòd nullus portus in hijs occiduis Europæ partibus æquiparari potuiſſet eidem. Reuera quicquid ex orientalibus regionibus per mercatores Ianueſes, Flandriæ, Normanniæ, Britannię Armoricę ſolebat inferri antè, noſtris temporibus & regionibus fuiſſet allatum. Et ita cōſequenter compulſi fuiſſent ab Angligenis exteri ſuas merces requirere, à quibus ipſi nō ſine magno periculo ſuas diuitias petere conſueuerunt, ſed tantis cōmoditatibus obuia fuit noſtrorum malitia, minis licenter efferata eſt in virū innocentem & molientem noſtra commoda. Mercatores ſiquidem ſuis ceſſura damnis arbitantes quæcunq; in hac parte publico proficerent incremento, vt ferunt hominem nihil doli ſuſpiciantem noctu repente circumuentum Londoniæ, in platea publica ante fores obtruncant hoſpitij ſui, per quosdam conductos ad illud facinus exequendū. Sicq; noſtrorum deteſtāda malitia nec minùs execrabilis auaricia nobis inimicitias peperit amicorum, Ianueſium videlicet & aliarū nationum quæ in circuitu noſtro ſunt, & paucorū perfidia ſuſpectā reddidit fidem omniū incolarum. Quis enim externus audebit ſe fidei noſtrę committere cui tanta infidelitas ſiue inhumana crudelitas nota erit? Quis nō timebit noſtras verſutias & abhominabitur nomen noſtrū? Et ſuper hæc omnia metuendus eſt dominus quem tam proteruè noſtris peccatis offendimus, cuius mandata adeò infinitè deſpicimus, vt non iam negligenter quidem delinquimus, ſed tanquam ſerui qui ſciunt domini voluntatem & non faciunt, voluntariè ſuis legibus cōtraimus. Scimus enim eum cōminando præcepiſſe: Innocentem & iuſtum non interficies, ſed nihili pendit mādāta diuina auara cupiditas, & legis naturalis ſcita refugit ambitio mundialis, plūs valet apud inhumanos homines lucrū temporalis ſubſtantiæ quàm charitas vel affectio ſocialis vitę, quæ nos generaliter fratres efficit. Timendū eſt igitur ne nobis iratus eſt dominus, vt ultionem ſubitæ necis cōminando dicens impropere: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra, & maledicta terra in opere tuo, quæ aperuit os ſuum & ſuſcepit ſanguinis fratris tui. Quis autem frater carnalis vnquam maiora commoda fratribus ſuis elaborauit inferre, quàm iſte noſtratibus machinatus eſt? reuera dicebatur, quòd libram piperis pro quatuor denarijs vendidiſſet, & ita conſequenter de ſingulis faciēdo generibus ſpecierum, quod proſecto tractu temporis indicibile emolumentum incolis peperiffet.

V. iij.

Eodem

*Diues quidam
mercator Ian-
uenſis à mer-
catoribus An-
glicanis iniuſ-
tias percip-
tus.*

*Magna pestis
in partibus
Borealibus,
Scotiꝝ tunc
partes illas in-
vadentes.*

Eodem anno tempore æstiuiali tanta pestis exorta est in partibus borealibus ex iniquo sydere, quāta nunquam antea visa fuit, adeo namq; inualuit ipsi ipsa mortalitas, vt penè totam patriam de probatissimis viris subito spoliaret, & de mediocribus (quid dicendum,) euacuauit quamlibet ferè domum, vt penitus sola remaneret, familias amplissimas absorbendo deleuit, non vsq; ad vnum, sed vsquequo nullū superstitē derelinqueret. Sed hæc perpauca sunt respectu eorū que sequuntur. Enimuero in tātū aggrauata est manus domini super eos, vt villas & oppida olim viris bellicis, prudētibus & prædiuitibus, ac ipsis colonis refertissima, suis habitatoribus destituerat & in solitudinem redigeret & desertum. Et super omnia, Scoti vt patet humani generis inimici, nō compati tot Christianorū 10 moribus, non condolere tot calamitatibus didicerunt gentis miseræ, postremò nec manum domini tam vicinam, eis vereri sciuerunt, sed inhumaniores brutis, efferatioribus feris, istud tempus accommodatum eorum crudelitati putātes, in gentem morbo & peste tabescente efferati, quos dominus percusserat persecuti sunt, & dolorem vulnerum eorum addiderunt, percutientes in ore gladij viros bello aptos, quos non dum morbus aut pestis infecerat, & plurimorū amputatis capitibus, vesano spiritu agitati, ipsa capita ad inuicē pede percutere & repercutere ad modum cum pila ludentium non horrebant. Et cum nullum tot malis obuiantem, nullū resistentem conspicerent, exindē audatiores effecti vniuersa 20 sibi licere putantes, patriam peruagantur, villas prædantur, diuitias asportant, fugant bestias coram eis & iumenta, in tātum vt ipsos greges porcorum coram ipsis abigerēt, quod animalium genus nullus ante Scotorum abducere prætemptauit. Cum autē patriæ præmeditati fuissent direptionem, antequam ingrederētur regionem illam, accitis quibusdam ex incolis solliciti scitati sunt cur ipsis tantū tanta pestis acciderat plus quā Scotis aut alijs gentibus cōiucinis. Qui simpliciter responderunt se nescire causam tantæ mortalitatis, quippe quibus occulta fuere diuina iudicia: sed vnum constanter affirmabant, quod omnis calamitas, omnis mortalitas, demū omnis aduersitas quæ eis acciderant, ex speciali dei gratia contingebant: quandoq; propter peccata sua vt luerent in hac vita com- 30 missa nephariè, & malis operibus dediti timore mortis desisterēt ab inceptis: ali- quādo propter exercitium iustorum, vt maiorem fidem in deo habeant, quem admodum scriptum est, Iusti & timebunt & sperabunt in domino: & aliquoties propter multas causas occultas quas non expedit vobis scire. Cū verò Scoti aut ab incolis pestem eis illatam dei gratia trepidauerunt timore vbi non erat timor, saltem talis qualem assumpserant satis bestialiter, vndē ingressuri terrā, & postquam ingressi sunt eam quotidie mane, signauerunt se tali benedictione ab ipsis magna deliberatione cōposita, & multum necessaria vt eis visum fuit. Senior igitur vel maior natu inter ipsos taliter inchoauit, Benedicite, & responde- batur Dominus: deindē maior profecutus est, Deus & sanctus Kyntegernus, 40 sanctus Romanus & sanctus Andreas seruēt nos hodie à diuina gratia, & fœda morte qua Anglici moriuntur. Et post istā benedictionē se satis protectos satisq; munitos putabāt à cūctis malis casibus que superuenire valebant, que benedictio multò ridiculoser sonat in ipsorum ydiomate q̃ lingua latina, & propterea illā in præsentī loco scribere dignū puto, nam isto modo sonat: *God and S. Mingo, saint Romayn, and saint Andzew, schield vs this day fro Goddis grace, and the foule death that English men dien vpon.* Sperandum est ergo etsi non in præsentī, in futuro tamen precum suarū cōsequentur effectum, & inhumanitatis crudelitatem quam exercuerunt in populum humiliatum sub flagello dei, peste videlicet laborante, digna compensatione persentient, lento namq; gressu progreditur diuina seueritas, sed tarditatem iræ grauitate pœnæ compensat.

*Scotorum im-
precatio.*

Eodem

Eodem tempore intercurrentibus personis grauib. qui multū de iniuria
 irrogata personis dudū in Ecclesia V Vestm. videlicet Roberto Haule & Iohā.
 ni Schakel piē iusteq; doluerāt, reddita est pax & libertas Iohāni Schakel, quem
 supra docuimus irreuerenter extractū de eadem Ecclesia, & ad turrim Londini
 tractum, ibidemquē carcere mancipatum. Cōuenit siquidem inter dominum
 regem, & ipsum de postulantibus viris venerabilibus, vt Iohānes Schakel cap-
 tiuum suum filium comitis de Deua, qui iam nuper defuncto Papa & ipse hæ-
 reditariē comes effectus est, domino regi publicaret, non dum enim sciebant
 quis aut qualis esset, vel vbi moram traxerat ita diu. Et præterea ordinatum est,
 10 vt dominus rex daret eidem Iohanni pro possessione prædicti captiui, terras ad
 valorem centum marcarum per annum, & in pecunia quingentas marcas, &
 quodd dominus rex de bonis regijs fundaret vnā cantariā pro animabus eorum,
 quos eius ministri in ecclesia supradicta peremerāt de quinque sacerdotibus per-
 petuis temporibus duraturam, firmatis istis conditionibus, regi captiuus reddi-
 tur, & Iohannes Schakel pristinę libertati. Iussus autem exhibere captiuū, cun-
 ctis admittantibus ministrum suum obrulit, qui ei astiterat, & more valecti ser-
 uierat in omni tribulatione sua, & ante persecutionem quæ sibi illata fuerat in
 carcere, & extra carcerem, & ita fideliter sibi adhæserat, vt non potuisset agno-
 sci ita impensē ministrauerat, vt putari conducticius suus famulus meritō po-
 20 tuisset. Erat cernere inter Anglos ibidem confusionem magnam, & verecundiā
 de tanta viri fide, dum quisque non haberet in summa tranquillitate, quodd ip-
 sum in maxima perturbatione & regni totius commotione habuisse conspicer-
 ret, omnibus inter se quærentibus quisnam ex ipsis inueniri potuisset similis, qui
 potuit transgredi & non est transgressus, vt honorificus dominus habitus à re-
 ge fuisse regni quē proceribus, & omnia respectu fidei quæ magistris suis debuit
 cōtempnisse, ac demum in ipsa persecutione suis magistris illata penē caput suū
 intuitu fidelitatis ipsis gladijs posuisse. O constantia iuuenis prædicanda, quæ li-
 cēt posita inter pressuras persequentium, nulla tamen varietate fortunæ frangi
 potuit, quo minū inueniretur perfectē stabilis inter aspera, securus inter dubia,
 30 fide cernens nil aduersa. Anglice quisquis es, qui pecunia corruptus aut alijs
 donis illectus perditionem patriæ tuæ moliris, respice speculum huius externi,
 fidem scilicet huius viri, qui non Anglicus, non indigena, sed quodam iure ho-
 stis & alienigena, & ita tamē, ita proteruē, ita pertinaciter fidem seruat, iuramē-
 tum obseruat quo magistris suis, vt ita dicam, se adiunxerat, quodd pauper & in-
 ops, & seruus miseriæ magistrorum infidelitate plus eligit effici, quā in fidei
 læsione semetipsum prodēdo, damno magistrorum in rege regni quē proceri-
 bus iuxta conditionem sui generis in abundātia, iocis, ac diuitijs gloriari. Hæc
 ideo scripsi, vt pudeat Anglos præsentēs & futuros proditoris infamia, qui
 respectu huius Hispani in promptu habent fidei non fictæ sed perfectæ specu-
 40 lum, & discant quanta laus & gloria fide & probitate perquiritur, & è contrā
 quā pudenda recordatio, quā scēda memoria sequitur proditores.

Sub eisdem penē diebus, Comes Flandriæ, dum nouas consuetudines à suis
 communibus, dum nouas exactiones exquirat, dum noua onera minū pru-
 denter imponit, dum insueta contra suorum libertates inquirat, cum omni do-
 mo sua, vniuersa familia, totoquē consilio de terra sua vi cōmunium est expul-
 sus. Et mox exercitus plebis citō deligitur viginti milliū & eo amplius vitorū
 de cōmunitate, electorum ad custodiendum fines patriæ ab incurso fauentium
 comiti, suo videlicet domino naturali, & ad obsidendum & capiendum eun-
 dem comitem, si persistendum inceptis putaret. Interim vt assolet fiunt direp-
 tiones & prædæ bonorum comitis sibi quæ fauentium, incendia prædiorum, mör-
 tes fa-

*Iohannes Sebas-
 kell libertati
 pristinae re-
 stitutus.*

*Hispani mie-
 randa fide-
 litas.*

*Comes Flan-
 driæ dum no-
 uas à suis com-
 munitibus exi-
 git consuetu-
 dines, expul-
 sus est.*

tes famulantium, & cuncta quæ vel odio personarum geri solent, vel vindicta victorum sensit damni partem. VValeranus comes Sancti Pauli, qui per idem tempus ad partes illas concefferat ad muniendum castra sua in illis partibus constituta. Cum comperissent eum fauere parti comitis, mox ad quoddam eius manerium vniuersi se transferunt in spiritu furoris & iracundiæ, & totum illud prædiū, quod in ædificijs & pulchritudine omnia comitatus excedebat, prædia solo complanant, non relinquētes tignum super parietem, aut lapidem super lapidē, vt omnib⁹ luceret clari⁹ illos in corde & ex corde odio persequi dominū suū comitem, & omnes qui ei familiaritate aliqua iungebantur. Cum igitur elapsis iam multis diebus, comes cerneret eos in sua perseverare pertinacia, & prius mori velle quā cōsuetudines suas auitas amittere, & ipse pertæsus damni quod patriæ iniecebatur medio tempore, mittit ad eos qui eorum palparent animos si fortē interim flexi fuissent, vel labore militiæ aut expensarum nimietate animo concidissent. Sed vbi didicit eos nullo modo deflexos, nullis laboribus fatigatos, decernit descendere suorum voluntati. Et idcirco renunciauit illis se fore paratum ad præsidendum eis vt dominus placidus, sed si ipsi in cæteris modo consueto sibi submittant. Ipsi verò nequaquā se subiiciēdos renunciant, nisi omne consilium remoueatur ab ipso, & recipere solum velit consiliarios ex communis vulgi decreto, & insuper vt tradat in manus plebis ipsos qui huiusmodi perturbationis seu commotionis causa fuere. Comes igitur nullam aliam viam cernens ad recuperandum eius dominium, licet inuitus adiudicauit fieri petitionem eorum, & ita postremò est suo comitatui restitutus.

*Edmundus
Brumfielde
fraudulenter
agit in acquisitione
Abbatiam Sancti
Davidis.*

Per idem tempus venit à curia Romana Edmundus Brumfielde monachus ecclesiæ sancti Edmundi de Burgo, afferens secum bullas, in quibus dono & provisione domini Papæ asseuerauit se Abbatem & pastorem ipsius ecclesiæ confirmatum. Iste siquidem Edmundus promotus ex substantia illius Monasterij vsque ad summum gradum, quoties à studio reuocabatur ad Monasteriū, semper contentiosus & seminator discordiarum & odij concitator extiterat inter fratres, vnde fratres illius loci fatigati sæpe per ipsum, cum consilio domini Iohannis Bryuele, patris tunc & pastoris eorum, decreuerunt quouis pacto aut per fas aut per nefas deliberari à persona sua, ne videlicet vna ouis morbida totum gregem ipsius Monasterij contaminaret, & vt illorum propositum cautius & secretius ac sine fratrum, vel loci aut ipsius Edmundi scandalo fortiri valeret effectum, offerunt sibi officium procuratoris domus illorum, vt vadens ad Romanam curiam, ibidem pro ecclesiæ necessitatibus iugiter moraretur, ac sic per consequens domus illa sua presentia vacuaretur, & fraterna quies suis simultatibus imposterum minimè turbaretur. Sed antequam hoc negotium eū exequi, aut ab eis recedere permiserunt, cogitantes plerunque quod cœli diuersa facies, vel externa regio non mutant conditiones quorundā, nec potest Aethiops mutare pellem suam, exegerunt ab illo iuramentum de nō acquirendo aliquo beneficio ipsius domus, & de non procurando, quod in ipsius ecclesiæ cederet præiudicium quouis modo. Quod & iurauit, factò coram eis publico sacramēto. Postea verò præsidentibus capituli generalis id procuratibus, impositum est ei onus procuratoris generalis totius nigri ordinis, & vt fauorabilius acceptaretur à summo pontifice, litteras commendatorias (quanquam aliquantulum contra conscientias) tam præsidētiū, quā suę domus, accepit ad Papam, quæ postea magno detrimento domus suę fuere, vt inferius declarabo. Cum ergo Romam venisset, & ibidem longam moram traxisset, nec assecutus ab Apostolico vllum fuisset beneficium, tandem audiuit D. Iohannē Briuole quondā Abbatem suum diem clausisse supremum, & putans iam tempus oportunum ar-

rissse

risse sibi sit ad procurandum & consequendum quod diu mente conceperat, accessit ad quendam aduocatū, sed filium qui tamen morabatur in curia, & vocabatur magister Iohannes Shipdam, & promisit ei magnam summam pecunie annuē si id efficeret, ut abbas de Burgo quoquo pacto creari posset. Et si confingeret eum in hoc negotio minimē expedire, procuraret sibi aliquem ex vacantibus Episcopatibus, aut si hoc non posset assequi, prioratum de Derhirst obtinere laboraret eidem, habiturus pro labore suo pro quolibet annuatim vnā summam ex eis. Dictus verō Iohannes, quosdam ē Cardinalibus qui nunquam autem respuunt ad partem suam traxit, ut ipsorum interuentu, & fauore Edmundi prædicti negotia efficacius expediret, securus ergo de ipsorum Cardinalium adiutorio, proponit coram domino Papa causam Edmundi, asserens eum verum electum capituli & omnium fratrum vocis optatum ad ecclesiæ eidem præstendum. Dominus verō Papa considerans malitiam ipsius temporis, & sui aduersarij antipapæ quotidianum incrementum, & sperans Edmūdum magno adiutorio sibi adfuturum si abbas efficeretur ibidem, de facili inclinatus ad confirmandum, vel si electio ritē celebrata non fuisset, ad gratis dādum ipsi Edmundo beneficium supradictum. Quid multa? cōsequitur Edmūdus dono & fauore Papæ imaginarium appetitum, & ad repatriādum cum bulis suis se præparat toto nisu.

10 Fratres verō de Bury post mortem statim Abbatis sui ad electionem conuenerunt, & vnanimi consensu eligerunt in Abbatem dominum Iohannem virum idoneum de Tymvorth, domus suæ suppriorē & ordinis zelatorem. Qui audientes Edmūdum eostalitē præuenisse, mox festinarūt duos Monachos ad Romanā transmittere curiam, ad certificandum dominum Papam de falsa suggestionē Edmundi, & ad petendum confirmationem ipsorum electi. Deferunt ergo secum litteras regias, & plurimorū dominorum supplicatorias pro confirmationē electi, & Edmundi depositionē. Sed Papa pro tunc plus fauens Edmūdo quā monachis, permisit eosdē ibi damnosam trahere diu moram. Interea Edmūdus cogitans quōd morā trahit periculum, & semper nocuit differre peractis, properat ad burgam sancti Edmundi, & ibidem aliciens sibi vicinos de patria, in breui magnum exercitum in partem suam traxit. Stipatus igitur multis assētatoribus publicari fecit in parochialibus ecclesijs suas bulas, ut fieri solet in talibus. Plebs auida semper ac cupida nouorū, suis credit assentionibus & fauet honori, maximē quia patriota fuerat & vicinus eis. Videns autem Edmūdus principia sibi celsisse pro votis, sperat cœlos miscere terris, & spiritum carni cōiungere, & claustrum foro, monachos scilicet, conflare laicis, & vnum serere in vtrisque. Intrat ergo capitulum cum turba multa, mittens notarios qui inuitarent monachos ad capitulum, ex parte domini Papæ ad audiendum sub pœna inobedientiæ eiusdem mandata. Simpliciores verō fratres

40 timentes hanc notam, capitulū intrauerunt. Alij quoq; qui pericula mēte librauerūt & incommoda quæ monasterio possent emergere per talem prouisionē, à turba se & capitulo subtraxerunt. Edmūdus igitur in capitulo residēs, de facili traxit in partem suam fratres qui aderant, partim timore censuræ, partim affectione, partim dominandi cupidine, præcipuē quos amor administrationū temporalium detinebat. Erāt idcirco post expressata negotia sua, & postquā vidit partē fauere, novos obedientiaros statuit, & deponit antiquos, sed & electum eorum dominum Iohannem de Tymvorth restituit officio supprioris, si tamen idem electus putet cedentium electioni & mandatis eius parendum. Dehinc cum illa parte conuentus quæ conuenerat ad capitulum & eius suasioni acquieuerat intrat Ecclesiam, & arreptis pontificalibus ornamentis, Missam solem-

solemniter celebrat morte abbatis loci, agens diem solennem in cōdenfis, non tamen vsque ad cornu altaris, sed vsque ad ipsas mensas & conuiuium, magna utique sexus vtriusque frequentia atque plausu, sed non diu istud gaudium durat, quin perturbatio atque luctus eius extrema occupat. Nam paulò post regales tam milites quàm armigeri cum lictoribus ad burgum conueniunt, & Edmundum sine magna difficultate secum ducunt ad respondendum regi super præmissis. Egressus autem cum illo Edmundo pars conuentus quæ sibi fauebat, secuti sunt illum monachi circa decem & octo, cumquæ ad VVestmonasterium peruenisset, requisitus est à Cancellario domino Richardo Scrob milite, cur sine licentia regia Abbathiam de Burgo sancti Edmundi intrare, & 10 vices ibidem agere præsumpisset. Quo respondente se tanquàm legitimum pastorem intrasse ouile propriū, vt & ouibus suis infectis peste præstaret solatia, & morbidis salumfera, procuraret remedia. Subintulit Cancellarius, puto te (inquit) in ipso loco nec ægras oues, nec famas possidere, præsertim cum sine conniuentia regia, imò contra ius regium, & approbatas regni cōsuetudines, nō vt pastor, sed nec vt mercenarius tantū, sed vt lupus poutis subintrasti. Et ideo scire te debes, & omnes tui similes læsæ maiestatis Regiæ tanquàm proditores ar- 20 cendos & carceribus mancipandos, præcipuè propter statutum parlamentale æditum. 22. anno Edvvardi regis vltimi, quod docet oēs tales vel decapitandos vel carceribus detrudēdos. Decernimus ergo te ad turrim Londoniarum mittendū & ibidē conseruādum donec voluntatē regiæ & decretū parliamētī futuri sup isto negotio plenius cognoscamus. Nec mora, cū verbū & decretū perficiebatur. Deducti enim sunt ad turrim ynā cum eo qui consentientes aderant, & proclamātū est Londonijs, vt cōmittrentur pari custodia si inueniti possent huius viæ monachi non præsentēs. Factūq; est, vt qui quietem claustralem spō- te deseruerant, inuiti commendarentur inquietudini carcerali. Exposit tamen vel propter regales expensas minorandas, vel propter zelum religionis, consilium regale decreuit, vt Monachi qui Edmundum secuti fuerant, diuersis monasterijs mitterētur, cum mandato regio super eisdem, vt videlicet Abbates vel Priores quibus directi fuerant eorum custodiam agerēt, responsuri pro corpo- 30 ribus eorundem domino regi in parlamento sequenti.

*Edmundus
supradictus cū
suis adhaeren-
tibus turri
Londoniensi
commissus.*

*Exercitus mit-
titur in Fran-
cos ad succur-
rendum duci
Britanniæ D.
Iohannes dñs
del & sui mi-
lites pollusunt
sanctimo-
niales.*

Ipso anno etiā propè festū sancti Nicholai præsulis exercuit dominus manū magnā sup Anglicos, in quosdā vindicta desinens, quibusdam verò misericordiam suā præstendēs. Cum enim iam regium consilium in parte succurrendum putasset duci Britannix, cui post reditum suum in terram suam Francorum hostilis incursio terrorem iniecerat magnum, communi decreto missi sunt armata manu ad auxilium sibi dominus Iohannes Arundel, dominus Hugo Caluerle, dominus Thomas Percy, dominus VVilhelmus Elinham, dominus Thomas Morevvs, dominus Thomas Lancastræ, & plures alij milites & armigeri, quos enumerare longum foret. Hi ergo armis & equis instructi nobiliter 40 post perceptum à rege aurum stipendiarium, ad cōfinia maris properant, ibidem auram prosperam præstolaturi. Qui sicut generis præeminentia & in armis exercitata prudentia, ac bellatorum sequentium populosa frequentia Anglicis & Britannicis fiduciam magnam, & bonam spem hostes conerendi pepererāt, ita & Gallicis metum grandem incusserant, nec merito, quia profectò si deo non displicuisset talis exercitus, pro virium gloria, pro præliandi cautela, pro resistendi cōtra hostes audacia, nō temerè fuisset cūctis Gallicis metuendus. Sed quid valet vis humana? quid astutia? quid opulentia? si cui hæc accomodatur, persona displiceat creatori, utiq; non ad gloriam proficiunt, sed ignominia, & forsitan tendūt ad damnationis augmentum. Sed de his hætenus, iam ad mate- 50 riam

riam reuertamur. Cū igitur vt prædiximus dominus Iohannes de Arūdel cum suis cōplicitibus ad mare puenisset & nec dū aura secūda flaret eisdē, statuit vt optabat operire tēpus gratioris venti. Perrexit interea ad quoddā monasteriū monialiū virginū nō procul sitū, & cū suis ingrediēs petijt à matre monasterij, vt ibidē suos cōmilitones in negotijs regijs laboratores permitteret hospitari. Sanctimonialis autē fœmina mente librans pericula quæ per tales hospites possent emergere, & quia omninō religioni talis petitio cōtraibat, cū reuerētia & humilitate qua decuit exposuit sibi iuuenes plures qui cū eo venerāt & impelli posse defacili in scelus inexplabile, quod non solū in opprobrium & infamiam illius loci, sed in periculum & perniciem sui & suorum redundaret, qui nō modo castra pudicitiae impugnare vitarent, sed etiam omne genus peccati effugere laborarent, si id agerent, obtinerent, quod viros ad bellum profecturos oporteret. E cōtra, ille insistere magis feruidē cepit in proposito, dicens illam falli in suis suspicionibus, & non esse verisimile quod mente imaginariē pertractaret. Cui illa solo prostrata : scio (inquit) domine viros tuos viros effrenes esse, indomitos, qui deū forsitan nō verentur, & omninō non expedire vobis, nec tibi ingrediantur claustra nostra. Quapropter cōiunctis manibus, tuam generositatem oro, atque obtestor, vt hoc dimisso proposito, alibi tibi tuisquē requiras hospitia, quæ superabundant in patria conuicina. Ille verò persistens in proposito contemptibiliter, præcepit vt surgeret, iurans se nullo modo flectendum quin in eodem loco suis hospitia prouideret. Confestim ergo iubet suis, vt domos ingrediantur, & cameras publicas occupent & priuatas, donec velificandi *Iohannis Arūdel in sanctimoniales senit.* tempus instaret. Qui mox (vt creditur) diabolico spiritu agitati, irruūt in claustra monasterij, & vt aſſolet in tam indisciplinato vulgo, ille istam, iste illam erumpit cameram, in quibus virgines filiae maiorum prouinciæ seruabantur ad discendas litteras, & plæræq; iam paratæ fuerāt ad suscipiendū sacrae religionis habitū, & in proposito virginitatis mētē fixerāt suscipiendā, quas (spreta loci reuerētia & dei timore postposito) opprimunt & polluant violententer, & nō solū in istis eorum libido furit, sed & vidualem continentiam & coniugale vinculū pollutioni tradere minimē verebantur. Nam plures illuc viduæ confluxerant hospitandi gratia (vt moris est in talibus abbathijs) vel pro rei familiaris inopia, vel pro perfectiūs & securiūs seruanda continentia. In mulieres etiā coniugatas quæ illuc ex causis præmissis conuenerunt adulterium commiserunt publicū, sed violentum. Nec tātis cōtēti nequitijs (vt fertur) ipsas sanctimoniales ad suā luxuriam attraxerunt, paruipendentes incesti & stupri notam. Qua de re primò patientes iniuriam, mox vniuersi qui in vicinia morabātur, ad quos notitia tanti mali peruenerat, maledictiones congerunt super eorum capita horribiles, & eis quicquid infortuni, quicquid aduersi deus eis suscitare valeat, imprecati sunt. In his omnibus dominus Iohannes Arundel nihili pendens tantum clamorem, tot execrationes, talis infamiae dedecus, adiecit peccata peccatis, addit mala malis. Reuera permisit suos quodammodo spoliare patriam, apporiarē vulgus, dum victualia vel cætera necessaria vi afferentes non compulit ad soluendum, sed potiùs eorum faucebat violentiæ, & ipse particeps effectus erroris : vndē protestati sunt illius regionis incolæ maluisse aduētum in terrā quorumuis, præter domorū incendia, quàm ipsius domini Iohannis cum sequela sua. Pauca sunt ista, immò parua sunt ista respectu corū quæ sequuntur : Die nāq; illo quo mare ingressuri erant sui, & ipse cum eis, quandam nouam nuptā, & illo eodē die per manus & orationes sacerdotis vito deprouincia copulatā, de ecclesia post Missam & sponsalia celebrata reuertētem violententer rapiūt de medio & manibus eam ducentium, & ad naues vsque deducunt, operaturi in ea opus

*Iob. Arundel
calicem sacer-
doti aufert.*

*Pleno diuina
in Iob. Arun-
del.*

pus nefarium post ingressum eorum in mari, non considerantes nec putantes tanta scelera celeriter punienda. Et Abbathia etiam (ut fertur) prædicta, foeminas coniugatas, viduas & virgines abduxerunt, & in suis manibus collocarunt, nec istis saturari, quidam ex ipsis ad sacrilegia manus extendunt. Nempè post auditâ Missam, ut apparuit indeuotè, ante sacerdos casulam deponere potuisset, accedentes, & calicem de altari rapientes, cum summa festinatione, lætabundi quasi de præda, currunt ad naues, sacerdote eos in sacris vestibus, scilicet alba stola & fauone persequente, & sub interminatione census calicem repetente, cumq; nisi sannas & terribiles minas nisi retrocederet accepisset, non sic quidem silere decreuit, sed accitis conuicinis sacerdotibus, ad litus usque processit, cum candelis accensis, campanilis, libris, & his quæ sententijs huiusmodi promulgandis requiruntur, ibique petijt sub pœna excommunicationis, sententiâ terribiliter & publicè fulminauit, & iactu in mari cerum extinguendo, dominus Hugo Caluerle, & dominus Tho. Percy, & nonnulli alij quos hæc præmissa latebant, antequam naues ascensuri erant, fecerunt proclamari per patriam voce publica, ut venirent ante diem nauigationis qui molestari fuerant per suos illo modo, vel per illatas iniurias, vel per alias quasunque vias vel causas, habituri condignam satisfactionem de quibuscunq; transgressionibus cõqueri voluissent: vnde contigit, ut ipsos deuota precans populus prosequeretur ad mare, sicut è contra dominum Iohannem Arundel diris imprecationibus fuerant insequuti. Post hæc euolutis nō multis horarum spacijs, cū ventus flauisset paulò turgidiùs, imperat dominus Iohānes ut oēs naues ingrediātur, & mandat naucleris velis expansis & in altū deductis, cõmittāt nauigia ventis. Nautæ verò in cuius nauem ipse dominus Iohannes cõcesserat, videlicet Robertus Rust de Blackney præfagus intemperi future, dissuadet ei se pro tunè mari cõmittere, dicens tempestatem post modicum tempus affuturam, quæ & indubitatum ferret periculum, & forsitan naufragij causa foret. Ipse autem quem sua fata trahebant autem accommodare noluit verbis eius, sed magis vrgebat ad velificandū. Igitur nauta cernens non posse persuaderi dicto Iohanni, ut remorari deberet, dat Neptuno naues, & in breui ingreditur alta maris, & ut ita dicam, postquàm altum tenuère rates, mox venti velut agmine facto incubuere mari, ceruleusquè supra eorū caput imber astitit, noctē hyemēq; ferēs, & inhorruit vnda tenebris, continuoq; venti voluunt, mare magnāq; surgunt æquora, & dispersi iactantur gurgite vasto. Inuoluere diem nymbi, & nox humida cœlum abstulit, itaque incertis errat in vndis, præsentemq; eis intentant omnia mortem. Et quod ipsa morte terribilius est, ut ferūt, diabolica visio siue spiritus apparuit inter eos, quæ visibiliter videbatur eorum perditioni, qui in nauem dicti Iohannis Arundel concefferant imminere: quis clamor, quantus luctus, quales gemitus, quot lachrymæ sunt inter mulieres, quæ vi vel sponte in naues ascenderant vsque ad cœlos, & descenderent vsque ad abyssos, cum iam nō mortis imaginem, sed ipsam mortem præsentem cernerent, & continuo morti datī minimè dubitaret. Quāta perturbatio, mētisquè trepidatio, corporisq; magnus remorsus, & anxietas conscientie viros inuasit, qui pro explēda libidine mulieres ad pericula maris traxerāt, ipsi oportunè referre nouerint, qui participes existentes tanti mali, quandoq; domino miserante, salutis portum contingere meruerunt. Idcirco quid interim agerēt dubitabāt, cū hinc ventis & procellis, illinc fluctibus & foeminarū clamoribus vrgerētur. Tentauit ergo primò alleuiare vasa proiicientes impedimenta vilia, dehinc quæque præciosa, si fortè vel sic eis exurgeret spes salutis. Sed cum ita non minùs desperationem, sed potiùs augeri cernerent, re-fundūt causas infortunij in ipsas foeminas ac in spiritu furoris eisdem manibus, quibus

quibus ante illas blades adreftauerat, iisdem brachijs, quibus eas libidinoſe de-
 miſſerant, arreptas in mare proieciunt, ad numerum (vt fertur) ſexaginta ſce-
 minarum, piſcibus & marinis beluis deuorandas, ſed ita quidem non ceſſauit te-
 peſtas, ſed exiit eue per amplius, vt cunctis omnem ſpem adimeret mortis pe-
 ricula euadendi. Cumque diebus aliquot atque noſtibus, non tantum in mor-
 tis periculo, quantum in mortis faucibus, non ſine trepidatione maxima tran-
 ſeſſent, tandem vidit quoddam litus, & quandam inſulam in regione Hi-
 bernæ circa litus illud in fluctibus marinis ſitam, vnde momentaneo gaudio
 pertuſus dominus Iohannes Arundel, mox iubet vt nauæ ſe transferant ad lit-
 10 tus illud, ſi forte eis terram contingere donaretur. Nautis autem reſiſtantibus,
 & offerentibus in tantis turbinibus magis tutum fore maris alta tenere, quam vi-
 ventorum illidi arenæ vel ſcopulis appropinquando terræ, irruit in eos dictus
 Iohannes furibundè, & quosdā ex eis crudeliter (vt fertur) interfecit. Rober-
 tus verò de Ruſt, cuius erat nauis ipſa, timens etiā ſibi de dicti Iohannis violen-
 tia, promiſit ſe, ſi non deſit gratia, nauem impuſurum non procul à terra. Cui
 dictus dominus Iohannes: Nonne conſpicias illam inſulam propè terram? ſalu-
 nemur in eā aſcendendo ſaltem in ipſam, & refocillando membra noſtra, for-
 taſis qui in terra ſunt videbunt nos & noſtræ miſeriæ condolebunt, & victua-
 lia nobis adferent vel efferēt ad terram ſuam, vel certè quod graue videtur, nau-
 20 fragos captiuabunt. Eſto captiuamur ad tempus, minus graue eſt hoc quàm in
 mari totiens ante mortem mori, & tandem mortem dedecoroſam euadere nul-
 lo modo poſſe. Aut ſi inimici ſunt qui in hac terra ſunt, citius eligo per ma-
 nus hoſtiles interfici, forſitan cadaueri ſepulturam indulgebunt, quàm more
 pecoris marinis mergi fluctibus, & fieri prælagi monſtris cibis. Cum hæc au-
 diſſet Robertus præſatus nauis rector, omni niſu elaborauit vt nauem impel-
 leret inter terram & prædictam inſulam, ſperans inſulam poſſe protegere na-
 uem à ventis, & æſtimans facile fore aſcenſum in terram: ſed cum illic nauis
 pertieſſet, cernit ſcopulos miræ magnitudinis ex vtraque parte, & ſe in medio
 ſubito conſtitutum. Qui mox more morituri in clamorem erupit, & ſocijs
 30 cōfeſſionem facere monuit, & quemlibet hortabatur ſe morti parare. Quoniā
 (inquiens) iam nullus ſupereſt euadendi locus. Cumque in tam horrendo
 periculo huc illucque per magnum tempus iactati fuiſſent, & nauis illæſa ſco-
 pulis iam vndas admiliſſet, repente apparuit aſcenſus in Inſulam, ſed arduus
 & difficilis propter ſcopulos & arenas. Nauta igitur omnem vim exercens, im-
 pulit nauem in arenam, vt vel ſic ſaltem fracta naui daretur eis occaſio eua-
 dendi. Et cum nauem marinis fluctibus quantum poſſibile fuerat expuliſſet,
 ipſe primus in arenam exiliit, deinde multi ſaltando poſt ipſum inſulam præ-
 fatam ſunt ingreſſi. Demum dominus Iohannes Arundell & ipſe ſaltauit, &
 arenam attingit, ſed (vt videbatur) ſalutis ſuæ nimis ſecurus fuit, nam quaſi ta-
 40 men nihil metuendum exiſteret, in arena viua ſtans, cepit aquas excutere veſti-
 mentis ſuis, quæ in nauis aquis marinis fuerant madefactæ. Quod cum vi-
 diſſet memoratus Robertus Ruſt, pericula librans quæ nondum Iohannes
 euaserat, deſcendit in arenam, & arripens manum eius nitebatur ſecum trahere
 de ſtatione periculosa: ſed dum alienæ ſalutis nimis cautè conſulit, & ſuam
 negligeret, vitam perdit. Reuera dum nititur dictum dominum Iohan-
 nem ſecum trahere, mare vndosum & inquietum (quippe quod tunc fluxit)
 in vltiora fluctus dirigens, vtrūque proſtrauit, & in regreſſu ſuo ambos in ma-
 ris profundiora traxit, & hic finis eorum. Armiger ſpecialiſſimus domini Io-
 hannis memorati, nomine N. Muſard, vir inter magnos maximus & decenſi-
 ſſimus, & inter oēs Anglicos audaciſſimus & fortiſſimus, qui & ipſe ſaltauerat
 in are-

in arenam, & naui quendam scapulum detinuerat, alluione maris dum flu-
eret, violenter auellitur ab ipsa petra, & longius in mari proicitur, & hac il-
lacquē modò supinus, modò resupinus defertur, donec mare fluxu cum ad sco-
pulos illidendo confregisset. Alter armiger vocabulo Deuyok similem finem
sortitus est. Nobilissimus miles dominus Tho. Banastre, dominus N. Trum-
pington, & dominus Thomas de Dale, dum saltant de naui, dum quisque con-
tendit alium currendo præcedere, quilibet existit alterius impedimento: vn-
dè contigit, vt simili ascensu, sicut prius, mare eos & plures alios rapiens, se-
cum traheret in abyssum. Pauci qui euaserunt, & in insulam attigerunt,
pannos non habentes, an si fortassis habebant quidam, tamen aquis erant 10
pleni, vndè abundantioris frigoris causa fuere, cum domos non inuenissent i-
bidem, frigore moriebantur. Ceteri modò currendo, modò luctando, quo-
quo pacto frigus deludere contendebant, degentes etiam ibidem in magna
miseria à die Iouis vsque ad nonam dominicæ subsequētis, qua hora post
mare sedatum, Hibernienses ascensis nauculis ad insulam nauigarunt, & re-
ductos ad terram exiliter refecerunt: fuerant enim penè inedia exanimati.
Perdidit in dicta procella dominus Iohannes supradictus, non solum vitam,
sed omnem suppellectilem suam, & omnem apparatus, qui meritò orna-
tum regium superaret. Habuit nempe quinquaginta duos pro proprio cor-
pore nouos apparatus, vel aureos vel auro textos (vt ferunt) quos omnes 20
mare absorbit, cum equis & dextrarijs, qui ad valorem decem millium
marcarum taxabantur. Præterea. 25. naues alie quæ secutæ sunt eum cum
hominibus & equis alijsquē diuitijs forte consimili perierunt. Corpus eius-
dem domini Iohannis, & eorum corpora qui cum eo similem experti sunt
fortunam, ab his qui remanserant post triduum sunt inuenta, & in quadam ab-
bathia in Hibernia tumulata.

*Claret militia
domini Tho-
ma Percy.*

Dominus Thomas Percy & dominus Hugo Caluerle, necnon dominus
Vilhelmus Elinham, & nonnulli alij spaciòse dispersi, sed tamen pelagi pro-
funda suscitantes, iuxta meritum sincera vitæ & bonæ fidei euadere meruerunt,
apud quos illud mirabile cõgit. Cum dominus Thomas Percy post tantum fra-
gorem & horrendam mortis diuinam expectationem, magis aptus fuisset ad 30
resocillandum membra inedia, vigilijs, laboribus, & tot ærumnis debilitata &
fatigata lecto vel molliori stramine, irruit repente super eum, naui Hispanica,
armatis onusta, qui putabant eum leui negotio post tot infortunia supe-
randum. Sed quid ageret tunc miles inuictus, non opus extitit de delibera-
tione, sed mox ubi nec locus nec tempus pro huiusmodi suppetebant, intra se
censuit illud modicum vigoris, & spiritus militaris quod remanserat in hostes
expendere, & sic saltem si victoria negaretur, vitam honestè finire. Sed fortu-
na parti suæ, immò Deus sibi suisquē robur contulit & audaciam, & de ini-
micis victoriam gratiosam. Nec fuit conflictus iste momentaneus vel citò per- 40
transitus, sed per tres horas ante deditionem hostium continuè perdurauit.
Igitur post mare sedatum, cum ipsa naui, quam superatam ceperat & captiuis
redijt, reparando duplicem regioni lætitiā de sua salute seruata, & de victoria
prælibata. Qui mox vt incolarum colloquio frui potuit, nauem quam cepe-
rat pro cautione posuit, acceptis à patriis centum libris argenti. Cum qui-
bus illicò audacter ingreditur mare iterum, & cursum versùs Castellum de
Brest, cuius erat concapitaneus, cum Hugone Caluerlee dirigit, ne locus il-
le diutius Capitanoo destitutus vllum incurrat infortunium per manus ho-
stiles, ad quem locum domino ducente, feliciter in breui iuxta vota peruenit.
Ac non multum post hæc, dominus Hugo Caluerle, & dominus Vilhel-
mus

mus Elinham, & quidam alij diuersa littora in Anglia & Hibernia attigerunt. Sed in his mirandum, quod cum ceteri vix vita saluata euadere potuerunt, dominus Thomas Percy, & dominus Hugo Caluerle, nullum ex suis hominibus, sed nec equos quidem aliquos perdidit. Intueri libet in præfato negotio & euidentem vindictam diuinæ seueritatis, & manifestam misericordiam dominicæ pietatis. Sed ne iudicemur odio vel fauore prosequi quorum infortunia vel fortunas declarauimus, istam materiam conferendam ad quemcunque sensum placuerit lectoris derelinquimus: hoc pro certò adijcimus, quod omni furore mentendi, circumloquendi, excitandi, vel commouendi proposita, solidam veritatem, ut ab eis qui his omnibus interfuere didicimus, quibus nos non decet describere, scriptimus vniuersa.

Per idem tempus Hispani & Gallici magnam vim nauium ex vniuersa Gallia, Hispania, Portingalia, & regionibus illis subiectis congregauerant, ad impediendum nostrorum profectiōem prædictam versus Britanniam, vel potius ad dimicandum contra nostros, ut debilitatos, vel certè captos, desistere compelleret ab ineptis. Sed ne libertas eis accresceret gaudendi super nostris infortunijs, manū domini super eos similē senserūt, & nō tamē similē, sed multò (ut dicitur) grāuiorē. Nā & maiorē numerū nauium, & plures personas hominū perdidit in procella superius memorata. Transit annus iste frugifer, & satis fructifer: ecclesiæ Romanæ, modò lætus, modò lugubris: Franciæ desidiosus, sed suspiciosus: Angliæ oportunus propter euentus diuersos tam leues quàm asperos: Britanniæ serenus & iocundus propter receptionem domini naturalis: Flandriæ sollicitus & infamis propter electionem comitis: Scotiæ fauorabilis, quia Borealibus nostris fuit infestus propter pestem.

Ant. alio cons. clusio.

1380
3 Ric II

A Nno dominicæ incarnationis millesimo trecentesimo octogesimo, qui est annus regni regis Richardi secundi post conquestum tertius. Hoc tempore circa festum natalis domini redijt à Calestia dominus V Vilhelmus de Monte acuto comes Sarum, qui annalem custodiam egerat illius villæ, cui sub-

rogatur dominus Iohannes Dentos miles ab antiquo exercitatus in armis.

Circa dies istos redijt de custodia villæ de Scherbourgh nobilis miles, dominus Iohannes Harleston, cui successit ad custodiam dictæ villæ dominus V Vilhelmus V Vindefor miles strenuus.

Isto anno post octi Epiphaniæ coactum est parliamētum Londini, quod vsque caput Calendarum Martij continuè perdurauit, in quo regni communitas petijt aliquem ex baronibus ordinari ad tutelam regiam, qui sciret forinsecis prudenter dare responsa, & esset maturus moribus, potens operibus, tractabilis & discretus. Electus est ergo communi sententia Dominus Thomas Beauchamp comes V Warwici, ut iugiter cum rege moram traheret, & de thesauro regio quandam summam pecuniæ pro labore, ut decuit perciperet annuatim. Deputati verò fuerant ad idem negotium anno præcedenti certi Episcopi, Comites & barones cum Iusticiarijs, & multis alijs, qui eius assarent consilio cōmodisquē vacarent. Qui omnes per annum magnam pecuniæ summā de regis ærario exhauferunt, & nullum aut modicum fructum protulerunt, vnde iam (ut diximus) communitas vnum petijt, amotis alijs qui omnia & singula satis expleret, quæ omnes antea perfecerunt. In hoc etiam parliamento dominus Richardus Scrop cessit officio Cancellariæ: & Archiepiscopus Cantuariensis magister Symon de Sudbury contra gradum suæ dignitatis, ut plurimi conelamabant, illi officio militaturus accessit, sed si ipse illud procurauerit aut sponte suscepit, nouit Deus.

Processus contra Edmundum de Bury.

Ad istud etiam parlamentum venerunt quidam à Romana Curia, non directè missi à Papa, sed à Cardinali de Agapito, ferentes secum eiusdem Cardinalis litteras. In quibus idem Cardinalis fatebatur dominum Papam sibi mandasse, ut Archiepiscopo Cantuariensi, capitulo Sancti Edmundi Regis de Bury, & domini Papæ Collectorio scriberet, & mandaret vniuersis & singulis, ut visis eius litteris & intellectis, sine dilatione rescriberent singulas litteras, certificantes eum de statu domini Edmundi de Brumfield (cuius superius egi memoriam) si videlicet acceptus in gratiam Regiam admissus fuisset ad possessionem pacificam Abbathie de Bury. Causa autem huius missionis ista dicitur extitisse. Postquam dictus Edmundus de Brumfield recessisset à curia, ut dominus Papa audiuit & vidit tot litteras supplicatorias pro confirmatione electi de Bury, ac regi regni quæ magnatibus displicere prouisionem suam quam fecerat, conferendo ei dictam Abbathiam, mente turbatus est vehementer. Et reuoluens in animo quantum auxilium Rex cum magnatibus contra aduersarium suum Antipapam conferre valeret, si eorum frueretur amicitia, & quanto detrimento foret eidem, si aduersarentur, statuit camera-liter, non quidem dictum Edmundum deponere, sed quia Clericus, & eius creatura fuerat, ad quendam Episcopatum, in Hibernia tunc vacantem transferre. Quod audiens supranominatus falsidicus, magister Iohannes Shipdam, confestim in crastino cum Procuratores electi de Bury in consistorio aduif-
sent coram Papa, & petissent confirmationem electi prædicti, adfuit ipse, allegans hoc nequaquam debere fieri, maxime quia dictus Edmundus iam receptus esset in gratiam Regiam, & suis temporalibus inuestitus. Quod ut probaret ita esse, introduxit quendam Monachum Cisterciensem, & quendam presbyterum, qui paulò ante de Anglia venerant, quos & conduxit, ut iurarent coram Papa, se pro certo scire dominum Edmundum admissum in regis gratiam: & non solum in gratiam, sed & attractum ad eius familiæ consilium, & suis temporalibus inuestitum. Ac ut maiorem fidem facerent in præmissis, iurauerunt se oculis suis vidisse eum ante eorum egressum de Anglia Londinum nobiliter incedentem, ut tantum Abbatem decuit, stipatum magna caterua
præeuntibus eum bis senis armigeris in vna secta. Quæ omnia Procuratores electi constanter refellebant, asserentes hoc nullatenus ita esse. Quapropter dominus Papa distulit in causa procedere, donec alia certiora noua de ista materia cepisset. Et hæc (ut dixi) fuit causa quare dictus Cardinalis præfatus dicto modo scripsit.

Rescript Archiepiscopi certificatorium Papæ.

Archiepiscopus ergo Cantuariensis in primis maturauit scribere domino Papæ, & eundem certificare super his quibus fuerat oneratus. Qui post præmissa verba subiectionis & reuerentiæ debitæ, innuit se ob Apostolicam reuerentiam insterisse penes regem & proceres pro Edmundi prædicti deliberatione, & ut Edmundum ecclesiam Papali sibi prouisione collatam pacificè ingredi paterentur. Sed post pauca in progressu asseuerat pro firmo se ex responso regali ac regni procerum intellexisse, nunquam eos passuros ingressum Edmundi in Abbathiam de Burgo, sed nec egressum eius à carcere timore vel interuentu aliquius personæ, nisi solum modò contingat eos flecti per ipsius domini Papæ preces sollicitas & instantes. Explicat præterea eum ius regium & regni consuetudines ab initio talibus prouisoribus contravenisse. Et inter cætera deprecatur, ut temporis præsentis considerata malitia, condescendat voluntati regis intuitu vndeunque periculorum emergentium, Electum de Bury iuxta regis & magnatum regni desiderium confirmando. Hortatur præterea humilitate, quæ cõdecet, ut nullius credat litteris, nullius fidem det sermonibus qui aliter scripto
vel

vel verbo suæ significabunt reuerentis, quam ipse proprijs litteris commendauit. Hæc tempore prædicti parliamenti acta fuere.

In eodem parlamento concessum est ab ecclesia vna decima & à laicis vna quintadecima ad opus regis adiecta conditione, quòd ab illo tempore, scilicet à Cal. Martij vsq; ad festum S. Michaëlis anno reuoluto, aliud non fieret parliamentum: sed conditio ista non seruabatur, vt in sequentibus demòstrabimus.

10 Nuptiæ factæ sunt eodem anno in oct. Paschæ apud VVyndesore, tubicinū & histrionum magna frequentia, Francorum gaudio, nullius commodo, sed luore & odio plurimorum: siquidem dominus VValleranus, comes Sancti Pauli externus & alienigena, adamatus dominæ Iohannæ Counteney sorori regis in tantum, vt nullius Anglici respectu illius dignaretur amplexum, duxit (vt prædictum est) eam supra memoratis loco & tempore in vxorem. Et quia contra consilium matris suæ quondam principissæ, tunc matris regis, & omnium amicorum, eadem Iohanna ista præsumpsit, ipsorum destituta subsidijs meritis & indignationem incurrit, & de gēte sua opprobrium non leuiter transi-
siturum. Rex tamen quia soror eius erat consilio eorum qui astabant ei contu-
lit eis villam suam & manerium de Bisfleet, vt videlicet & illam honoraret, & comitis animum suæ fidelitati magis & obsequijs inclinaret.

20 Res noua per hoc tempus in Angliā visa est, quæ cum magis insolita, tantò plures ad spectaculum sui traxit, propterea quòd natura humana gaudet non solum varijs sed insuetis. Miles quidem nomine Iohannes Annelce in parlamento (quod bonū merito appellatur) tēpore domini Edvvardi regis tertij post conquestum, Thomæ Karryngton armigero (quòdam custodi castelli de sancto saluatore, quod recolendæ memoriæ dominus Iohannes Chaundos construxerat in Gallijs, intra insulam de Constantin) imposuerat notam proditoris, eò quòd dictum castellum, vt asseruit, vendiderat Gallicis pro inestimabili summa pecuniæ, cum nec defensio sibi, nec victualia defuissent, in qua causa, cum eodem armigero armorum lege obtulit se pugnaturum. Ad eum namque (ratione vxoris suæ cui debebatur hæreditas tãquam proximæ de affinitate dicti Iohannis Chaundos) dominium illius castri spectasset: si non proditiosè alienatum fuisset commentis dicti Thomæ. Prædictus autem Thomas pro hac causa captus & incarcerationis fuit pro tunc, sed citò post, quando duci licuit, quicquid libuit dum rex pater eius in extremis agebat, deliberatus est interuentu (vt dicitur) domini de Latymer, cui idem armiger in pace, & in bello, in iustis & in iniustis, in veris & in falsis perante militauerat. Nec potuit Iohannes Annelce, suæ clamoris effectum per totum tempus sequens consequi vsq; modò, quibusdam asserentibus contra iura regni fore aliquem de ipso regno pro vlla causa tali lege in regno pugnare. Obstabant quammaximè qui simili nota percelli timebant, sed tandem coactis viridicis & senioribus militibus regionis, diffinitum est pro causa extrinseca sicuti pro præsentis causa, quæ non infra regni limites orta est, & pro possessione rerum transmarinarum bene licere, quenquam duello cōfligere, si Constabulario & Marechallo regni, per ante causa fuisset notificata, & in eorum præsentia duellum à partibus acceptatum. Statuitur ergo dies belli, & interim præparantur duello necessaria in curia apud VVestmonasterium, limites videlicet quas listas vocant de lignis fortissimè fabrefactis, tanquam perpetuò duraturæ. Adueniente die præfixo, conueniunt de cunctis regni partibus ad insuetū belli spectaculum, in tanta quidem copia, vt numerus Londoniæ confluentium, multitudinem eorum qui ad regis coronationem paucis annis ante confluxerant excessiuè (multorum testimonio) superaret. Ipso verò die summo

De duello inter I. Annelce & Thomam Karryngton.

Incarceratio Thomæ Karryngton.

mane rege cum proceribus & regni cōmunitate locum ingressis (prout moris est) miles intrat armatus, insidens dextrarium decentissimè phaleratum. Nam appellator debet ingredi primò locum, defensoris præstolaturus aduētum. Deindè, post aliquam horam vocatus est armiger ad defendendum causam suam tali forma. Thoma de Katrington defensor compareas defensurus causam tuā, pro qua dominus Iohānes de Anneslee miles & appellator te publicè & in scriptis appellauit. Hoc autem ter voce preconis belli factum fuit. Tertia vocatione completa, adest armiger, & ipse armatus, equitans dextrarium stratum regaliter stramentis præferentibus arma dicti Thomæ. Qui mox vt ad listas peruenit, descendit de equo, ne iuxta consuetudines prælij Constabularius vendicaret eum, si limites fuisset ingressus. Sed nihil sibi valet astutia sua: nam equus iuxta listas discurrens, aliquotiens totum caput & pectus iniecit vltra limites. Ob quam causam Constabularius dominus Thomas de VVodstocke equum vendicauit, iurans se velle caput eius habere, videlicet quantum inter listas de equo visum fuit, vndè adiudicatus est ei equus: sed hæc exposit, iam ad formam duelli reuertamur. Armigero itaque limites pedes ingresso, per Marefchallum & Constabularium allata est indentura, quondam coram ipsis confecta consensu & voluntate partium, in qua continebantur articuli depositi contra eum per militem aduersarium, & in omni audientia legebantur. Armiger autem quem conscientia stimulabat, nitebatur exceptiones facere, vt quoquo pacto sua causa purior effici valuisset. Dux verò Lancastriæ cum vidisset eum tardare, & audisset eum exceptiones iam velle facere, publicè iurauit, nisi iuxta conditiones duelli & leges armorum vellet admittere cuncta in indentura conscripta, quæ nō sine eius assensu cōfecta fuerant, quòd mox tanquam proditoris reus ad suspendendum traheretur. Quo facto, Dux multorum sibi conciliauit gratiam & partem infamiae suæ antiquæ absterfit. At armiger vt ista persensit, fatebatur se audere pugnare cum milite, non tantum in his casibus, sed in omni casu mundi. Fidebat vtique plus in robore fortitudinis suæ & fauore amicorum, quàm in causa quam susceperat defendendam. Erat enim magnus statura, cum miles inter mediocres minimus videretur: & habebat amicos potissimos, dominum de Latimer, dominum de Basset, & plures alios, quorum nomina suppressimus ad cautelam, quorum interuentu fulciri sperabat, si fortè quicquam aduersi passurus esset. Huiusmodi occasionibus animatus, ingreditur locum pugnae, & præmissis ab aduersario suo milite iuramento prout moris est. Et ipse idem iurauit audacter, videlicet quòd causa in qua pugnaturus erat vera fuit, & quòd non erat conscius vllius artis magicæ, per quam de aduersario posset reportare victoriam, nec gestabat super se herbam aut lapidem, nec experimenti genus quibus solent malefici de hostibus triumphare. Quibus paratis, & ab utroque deuotè oratione fusa, pugnam incunt, primò lanceis, deinde gladijs, postremò cultellis rem agentes, pugnatum est ergo diutius, donec omnia instrumenta bellica armigero subripuisset. Tādè armiger à milite virtuosè prosternitur, & miles se preparat ad irruendum in eum, sed tamen sudore decurrēte per casidē aliquantulum visu hebetatus, dū credit semetipsum proijcere sup eū, à latere corruit armigero nō appropinquās. Quod persentiēs armiger, quāquā iam penè exanimis factus esset præ labore, se conuertit ad militem inferiorem existentē, & ideo quantoties deuincendum. Alij verò dicebant militem in proximo surrecturum, & victoriam de armigero habiturum. Interea rex pacem clamari præcepit, & militem leuari de terra. Quid multa? mittuntur qui armigerum erigunt, sed cum peruenissent ad militem, rogauit cum instantia vt dominus

rex permittat eum modo praeſtaſto iacere, aſſerēs ſibi bene eſſe & victoriam re-
portaturum, ſi armiger reponatur modo quo prius iacuit ſuper eum. Tandem
cum miles non poſſet vota ſua conſequi in hac parte, permittit ſe leuari de terra.
Qui mox poſtquā leuatus eſt, ſine fulcimento cuiuſquā perrexit ad regem ala-
criter. Cum armiger poſtquam leuatus fuiſſet, ſine ſuſtentamēto duorum ho-
minum, nec ſtare nec quaquam progredi potuiſſet, & ideo deſiſtus in ca-
thedra ſe dedit quieti. Miles igitur cum ante regē veniſſet, rogauit eum & pro-
ceres vt ſibi illam cōcederent gratiam, vt iterum in loco quo prius, poſſet reponi,
& armiger ſuper eum: perſenſerat enim armigerum iam penē vltimum ſtatum
10 emiſſurum prae nimietate & caloris & armorū ſuorum ponderoſitate, quae ſibi
vitales terē ſpiritus ſubripuerant. Rex verō & proceres cum vidiſſent militem tam
animōſe, tam viuide bellum tepetere, & inſuper magnā ſummam auri offerre
publicē vt id poſſet effici, decreuerunt eum iterū reponēdum, & armigerum ſu-
per eum modo vniuerſaliter ſeruato quo iacuerant ante proſtrati. Sed interim
armiger deficiente ſpiritu repente de cathedra corruit quaſi mortuus inter aſtan-
tium ſibi manus. Accurrit ergo multi, hominem vino perfundunt & aqua,
ſed nihil omnino proficiunt donec detractis armis & omnibus indumentis ad
corpus vſque nudatus fuiſſet. Quod factum, & militem victorem probauit &
armigerum eſſe victum. Poſt diutinam autem moram paululum reuixit ſpi-
ritus armigeri, & apertis oculis cepit caput erigere & terribiliter vnūquēq; reſpi-
cere circumſtantem: quod vt nunciatum eſt militi, acceſſit armatus, quippe qui
20 nihil depoſuerat armaturae à pugnae principio, & alloquens eum & proditorē
& falſum appellans, quærit ſi iterū audeat duellum repētere. Illo verō nec ſen-
ſum, nec ſpiritum habente reſpondendi, clamatū eſt pugnam finitam, & vt
quiſq; ad propria remearet. Armiger igitur mox vt ad lectum delatus eſt cepit
furere, & in inſania mentis perſeuerās, in craſtinum circa horam nonam ſpiri-
tum exhalauit. Actū eſt bellum præſtaſtum ſextimo idus Iunij, cōmunis vulgi
gaudio, proditorum dolori.

Circa iſtos dies rex Angliæ & eius conſilium validum cōſtantes exercitum,
30 miſerunt in ſuccurſum ducis Britanniae qui penē ab omni ſpe excederat reſi-
ſtendi Gallias, poſtquam audiſſet videlicet dominum Iohannem de Arundelia
& eius exercitum in mari (vt prædiximus) expertos tam dira fata. Præſti ſunt
autem huic exercitui dominus Thomas de VVodeſtoke comes Buckinghamiae
regis Auunculus, dominus Thomas Percy frater domini Henrici Percy comi-
tis Northumbriae, dominus Hugo Caluerlee, dominus Robertus Knoll, domi-
nus de Baſſet, dominus Iohannes Harleſton, dominus VVilhelmus de VVyn-
deſore, omnes profeſſo viri quibus ſingulis meritō exercitus quiſque committi
poſſet, prae ſapiētia, fortitudine & arte belladi. Hij, quia tutum non erat directo
curſu ab Anglia in Britanniam nauigare, propter galleias obſeruantes maris ſe-
40 mitas, & propter paucitatem nauium quae non plures ſimul ex eis tranſuehere
poterant, elegerunt à Doueria & Sandvico ad Caſſiam copias tranſferre, &
ita per omnem Franciam equitare donec Britanniam peruenirent, ne per lon-
ginqum mare ſperſim traieſti, diſpendia numeri ſuorum hominū piratarum
paterenter incurſu. Iohannes Philpot ciuis Londoniarum in iſta profeſſione
laudem promeruit & honorem, qui & eis naues proprio labore conduxit, &
grauatos aere alieno, propter longam iuxta mare morā, vt aſſolet pro expecta-
tione nauium aut ductorum, abſoluit à debitis creditoribus, ſatisfaciens & cau-
ciones ſuis dominis reſtituēs, qui loricas, laminas, caſides, galeas, arcus, lāceas
& alia armaturae genera pro viſtualibus vadiauerant, quibus neceſſe fuerat vel
non tranſire pro defectu (vt dicitur) armaturae præſtaſto modo expoſita, vel certē

*Exercitus
Anglicanus e-
quitat per res
gnum Francie
nemine reſi-
ſtente.*

inermes omnino proficisci. Accepti utique ab ore eiusdem Iohannis Philpot, quod mille loricas vel tunicas (quas vulgo lackes vocat) redemerit de manibus creditorum. Profecti autem nostrates omnem Galliam, circumequitando girauerunt, partem depradantes in vastitate hostili, villas & pradia succendentes, & populum sine respectu in ore gladii perimentes, donec ad confinia Britanniae peruenissent, nemine eorum ausus impedire presumente de tam famoso regno. Tatus utique terror ipsos Franco, inuasit, ut in amplissimo regno, in quo mille semper viri singulis ex Anglicano exercitu opponi potuerat, citius eligerent more feminarum latebras se occultando querere, quam glomeratim Anglicanis manipulis obuiare. Tua sunt opera haec Christe, tua miracula Iesu bone, cui potestas est dimicare, seu vincere, in paucis aequè ut in multis, qui tibi famulantibus inter confertissimos hostes tutum iter praebes, & vindictam retribuis in hostes nostros, tu enim fecisti, ut esset immobiles quasi lapis, donec pertransiret populus tuus domine, exercitus Anglicanus, qui non in superbia & in abusione regnum Franciae subiugare laborant, sed in iusticia & aequitate, & innocentia regis sui iusti haeredis Francorum regni confisi.

Capitur navis
Scotica.

Per istud tempus viri de villa de Hul & de Nouo castro super Tynam, communibus votis egressi, ad piratarum qui tum abundabant maliciam retundendam, fortuito cuidam naui de Scotia obuiantes, cognito quod hostes essent in ea, nauem inuadunt hostiliter, & occisis vel captis qui in eam concesserant, ratem pertrahunt ad partes suas, cum bonis ad valorem septem milium marcarum estimatis. Nec mora, huius euentu rei cognito, comes Northumbriae dominus Henricus Percy citius aduolat, & partem vel totum dictae pradae obtinere cupiens regis nomine praecipit, ne distractionem rerum ipsius navis facere praesumant sine eius conuiuentia quouis modo. At boreales mox spiritum habentes in naribus, prout moris est illius gentis, satis incompositè ore distorto naribus praefurore vento repletis, turgide responderunt cum summa indignatione latrantes se mortis periculis obtulisse pro regis regniq; commodis, & per magna dispendia hostium bona ab ipsorum manibus extorsisse, nec debere eos qui tantum laborauerant ipsius arbitrio partes capere, sed potius ipsorum esset in diuisione discretio, quorum fuerat in adeptione periculum, & idcirco quantocius iubent illum recedere, nec cogatur in illum arma vertere pro rebus proprijs, pro quibus iterum se fatebantur citius dare discrimen magis equanimiter quam sufferre in earum diuisione eius arbitrium qui in earum adeptione minimè laborauit. Comes haec audiens, quanquam sitiens audire bona praefata, iratus valde discessit, imaginaturus contra eos malum quod fecit sibi nihil in hac parte velle deferre. Adquisiuit ergo breuia ad capiendum eos tanquam sibi & per consequens regi rebelles, quippe qui vices regis ibidem gerebat. Sed interim nec ipse nec viri de nouo castro qui maximè sibi restiterant gauisi sunt de prada, quin potius a desiderio suo fraudati & ridiculose delusi ab alienati sunt retrorsum, bonis praedictis ab eisdem abductis cautelose, & ad alias partes transuectis. Occasio huius tacti fuit. Quidam de villa de Hull qui (ut praemittitur) in dicta profectione socius laboris fuerat, & postquam comes praefatus (ut diximus) rerum diuisionem petierat nec obtinuerat, petijt a socijs sibi dari partes suas pro quibus laborauerat, timuit reuera si mora longior intercederet, quod nec ipse nec socij gauisuri essent bonis praefatis. Socij verò sui de nouo castro & de conuicinis locis responderunt bona praefata non dum partiri debere, praesertim cum nescitent quid comes Northumbriae contra imaginaturus esset. Altercantibus autem illis pro hac causa, & exorta rixa cum verbis, post remò negantibus viro de Hull quicquam de prada, recessit ad sua, & post paucos dies cum armata manu ex improviso adueniens, soluit

soluit nauem cum bonis omnibus, & nullo audente resistere, reuertitur ad villam de Hul. infidis socijs spoliatis, & comite supradicto à suo desiderio cū fanis & cachinnis excluso.

In testro sanctæ Margaretæ virginis, Franci & Hispani, qui maritima loca Angliæ multipliciter infestauerant, & naues plures rapuerant, dum consueta suæ nequitiæ opera continuare contendunt, per viros de occidentalibus partibus Angliæ subito super eos irruentes coacti sunt quendam portum capere in Hibernia, vocatum Kynsale ab incolis, vbi virtute & animositate Anglicorū & Hibernicorū capti sunt duces eorum, videlicet Iohannes de Verse admiralius & capitaneus Franciæ, Iohannes Perys de Verris, Iohannes frater eiusdem Gounsalue, Martinus de Moterigo, Turgo dominus de Morants, dominus de Reyth Perys, Martinus de Vermeve, Iohānes Medite de Vermeve, Seymch de Veillale, Senischall. de V Vergario, Iohannes Senischall. de sancto Audiroy, Cornelius de sancto Sebastiano, Paschalis de Bykey, Iohannes Martinus Sopogorge de sancto Sebastiano, & plures alij nominati, pluribus interfectis, quorum numerus se extendit ad quadringentos viros. Recepta sunt autem ibi vasa, quæ ipsi nostratibus abstulerunt, viginti etiam vnum maiora & minora cū quousdam vasis eorum, scilicet quatuor bargijs & vno balingario. Euaserunt nostrorum manus ex Hispanicis quatuor, nominati, Martinus Graunts, Iohannes Peris Montago, Iohannes Husch de Gytario & Gressiæ, & de sancto Sebastiano.

Hac estate Scoti nauem de qua locuti sumus captam esse dolentes, Northumbrensis vices rependere studuerunt, & similia pro similibus machinari. Ingressi namq; cum populosa multitudo gētis rabidæ fines nostros, gētes V Vestmarcorum & Cumbrorum inuaserunt, spoliarunt & occiderunt, & ultra progressi, de foresta de Ingelvvode diuersi generis animalia in Scotiam fugauerunt, ad numerum (vt dicitur) quadraginta milium, vbiq; furentes, vbiq; cedentes, & quæ poterant flammis contradentes. Nec hijs contenti, nocte iter ingressi furtiuè & repente super villam de Penreth irruunt, vbitunc nundinæ celebrabantur multorum populorum frequentia, in quo loco & occisus quamplurimis, multisq; captis, cunctisq; fugatis reliquis, congregatas alportant diuitias, quæ nimirum cuiuslibet cupidissimi exercitus audacitatem explere potuerunt. Deinde per vrbem redeuntes Carleolensem, eam inuadere decreuerunt, sed tamen fama territi, quod nocte præcedente panē innumerabiles de appendicibus comitatibus ad eius defensionem occultè confluxissent, statuerunt quidem iter agenda circa ciuitatem prædæ, ne fortè aliquo dolo circumuenti si ibi morari cōtingeret, partas manubias apud Penreth, & in patria dimittere cogerētur, quod & factum est: sed tamen transeundo per quosdam sagittarios V Vestmarcorum & Cumbrorum, nonnullos ex suis amiserunt, vnde cōtigat, vt cū metu prætereundo recederent festinanter, agentes tamen coram eis prædas captas, & in Scotiam traduentes. Comes Northumbrii pulsatus eorum iniurijs, quippe cui amplius damni quàm mille marcatus intulerant, dum ad arcendum eos, vel pro damnis damna parat reddere, per scriptum repētè regium eis quicquam facere prohibetur. Vnde cū festinatione veniens ad consiliū regale Londonias, quærit quidnam hoc esse potest, quod inhibitum sit per regis scriptum & regni resistere tam immanibus inimicis. Qui blandè mox accepto responso & diem Marchiæ quem annis singulis Angli simul tenent & Scoti, expectare iussus, recessit, nihil acturus vsque ad diem præfinitum.

Hac ipsa estate Galeæ iugi peruagatione per diuersa littora plura damna patriæ irrogarunt. Nam vespiliones qui in eis erant, vbi custodiam deesse conspexerunt,

Hostes in Hibernia capiuntur.

Scoti captam nundinas de Penreth.

Delusio.

Villa Wynchilse capiuntur.

spexerunt, egressi prædas agebant impunè multociens, & quandoque etiã villas iniectis flammis cõbussierunt, sed more mergorum, vbi aliquem armatum aduenire videbant, ad aquas præcipitater cucurrerunt. Quos aliquando fortuna nostris obtulit, vnde cõtigit, vt quandoq; octoginta, quandoq; centum simul intercepti, antequam ad mare peruenire possent sagittis præforati, remotari coacti sunt. Interq; dedecorosa damna quæ patriæ intulerunt, villam de VVin-chilsee ceperunt, & abbatem de Bello succursum eidem villæ præbere conantem ad fugam cum suis omnibus compulerunt, capto quodam ex suis Monachis qui illuc cum cæteris armatus cõuenerat. Comes de Arundelia Richardus, quæ paternæ diuitiæ & auita hereditas sublimem effecerat, nihil horum minuere quouis pacto, decernens, postposita pompa rei militaris & hominis, ne damna inferret claustris inexorabilibus, cum in partes suas prædicti nebulonies ascenderent, cum notabili familia sanè incompetenti tali personæ cum vna lancea (vt vsu vulgari loquar) egressus est non ad terrendum hostes, sed eisdem præstandi animũ ad vilipendendum comitatus dignitatem & nobilitatem militiæ Anglicanæ, dũ cernerent vel audirent quempiam è nobilioribus, ditioribus & potioribus regionis cum tantilla familia egressum, non in occursum prædonum, & vt patriæ spem resistendi pareret, sed potiùs (vt vulgò ferunt) metum incuteret, minoribus ipso sed melioribus, qui procul dubio eos satis viriliter arcuissent, si ipse timide non interpoluisset manus suas.

Thomas Helton carcere liberatur.

Per idem tempus, dominus Thomas de Helton pacta redemptione à carcere in Aquitania liberatur, qui domum rediens, obuiavit Anglicano exercitui (quæ supra diximus in Franciam destinatum pro succursu ducis Britannicæ) quem oēs Domini cum summa iocunditate susceperunt, & per dies aliquot cum eis detinuerunt. Qui medio tempore moræ suæ plura salutis monita dedit eis, & eosdem instruxit de multis præcauendis periculis, quæ eis exposit (vt apparuit) non patuo momento fuere.

Crudelitas comitis Flandrie.

Circa mensis Septembris initium orta similitate inter comitem Flandriæ & communes suos de Ypres & de Gandauo, dum Ypresenses conuenissent ad tractandum cum magnatibus comitis, repente venit comes inopinatè cum magna armatorum multitudine, & irruit super ciues Ypresenses, & occidit ex eis ad octo millia virorum, adorsus fortassis facinus in seipso acrius puniendum: deinde iuxta naturam sui crudelis animi è vestigio cingit urbem Ypresensem obsidione, quam captam, mox succendit partem ex ea, partem ad testimoniũ victoriæ suæ intactam reliquit à flammis. Quadraginta verò de maioribus illius villæ decapitari præcepit, & totidem ad villam de Brugges direxit carcerali custodiæ deputandos. Quibus feraliter perpetratis, commune vulgus conuocat, & scilicet fore Dominũ superbè pronunciat. Quapropter mandat de cæterò, caueant illi resistere, ne similem omnes pœnam incurrant, quam decapitados diximus excepisse, sacramento affirmans se vindicaturum in illos, si vnquam sibi resistendum putauerunt, vt in conciuces eorum ultus est, omnes generaliter plebetendo sententia capitali. Præterea cũ pulsaretur clamoribus relictarum feminarum quarum maritos obtinuerat, quærit quænam sint vel quæ causa clamoris earum. Cumq; didicisset has relictas virorum morte punctorum, mox vt nihil plenè deesset crudelitati, & has decapitari præcepit, mandans vt suis mittantur maritis, ne diutius in viduitate detentæ cogantur prolixius inaniter lamentari. Quibus gestis, Gandauum cum ceterum millibus de plebe sua obsidione vallauit, nam & illam urbem subuertere cogitabat, non solum quia rebellem iudicabat eandem, sed ideo maximè, quia Gandauenses villam de Dindermoun igni succenderant, eò quòd comiti nimis fauere visa fuit, sed Gandauenses nihil eum veriti

venit, nec eius exercitum metuētes, elevatis portis de suis cardinibus, & in medium forum villæ perlatis, latum iter sibi & suis si intrare audeant patefaciunt.

Hac ætate Carolus qui dictus est rex Fræciæ, qui & illud regnum post per-

*Caroli Fræciæ
regis mors.*

Caroli, concessit in fata, à suis prius impocionatus ut ferunt, satisq; pænitens de suscitacione belli iniusti contra regnum Angliæ & adhæsiōe antipapæ, qui cum consilio suorum procerum, ducem Burgundiæ iuniorem, scilicet fratrem suum constituit regni Francorum restorem, antequam moreretur, eiq; commendavit parvuli filij sui omnisquæ domus suæ tutelam, eò quòd infantulus

10 nondum aptus fuerat ad regnandum. Andegaviensis autem dux, maior frater Caroli, post mortem eius ægrè ferens minorem fratrem sibi prælatum, nam ad ipsum ratione etatis spectasset (ut asseruit) regni tutela, cepit aduersari manifestè sibi, adhærente suæ parti domino de Clisson & nonnullis alijs de potentioribus regionis, facta est dissensio publica atque notoria inter eos, ita ut penè plus timerent inuicem alterutrâ crudelitatem, quàm nostri exercitus Angliæ, qui tunc

impune circumpatrias equitabat, potentiam siue numerositatem. Dux tamen

*Alta nostra-
tum in Fræciæ.*

Burgundiæ ut ostenderet se idoneum regni custodem, iam tunc cum fratre con-

20 fligere non reputavit expediens, quando cerneret nostrates circunquaq; patrias perimere, patriam vastare tam flâma quàm gladio: quare collecta apud urbem de Troys qua potuit multitudo de tota terra præter terras Andegaviensis Ducis & domini de Clisson, quas sciuit propter memoratam dissensionem sibi parere nolle, ad numerû scetè quatuor millium armatorum, & de comuni

plebe magna multitudo, statuit nostratum impedire viam, eos in itinere præueniendo, ut quoquo pacto compelleret ad pugnandum: quod ut nostris est cõ-

pertum, decreuerunt Francos præcedere sine mora, ne fortè eis aliquod impedimentum contingere posset si Gallici eos præcessissent: & factum est ita. Colle-

30 etiq; sunt nostri subito ante eos, non modicùm mirantibus ipsis, quo modo nostratibus, ita citò ipsorum consilium innotuisset. Cumquæ certam nostri elegissent stationē, ut armatos statuissent ordinatè & pulchrè dispositos per turmas suas, cariagilū quoq; (quod Garcinas appellamus) à tergo localsēt, ecce quidam ex Gallicis egressi sunt, transgredientes quādam nouam fossam quam iidem Gallici sibi fecerant pro sui exercitus maiori tutamine ad pugnandum contra nostrates, quos illico sine grandi negotio quidam è nostris fossam relinquere & ad suos retrocedere compulerūt, obtenta ex eis eadem fossa, & multis super eandem interfectis, quod factum Gallicis mox pauorem incussit adeo quidem

40 grandem, ut ampliùs dictam fossatam egredi non auderent. Ciues autem urbis de Troys tantus metus inuasit, ut sine mora (collectis quibusque de rebus præciosissimis) ad partes alias pauidi transmigrarent: credebant namq; nostros repente irruituros super eos & eorum urbem, quam rebātur nullo modo custodiri posse contra eos. Nostrates verò post prædictum certamen, per aliquot horas expectantes in loco, cum nullum è Gallicis vlteriùs eos infestare vel impetere velle percepissent, sine magno damno cum victoriæ gloria recesserunt, diutius ibidem immorari cauētes immò quammaximè, quia nesciebāt qualiter res cum duce Britannia (in cuius adiutorium missi fuerant) se haberent, quāquam fortassis si post prædictum conflictum, vel Francos impetere vel dictam urbem invadere decreuissent, magnum eisdem commodum excreuisset tali facto. Sed amor ducis & inuictum mandatum quod acceperunt ad festinandum ad succursum suum, eos à tali proposito auerterunt, qui tamen tam periculosa itinera peragrasse, tam confertos hostes & loca hostilia penetrasse, tantos labores non consummasse sed inchoasse, in aduentu & approximatione Britannia cognouerunt.

uerunt. Enimvero dux, cuius amoris intuitu hæc omnia cēptare, (vel indūctus metu vel allectus mercede) in partem consenserat aduersam per ante, vt multis constaret sanioris capitis, cum magis timore quā amore Anglicis videntur impendere gratiam vel fauorem, si tamen gratia siue fauor sunt dicenda, quæ vel ab inuito, vel coacto quouis pacto extorquentur. Iam nunc vel serò saltem cognoscere possunt Anglici suam proteruam & indisciplinatum imprudentiam & stultitiam irrestrānabile, qui omnium credētes spiritui, sensum, vires suas, atque substantiam in omnem ventum dispergentes, & velut metuentes ne terra sua habitatores eius deuoret, eosdē emittūt, qui defensio, protectio & iuuamen esse possent, in mari vel peregrinis regionibus consumendos. Et dum magis ca- 10 uent alienis periculis, ipsi iacturam irreuerabilem patiūtur, & periculis se exponunt, ipso more, qui vitātes Scylleam voraginem in Charybdim impingunt. Quis enarrare poterit quanta dispendia, quantos luctus mors domini Iohānis de Arundelia, & nobilium perditio qui eam eo similem sensere fortunam, inuexit incolis Anglicanis? quæ plaga regionis, quæ prouincia, quæ ciuitas siue villa quēquam non amisit in illa infausta expeditione, in quam de toto regno valentiores conuenēre? Puto nullus aut rarus angulus in tota terra vacuit à luctu, ubi non mater filium, vel vxor maritū, aut quis affīnē vel cognatum in ipso naufragio se doluit amisisse. De substantia rerum præciosarū amissarum, siue pecunia qua pauperes apporiatī sunt, & terra depauperata pro illius 20 exercitus, exhibitione silendū existimaui, cum anima sit plus quā esca, & corpus quā vestimentum, cum insanabilis sit plaga terræ tot fortibus morte percussis, tam generosis perditis, tam probis submersis: & tamen hijs omnibus non obstantibus, adhuc insensata patria iterum militiam legere, iterum expensas parare, iterum optimos & probatissimos regionis dubijs fatīs committere non veretur. Ecce enim in expeditionem Britannicā emittitur simul ferè tota nobilitas ad hostes manifestos & publicos, priuatos & dubios destinatur, quæ si non magis diuina cura quā patriæ suæ fide forā fuisset, forsitan nunquam patriam reuidisset. Præsertim cum hinc Gallici certi hostes, illinc Britones dubij vel occulti (in circuitu eorum constituti) dolos & malitiā, insidias & fraudem iugiter 30 meditantes, eos quouis pacto prodere vel circumuenire tentabant. Nam quotiens à Francis, dum per totum regnum Francorum audacter equitabant, dum vastabant patrias flammis atq; ferro, dum quicquid libuit, pro voluntate in ipso itinere versūs Britanniam disponebant, ibidem insidias occultas & manifestas sunt perpepsi, dicere longum foret. Nouissimè Britāniam subintrantes, & cuncta reperientes ibi confusa, ducem dubium & instabile & nutantem, incolas perfidos & fraudulentos quis diffidere poterit, eos in maximis periculis constitutos, & quod magis est hijs omnibus, suæ gentis propriæ perpepsi proditiōē, dum mox, vt terram Angliæ sunt egressi, derelicti velut mortuus à corde, è vestigio pacta contracta, promissiones infectæ, & penè omnis spes auxilij est sub- 40 tracta, vnde nisi dominus custodiuisset eos propter vitæ munditiā, cordis innocentiam, quibus effulsere qui ductores fuerunt huius exercitus, nunquam terram propriam reintrassent. Nempè campi ductores huius turbæ, nō vt plerique ceteri qui duces ante eos fuere, patriam passi sunt depredari propriam ingressu suo, nō maledictiones pauperum incolarum, plebem ad prælia processuram, fuerūt promereri, sed potius quicquid fauorem, gratiam, beneuolentiā totius populi inuitaret in terra, antequā ingrederentur maris alta, agere studuerūt. In Francia quoque constituti, cum penè per totum regnum Franciæ ipsi innitis Gallicis illesi transissent, aded vt nullum è suis per totum illud iter perdidērunt, in tanta felicitate nullatenus obliui sunt dei sui, sed regi & proceribus & omni- bus

bus religiosis Angliæ, preces deuotissimas literaliter direxere, vt orationes
continuant, processiones pro eisdem facere, & alia pietatis opera exercere dig-
narentur. Contigit ergo vt felici fine in propria regione quamuis in ter-
ra hostili insidias paterentur, benedictus deus cui placere comprobata sunt
ipsum opera, cuncta conclusit, & ad propria, cum salute, cum honore gra-
tiosè reduxit. Et quidem ipsum fuit graciola regressio, qui vbi amicos re-
perisse initio putauere, hostes familiares (Britones videlicet) reppererunt. Ipse
etenim dux Britannie, pro cuius amore (vt premisimus) Anglia tot valentes a-
misit & nobiles, pro quo (illis omnibus non obstantibus) isti tam periculosa
10 itinera transierunt vt opem ferrent eidem, in ipsum aduentu, mox vt ad eum
peruenire, colloquio cum illis habito, de eorum recessu non de mora tractare
curauit. Cuius inconstantiam ipsi mente librantes, & pericula quæ eis paraban-
tur prauidentes, (nam per certos viros partis aduersæ qui eosdem imo dilige-
bant amore, pramoniti nisi cautiùs & citiùs atque subtiliùs sibi prouiderent,
quod vniuersi (proditione mediante) vel interirent, vel saltem vi hostibus tra-
derentur) oblatum ab eodem duce aurum non modicum, ea conditione vt rece-
derent susceperunt, & ita (deo volente, & eos dextera sua protegente) ad propria
sunt reuersi sine suo vel suorum damno vel lesione, excepto quod equos omnes
vel in mari redeundo, vel in Britania perdiderunt, & præter illud, quod in ob-
20 dione quam fecere frustra circa Matmentensium ciuitatem, nonnullos valentes
amiserunt, inter quos nobilissimum militem dominum Hugonem Tyrel viderunt
iniquis fati succumbere à quodam balistario traiectum.

Hoc anno mense Nouembris coronatus est filius Caroli quondam regis
Francorum in regem, ætatis videlicet decem aut vndecim annorum. Post
cuius coronationis exacta celebra, cum vniuersa ferè nobilitas regni Franciæ
Parisijs cõuenisset, repente orta est seditio magna cõmunis vulgi & tumultus,
& murmur magnum excreuit inter proceres, eo quod totiens non tam appor-
tassent, quam despoliassent patriam diuersis taxis, quas Gabelas appellat, iam ex-
hibitas Galliaris & nautis qui nihil commodi regni contulerunt, iam diuersis
30 exteris, qui eos tutaretur & Anglis officerent, qui nihil proficerent, iã dominis
& regni proceribus qui eos protegeret, sed in vanum, nam ipsi proceres qui eis
defensio fuisse debuerat, & ipsi patronis opus habebant, cum cernerent exercitum
Anglicanum per totum regnum equitare, flammis & ferro quæq; vastare, &
nullum è suis non tamè eisdem se obuiare, sed nec quidem respicere ausum, sed
quelibet more faminarum, vel in urbibus vel castellis occultare. Quare pudendum
fore dominis asserebant, quod in tanto regno, vbi tot nobiles, tot magnates, tot
milites, tot bellici esse debuerant, vt meritò cõtra quelibet de exercitu Angliano
decem de facili producere potuissēt, quod nullus ex omnibus pro regno auderet
se opponere, vel pro plebe. Pudendum insuper esse dicebāt, quod pulchris pollici-
40 tationibus totiens populum falsè circūuenissent, promittendo si iã & iam tantum
soluissent, se Angliam subiugaturos, si modò tamè pendidissent pacem habituros, &
nullum ipsum verum verbum stetisse, quin etiã nunc Anglos in mediū eorum
cõuenisse, & Fracos meticulosè domi residere, nihil omninò patriæ prouidere,
sed vniuersa Anglorum direptioni derelinqui. Quapropter scirent procul
dubio plebē nullatenus velle vel taxari, vel taxationibus acquiescere, quin potiùs
relictis rege suo & proceribus qui cõtinuè eorum apporiationi studebāt, ad An-
glos se cõferre, quos sciuerūt magis placidè dominaturos super eos quàm Galli-
cos suos dominos naturales. Et talia conclamantes, vix manus poterant conti-
nere, quin in quosdam regios familiares & consiliarios inijcerent manus suas.
Duces igitur & magnates cernentes populum exacerbatum, vim sibi timen-

Coronatio rei
Franciæ &
tumultus
cõmunis
Parisijs factus.

Angli
in
mediū
eorum

tes inferri, plebem cum omni mansuetudine demulcentes, vix ad horam sedare vel compescere potuerunt. Igitur rex & regni maiores in quendam locum munitum se contulerunt, facientes illud Poëtae consilium, *Dum furor in cursu est, currenti cede furori*; ibidem rerū eventum præstolaturi. Plebs verò sequenti nocte cum furoris continuatione progrediens, domum cuiusdam ex maioribus ciuitatis, cuius consilij imputabāt se totiens taxis vexatos fuisse, funditus diruerūt, & omnia vbiq; vrbis loca perlustrantes, quotquot ex Ianuensibus galearijs reperire poterant immisericorditer trucidarunt, quoniam (vt ipsi asserēbāt) penē exhausterant sine fructu totam pecuniā regionis. Et reuera grandis fuit summa quam quotidie receperūt, quæ nimirum excreuit per dies singulos ad septingē- 10 tas quinquaginta libras, quæ per equales porciones viginti quinq; galeijs diuidebantur, & quidem per tempus prolixum, ab initio mensis Maij, quo mense primò Galea audent occiduū sulcare Oceanū, vsq; ad finē mensis Augusti, post quem pettimefcūt in nostro mari propter procellas & turbines immorari.

Profectio ducis versus Scotiam & de pauperatio regni.

Dux Lancastriæ Iohannes sapiens nominatus, per hoc tempus ad infestandum Scotos perfidos & rebelles mittitur in partes boreales, cum decētissima satis turba ad extirbandum si expediret totum regnum Scotorum. Occasio profectionis istius extitit Scotorum irruptio turbulenta, dum (vt præmittitur) satis inhumanē partes Cumborum & VVestmarōrum, nec non villam de Penreth hostiliter inualissent. Sed quid dux ibidem tractauit, quā fructuosa eius 20 profectio fuerit, conijcere poteris ex vniuersis suis profectionibus antea actis: nam Scoti versipelles & falsi, post eius tractatū (licet elaborasset pro pace) tam illorum quā nostratū quāmaximē, plura damna irrecuperabilia regno Angliæ irrogarunt. Nam, vt prætermittamus plurima, Scoti nos non solum deciperunt sed deriserunt. Eo tempore vastata fuit penē prouincia Northumbro- rum, nostri exercitus hospitacione, in tantum, vt prouinciales iuramēto firmarent magis equanimiter aduentum Scotici exercitus pertulisse, quibus legaliter siue licitē poterant restitisse, quā Anglorū aduentū eam vice, de quibus reuerentia cognitionis & patriæ, nec non metu legum, non poterant vindicari. Post idcirco apporiatam patriā, post expensam incredibilem auri summā, 30 videlicet vndecim millium marcarum per ante collectarum de cōmuni plebe, reuersus est exercitus, nil boni reportans patriæ, præter equos quos susceperat ad vsus proprios comparatos à Scotis ea vice.

Litteræ repertæ contra Radulphum de Ferrarijs.

Hijs diebus quos inanes duxit nostra militia, quidam pauper inuentas litteras quasdam sigillatas attulit Iohanni Philpot, qui conuocatis socijs ciuibus, vnam aperiēs, patriæ prodicionem legit in ea, & sigillo exteriori inspecto, cognouit sigillum fore Radulphi de Ferrarijs militis, qui inter regios consiliarios ferē tenuit primum locum: moxquē alias quatuor litteras eodem firmatas, primò regni cancellario, deindē regi defert: quibus inspectis, & signo Radulphi cognito, necnon considerato quibus personis directæ fuissent, rex, regisque 40 quod pro tūc aderat, consilium plurimum admirati sunt, & eò præcipuē, quod miles tam senex, in quo etiam magna spes patriæ sita fuit, prodicionibus inserviret. Namque directæ erat vna ex ipsis Bertrando Cleykyn, alia Bruero de la Riuer & Franciæ Camberlano, vna verò domino de Clysson, & vna patrone Galeiarum, & duci Francorum & Hispanorum exercitus, qui eodem tempore per diuersa loca maritima remigantes, plurima damna patriæ inferebant. Cōtinebant adeò profunda regis & regni consilia, vt nulli veniret in dubium aliū quā Radulphum Ferreis, vel talem qui priuato regis consilio assis- tebat, potuisse vel imaginasse, vel sciuisse, vel talia denudasse. Igitur cum summa festinatione missi sunt quidam milites cum dicto Iohāne Philpot ad ducem, qui

qui tunc (vt prædiximus) ad tractandū cum Scotis in partes concesserat Boreales, cum quo etiā & Radulphus de Ferrarijs eadem tempestate fuit, sigilli verò inpressionibus duci secretè monstratis, vocatus est Radulphus de Ferrarijs, & sigillum proprium monstrare iussus, collatione ita facta, inpressionem comperitum est nihil omninò differre: ad eumulum etiā maioris suspitionis, fatebatur idem Radulphus se nulli commisisse sui sigilli custodiam per tres annos antea-
 10 ctos, vnde visum fuit hijs qui tunc aderant, satis manifestè conuictus. Præcepit eū dux arestari, & in castello Dunelmensi seruari, reuersisque ad regē, quos diximus hac de causa ducē pēisse, missa sunt ad eū verba cōsolatoria, mandantia ne concideret in hoc casu vultus eius, sed esset forti animo, sciens pro certo se nulla dāna passurū pro præmissis. Vnde mox vt talia plebi fuere cognita, cōtra ducem multa dixerunt verba acerba plena cōtumelia. Sed qualiter idem Radulphus euaserit, sequens quod scripturus sum parliamētū declarabit. Idem Radulphus de Ferrarijs, & Barones quatuor qui Parliamēto proximo interfuerē, manucaptus est, donēc per magis euidentes rationes suā innocentia declarasset.

Comes sancti Pauli V Valerannus, qui cum coniuge sua Iohāna Courtenay *Comes sancti Pauli eijsit* sorore domini regis Angliæ paulò ante egressus est de terra, vel vt veriùs asseritur, expulsus est in propriam regionē propter sua facinora, sine strepitu tamē, ne persona regia dehonēstari potuisset per eum qui tam arcta affinitate eidē
 20 coniunctus fuerat, mox vt aërem attraxit proprium, more gentis suæ, prodere voluit se non ex corde cū Anglicis ambulasse, sed fidē potius & dolosē: reuerancta mox oportunitate vt peruenit ad propria, magnates Francorū adiit, qui nouo regi astiterunt, filio scilicet Caroli supradicti, qui eius negotia regi regisque cōsilio promouerent: nec mora, grātanter ab vniuersis admissus, regis Camerarius est effectus, factusq; est aduersarius publicus, ita vt cunctis constaret Anglos ex eo fouisse serpentem.

Flandrenses videlicet de Gandatio post multa ac damnosa litigia, post diutinā
 30 obsidionem, sed inanē, post cades ac mortes quibus affecti sunt, & patriotas ex parte comitis affecerunt, quibus & superiorem manum cōtinuē reportarunt, id comite postulante & obsidionem dissolvente, pacem fecere cum eodem, sed modico tempore duraturam.

Circa festum sancti Martini, nutu quorundam cōsiliariorum, contra volun-
 40 tatem & citra consensum penē cūctorum regni magnatum, & præcipuē contra voluntatem Londoniēsiū, coactū est Parliamētum apud Northamptoniā, eo quidem omnibus magis graue, quod cōtra hyemem & in tali loco fuit celebrandum, vbi nec copiam focalis faciliē potuit reperire, nec hospitria apta tātæ turbæ. Causa verò quare prædicti consiliarij ibidē parliamētum esse constituere, fuit appetitus vltionis quam sumere auebant de Iohanne Kyrkeby, qui fuerat interfectus ipsius Ianuensis mercatoris, de quo supra tetigimus in hoc libro. Reuera considerauerunt animositatem Londoniēsiū, cogitaueruntquē prout
 40 erat futurum si Londonijs parliamētum fieret, nequaquam Londonienses passuros eundem I. Kyrkeby pro occisione prædicti Ianuensis morte puniri, quin potius, si talia Londonijs temptare conarentur, sibi met periculum imminere. Vnde præhibito secum consilio, vt præmissimus Northamptoniæ Parliamētū fieri procurarunt, in quo nimirum Parlamento trahi & suspendi fecerunt eundem Kyrkeby, Londoniensibus vniuersa cernentibus: & nouam taxam ad opus regis & corū præcipuē qui nuper cū domino Thoma de VVodestoke per Franciam in Britanniam Armoricā missi sunt, coegerunt exigi, scilicet de quolibet sacerdote religioso dimidiam marcā, & tantum de vnaquaque sēmina religiosa, de sacerdotibus quoque secularibus tantum, & ex singulis capitibus

capitibus regionis, virorum scilicet coniugatorum & non coniugatorum, ac etiam mulierum, duodecim denarios, non sine diris imprecationibus leuari, fecerunt: quod quidem factum causa fuit inauditi mali in terra, ut ex posteris elucesceret.

Anno dominicæ incarnationis millesimo trecentesimo octogesimo primo, qui est annus regni regis Richardi à conquestu secundi quartus, post festi natalis domini gaudia celebrata, coactum est consilium Londonijs, in quo absolutus est ab officio thesaurarij dominus Thomas Brantingham episcopus Exoniæ, & subrogatus est dominus Robertus Hales magister hospitalis, miles in primis magnanimus atq; strenuus, sed qui non placeret communitati. Circa 10 præsens tempus aduectæ sunt Tieres Southamptonam, quas caricas alij vocare solent, refertæ multi generis speciebus & vinis, alijsq; diuitijs, quæ nõ modicū profuerunt incolis vniuersæ terræ tempore Quadragesimali.

*Opiniones Io-
hannis Wick-
klif.*

Eodem tēpore ipse vetus hypocrita, angelus sathanæ, Antichristi præābulus non nominandus, Iohānes VVyclif, vel potius VVickebeleue hæreticus, sua deliramenta continuans visus est absorbere Iordanem, & omnes Christianos mergere in abissum, reassumens quidem damnatas opiniones Berengarij & Oklese, astruerelaborauit post consecrationem in missa à sacerdote factam, remanere ibidem verum panem & vinum ut fuere per prius, Christum ibidem ut vbiq; asistere, sed specialius, & non plus valere panem illum quàm alium, nisi 20 solum propter benedictionem à sacerdote datam. Quinimodò si ibi esset corpus Christi, asseuerauit in fractione se posse frangere collum dei sui. Affirmauit præterea Christianos errare in veneratione illius sacramenti, quod panem esse dicebat & rem inanimatam, & potius venerandum esse bufonem, vel quodlibet animatum, quàm illud, quia multò præstantiorem esse fatebatur rem animatam quàm quæ carebat anima: & talia delirando multos seduxit in eundem errorem.

*Factum mill-
tis de corpore
Christi.*

Vndè quidam miles de comitatu VVilshire iuxta Sarisburiam, nomine & cognomine Laurentius de sancto Martino, non dissimiliter seductus, cum instante festo paschali viuificum sacramentū sumere debuisset, petijt à sacerdote 30 suo ut in vigilia ipsius festi sibi daret cōmunionem sanctam, qui iuxta vota post missarum solemnia obtulit quod petebat. Miles verò post datam à sacerdote hostiam, illam manu recepit, & continuò surgens, ad domum suam (portans corpus dominicum) properauit. Sacerdos igitur præter solitum videns militem delirare, & mox insequitur, clamans & adiurās ne tantam iniuriam faciat sacramēto, sed illud sibi restituat, vel Christianorum more honorificè tractet & sumat: sed nihil omnino preces illius profecere vel clamores, quin miles illud excluso præbitero, adhibitis ostreis diuideret, & partem cum ostreis, partem cum cæpis, & partem cum vino deglutiret, affirmans quemlibet panē apud domum suam tanti esse valoris quanti fuit ille, quem sumpsisse tali modo gaudebat. Fa- 40 muli verò sui qui de tam horrendi facti nouitate stupuerunt, hæc omnia exteris retulerunt. Sacerdos igitur parochialis, quem stimulabat nimia amaritudo mētis ob tantum scelus cōmissum à milite, Sarisburiensi episcopo, Magistro Radulpho Ergom, cūcta per ordinem inordinate patrata narrauit. Episcopus autē mox milite citari mandauit, quē cōparentem & factū nullatenus abnegantem, admonuit, quia vir in illis partibus magnæ estimationis fuerat, ut domū rediens diuersos sibi notos clericos aggregaret, & cū illis de ipsa re tractatum haberet, si fortè diuinitus respectus interim gratiā consequeretur salubrius sentiēdo de præfato sacramēto, cōpariturus interim certo die corā episcopo supradicto: quod & factū est, & die præfixo rediens, iuxta doctrinā clericorū qui ad eū cōfluxerāt in huius

*Panis cuius
cum deo misse
comparandus.*

huius rei gratiam confessus est se malè sensisse de sacramento altaris, multum-
què peccasse in dehonestatione sacramenti: quare ab Episcopo & cunctis qui
aderant, veniam suppliciter deprecatus est. Episcopus ergo eius videns conuer-
sionem, & attendens humilem confessionem, in partem penitentiae iniūxit ei-
dem erigere Sarisburiae (in loco publico) crucem lapideā, in qua per ordinē to-
ta series huius rei sculperetur, & ut singulis feriis sextis vitae suae discooperto
capite, nudis pedibus, in sola interula & femoralibus, ad eandem crucem veni-
ret, & coram ea totius facti peccatum publicè & per ordinē (flexis genibus) fa-
teretur: aliaq; iniunxit ei penitentias, tam publicas quàm priuatas, quas lon-
gum foret huic paginae commendare. Hæc idcirco scripsi plenius, ut omnibus
elucescat quanta mala bestia (quæ ascendit de abisso) collega sathanæ, Iohannes
V Vicklif siue V Vickebeleue semiuauit in terra.

Pileus tituli sanctæ Præcedis, præbiter Cardinalis, per istud tempus venit in *Cardinalis pa-*
Angliā cum duce Tartariæ & multis nobilibus ex parte Imperatoris, locuturus *pe Angliam*
de conditione matrimonij contrahendi inter sororem eiusdem Imperatoris & *expilat induls*
regem Anglorum, & regnum de inestimabili summa pecuniæ vacuaturus. *gentijs.*
Nam (ut asseruit) potestatem afferens inauditam, in breui totum regnū ad ipsum
confluere fecit pro diuersis gratijs impetrandis: reuera diuersa diuersis be-
neficia contulit, indulgentias quas dominus papa concedere solūmodò consue-
uit & ipse concessit, biennales, triennales, cōfessionales litteras quibuscumq; sol-
uentibus granter indulgit. Ad capellanatum domini Papæ, tam possessionatos
quàm mendicantes adinstit, nec aurum eorum respuit, qui notarij publici effici
precabatur. Altaria quoq; portatilia nulli pecuniam offerenti negauit. Quadra-
ginta libras cum alijs donis Cisterciensium nō repulit, quum gloriose concede-
ret eis licentiam generalem vescendi carnibus extra monasteriū indifferēter, ut
in monasterio edere consueuerunt. Excommunicatis gratiam absolutionis im-
pendit. Vota peregrinationis ad Apostolorum limina, ad terram sanctam, ad
sanctū Iacobum, nō prius remisit, quàm tantā pecuniā recepisset, quantā iuxta
veram estimationem in eisdem peregrinationibus expendere debuissent. Et ut
cuncta cōcludam breuibus, nihil omnino petendū erat, quod nō censuit inter-
cedente pecunia concedendū. Interrogatus autem in qua potestate hæc faceret,
cum summā indignatione respondit, se Romæ (si scire vellent) eius potestatem
omnibus responsurum. Iam iamq; adeo repleti erant argento eius sacculi, ut ad-
uenientibus eius ministri respondere dedignaretur, nisi aurum afferrent, dicen-
tes, afferte nobis aurum, argento enim vestro pleni sumus. Recessurus autē, au-
rum nec argentum post se nequaquam relinquere voluit, sed secum super sum-
marios deferri fecit, ad tantam quidem summam, quantam nunquam Anglia
in taxa vel tallagio semel pendere consuevit.

Per idem tempus collectus est copiosus exercitus ducis Lancastriæ conui-
uentia, qui in adiutorium regis Portugalie mittendus fuerat cōtra regem His-
panie qui aduersabatur eidem. Asseuerauit enim idem dux expediens fore *Professio vel*
regno, ut illuc armatorum copia cum auri abundantia mitteretur. Quate-
nus rex Portugalie qui pro eis miserat, maiori charitate regno Angliæ & in-
colis regionis astrictus, maris prohiberet transitum apud Gades Herculis, quas
moderni vocat, Stricta de Mastrachia, galeis quæ de necessitate per eum & eius
ibidem dominium transire in adiutoriū Gallicorū & Hispanbrum ad Oceā-
num. i. mare infestandum Britannicum vel Anglicum debuerunt. Sic itaq; &
Angliam fore tutam, & prædicta duo regna, & præcipuè Franciam deludendā
asseruit. Cōstituti sunt duces & primarij huius professionis, dominus Edmundus
de Langeley, comes Cantabrigiæ, regis auunculus: dominus V Vilhelmus
Beauchamp,

Beauchamp, dominus Botreus, & dominus Mathæus Gournay, & alij plures milites quos nō expedit numerare. Qui mare transeuntes facilliter quidem peruenierunt Vlixibonam, ciuitatem metropolim regionis, & à rege gratanter sunt accepti. Sed præ paucitate sua ad laceſcendam bello Hispaniam minùs apti, tamen regno Portingaliæ plurimum profuerunt, quia satis fortes erant ad defendendum fines regni, & impediendum Hispanos, vel ne intrarent regnum hostiliter, vel pro votis damna incolis irrogarent. Hispani verò putantes se plurimum profuturos si Vlixibonam obsiderent, in quam nostrates concesserant, adhibitis nauibus & Hispanorum magna turba, urbem obsidione vallarunt, sed tunc datum est eis cognoscere virtutem Anglorum. Nam cum per multos 10 dies urbem circumſediſſent, & nihil præter verbera & cruenta vulnera lucrati fuissent, tandem (cum dedecore soluētes obsidionem) ad propria receſſerunt. Noſtrates igitur eorum cognoscentes ignauiam, plus animati sunt, & sæpius pro viribus & numero Hispanos irritantes, expectabant audaciùs in terra illa, donec fortassis ex Anglia plures bellatores mitterentur eisdem.

*De miseria
que contigit
Angliæ in tu-
multuatione
rusticorum &
aliorum com-
munium.*

Circa tempus illud Anglorum regnum pro peccatis affligendum, magnum repente & inauditum cunctis sæculis sensit è suis membris dispendium emanasse, quod nisi deus misericordiarum dominus solito bonitatis intuitu ciuū compressisset, & regimen omninò destructum, & factum fuisset cunctis gentibus in sibilum & derisum. Rustici namq; quos natiuos vel bondos vocamus, si- 20 mul cum ruralibus accolis in Estſexia maiora suis cōcipientes viribus, & spem habentes omnia subijcienda suæ stoliditati, conglobata multitudine pro libertate tumultuare cæpere, & pares dominis effici, & nulli omninò alicuius de cætero astringi seruiſcio meditati sunt. Et vt efficaciùs sua vota perducerent ad effectum, mox ad quamlibet primò paruam villam, viri tantum duarum villarum qui auctores & primi motores huius mali fuere, mittere curauerunt, vt omni exculatione postposita, omnes, tam senes quàm florētes ætate, ad eodē confluerent armis instructi, prout quisque poterat, scientes eorum bona qui venire superfederent, negligenter, aut contemnerent, dissipanda, domos conflagrandas vel deponendas, capita amputanda. Terribilis ergo comminatio cun- 30 ctos cōegit accurrere, vt aratri relictis negocijs, seminandiq; commoditatibus, vxoribus suis & prædijs, in breui tantus coactus sit numerus, vt ad quinq; milia recenserentur vilissimorum communium & rusticorum, quorum quidam tantum baculos, quidam rubigine obductos gladios, quidam bipennes solummodò, nōnulli arcus præ vetustate factos à fumo rubicundiores ebore antiquo, cum singulis sagittis (quarum plures cōtenta erant vna pluima) ad regnum cōquerendum conuenere. Inter mille verò de talibus, de facili non videndus erat vnus armatus, sed omnes vt magnum numerum conficere, credebant totum regnum illis resistere non valere. Vt autem maioris roboris firmamento lætari possent, Cantium transmiserunt nuncios, qui eos certificarent de illorum vo- 40 luntate simul & proposito, & inuitarent ad occurrendum eisdem pro libertate acquirenda, pro isto negotio contuendo, demum, pro regno regniq; malis consuetudinibus immutandis. Cantiani itaque rem audientes votis per ante desideratam pluries, tollentes moram illicò & ipsi, cōgregata nō parua manu communium & rusticorum iisdem comētis, quibus diximus Eastſaxones suas cōgregasse turbas, in breui ferè totam prouinciā suam ad simile tumultuationē cōcitauerunt. Moxq; vias oēs quibus peregrinando itur Cantuariā obsidentes, & peregrinos vniuersos cuiuscūq; cōditionis existerēt, areſtātes iurare cōpulerūt, Primò vt regi Richardo & communibus fidelitatem seruarent, & nullum regem qui vocaretur Iohannes acceptarent, ob inuidiam videlicet Iohannis du- cis

eis Lancastriæ, qui propter maritagium filia Petri quondam regis Castellæ, &
 heredis, se dicit regem Castellæ. Et quod parati essent quodocunque placeret
 pro eisdem mittere, ad veniendum & obuiandum eisdem, & quod omnes con-
 ciues vel consortes suos inducerent ad tenendum cum eisdem, & nullæ taxæ de
 cetero leuandæ in regno acquiescerent aut consentirent, nisi quintadecimæ
 quam patres & antecessores eorum solummodò nouerunt & acceptauerunt.
 Itaque factum est, ut mox fama huius facti in Southsexiam, comitatus Hert-
 fordæ & Cantebriæ, Suffolchiam & Northfolchiam repente diffunderetur.
 Eratq; magna expectatio totius plebis, quid sibi vellent hæc omnia, & quorsum
 10 tenderent cepta tam audacter multis conijciuntibus pro meliori futura, qui-
 busdam timentibus ea in perniciem totius regni cessura. Diuisionem namque
 regni præloquebantur talibus ausis euenire, & per consequens eius desolatio-
 nem & destructionem. Et cum acciperent indies incrementum huiuscemo-
 di congregationes, & iam ferè factum fuisset eorum numerus infinitus, ita ut
 nullius resistentiæ pertimescerent, ceperunt facta monstrare quadam quæ
 mente conceperant, & omnes & singulos iuris terræ peritos, tam apprenti-
 cios quàm senes iusticiarios, & cunctos iuratores patriæ, quos apprehendere
 poterant, sine villo respectu pietatis, capitis truncatione multare asserentes, non,
 priusquam illis occisis, terrā ingenua libertate posse gaudere. Placuit iste ser-
 20 mo vehementer rusticis, & ex minoribus maiora concipientes, statuerunt om-
 nes curiarum rotulos, & munimenta vetera dare flāmis, ut obsoleta antiquarū
 rerum memoria, nullum ius omnino ipsorum domini in eos in posterum ven-
 dicare valeret: factumquē est ita. Nec dum euigilare voluere domini ad obui-
 andum tantis nequitijis, sed velut stertentes, domi quiescentes, immobiles perma-
 nebant: donec Kentenses & Estfaxones appropinquantes sibi vnum confla-
 sent exercitum, quasi de centum millibus communium & rusticorum. Cur-
 rebatur reuera ad eos ex omni parte ab his qui vel oppressi fuerant ære alieno,
 vel censurā iuris timebant propter malefacta, & fiebat plebanorum conglome-
 ratio, quantam nullus meminisse potuit vel audisse insulis conuenisse. Cum
 30 tāta ergo fræquentia veniunt ad locum vocatum Blackheth, vbi statuerunt
 turbam videre collectam, & sociorum multitudinem numerare. In quo loco
 dum constitissent, venerunt ad eos ex parte regis milites, qui causam inquire-
 rent commotionis eorum, & quare illuc tantum populum contraxissent. Qui-
 bus responsum est se pro certis causis & negotijs ad habendum cum rege suo
 colloquium conuenisse, & debere eosdem nuncios regios remeare ad regem, &
 intimare ei oportere eum omnino ad eosdem venire, ad audiendum desideria
 cordis eorum. Nunciatum est igitur responsum regi, & suatum à nonnullis
 ut ad eos pergere festinaret. Archiepiscopus verò Cantuariæ pro tunc regni
 Cancellarius magister Symon de Sudburia, & dominus Robertus de Hales
 40 magister Hospitalis sancti Iohannis, tunc regni thesaurarius, obnixè restiterunt
 talia suadentibus, dicentes, nequaquam debere regem adire tales discaligatos
 ribaldos, quin potius disponendum esse aliter ad comprimendum superbiam
 ganconum. Quæ cum audissent responsa vulgares, in furorem versi, iurauerunt
 se regios traditores, Archiepiscopum, scilicet, & Robertum prædictum quæsi-
 turos, quod tutiores habere pedes se credebant, & eorum capita ablaturus. Et cō-
 festim iter versus Londonias arripientes, venerunt ad Southverk, & omnia
 loca repleuerunt ibidem, & in regione vicina. Maior ergo Londoniarum &
 Aldermanni metuentes vbi, portas mox claudere decreuerunt: sed commune
 vulgus ciuitatis, & præcipuè pauperiores, fauētes rusticis, prohibuēre Maiorem
 à clausura portarum, inferētes vim, & mortem comminantes eiderū si id facere

attemptaret. Itaque factum est, ut per totam noctem sequentem, id est, vigiliā festi corporis Christi, liberè gauderent exitu & introitu nebulones. Animauit communitatem Londoniarum, & etiam totius regni ad fauendum eis, quòd asserebant eorum esse propositum regni tantummodò proditores scrutari, & postea cessaturos. Et eò maiorem fidem adhibuere dictis eorum, quòd nihil rapuerunt omninò, sed omnia emerunt iusto pretio. Et si quenuquam reperissent in furto, capite priuauerunt, tanquam qui fures maximè detestarentur.

In crastino autem, hoc est in ipso festo corporis Christi, intrantes & exeuntes urbem, & de libertate acquirenda, de proditoribus capiendis, & maximè de duce Lancastriæ, quem in primis odio habuerunt, cum simplicibus communi-¹⁰ bus Londoniarum verba serentes, in breui pauperiores omnes in eorum vota fecere de facili conspirare. Cum autem eodem die sol altius eleuatus incaluisset, & ipsi pro votis vbique uina diuersa & preciosissima pocula prægustassent, & facti fuissent non tam ebrii quàm dementes (nam Londoniarum Maiores & plebs communis cuncta cellaria illis aperta reliquerant) ceperunt cum simplicioribus ciuitatis multa tractare de proditoribus, & inter cetera se mutuò cohortati sunt, ut properantes Saucyam, hospitium ducis Lancastriæ, cui nullum vsquam in regno in pulchritudine & nobilitate potuit comparari, iniectis flammis conflagrarent, ad diffiduciandum videlicet ipsum ducem, quem proditorem vocabant, & merum ceteris proditoribus incutiendum. Placuitque sta-²⁰ tum sermo vulgaribus Londoniarum, & ipsi in primis fœdum reputantes, si quisquam duci ante eos iniuriæ aut damni aliquid interrogaret, illicò velut amentes cucurserunt, & ignibus in giro coniectis, destructioni loci vacabant. Et ut patetesceret totius regni cōmunitati eos non respectu auaritiæ quicquā facere, proclamari fecerunt sub pœna decollationis, ne quis præsumeret aliquid vel aliqua ibidem reperta ad proprios vsus seruanda contingere, sed ut vasa aurea & argentea quæ ibi copiosa habebantur, cum securibus minutatim cōfringerent, & in Tamēsim, vel in cloacas proijcerent. Pannos aureos & holosericos dilacerarent, & pedibus conculcarent, anulos & alia iocalia cum lapidibus præciosis imposita, mortariolis contererent, ut postea nullis vsibus apta forent. Et fa-³⁰ ctum est ita. Deindè, ut nullum genus dedecoris praterirent, quia duci cuncta imaginabilia interrogarent, arreptum quoddam vestimentum præciosissimum ipsius, quale Iacke vocamus, & impositum lanceæ, pro signo ad sagittas suas statuerunt. Et cum parum damni inferre sagittando valerent, depositum securibus & gladijs confregerunt. Quibus perpetratis satis maliciòse, etiam locum qui vocatur Temple Barre, in quo apprenticij iuris morabantur nobiliores, diruerunt ob iram quam conceperat contra Robertum de Hales, magistrum Hospitalis sancti Iohannis, de quo præfati sumus, ubi plura munimenta quæ iuridici in custodia habuerunt, igne consumpta sunt. Et amplius insaniētes, illā domum nobilem Hospitalis sancti Iohannis de Clerkenwell, immisso igne⁴⁰ ardere fecerunt per continuos septem dies.

Illucescente die Veneris, die iræ, die tribulationis & angustie, die calamitatis & miseriæ, non dum finitis matutinis apud sanctum Albanum, venere de villa de Barnet sub festinatione maxima, qui nunciarent communes mactasse, ut assumptis secum communibus villarum de Barnet & de sancto Albano, cum armis quib⁹ se defendere sciuerē melius, Londonias festinare properaret: sin aliàs, viginti millia eorum simul accessura ad incendendum villas præfatas, & eos cū potestate magna adductura. Res statim notificatur Abbati, qui timens eorū aduentum, & damna ex eo secutura, confestim conuocatis vniuersis curiæ suæ famulis & villanis, Londonias festinare rogauit, ad mitigandum eorū malitiam,

tiam, & impediendum aduentum. Nec mora, villani festinant & abbatis armigeri ad occurrendum eis & Londonias iter accipiunt cum feruore. Dissimiliter tamen hij & illi, de Abbathia scilicet & de villa, quia nostrates ad proficiendū, villani verò ad officiendum se pararunt. Cum enim ventum fuisset non procul à Londonijs iuxta prædium quoddam Magistri Hospitalis Sancti Iohannis, cui nomen Heybury, vident ibidem quandam multitudinem (quasi viginti millium rusticorum & communis vulgi) qui immisso igne in ardensimas domos, quæ iam ardebant inextinguibiliter, nitebantur cum diuersis instrumentis cuncta quæ incendio dissolui non poterant subuertere machinamentis solo tenens. Vili autem à quodā illorū ductore, qui vocabatur Iohannes Stravve: 10 mox accersiti & coacti, fidem ei fecerunt quòd regi Richardo & communibus adhererent. Erant pro tunc turbæ rusticorum in tres partes separatae, de quibus vna pars vacabat (vt diximus) destructioni prædij supradicti. Alia iuxta Londonias expectauit in loco le Mileende vocato. Tertia verò occupauerat montem turris. Ea autem turba quæ propè turrim erat, ita inuerecunda & insolens habebatur, vt victualia regis quæ ad turrim vehabantur, diriperet inuerecundè. Et insuper, tanta agitabatur insania, vt regem compelleret ad concedendum eis Archiepiscopum & magistrum Hospitalis sancti Iohannis, aliosquæ in ipsa turri occultatos, quos omnes proditores vocabant: aliàs sciret semetipsum vita priuandū. Rex igitur in arcto constitutus, permisit eos in turrim intrare, & loca secretissima pro sua voluntate nequissima perscrutari, qui nihil negare turè potuit quod petebant. Erant eo tempore in ipsa turri sexcenti viri bellici, armis instructi, viri fortes & expertissimi, & sexcenti sagittarij, qui omnes (quod mirum est) animo ita conciderant, vt eos magis similes mortuis quàm viuus reputares. Mortua enim erat in eis omnis memoria quondam bene gestæ militiæ, extincta recordatio ante habiti vigoris & gloriæ, & vt concludam breuiter, emarcuerat à facie rusticorū penè totius Loegriæ omnis audacia militaris. Nam quis vnquam credidisset, non solum rusticos, sed rusticorum abiectissimos, non plures, sed singulos audere thalamum regis vel matris eius, cum baculis subintrare vilissimis, & vnumquemque de militibus detertere 30 migis, & quorundam nobilissimorum militum barbas suis incultissimis & sordidissimis manibus contrectare, demulcere, & verba modò familiaria ferere de socialitate cum eisdem habenda de cætero, modò de fide seruanda ipsis ribaldis, modò de iuramento præstando, vt communiter cum eis regni quærent proditores, cum ipsi manifestè proditoris notam deuotare non possent, quippè qui vexilla & pennicillos erigentes, tali modo cum armata manū pro modulo suo, scilicet modo præfacto incedere nō timebant. Et cū hæc omnia facerent, & (vt diximus) plerique soli in cameras concessissent, & sedendo, iacendo, iocando super lectum Regis insolescerent: & insuper matrem regis ad oscula inuitarent quidam, non tamen (quod mirum dictu est) audebant plures 40 milites & armigeri, vnum de tam inconuenientibus actibus conuenire, non ad impediendum manus iniicere, nec verbis secretissimis mulitare. Intrabant & exhibant vt domini, qui quondam fuerant vilissimæ conditionis serui, & præferabant se militibus, non tamen militum, sed rusticorū subulci. Quia (vt credimus) Deus Anglicis demonstrare voluit, quòd non in fortitudine sua roborabitur vir, nec in arcu vel gladio fore sperandum, sed in eo qui saluat nos de affligentibus nos, & custodientes nos sua misericordia & pietate confundere consuevit. Sed de istis hætenus: modò de his quæ gesta sunt circa Archiepiscopū calamum dirigamus.

Cum ergo fatalis hora venisset, in qua manifestatum est diuinā vltionem incubuisse

*De his quæ ges-
ta sunt circa
Archiepisco-
pum.*

cubuisse regno Angliæ, rustici, ribaldi perditissimi, ganeones dæmoniaci, patrē communem totius populi Archipræsulem & Primatem quæsiuri, instinctu diabolico portas turris (vt prædictum est) illi per vias glomeratim, & cum clamore terrifico sunt ingressi, reperto verò quodam ibidem è famulis, imperant furibundè, vt eos ducat ad locum in quo pius patet (quem proditorem nominauerunt) delitescere. Is autem eorum mandato contrauenire non audens, deduxit eos ad capellam, in qua post celebratam Missam, & sacram perceptam communionem, Archiepiscopus orationibus insistebat. Nempè non inscius Archipræsul eorum aduentus & propositi, totam noctem præcedentem duxerat in confessionibus orationibusquè deuotis: & ideo cum magna securitate eorum intrepidus expectauit aduentum, frequentissimè (tam in Missa sua, quàm post Missam ab eo celebratam) mores eorum arguens tali modo: Quando (inquiens) sunt venturi? deus bone, quid expectant? iam enim tempus esset si deo placeret vt venirent. Cum autem eos aduētantes audisset, cū magna cōstantia dicit suis: Vadamus modò (ait) securi, præstat enim mori cū nō iuuat viuere, nequē enim ante in vita nostra in tanta securitate cōscientiæ mortui fuisset. Et post pusillum ingressi tortores, clamauerunt: Vbi est regni proditor? vbi cōmunis vulgi deprædator? Archiepiscopus verò tanquam nihil omninò turbatus ad clamores eorum, ita respondit: Bene (ait) venistis filij, ecce, ego sum Archiepiscopus quem vos queritis, non proditor aut deprædator. Igitur eo viso, mox membra diaboli (iniectis in eū manibus secleratis) rapiunt de capella, nullum deferentes honorem loco seu sacris altaribus, aut imagini crucifixi, quæ in summitate baculi eius figurata erat, postremò nec corpori dominico, quod sacerdos coram eo tenebat: sed peiores dæmonibus (qui Christi sacramenta verentur & fugiunt) nihil pendentes saluatoris præsentiam, trahunt per brachia, per caputium, per diuersa loca, ad eorum sectæ satellites extra portas ad montem turris. Quò cum peruenisset, factus est clamor horrendissimus, non similis clamoribus quos edere solent homines, sed qui vltra omnem æstimationem superaret omnes clamores humanos, & maximè posset assimulari vlulatibus infernaliū incolarum. Qualibus etiam clamoribus vsi in omni decapitatione cuiuslibet, & prostratione domorum, quamdiu Deus permisit eorum nequitiam impunitam. Non tamen resonabant verba inter horribiles strepitus, sed replebantur guttura multifonis mugitibus, vel quod est verius vocibus pauonum diabolicis. Cum itaq; staret Archipontifex inter eos (vt diximus) circumdatus nebulonū millibus, & gladios cerneret circa caput eius extractos in numero excessiuo, mortem sibi minitantes circūstantibus dixisse fertur. Quid est, charissimi filij, quid est quod proponitis facere? quod est peccatum meum quod in vos commisi, propter quod me vultis occidere? Cauendum vobis est, ne me interfecto, qui pastor, prælatus & Archiepiscopus vester sum, veniat super vos indignatio iusti vindicis, vel certe pro tali facto, tota supponatur Anglia interdicto. Vix hæc verba finire potuit, antequam horrifono clamore perstreperent, se nec interdictum timere, nec Papam, solum superesse sibi vt collum submittat, qui falsus fuerat communitati & regni proditor, gladijs amputandum. Cernens autem Archiepiscopus sibi mortem indubitam imminere, nec superesse viam euadēdi, post plura piæ exhortationis documēta, post prædicata verba salutaria, vt erat vir eloquentissimus, & incomparabiliter vltra omnes regni sapientes sapiēs, nouissimè post remissā spiculatori, qui eū decollaturus erat (quantum in ipso fuit) offensam necis suæ, vt plenè videretur saluatorem moriendo sequi, patrem pro persecutoribus exorauit, flexis genibus collum ferienti supposit. Percussus verò in collo securi, sed non lathaliter, apposita manu vulne-

ri, ita dixit: Ah, ah, (inquit) manus domini est. Non dum manū de loco doloris amouerat, & secundo percussus, summitatibus digitorum amputatis, & arteriarum parte, cecidit, sed non dum occubuit, donec octauo ictu miserabiliter mutilatus in collo, & in capite dignum (vt credimus) martyrium compleuisset. Iacuit ibidem corpus eius inhumatum toto illo die Veneris, in quo fuit festū sancti Basilij, & in crastino, nemine illud audente tradere sepulturæ, propter metum irrationabilis vulgi vndique debacchantis. Percussor eius mox diuinā sensit vltionem, iā furiam actus, & cæcitate percussus. Quidam etiam ex rusticorum turba instigatus auaritia, nocte sequenti eius decollationem, latenter
10 accessit ad corpus, vt anulū (qui in digito eius fuerat) furtiue detraheret. Quidā insuper à multis annis cæcus, quem idem Pontifex diu ex elemosina sua sustentauerat, audita morte eius & causa, fiducialiter petijt à Deo per eius merita sibi visum restitui, & visum recepit. In sepultura sua quidam de Doueria, qui iam duos annos in cæcitate transierat, per visum admonitus ad corpus venit, & ea nocte lumen sibi redditum fore gaudebat. Mulier quædam quæ in-
pregnata fuerat, & parere nullo modo poterat, postulato eius auxilio, eodem die deliberata est de tribus masculis puerulis, qui omnes baptizati sunt. Mul-
20 traquē miraculorum signa alia post eius mortem diuinitus sunt ostensa, & diuinæ vltionis iudicia manifesta in eos qui vel mortis eius auctiores fuere, vel in eius necem voluntariē consensere, quæ in sequentibus cum res & tempus postulauerint inferemus. Interfecti sunt cum eo Robertus Hales miles strenuissimus, magister Hospitalis Sancti Iohannis & regni thesaurarius, & Iohannes Leg, vnus ex historicis regijs, & quidam frater de ordine Francisci, ob iram scilicet & rancorem quem in ducem gerebant Lancastriæ Iohannem de Gandauo, quia familiaris ei fuisse dicebatur. Decapitati sunt eodem die quamplures, tam Flandrenses quàm Anglici ob nullam quidem causam, sed ad explendum crudelitatem tunc dominantium rusticorum. Erat namq; eis sollemnis ludus, si quem apprehendere poterant qui eis fidem non fecerat, aut cum eisdē
30 pari mente non gradebatur: aut si quis ex ipsis quenquam exosum habuisset, repente tali detrahere caputium cum clamore consueto, & mox in plateis certatim ruere ad decollandum eum, nec vllam reuerentiam impendebant sacris locis, sed de ipsis Ecclesijs, & in sanctuarijs passim, trucidabant quos odio habuerunt. A fide digno etenim referente, cognoui tresdecim Flandrenses violenter extractos fuisse de ecclesia fratrum Augustinensium, quæ sita est Londonijs, & in strata publica decollatos: & ab alia parochiali ecclesia in eadem vrbe decem & septem, qui omnes (spreta reuerentia sanctuarij, deiquē timore, quia tunc temporis ipsa turba maledicta hominem nō reuerabatur) consimili mulctatione capitū fuisse peremptos. Cum idcirco tantas transgressiones perpetrari viderent Rex & qui de eius consilio fuerant, post repentinos tractatus & subitos,
40 quia tempus illud diutinam nō permittebat deliberationē, & maximē, quia omnes & singuli cōsternabantur de occisione Cantuar. Archipræsulis, & regni thesaurarij, qui potissimi in regno fuerunt: & quia timebant, occisis maioribus, minoribus non esse parcendū. Dominus rex cum deliberatione consilij, quod tunc cum eo fuit, vt sedaret furorem qui tūc in cursu extitit, obtulit eis pacem, ea conditione, vt cessarent ab incendijs domorum, & deiectionibus, & hominum interfectionibus, & redirent ad propria, sine pluri ibidem præstolaturū chartas confirmatorias pacis prædictæ. Quod Estsaxones libenter audierunt, eò quod iam pertæli diutini laboris, afficiebatur quodammodò domibus, vxoribus & liberis reuiscendis. Statuerunt tamen quosdam ex ipsis, qui cum illis recedentibus remanerent, pro chartæ regis acquisitione. Factumquē est, vt recedentibus

*Miraculum
de mortuo dno
chiepiscopo.*

*idcirco
vt i. m. b. w.*

dentibus

*Rustici dis-
posuerunt L^{as}
donias spolia
asse.*

dentibus remanerent Kentenses tota nocte sequente. Crastinus dies aduenerat, quæ fuit dies Sabbati, dies sanctorum Viti & Modesti. 17. Calend. Iulij infra octa. festi corporis Christi, & ecce Kentenses penè nihil remissiùs egerunt in omnibus sceleratis operibus, quàm die fecerant præcedente: sed moribus hominù, domorù deiectionibus, & incendijs, vacauerunt. Rex autè ad Kentenses misit, qui nunciaret socios recessisse, de cætero victuros in pace, & velle eis eandem formam concedere si eis acceptare placeret. Ductor ergo eorum maximus, dictus VValterus Helier, vel Tyler (nam talia nomina sibi imponuerunt) & ex industria vir versutus, & magno sensu præditus, si ingeniù decreuisset bonis vsibus adaptasse, pacem quidem se dixit amplecti, 10 sed si conditiones secundum eius arbitrium distarentur. Deceuerat utique regè regisquè consiliũ (quia fortior illis esse videbatur) vsque in crastinum cavillationibus suspendisse, vt nocte sequenti suum peruersum propositum liberius consequi potuisset. Cogitauerat etenim in ipsa nocte, quia cuncti communes pauperes, videlicet vrbs Londoniarum illis fauebant, ciuitatem despoliasse, occiso prius rege & maioribus sibi adherentibus, & eam quatuor locis iniectis ignibus conflagrasse. Sed qui superbis resistit Deus, humilibusquè dat gratiam, non permisit eius impias imaginationes & affectus ad finem vsque perducti, sed gratiosè & subito iniquum eius consiliũ dissipauit. Cùm enim tri- 20 na vice chartæ fuissent sibi conscriptæ, secundum formam quam in sequentibus demonstrabimus, & nulla illarum illi placere potuisset, nouissimè rex destinauit ad illũ quendam è suis militibus, qui vocabatur Iohannes Nevvton, vt non tam inuitaret quàm rogaret eum, quia superbia eius nota erat satis, regi ad accedendum, & tractadum cum rege de articulis pro quibus instabat suæ chartæ inferendis, de quibus vnum inferam nostris chronicis, vt legentibus constet clariùs cæteros fore contrarios rationi.

*De superbia
Walteri Tyler*

Voluit namquè ad alia commissiõem pro se & suis obtinuisse, ad decollandum omnes iuridicos, Escaetores, & vniuersos qui vel in lege docti fuere, vel cum iure ratione officij communicauere. Mente nempe conceperat, doctis in lege necatis, vniuersa iuxta cõmunis plebis scitũ de cætero ordinari, & nullam 30 omninò legem fore futurã, vel si futura foret, esse pro suorũ arbitrio statuenda. Fertur reuera cũ superbia magna dixisse, pridie quàm ista fierent, apposita manu sua suis labijs, quod ante quattriduum omnes leges Angliæ de ore suo & labijs emanarent. Igitur cum (vt diximus) dominus Iohannes Nevvton pro acceleratione instaret penes eum, indignando respondit: Si tibi (ait) multum festinandum fuerit, redeas ad dominum tuum regem, ego verò veniam cùm placebit. Post regressum verò militis, & ille vectus equo subsecutus, sed tamè paulò tardius: Cũquè venisset vt esset nõ procul à loco in quo rex constitutus fuerat, Smithfield appellato, destinatus est ad eum secundò prædictus miles, ad audien- 40 dum & referendum vota sua. Miles autem dextrarium insidens accessit ad eum, auditurus quid dicere proponebat. Ille quidem indignatus quia equo vectus miles accesserat, & non pedes, mox cum furore dixit, decere eum potiùs pedes quàm equum insidens suæ præsentia propinquare. Miles verò non dum oblitus omninò militiæ suæ veteris probitatis, illic sic respondit: Sediti (inquit) tibi in equo, non est iniuriosum me equitem accessisse. Ad quod verbum indignatus nebulò, mox extracto cultello, quem dagger vulgò dicimus, iectum militi minabatur cum adiectione verborum quibus eundem militem proditorem appellauit. At miles abhorrens illud nomen, cum mentiri asseruit animosè, extracto contra eum æquè tali cultello. Econtrariò ribaldus non ferens inter suos rusticos illatã contumeliã, parauit in militem irruisse. Rex igitur videns militum periculum

periculum imminere, vt mitigaret animum pro tempore ganeonis, militem iussit equo descendere, & culcellum quem extraxerat reddere nebuloni. Cumquē non sic mitigari posset eius elatus animus, quin omnibus vijs & modis veller in militem intruere furibundē, accesserunt ad regem (qui iuxta stabant) Maior Londoniarum VVilhelmus VValyvorth, & plures de militibus & armigeris regijs, asserentes dedecus inauditum & interminabile, si illis præsentibus, rex permetteret nobilem militem tam pudendæ morti succumbere coram eo. Quapropter succurrendum fore sibi celerius, & ribaldum arestandum. Quibus auditis, rex (quanquam puer esset & tenerioris ætatis) concepta audaciâ, iussit Maiori Londoniarum vt cum arestaret. Maior autem vir incomparabilis animositatis & audaciæ, indubitanter cum illic arestauit, librato ictu eius capiti, qui eum plurimum perturbauit. At mox ab alijs ministris regijs circumclusus gladijs, diuersis in locis corporis transfuerberatur. Corruensquē de equo in terram, primum dedidit spem Anglicanæ militiæ ferē mortuæ communibus posse resisti. Statimquē vt communes viderunt eius ruinam, præ dolore mortis clamauerunt: Mortuus est Capitaneus noster, proditoriæ peremptus est ductor noster: Stemus simul, moriamur cum ipso, sagittemus & vindicemus viriliter mortem eius. Tensis ergo arcubus sagittare pararunt. Rex verò ultra ætatem mirabiliter ingenio præuentus, & audacia concitus, calcariibus vrgens equum ad eos accessit, & in circuitu eorum equitans, dixit eis: Quid est hoc homines mei? Quid agitis? Nunquid sagittare vultis regem vestrum, non causemini, nec sitis tristes de morte proditoris & ribaldi. Ego enim ero rex vester, ego capitaneus & ductor vester, sequimini me in campum, habituri omnia quæcunque vos petere delectabit. Hoc autem fecit rex ne rustici in amaritudine mentis constituti ignem immitterēt in domibus apud Smithfeld, vbi fuerunt quando ductor eorū præfatus proditor est occisus. Igitur in apertum campum secuti sunt regem & milites qui cum eo erāt, nō dum plena deliberatione certi, vtrum regem perimere debuissent, an omninō conquiscescere, & domū cū charta regia remeare. Interea Maior Londoniarū cum solo quodā famulo festinanter equitans ingressus ciuitatis, clamare cepit: Ciues optimi, gratissimi, pijsimi, succurrite sine mora regi vestro perimendo, mihiq; succurrite vestro Maiori in eodem periculo constituto, vel si non decernitis mihi succurrendum propter mea demerita, tamen nolite relinquere regem vestrum. Hæc cum audissent optimates de Londonijs, & ceteri quorum cordibus amor regis inhæserat, subito decenter armati sunt ad numerum mille virorum. Et mox parati in plateis constituerunt, expectantes quenquam ex militibus qui eos ducere posset ad regem. Obtulitq; fortuna pluribus Robertū Knolles, quem omnes rogauerunt, vt esset ductor eorū, ne in compositis & inordinatis venientes facilius frangi possent. Qui gratatè duxit partem illorum, partem verò alij milites fulgētem armis splendidissimè ad regis præsentiam perduxerunt. Rex autem & qui cū eo erant milites & armigeri de insperato armatorū numero lætificati, repente circūcinxerunt omnē turbā vndiq; rusticorum viris bellatoribus, velut cū oues caulis includūtur, vsq; dū mercenario cōplacuerit quas vult in pasturam emittere, & quas vult morti deputare. Cernere erat ibidē mirabilem dextræ dei mutationē, modò proiectis baculis, securibus, bipēnibus, gladijs, arcubus & sagittis, rusticos ad terrā ruere suppliciter, gratiā postulare, qui parū ante & regis & regaliū vitā in suā non gratia sed potestate habuisse gloriabātur: delitescēbāt miseri in frugibus, in foueis & antris, in siluis, per fugam vel absconsonem vitam saluare cupientes, in quorū iam dudum manibus, mors & vita nobilium penē totius Loegriæ sita fuerunt.

Milites idcirco qui cum rege fuerunt, cupientes nō tam eorum iniuriā quā infamiā in rusticos vindicare, rogauerunt regem, vt permitteret eos vel saltem centum vel ducenta capita nebulonum tollere, vt monumentum esset in posterum, viros ordinis militaris, vel aliquid in rusticos valuisse. Rex verò eorum postulationibus noluit acquiescere, asserens plures ex ipsis timore ductos turbam fuisse secutos, & posse tali modo euenire, fortassis vt qui nihil peccauerant plecterentur, & delinquentes impunitate gauderent. Iussit tamen vt Londonijs statim proclamaretur, ne ciues de cetero communicarent cum illis, nec admitteret quenquam ex illis in Civitate ea nocte, sed permitterent eos sub diuo rori pernoctare. Chartam nihilominus (quam petierant scriptā ac sigillatā, ad deuitandum maius malum pro tempore) tradi iussit eisdem, sciens nōdum Estsexe iam pacificā, aut Cantium fore sedatum, quarum prouinciarum communes & rustici paratierant ad insurgendum, si ciuū eorum non satisfaceret voluntati. Tenor chartæ extortæ per vim à domino rege talis extat, mutatis nominibus cōmunitatum, prout diuersis comitatibus mittuntur.

*Charta regis
de manumissio-
ne rusticorū.*

Richardus Dei gratia rex Angliæ & Fræciæ, & dominus Hiberniæ, omnibus balliuis & fidelibus suis, ad quos præfetes literæ puerint, salutē. Sciatis, quodd de gratia nostra speciali, manumissimus vniuersos ligeos & singulos subditos nostros, & alios comitatus Hertfordiæ, & ipsos & eorū quēlibet ab omni bondagio exuimus, & quietos facimus per præfentes, ac etiam perdonamus eisdem ligeis ac subditis nostris omnimodas felonias, proditones, transgressiones & extortiones, per ipsos vel aliquem illorum qualitercunque factas siue perpetratas, ac etiam vt legariam vel legarias, si qua vel quæ in ipsos vel aliquem ipsorum fuerint vel fuerit his occasionibus promulgata vel promulgatæ, & summam pacem nostram eis & eorum cuilibet indē concedimus. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus parentes. Teste me ipso apud London. 15. die Iunij Anno regni nostri quarto. Habita ista charta, communes ad propria recesserunt: sed tamen priora mala facere minimē cessauerunt, prout demonstrabimus in sequentibus, in processu videlicet quem post redditum suum, villani de sancto Albano fecerunt. Qui vt plenius cognoscatur altius materiam repetemus, reincipientes à die exitus ipsorum, scilicet die Veneris præcedente.

*Processus de
maleficijs &
malicia villa-
norū de sancto
Albano contra
Abbatian.*

Cum ergo (vt in anterioribus est prædictum) villam de Sancto Albano, & famuli de Abbathia peruenissent ad prædium de Heybury, ipso die Veneris in crastino festi corporis Christi, & indē pertransissent: & Londonias peruenissent. Mox villani Abbathie famulos relinquentes, ad malignitatis se commenta conuerterunt, adeuntes namquē Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Arcubus, quæ sita est Londonijs, ibidem tractare ceperunt de ancillatione Monasterij, & quomodo ea quæ diu inter eos secretē voluerant, perducere possent ad effectum, vt videlicet nouis gauderent bundis circa villam, in quibus liberē sua pascerent animalia, & piscationem sine calumnia in certis obtinerent locis, necnon venationes & aucupationes iterum haberent in certis locis, & pro suæ voluntatis arbitrio, molas erigerent manuales vbicūque placerent. Et vt balliuis libertatis nihil interponeret infra villæ limites, & obligationes reposcerent, quas fecerant, quondam parentes eorum piæ memoriæ Abbati Richardo de VVallyngforde, & alias chartas, si quæ forent illis præiudiciales, omnia quoque perscribendo quæ forent munimēta in Abbathia, vel illis firmamento, vel Monasterio detrimento. Et vt celerius optatum consequerentur effectum, quidam laudauerunt VValterum Tyler adeundo ducē ribaldorum

- dorum & rusticorum de Cantio, vt accepta ab eo potestate, quia nunquam putauerunt maiorem in regno futurum, nec leges terræ de cætero valituras, eò quòd iam maxima pars iuridicorum perempta fuerat, & reliqua iuxta æstimationem ipsorum fuerat perimenda, domum redirent, & strictis conditionibus expeterent quæ volebant. Vt videlicet si Abbas decerneret negandum esse quod peteret, mox incendium comminarentur domui, & mortem monachis, necnon postremo totius Monasterij demolitioni, vt in eo non relinqueretur lapis super lapidem. Alij verò asseriebant esse securiùs aduendam regis præsentiam, quæ tunc nulli neganda fuit, & ab eo esse petendam litteram, sub priuato sigillo Abbati dirigendam, vt videlicet Abbas redderet eis libertates, & iura quæ patres & antecessores eorum Henrici regis temporibus habuerunt. Laudatum est vtrunq; consilium, & tam regem pro littera Abbati dirigenda, quàm VValterum pro mittendis (si necesse foret) in subsidium eorum & loci destructione ganeonibus adierunt. VVilhelmus Gryndecobbe qui plura debebat Monasterio, tum quia educatus, nutritus, & exhibitus ibidem fuerat, tū propter propinquitatem Monachorum, qui eius consanguinei fuerant, & pro tunc fuerunt, maximus persecutor istorum negotiorum extitit penes regem, ita vt sexta vice coram turba regi genua flecteret pro dicta littera, quam obtinuit, obtinenda. Ipse etiam in primis prolocutor extitit principalis pro istis negotijs ipsi VValtero idolo rusticorum. Fuerunt tamen quamplures alij coadiutores maliciæ suæ penes ipsum, qui tantum Abbatem & Priorem, & quosdam è monachis deprauarunt de iniusta dominatione in suos rusticos, de oppressione communium, de retentione stipendiorum pauperum, & seruientium, vt commouerent ipsum VValterum, quanquam non fuisset propositi sui, recedere de Lōdonijs, nec quenquam à se de suis sequacibus mittere, ad promittendum eis aduentum suum, ad radendum barbas Abbatis & Prioris, & cæterorum Monachorum, id est, ad decapitandum eos, cum numero viginti millium, si necesse foret, vel si ducerent mittendum esse pro ipso. Ita duntaxat vt ipsi in omnibus mandatis eius parerent, & nihil præterirent de vniuersis quæ mandaret. Et dedit mandata quæ facerent mox post eorum aduentum ad propria, sicuti dederat vniuersis & singulis qui de eo recesserant, vel recessuri erant, sub affirmatione iuramenti, quòd nihil præterirent intactum de eius iussionibus & doctrina, quæ in sequentibus educemus: hac ergo accepta securitate, domum redire disponunt. Præuenit tamen eorum aduentum quidam de famulis Abbathie, cursu equorum velocissimo, & mortuum nunciauit Archiepiscopum, mortuum thesaurarium, mortuos esse quamplures alios, & nullum inesse communibus misericordiam aut gratiam, sed quoscunque ordirentur sine pietate trucidare, decollandum fore Priorem, & alios cæteros monachos periculo subiaccere, si vim & aduentum communium expectarent.
- 40 Fugit ergo Prior, & cum eo quatuor monachi, alij quoque familiares Monasterij nonnulli, & per longa itinera, per magnâq; pericula, quidam è monachis equis vecti, quidam pedibus ad Tynemutham tandem trepidi peruenerunt, Villani verò non diu post recessum Prioris (vt dicitur) redierunt: sed ante omnes VVilhelmus Gryndecob & VVilhelmus Cadyndon pistor festinarunt, vt ipsi saltem aliquid fecisse viderentur ante aduentum sociorum. Cupiebant reuera specialiùs aliquid illis ascribi posse præ cæteris, vt magni postea haberentur. Hij igitur in aduentu illorum nunciauerunt cuncta sibi prosperè euenisse, de cætero non seruos sicut hætenùs, sed dominos futuros esse, de magnis & mirabilibus negotijs contra Abbathiam expeditis. Et ideò in primis ad diffiduciandū Abbatē, faldas quæ fecerat in Fauconvud & filuis alijs, esse frāgādas ipsa nocte,

& portas de Eyvwood & alias silvas quantocius excindendas, domumque subcellararij, quæ ex aduerso strætæ stabat vbi pisces venduntur, quia videbatur aspectum burgensium impedire, & nobilitatem ciuium pragrauare: sic enim se iam vocabant omnibus vijs & modis, illicò diruendam. Nec mora, stulti stultorum consentientes asserionibus, ipsa nocte ante quietem vniuersa (vt præmittitur) in fractione Faldarum, excisione portarum, & domus subuersione in magna mentis insania perpetrarunt. Et hic finis diei Veneris apud Sanctum Albanum, & initium malorum subsequentiũ, quæ pro parte in proximo capitulo perorabo, distinguendo iam diem Sabbati à die Veneris, vt posteris facti notitia melius nota fiet.

*Quod actum
sit die Sabbati*

Igitur die Sabbati manè surgentes villici de Sancto Albano, tractaturi de his quæ perpetrata fuerant: Villani cum pompa magna egrediuntur ad Favvcon vvoode, facta prius proclamatione, ne aliquis domi remaneat qui arma ferre præualet, sed omnes & singuli statim sequentes egrediantur cum armis & utensilibus quibus se melius defendere poterant vel sciebant, sub pena decapitationis, & nihilominus si domum haberet propriam, deiectionis domus suæ, & amissionis omnium bonorum inibi reperorum. Grauis interminatio beneuolos & maleuolos coëgit accurrere, & accuratius subsequi incentores nequitia: VVilhelmum Gryndecobbe, cuius nomen ante præmissum, & VVilhelmum Cadynon, & alios quos supersedeo numerare. Ventum est ad locum præfixum cum turba multa, habitum & diffinitum est consilium, quid peterent, quid facerent, quid minarentur. Consultum est de faldis in siluis, de siluarum portis, vt primò si quid pridem fuerit relictum eis integrum, ita vt mox contereretur, ne vllis visibus de cætero foret aptum: se-
cutum est opus maliciosum, consilium impium, & factum est ita. Deindè, cum eadem turba regrediuntur ad villam, vbi iam expectabant eorum reditum de villis circumiacentibus, & dominio Monasterij rustici, & cõmunes qui per eos non inuitati sed citati, conuenerant duo millia vel amplius ribaldorum. Dederant namquè in mandatis hominibus villarum de libertate sancti Albani, vt omni excusatione postposita, & sub pœna præmissa concurrerent simul, & semel, petitori & habituri liberrates quascunque petere decreuissent, & vt nullum permitterent generosum domi residere, sed omnes secum ducerent in auxilium eorundem. Nolentes verò cum eis communiter pergere, & fidem eis facere, decollarent, & eorum habitacula diruerent aut conflagrarent, sic enim docendo præceperat eis VValterus Tyler, dominus & magister ipsorum. Cumquè vidissent turbam quæ conuenerat ipsorum iussu, magnos se reputantes, non modicè confortati sunt, & eleuatum est cor eorum: moxq; iungentes dexteras, fidem acceperunt ab inuicem & dederunt. Deindè cum superbia magna ad portas monasterij properarunt, demonstraturi quantam potestatem adepti fuerant de VValtero prædicto. Cum itaq; peruenissent ad portas quæ eis apertæ fuerunt, carcerem à ianitore illis aperiri cum indicibili fastu iusserunt. Qui non ignarus illorum propositi, quid videlicet præcepturi sibi fuerant, quidue facturi (nam Abbas per quosdam de villanis, quorum tetigerat deus corda, occultè de omnibus edoctus fuerat, & quid facturum esset, ianitorè edocuerat) confestim ostia carceris referauit. Ingredi ergo cunctos vinctos eduxerunt, & liberos abire iusserunt, ita duntaxat, vt communitati fidem de cætero deberent & gratiam, & eis inseparabiliter adhererent. Quendam autem quem morte dignum iudicabant, inter alios extractum de carcere, ipsi iudices effecti & carnifices decollauerunt in larga terra ante ianuas Abbathiæ, & caput cum clamore diabolico, quem Londonijs didice-
rant

rant in decollatione Archiepiscopi, deferentes ad collistrigium in sublime fixerunt, vt cunctis patefceret eos nouis vti posse legibus, nouis fultos esse priuilegijs. Non multò post istud factum, venerunt & villani de Barnet, villanis de sancto Albano fœderati, ad supplendum prauorum numerum, & ipsi venientes simili mente contra Abbathiam. Circa horam diei tertiam, cursu velocissimo equi sui vêtus, venit de Londonijs Richardus de VValingforde maximus villanorum Sancti Albani, qui ibidem remanserat pro littera deferenda, pro qua supra retulimus VVilhelmũ Gryndecobbe regi totiens supplicasse deferens ante eum vexillum, vel pencellum displicatum, de armis Sancti Georgij, iuxta morem illorum qui Londonijs tot scelera perpetrarunt.

10 Huius aduentum cum cognouissent villani, assumpta statim cum eis turba cõmunium patriæ & rusticorum, quæ (vt diximus) citata per eosdem aduenerat, obuiam accurrunt eidem ad largam terram, vbi descendens equo suo, & figens standardum suum, iussit vt omnis populus veluti sit in bello adhereret standardo. Et post modicum temporis spacium quod indulsit colloquio & cõfilio villanorum de habendo tractatu cum Abbate, præcepit communi plebi cum standardo stare, & eorum reditum ibidem expectare, donec videlicet responsum certum obtinerent, quid Abbas decerneret efficiendum, de petitionibus ei ex parte populi porrigendis. Ingressus est igitur in Ecclesiam ipse & plures de maioribus, & illicò pro Abbate missum est in cameram, vt

20 veniret & communibus responderet. Ita enim tunc temporis gloriabatur eo nomine, vt nullum censerent nomen honorabilius nomine communis, nec quenquam de cætero reputaturi fuerunt dominum (iuxta estimationem suam stolidam) nisi regem solummodò & communes. Abbas verò qui iam dudum citius mori decreuerat pro libertate tuẽda monasterij, quàm quicquam facere quod ecclesiæ suæ cederet præiudicio, pulsatus suorum Monachorum precibus, monitionibus & assertionibus, qui dicebant nil præualere monasterio mortem suam in hac causa: & si omninò mori decerneret, cum irrationabile vulgus firmiter proposuisset vel obtinere petenda, vel illum & Monachos

30 suos morti tradere, Monasteriumquẽ cremare, tandem victus descendit ad eos. Qui cum venisset in ecclesiam, post breuem salutationem, Richardus de VValingford porrexit eidẽ breue regiũ, quod nuper VVilhelmus Gryndecobbe, nõ tam obtinuit quàm extorsit à rege, (sicut prædiximus) cuius tenor est talis.

TReschet en Dieu, à la petition de nous amez liegés de la ville de saint Alban, nous voulons & mandons, qui certaines Chartres estans en vostre garde, faits par nostre progeniteur le roy Héry, aux lez burgeoiz & bonnes gens de la dite ville, de commune & de pasture, & de pescherie, & de certaines autres commodités expressees en mesmes les chartres, à ceo qu'ils disoiẽt faites cea que loy & raison le requirent, par ainsi qu'ilz n'ayent matiere de plaindre desore à nous pur celle cause. Donnez soubs nostre signet, à Londres, le. 15. iour de Iuin, l'an de nostre regne quart.

40

*Littera regis
directa Abbati
pro chartis regijs.*

Dominus autẽ Abbas, recepta cũ reuerẽtia debita & perlesta litera, informare nitebatur, & commouere eos, qualiter omnia talia per placita fuẽre suorum patrum temporibus terminata, & exinde recordum esse apud VVestmonast. in rotulis regijs, vnde iuxta leges regni antiquitũs vñtatas asseruit eos nullum ius vel clameum debere habere in omnibus quæ petebat. Richardus de VValingford, omniũ prolocutor, respõdit ad hæc dicẽs, cõmunes iã pro tempore dominari leges, penitens nõ curare, nec rationes tales velle vel expectare vel acceptare, quare cõsulo (inquit) vos & hortor ne quouis modo cõmunitatẽ exasperare tẽtẽtis, quẽ nullatenus est sedanda, donec cuncta quẽ mente conceperant vno modo

*Acta apud
sanctum Al-
banũ die Sab-
bati.*

vel alio nanciscatur. Cumquē nondum acquiesceret Abbas, sed rationes & allegationes pro se plures faceret, quare nō deberet petita cōcedereri, idem Richardus cum maioribus villæ qui adfuerunt isto colloquio subintulerunt. Considerate (inquiunt) ad millia populi ante fores monasterij festinum responsum præstolans, qui in nos proculdubiō suum furorem conuertent, si diutius immorati fuerimus pro hac causa: aut enim decreuerūt obtinere petita repenti, aut pro V Valtero Tyler nūcios mittere, vt cum viginti millibus veniat in subuersionem loci istius & periculum capitum monachorum. Abbas verō tactus dolore cordis intrinsecus, cum audisset talia, dixit eis: Heu, heu (inquit) boni proximi, iam triginta duo anni sunt ex quo Abbas & pater vester extiti, & nūquam vos infestaui vel contristaui, sed quotiens in tribulatione fuistis & angustia, laboraui vestris necessitatibus & miserijs depellendis, & vos me omninō subuertere nitimini amicum vestrum & placidum dominum sine causa. Cui illi: Fatemur (inquiunt) vos & æquum & placidum nobis fuisse dominum, & idcirco nequaquam proposuimus in diebus vestris, vos pro causa huiuscemodi molestasse. Expectauimus siquidem diem mortis vestræ, vt post fata vestra de successore vestro in hac causa triumphassemus, sed iam nihil vobis & nobis superest, nisi vt pro periculo vos deuitando celerius acquiescatis: & nos, ne mora nobis etiam vitæ periculum generet, aut communes cum vno responso vel alio reuertamur. Abbas igitur librans pericula quæ incumbebant, ad deuitandū maius malum, minus malum elegit incurrere, & concessit eisdem vniuersa quæ petere voluerunt. Cernentes idcirco villani iam tempus suæ malitiæ aridere, mox petitiones (vt præmisimus) specificant, postulantes nouas chartas illis fieri libertatum, & obligationes quas fecerāt ex parte eorum monasterio, ipsis protinūs redonari: nec mora, cupiens Abbas eorū importunitate carere, tradi iussit obligationes quæ petebantur, facturum chartas pro illorum arbitrio de quibuscunque libertatibus voluissent. Igitur mox obligationes cum quibusdā domus munimentis & rotulis quas extorserant ab Archidiacono, quia nec iura ciuilia, nec canonica de cætero frequentare cogitauerant, in foro villæ iuxta crucem flammis consumpserunt: sed ista sufficere non valebant indisciplinato 30 populo, quin quandam chartam antiquam reposcerent de libertatibus villanorum, cuius litteræ capitales fuerunt de auro, vna altera de azorio, sine qua non posse satisfieri votis populi asserabant. Abbas autem affirmauit se nullam talem chartam scire, nec quidem de illa audisse petente, sed contentos eos esse rogavit ad præsens, quod omnia obtinuerant ab eo quæ potuit conferre eis, & nihil negauerat quod duxerant postulandum, velle se chartam inter munimenta requirere si vspiam inueniri posset, & eis sine fraude resignare, tantum iam quiescerent à furore. Igitur à maioribus de Ecclesia ad minores renunciatur eisdem responsum Abbatis, renunciatur omnia adepturos firmamento sigillorum Abbatis & conuentus post nonam, quiescere debere ad tempus illud: 40 Tamen interim ribaldi cum instrumentis claustrum ingrediētes, de locutorio forinsecō lapides molares (qui in pavimento hostij locutorij in monumentum & memoriā antiqui placiti inter villanos & Monasterium quondam Abbatis Richardi locati fuerant) leuaerunt, asportauerunt, & ad communes detulerunt, & ibidem minutant & confregerunt, dantes partem cuique, vt panis benedictus dominicis partiiri & conferri in Ecclesijs parochialibus consueuit, vt videlicet videntes easdem particulas, apud se recognoscerent se olim in ea causa de Monasterio vindicasse. Indultum est spacium prandio monachorum, sed quod non proficeret manducantibus, quoniam à facie meritoris & angoris, tristitiæ & pauoris, cibabantur pane lachrymarum, & pa-

nem utique doloris manducabant, & potus eorum fletibus miscebatur. Quis enim sanus, vel sapiens pro tunc lamentari non debuit, videns mutatum rerum ordinem, seruos versa vice dominis imperare, in tantum, ut ubique vita & mors essent in manibus rusticorum qui dominari nesciunt, misereri nolunt? Quis temperaret à fletibus, cernēs nobile caput regni, urbem dico Londoniarum perditam per diem & noctem integram, & cōmunium voluntati subiectam? Quis non expauesceret cum ipsum caput cleri dignissimum à vilissimæ conditionis hominibus obtruncatum audiret, Archiepiscopum scilicet in medio regni tam crudeliter interfectum, & regni Thesaurarium cum eo pariter decollatū? Quis non doluisset, regem Angliæ (& nobilitate & dignitate cunctis mundi regibus præferendum) in tantū à seruis arctari, ut nihil præter eos facere præualeret, & ipsam nobilem & approbatam regni militiam in conspectu silere rusticorum, & eorum sequi per omnia voluntatem?

10 Nouissimè ut ad Sanctum Albanū redeamus. Quanta tristitia putandum est fuisse repleta corda Monachorum, qui videbant illud celebre monasterium iam vel constare suorum indulgentia natiuorū, qui nec indulgere sciunt, nec amare dominos, vel ipsorum furore & iracundia conflagrandum? Talibus ergo fereulis ministrabatur monachis eo die, donec tempus post nonam, quo villani pro charta libertatis obtinenda venerunt. Venientibus autem illis, conuenit ad portā
20 monasterij turba copiosa, amplius quàm duo millia nebulonū, qui omnes vna voce, vna mente firmarunt, vel portam magnam illicò diruendam, vel chartas Burgensibus esse tradendas. Fecerat autem dominus Abbas quādam chartam fieri secundum petitionem eorum, & misit ut legerent eam in concione villanorum, & si dignarentur eam acceptare, paratus erat ad confirmandum eam robore ramine sigillorū Abbatis & conuentus: sed non potuit placere eis quod ipsi non conceperant, sed cum magna superbia miserunt Abbati per quendam armigerum ipsius, ut destineret suum clericum cum incausto & pargamēno, ut quod ipsi decernerent, ipse scriberet, & exposit Abbas & conuentus apponerent sigilla sua. Abbas verò renunciauit eisdem se confirmaturum vniuersæ quæ vellent, ut
30 tantum de cætero forent amici & desisterent ab inceptis. Sed postquam & clericum habuissent, & chartam confecissent iuxta vota sua confirmandam & sigillandam, non tamen satisfactum est eis, sed dixerunt quādam superesse chartam in monasterio, libertatum suarum antiquarum, quam iurauerunt eis esse reddendam, vel monasterium diruendum. Abbas autem bonos & honoratos armigeros patriæ misit ad eos, qui nuntiarent eum velle si cuperent iā crastino corā eis missam celebrare, & super sacramentum (quod sumpturus erat) cum omnibus suis monachis, vel quos ipsi ducerent adhibēdos, iuramento firmare se nullam talem chartam penes eos scienter retinere. Sed nec sic quidem poterant migrari, aut omnino recepturi erant quod haberi non poterat, aut in prima sententia permansuri. Abbas ergo quid faceret, quem angustia premebant vndique &
40 dolores nimij affligebāt, remisit eosdem viros quos ante miserat, qui nuntiaret eis Abbatem in omnibus voluntati suæ velle parere, eos quoddam impossibile exigere, rogare ut condescenderent rationi, & ex quo talis charta non potuit inueniri, componerent ipsi chartam quibuscunq; vellent libertatibus aut conditionibus exaratam, de tēporibus Hērici regis, & Abbatis qui tunc supererat annotandam, & sigillis protinus firmaretur. Sed adhuc ita non potuit satisfieri ganeo-
nibus, affirmantibus se nulli iuramento fidem daturos, velle chartam irrecuperabilem recuperare, aut monasterium ignibus concremare. Tandē (deo volente) quia plura dāna illaturi erant suis proximis, & non poterant vacare destructioni monasterij simul & proximorum detrimento, conuentum est, ut more treu-

*Congregatio
villanorum ad
portas Sancti
Albani.*

*ut noster
consilium*

garum Abbathia gauderet indemnitate, vsque in crastinum ad horam nonam, tunc proculdubio subitura dispēdium, nisi charta præfata quæ non habebatur, communibus exhiberetur. Nihilominus rustici & natiui Abbatis & cōuentus simul cum cōmunibus patriæ, & quibusdam de villanis ad numerū mille quingentorum hominum omnis cōditionis, persistentes ante magnā portam, instigante sola malitia, totum ædificium portæ destruere se velle dicebant, si quisquā vellet percutere primum ictum. In tantum enim natiui monasterij infelici fuere suis dominis, vt quāuis concederentur eis chartæ libertatis, potius destruere monasterium cuperent, quàm chartas obtinere præfatas. Mittebatur eis ceruicia abundāter cum panibus in magnis cunis ad portam, vt quilibet biberet & tolleret quod volebat, vt vel sic pro beneuolentia ostensa cōquiescerent: sed nihil hæc omnia profecerūt, donec quidam de maioribus villæ veniret & periculo se obiectaret inter illos conscientia ad hoc inductus. Hic ergo cum venisset, satis cautè compescuit eos, dicens: vos ribaldi quid facitis? quid molimini? nunquid vos intenditis dare primum ictum in prostratione huius ædificij, qui estis extranei vel aduenticii? & non nos potius qui sumus Burgēses & liberi huius villæ? quiescite ab inceptis & Burgeneses sequimini, & quid ipsi decernunt facere faciatis, ipsi enim vos ducent & adducent ad loca diruēda vel certa faciēda. Hoc cōmento fecit eos à porta recedere, & ad aliā congregationem similium ribaldorum quæ in villa fuerat properare. Vbi quicquid restabat temporis illius diei, consumpsērunt in deiectione domorum, in confractione utensilium, vel rerum inuentarum in eisdem secundū quod didicerant Londonijs à VValtero præfato.

*Proclamatio
per villanos.*

Præsumpserūt insuper sub vexillo regio displicato proclamationes facere de vigilijs locadis circa villam, in numero copioso, ne fortè venirent armati in adiutorium Abbathie & occuparent incautos de semitis obseruandis & vijs circa fluuium & sanctum Germanum, ne vllus exiret ibidem monachus vel intraret, & si ibi aliquis apprehendi valeret, vel decollaretur, vel vsque in crastinum secunda custodia seruaretur, vnde contigit plus quàm centum illas obseruare partes, vt si fortè Prior monasterij, vel qui cum eo recesserant reuersi fuissent per illam viam inter ribaldos, decollati fuissent. Proclamauerunt etiam vt si cuiquam deberetur pro mercede vel stipendio, vel pecunia de Abbate, Priore, vel monachis cæteris, venirent in crastinum petiturus, & Burgeneses villæ sancti Albani satisfacere curarent de bonis monasterij, quantum sufficere possent ipsa bona cui libet sic petere volenti. Pluraque magisteria præsumpserunt, quæ nimis longum esset per singula numerare. Dum ergo illi circa talia satis inutiliter occuparentur, intrauit quidam cum gladio & perma peticium Abbatis, audacter petens centum marcas ab Abbate donari sibi, vel certè mox congregata familia impia, ignem immitteret in grangiam sancti Petri, & manerium de Kyngesburi quæ sunt sita propè villam. Fuerat namq; quondam firmarius de Kyngesburi, & cum deberet magnam summam pecuniæ conuentui & non haberet vnde redderet, fugam latenter arripuit, legum censuram timens. Iam ergo reuersus, affirmavit se timore Prioris qui eum pro eadē pecunia persecutus fuerat non fugam inisse, sed ad amicos transisse, qui ei succurrissent de tāta pecunia (quam iniuste) soluenda, & modò se petere tantam summam pro damnis illatis sibi ratione subita trāsitionis de manerio, quæ quidem damna dixit se incurrisse per Priorem, cum nihil omnibus computatis debuerat: sed cui debebantur centum marce de terminis quibus occupauit manerium supradictum, velle sibi satis fieri iam de præfata summa, quia tempus eam recuperandi arripserat, vel certè prædicta loca daret flāmis. Habebat nāq; (vt asseruit) duo millia cōmunium propè loca, qui nisi Abbas citius satisfaceret, adustione locorum eius iniurias vindicaret.

caeret. Quid multa? nulla in tantis turbinibus alia restabat via, nisi ut Abbas satisfaceret suæ petitioni, fraudulenter tamen pulsatus ribaldus multorum precibus de centum maris recepit viginti libras, & abiit, iurans se malle quam totam illam pecuniam Prioris habere personam, ut suas iniurias in eius capite valeret vlcisci, qui nihil utique unquam sibi iniuriatus fuerat, sed potius eum fouerat & in multis adiuuerat, donec sensit aperte ipsum fuisse danosum monasterio, & inutilem debitorem. Hijs & multis similibus damnis, iniurijs & terroribus, afficiebantur abbas & monachi eo die.

Pertransita nocte maroris, in qua monachi constituti fuere in maxima perplexitate, quid agendum foret eo die de condicione proposita per villanos, nisi charta redderetur quæ non potuit reperiri, nec noua fieri, cuncti consilium ceperant, fugiendi propter malitiam villanorum (qui occasiones quærebant destruendi monasterium per talem impossibilem conditionem propositam,) cepit illucescere dies dominicus, in qua & arridere fauorabilius diuina consolatio pauore depressis, marore contentis, nempe supercilium villanorum repente humiliatum est, & superbia hesternæ hodiè concidit insperato. Rumores utique illis plurimum displicentes spergebantur de morte turpissima sceleratæ memoriæ ganeonis sapèdicti VValteri Tyler ipsorum magistri, quod occisus fuerat coram rege, & quod communitas Londoniarum confluerat copiosa ad succurrendum regi, & unanimiter resistendum communibus de Cætio & Estsexia, alijsque nitentibus selevare contra regem. Venerat insuper summo mane quidam ex regis militibus qui proclamari fecit pacem ex parte regis, ut omnes ligei regis sub forisfactura vitæ & membrorum conquirerent ab hac hora. Dominus quoque rex misit præterea chartam protectoriā Abbati pro monasterio & omnibus locis eidem pertinentibus, in hæc verba:

Richard par la grace de dieu Roy d'Angleterre & de France, & seigneur d'Ir-
land, à tous noz lieges & communes des countées de Hertford, & de tous autres
countées adioinantz & procheinz. Nous vous prions, chargeons, & mandons
le plus estroitement que nous pouons, & sur la foy & ligeance que vous nous
deuez, que à nostre treschier en dieu l'Abbé S. Auban, ne à nostre maison &
monastere dudit lieu, que est de nostre patronage, ne à nul de gentz, moignes ne
autres, ne à nul dez biens dez le dit Monastere & l'enclos d'icelle & en quel-
conques autres places de dite Abbey esteians, ou à luy & à les siens appartenants,
vous ne faces, ne soeffres estre fait en tant come en vous est, aucun gref, damage
ne moleste quelecoques en cors ne biens en quelcoque manier, car si le dit Abbé ou
aucun de siens ayt mespris deuers vous. nous mesmes de luy ferons le redresser &
amèder si come raison vouldra. Et ceste nostre mandement prenez si à cueur que
nous vous en deuons sauoir gre sur tout lamour & loialté que vous portes à
nous. Donnè sous nostre grand seale à nostre Cité de Londres le. 15. iour de
Iuin l'an de nostre regne quart.

Oppidani tamē de sancto Albano cum hæc omnia comperissent, & noua fre-
quenti relatione suis votis contraria percepissent, ad huc insensati & sine ratio-
ne libertates quidem expetere decreuerunt, ipso die dominico dum adesset tur-
ba, quæ ipsorum iussu citata fuerat sub forma prænotata, de villis de Lütona, de
VWatforde, de Barnet, de Rukemersvorth, de Treng, & alijs circumiacenti-
bus vicis & villis, ne viderentur ab hijs quos tanto fastu vocauerant, nimis faci-
liter fuisse terri, vel regijs mandatis & monitionibus paruisse. Nihil etenim
futurum prævidentes, sed omnia præsentia solummodo considerantes, desideria
cordis eorum sine vlla imposterum reuocatione implenda putabant. Quapropter
parui pendentes chartam regiam quæ pacem obtulit cessantibus ab iniustis le-
uationibus

*Tumultuatur
villani de
Sancto Albano.*

*Littera prætoris
Henrici regis
pro Abbate
sancti Albani.*

*De malitia
villanorum
sancti Albani.*

uationibus & extorsionibus à die veneris & deinceps, necnon pericula & damna quæ eos manebant imposterum pro huiusmodi insurrectionibus & turbationibus, cōuenerunt cū turba multa mane prima sabbati, hoc est dominica, ut ea quæ hesternopetierant, hodierno plenius recuperarent. Non tamen tam turbulente, tam immodestè sicut prius, sed pacem & tranquillitatem simulantes, petebant chartas præfatas, beneuolentiam promittentes ex hijs inter villanos & monachos orituram, & imperpetuum duraturam, non attendentes quod: *Quia de malè questis vix gaudet tertius heres: Nec habet euentus sordida præda bonos.* Ut quæ omnia hæc tutius agere viderentur, & à maiori velamine obumbrarent chartam de forisfacturæ remissione, quam quidam ex ipsis à rege pro comitatu Hertfordiæ die præcedente obtinuerant & attulerant, quæ (ut prædiximus) cōditionaliter remissionem & gratiam & manumissionem promisit, communibus occultare & recipere statuerunt, donec ea quæ petitiuri erant de Abbate perphas aut nephas cōsequi potuissent, ut videlicet si eis aduersitas vlla pro hijs imposterum oriretur, excusationem scrupulosam possent prætere, se scilicet ante diuulgationem chartæ præfatæ hæc petiisse & obtinuisse, tanquam voluissent scienter contrauenisse mandatis regijs, cum apertè constabat eos & scienter & voluntariè sed dolosè non tam petiisse, quam cum terroribus & minis extorsisse chartas præfactas.

Igitur ut præfati sumus, die & hora præmissis, intrauerunt cameram Abbatis maiores villanorum, & iuxta cōdictum hesternum chartas libertatis exquirunt cum instantia, & pro votis accipiunt, ipsis dictantibus quæ volebant, & clerico assidentibus & astantibus, donec in eorum præsentia cuncta forent inserta quæ pro eorum libertate fuerant meditati, sic enim oportebat fieri, quia nōdum turba plenè sedata, nō pacificata fuerat, sed omnia adhuc turbulenta fuerunt & intranquilla. Obtenta autem charta secundum voluntatem propriam, de villæ libertatibus chartam exquirunt, qualem sæpè memorauimus Abbatem aut monachos nullatenus habuisse. Sed quia minus valuit isto die quàm heri rusticorum audacia, nō tam feruidè instabant pro eadem ut prius, sed obligationem eis petunt fieri & sigillo Abbatis & conuentus firmari, de mille libris Sterlingorum, quod si idem Abbas citra festum annunciationis beatæ virginis aliquā talem chartam inuenire poterit, eam villanis restituet sine dolo. Et si nulla talis charta poterit reperiri, paratus erit Abbas cum duodecim senioribus monachis monasterij ad iurandum super Eucharistiam se nullam huiusmodi chartam penes se scienter retinere nec habere, & ex tunc volunt obligationem præfatam nullius esse roboris aut valoris. Abbas autem & fratres quos dudum nimius dolor afflixerat de irrationabilitate villanorum, iam cernentes mitigatam esse hesternam sæuitiā, gaudio gauisi sunt quod cōceperant spem saluandi monasterij, & eò ampliùs congaudebāt, quod sperabāt meliora noua de regis audire dominio, & subiectione rusticorū in proximo, maximè quia dominus Hugo Segraue regis Senescallus, & dominus Thomas Percy milites, Abbatem cōfortauerant ipso die literaliter, præcipientes ut in vniuersis pareret vulgi petitionibus, sciens pro certo sibi nec suo monasterio de talibus concessionibus vllum dispēdium aut præiudiciū prouenturum. Paruit idcirco Abbas petitioni præsentī villanorum, & iuxta vota eorum scriptum obligatorium sub forma præmissa (apposito sigillo proprio & sigillo conuentus) confecit & tradidit manibus eorundem. Ipsi autem in hijs omnibus nō tanquam subditi, sed velut domini, in camera Abbatis, in capella, in penticio, pro libito deambulabant, & interfuerunt scripturæ ipsi, dictantes hoc quod scribendum fuerat, & sigillationi curiosius intendentes: nam pro tunc sigilla Abbatis & conuentus ibidem fuerunt. Vnde mirabile illud contigit cum charta

charta de libertate villæ vel villanorum sigillari debuisset, quod cum omni cau- *Nota mirabilis*
 tela & diligentia cera appolita à scientibus sigillo communi fuisset, in quo vetu- *le de sigillo*
 stissimo opere imago glorioli prothomartyris Britannorum Albani figuratur *communi.*
 tenens in manu palmam, nulla potuit arte per tres vices auelli vel remoueri de
 sigillo, prænoticans proculdubio martyrem nolle eos fore dominos, sed velle
 dominari vt hætenus super eos. Adepti chartam libertatum villæ, & obligatio-
 nē præfatam, oppidani ibant gaudētes, tunc demum diulgaturi ad crucem pu-
 blicē chartam quam obtinuerant de monasterio, vnā cum charta regia, quæ (vt
 diximus) videbatur indulgere ligeis hominib⁹ regis, felonias, produtiones, trās-
 gressiones & extortiones per ipsos factas &c. & manumissionem natiuis pro-
 mittere modo præfacto. Chartam insuper protectoriā quam dominus rex mi-
 serat monasterio, facta proclamatione demonstraerunt, tanquam omnimodā
 foris beneuolentiam simulantes, cum intus malicia regnaret in mensa, vt ex po-
 steris elucebit.

Die lunæ & martis sequentibus conuenerunt natiui omniū villarum perti-
 nentium monasterio, asserētes se in mādatis habere, vt omnibus alijs curis post-
 positis, exigent chartas manumissionis & libertatis secundū tenorem chartæ
 regalis, qui omnes consimiles chartas acceperūt in hæc verba: Vniuersis sanctæ
 matris ecclesiæ filijs præsentibus literas inspecturis, Thomas permissione Ab-
 bas monasterij sancti Albani & eiusdem loci conuentus, salutem in domino.
 Noueritis nos literas domini regis inspexisse in hæc verba. Richardus dei gra-
 tia &c. Harum litterarum tenorem antea fusē explicuimus, in quarum fine
 adiunctum est in charta Abbatis & conuentus: quas quidem litteras volumus
 & mandamus in villa de N. firmiter obseruari. In cuius rei testimonium tam si-
 gillum nostrum, quā commune capituli nostri præsentibus apposuius. Et
 hij omnes qui venerūt talia petitori, citati fuerant per villanos sancti Albani in
 grauamen Abbatis & conuentus, & monasterij detrimentum: nam mox acce-
 ptis chartis prædictis, rustici estimabant se super lineam regiam generosos, &
 quietos ab omni seruicio & consuetis operibus impendendis, vnde nullum om-
 ninō opus, nullas consuetudines, postremō nec redditus quidem facere vel red-
 dere decreuerunt. Hæc de natiuis sancti Albani, quibus similia perpetraverunt
 natiui, vbicunq; terrarum turbatio prædicta desinit. Iam ad alia loca progre-
 diemur, in quibus aliquod facinus abhominabile perpetratum est: reincipimus
 à dicto die Sabbati, vt plenius cognoscantur tempus & dies mali.

Exigit historiæ cōfusus ordinem, confusio rerum in locis plurimis perpetra- *Enia alia in*
 ta, & vix pro varietate locorum, & diuersitate facinorum vno tempore com- *Northfolcia.*
 missorum, seruari potest ordo scribendi. Ecce enim, dū magna & nimis magna
 facinora scribo diebus Veneris atq; Sabbati gesta Londonijs, vix eorum expli-
 care possum tragædiam, quin eisdem diebus occurrunt scribenda similia apud
 sanctum Albanum vt præfactum est. Nec dum apud sanctum Albanum exa-
 rare possum cōmissam miseriam, antequam se offerat alibi aliquod par aut ma-
 gis execrabile seu notabile nefas. Eodē die Sabbati (vt generalis esse videretur
 ista tempestas) in partes Southfolciæ & Northfolchiæ misit deus iram indigna-
 tionis suæ, indignationem & iram, & tribulationum immisiones per angelos
 malos, quosdā videlicet perfidis Esthēcēsis periculosiores, Angelos sathanæ,
 qui informarent populum in quiete degentem, populum innocētem ad tumultu-
 ationem superioribus similem, & connecterent in suos dominos corda ser-
 uorum. Qui confestim efficientes magis quā proficiētes, duce quodam scēle-
 ratissimo præbitero, dicto Iohanne Stravv, qui & ipse Londonijs fuerat pri-
 diē, & instructus à ganeone præfato VValtero Tylero, de facili congregauerūt
 turbam

*Charta cōcedi-
 tur cōmissionas
 tibus sancti
 Albani.*

turbā, cuius numerus excedebat (vt ferunt) quinquaginta millia plebanorum. Hij autem iuxta maiorem eorum qui Londonijs furuerunt, in vniuersis furentes, domos & prædia magnorum virorum legis peritorum prostrauerunt, legis apprenticios occiderunt, & dominum Iohannem Cauendisch Iusticiariū regni principalem interceptum decollauerunt, & super collistrigiū, in foro villæ sancti Edmundi de Bury, dominum Iohannem de Cantebrigia, virum industrem & solertem, Orpheum Tracem, Neronem Romanum, Belgabred Britannum vocis dulcedine pariter & cantus scientia superantem, dum à facie eorum fugere niteretur repente captum, crudeliter capitis truncatione peremerunt. Causa mortis eius satis nota est, quia cum esset circumspēctus & prudens, causas domus suæ suscepit tuendas. Et quia fideliter decertauit contra villanos de Bury pro iure monasterij, accepit (vt diximus) sententiā capitālē prope villam de Mildenhale, quæ ad ius eiusdem monasterij pertinere dinoscitur, non tam villanorum prædictæ villæ de Bury suorum aduersariorum, sed priorum seruorum & natiuorū arbitrio simul & iudicio addictus morti. Corpus eius fuit vsq; ad staminum nudatum & femoralia, in aperto campo subdio iacuit inhumatum quinque diebus, nemine præsumente illud vel auferre, vel naturæ debitum illi minis impendere, propter sententiā rusticorum.

*Nota de los
hame Straw
ductore ples
bia.*

Perpetrato prædicto piaculo, procures perfidiæ cum plebe perfida, dictus scilicet Iohannes Straw, cum præfata turba ad villam de Bury properant, & nemine resistente subintrant, caputq; Prioris prænominati in conspectu villarum tanquam processionaliter circueundo inditū super lanceam perferentes, donec ad collistrigium peruenirent: quod cum accessissent, in signū antehabite victoriæ, & amicitiae inter Priorem & Iohannem de Cauendisch, & derisionē vtriusque personæ, capita modò velut ad auriculādum, iam quasi ad osculādum inuicem super summitates lancearum cum maxima amentia coniunxerunt. Postremò cum talibus saturati fuissent ludibrijs, vtriusque caput iterum super collistrigium posuerunt. Deindè mox in odium Prioris quandam domum quam edificauerat, & à fundamentis de nouo cōstruxerat diruerunt, quibus perpetratis, claustra ingressi monasterij, dominum Iohannem de Lakynghuythe custodem Baronie illis tradi iusserunt, comminantes incendium monasterio nisi tradetur. Cumq; staret inter illos (mirum dictū) nulli eorum nota fuit persona sua, Sed hæc omnia perfecerunt instinctu villanorū, qui ad hæc eos (vt facillè erit probare ex sequentibus) occultè conduxerant, ipsis se à turba subtrahentibus, vt vel sic à tantis sceleribus esse viderentur immunes. Igitur præfatus Iohannes cauens domus suæ periculo, respōdit se esse quem quærebant, interrogans ad quid à communibus peteretur: ad quem illi, ad mortem (inquiunt) proditor te modò quærimus, non iam enim diutiùs vitam protelabis: quibus ille, ad mortem quidem paratus sum, quam & libenter amplector, ita duntaxat vt istud monasterium nullum causa mei detrimentum patiat. Moxq; tractus ab eis, cum ingenti vociferatione quod inuenissent filium, monachum adduxissent proditorem, in foro publicè decollatus est, oēties percussus antequam caput esset à corpore separatum, cuius caput illico super collistrigium capiti Prioris sociauerūt. Nec hijs contenti, quendam alium monachum, videlicet VValterum Todington ad consimilem mortis pānam quæsierunt: sed is occultatus diligentissimè, cum non posset inueniri mortis periculum euitauit. Post hæc euocatis cunctis monachis, dixerunt eos iam diuturno tempore per potentiam oppressisse consocios eorum Burgenses villæ de Bury, quapropter voluerunt vt in conspectu comuniū modò redderēt obligationes quibus obligati fuerāt regi & Monasterio, si contigisset eos aliqua temptasse contra Abbathiā, necnon & chartas libertatū villæ

villæ, quas Cnuto fundator monasterij quondā concesserat, & quas successores
 sui reges vsq; in præsens ad firmamentum monasterij concesserunt. Monachi
 verò sibi & suæ domui metuentes, si non parerent voluntati communiū, omnia
 quæ petebantur, quæ scilicet vel villanorūm firmamento vel illorum detrimēto
 esse poterant, in forum coram omnibus protulerunt, iurantes inueniri nō posse
 plures chartas (quæ villanorū cōmodo cedere possint) apud eos. Cōmunes autē
 fidem dictis eorum vix dare volebant, sed vocatis villanis qui simulabāt in istis
 tristitiam, tanquam displicerent quæ gesta sunt, præceperunt eis vt diligētī scruta-
 10 tatione superuiderent obligationes & chartas præfatas, & si ex hijs non possent
 consequi veteres libertates edicerent, quibus gaudere solebant. Et Abbas qui in
 carcere tenebatur apud Notingham, Edmundus Bromfeld, quē deliberare pro-
 posuerāt (vt in sequenti festo Iohannis Baptistæ in suo monasterio solemniter
 diuina celebrare deberet, post quadragesimum diem aduentus eius exinde cō-
 festam chartam sigillo suo muniret, & conuentus idem facere sigillo suo com-
 muni non differret. Placuit hæc oratio monachis extrema, metuentibus &
 compellentibus communibus, & ita faciendum esse dictantibus, iocalia domus
 maxima, quādam crucem aureā, & vnum calicē de fuluo metallo præciosum,
 aliaq; nonnulla iocalia elata de monasterio, quorum præcium excedebat mille
 20 libras monetæ tradiderunt vice pignoris manibus villanorū, ea videlicet cōdi-
 tione, vt si Edmūdus Bromfeld (vt præmittitur) deliberatus à carcere gauderet
 ibidem Abbatis honore, sigillum apponeret propriū, vnā cum cōsensu cōmuni
 & sigillo conuentus infrā tempus limitatum libertatibus eorundem. Quod si cō-
 ditio prædicta non esset impleta, remanerent prædicta iocalia imperpetuū penes
 villanos. Et ita quidem apud Bury res se habebant mirum in modū, cōmuni-
 bus petentibus pro villanis quæ ad eos minimē pertinebant. De quibus rebus etiam
 scire non poterant, qualia quoq; facere non debebant, nisi informatione & in-
 stigatōne villanorum. Quis vnquam crederet cōmunes quenquam ex mona-
 chis eis inuisum, incognitū, innocentem, ad mortē, petisse, quē insuper eis astā-
 tem nō cognoscebāt, si ad hæc minimē inducti per alios extitissent? Quid ad eos
 30 pertinuit libertates exquirere pro villanis? Hæc omnia displicebant, cur recedē-
 tibus communibus & pace reddita ablata restituere distulerunt, inexcusabiles
 prorsus mihi videntur vt ex posteris clariūs apparebit.

Exaratis pro parte quæ apud Burgum sancti Edmundi contigerunt, præ-
 termisissis facinoribus apud Cantebrigiam perpetratis & in comitatu Cante-
 brigiæ, nec non in insula Eliensi, quæ non fuere dispartia, sed omnino similia
 sceleribus in mortibus hominum & locorum demolitionibus, cæteris quoque
 malis quæ docuimus alibi perpetrata, ad ea quæ in Northfolcia gesta sunt trāsle-
 mus. Igitur conglomerata ibidem communiū turba non modica, Duce quodā
 tinctore de Norvvico cuius nomen erat Iohannes Littestere, cæperunt vt vbiq;
 40 locorum alij fecerant, & ipsi facere, nihil prætermittentes ex omnibus quæ audi-
 erant cōmunes in alijs locis egisse, sed maiora insuper præsumentes, ad rapinas
 cæperunt extendere manus suas. Igitur nullus penè locus tutus ab hijs esse po-
 terat, quorum omnium conspirauerat ad mala consensus. Et quoniā parua vi-
 debatur eis ad tanta mala facienda auctoritas propria: comitem Southfolchiæ,
 dominum VVilhelmum Vfforde duxerunt adhibendum turbæ cōmuniū, vt si
 cōtigeret inferiores impeti pro talibus causis in posterum, exhibere possent ma-
 iorem & parem, sub cuius umbra vel conuiuentia hæc fecissent. Sed comes præ-
 monitus de eorū aduentu, repente surrexit à cæna ad quam cōfederat, iter faciēs
 per desertas patrias, per loca ultra citraq; proposita semper declinās turbas cō-
 muniū peruēnit ad sanctū Albanū, & ita peruēnit ad regem, garcionē domini
 Rogeri de Boys se similās, manticamq; post tergum ducens. Cōmunes autem

*Consimilia
 facta in comi-
 tatu Cante-
 brigiæ & insu-
 la Eliensi.*

eo frustrati, subito loca quorundam aliorum militum occupantes, & eos in eisdem inuenientes, compulerunt in sua vota iurare, ac pro maiori cautela cum ipsis per patriam equitare. Quod nisi fecissent confestim morti turpissimam succubuissent. Nomina militum qui eos sequi compulsi sunt, fuere, dominus de Scales, dominus V Vilhelmus de Morlee, dominus Iohanes de Brevves, dominus Stephanus de Hales, dominus Robertus de Salle, qui Robertus non diu viuus permansit inter eos, quia dissimulare nesciuit ut ceteri, sed cepit eorum facta condemnare publice & horrere, ob quam causam a quodam rustico repetente percussus in cerebro, nativum scilicet proprio, expiravit miles qui mille ex eis solus tenuisset si contigisset eum aperto Marte pugnasse contra eos. Ceteri vero cernentes vel esse dissimulandum, vel turpiter moriendum, casu consimili & periculo docti praefati militis, decreuerunt vniuersa laudanda quae ipsi laudarent, & vituperanda quae eis displicerent. Unde contigit ut in gratiam recepti dicti nebulonis, Iohannis Litlestere, qui se regem comunium appellabat, mereretur pregustatores effici ciborum eius & potuum, & flexis genibus ei obsequi in praedio residui. Nempe dominum Stephanum de Hales quia miles honorabilis fuerat, ad sciendum coram eo praelegit, & praegustandum cibaria quae sumpturus erat, ceteris quoque alia officia designauit. Cumque iam fatigari communes cepissent, & multi dies pertransissent, consilium inierunt ut mitterent duos ex militibus, dominum scilicet V Vilhelmum de Morlee, & dominum Iohannem Brevves, cum tribus in quibus fidebant ex comunibus, ad regem Londonias vel vicinque posset inueniri, pro charta manumissionis & remissionis obtinenda, quae ut specialior esset ceteris chartis alijs comitatibus concessis aut concedendis, magnam summam pecuniae, quam ceperant de ciuibz Northvvicensibus sub obtentu saluandae urbis a cardibus, interdictis, & rapinis, praefatis nuncijs tradiderunt, ut videlicet pacem & libertatem quam ipsi non meruerant pecunia impetraret.

Animositas Episcopi Northvvicensis.

Milites ergo acceptis comitibus de comitatu comunium, ad exequendum properant iniunctum mandatum, & cum peruenissent ad villam de Ickingham quae nondum multum distat a villa quae dicitur Nouum forum, inopinatum eis obuiam Episcopus Northvvicensis, dominus Hericus le Spæcet, vir idoneus satis armis gerendis bellicis, & ipse armatus ad vnguem. Audierat namque famam cum moraretur apud manerium suum de Burlee prope castellum regis de Okam in partibus Stanfordinae, tumultuationis Northfolkensum, quare proposuit illuc descendere ad videndum utrum clamorem opere compleuerint vel copleuissent. Habebat tunc in comitatu suo non plures quam octo lanceas, & sagittarum numerum perexile. Videns autem milites & quosdam ex comunibus, praecipit sub ligeantia sua militibus, ut edicerent si qui ex proditoribus regis praesentes essent cum illis. Milites vero quos dudum rusticalis timor absorbuerat, dissimulabant respondere, estimantes episcopum quia inuenis erat & audax, inconsulte talia verba protulisse, nec habere qui adiuuarent si proditores prodidissent. Episcopus autem cernens & considerans rem ut erat, hortabatur eos ut confidenter agerent, & si qui adessent traderet proditores. Tunc milites deteresa ignauia & sumpta audacia responderunt, duos ex maximis concitatoribus inter eos adesse, tertium pro eorum coemendo prandio alibi concessisse, sed & causam eorum itineris per ordinem narrauerunt. Episcopus ergo statim illos duos decapitari fecit, & tertium ipsemet requirere studuit, ouem suam quae videlicet perierat, & dum a regia fide descuerat, & quae peritura fuerat tunc Episcopali decreto capite punienda. Fixis ergo capitibus eorundem apud Nouum forum, Episcopus cum militibus properat festinatius Northfolchiam, ad Northvvalsingham videlicet, locum in quo communes expectasse decreuerat responsum regium & reditum sociorum. In pertransendo ergo patriam, semper numerus Episcopalis augebatur, quia de ordine militari & plures ex patria generosi qui delitescabant timore comunium, videntes Episcopum militem

militem induisse, & galeā assumpsisse metallicā, & loricā durā quam nō possent penetrare sagittæ, nec non gladiū materiale ancipitē arripuisse, eius lateri se iūxerūt. Episcopus itaq; cū peruenisset ad locū præfatū, stipatus turba decenū reperit rusticos more bellatorum fossata circūcinxisse locum in quē cōuenerāt, & super fossam, tabulas, fenestras, & ostia cū palis in defensionē sui fixisse. A tergo autem cōspicit eorū cariagum & carectas locatas, tanquā de fuga minimē cogitarent. Nec mora, Episcopus Martius apertō Marte pugnaturus, cōmotus super audacia nebulosū, iubet rubicinis & clangatoribus suis canere. Et ipse arrepta dextera manu lancea, vrget cornipedem acutis calcaribus, & tanta animositate, tanta audacia effertur in eos, vt cursu velocissimo, fossam præoccuparet citacior sagittis suis, nec erat opus architenentibus sagitarijs, cū res iā manu ad manum cōminis ageretur. Antistes ergo belliger velut aper frendens dentibus, sibi nec hostibus suis parcens, vbi manus cōspicit esse periculū, dirigit robur suū, hunc perforando, illum deiciendo, alium vulnerando, non cessat lædere vehēmenter, donec omnis turba quæ eum secuta fuerat nacta fossa ad cōfligendum parata foret, idcirco pugnatum est acriter ab Episcopalibus, nec secūs a cōmunibus, donec (vt assolēt) in huiusmodi cōscia partē terreret iniustā, & animū ab audacia & voluntate subtraheret moriendi. Nihil est infelicitis quā bella gerere cauteriata cōscientia, qua timor & cōsilio semper solent ingeri, nunquā victoria prouenire. Fugiant idcirco meticulosi plebani, & quia nulla alia restabat via vltra carectas suas & cariagia (quæ retulimus eos a tergo suo locasse) pet saltus iter facere elaborant. Sed præsul imperatoris circūspecti ubiq; gerēs officium, hos conatus elidit, & fugere meditantes cedendo impedit, impediendo cedit, donec captis maioribus turbæ concitatoribus, & ipso eorum rege Iohanne Litteftere, & quot volebat ad vitam referuatis, plena victoria potiretur.

Episcopus itaq; præfatū Iohannē idolum Northfolcorū adduxit tractioni & suspendio, nec non decapitationi. Quem auditum & absolutum virtute officij, ipse meo prosequēbatur ad urcas, demonstrans in eo, quanquā vicisset eum, opus mātutinitis & pietatis, sustentans videlicet caput eius ne collideretur a terra dum ad suspendium traheretur. Quibus ita gestis, nōdum quieuit Episcopus donec perferutatis per totā patriā malefactoribus, iusticia fieret de eis dē. Sicq; pacem peperit regioni, & indicibile toti regnō cōmodum, laudanda probitas & audacia commendanda pontificis bellicosi.

Expediis paucis quæ in Northfolchīa gesta fuerunt, supersedeo scribere quæ mala in Northfolchīa, quot dāpnā in reliquis comitatibus per viros diabolicos in turbationē totius regni sunt expleta: nisi enim de monijs pleni fuissent, nequaquā in destructionē sacrosanctæ Ecclesiæ & christianæ fidei, necnō in regni ex-terminiū cōspirassent. Probāt hęc eorū opera, probāt cōfessiones quorundā qui expost capti sunt, quæ narrabimus loco suo. Ex operibus quippe iudicādi sunt, quia patrē totius clēri & caput Ecclesiæ Anglicanæ Archiepiscopū Cātuariēsem occiderūt. In fidei quoq; derimētum quid fecerunt, magistros scholarū grām-
40 ricaliū iurare cōpulerunt se nunquā paruulos instructuros in arte præfata. Amplius quid fecerunt? munimenta vetera studuerunt dare flāmis, & de nouo quis reperiri valeret, qui vetera sine noua de cætero posset vel noscet cōmendare memorie, huiusmodi trucidabant: periculosum erat agnosci pro clerico, sed multo periculosius si ad latus alicuius attramentarium inuentum fuisset. Nam tales vix aut nunquam ab eorum manibus euaserunt. Quid in regni destructionem cogitauerant, probat cōfessio Iohannis Stray, qui fuit post VValterū Tyler maximus inter illos. Hic cū captus & Londonijs (Maiore dictante sententiam) capite priuandus esset, Maior Londoniarum postquam damnatus fuisset, pu-

Capitulū pro-
bans eos in
Ecclesiæ & fia-
dei Christianæ
necnon regni
destructionem
cōspirasse.

Confessio Iohannis Strav.

blie eū taliter est allocutus. Iohannes (inquit) ecce mors tua instat absq; dubio, & nullam sperare potes viam euadendi. Quapropter in adiutoriū tui exitus & pro salute animæ tuæ, absq; mendacio narra nobis propositum quod inter vos concepistis, ad quem finem turbam comuniū cōmouistis. Cumq; aliquandiu hæsiteret & differret loqui, Maior subiunxit: scias firmissimè ò Iohānes quæ præcipio, si hijs parueris in animæ tuæ cōmodum conuersura, sed & ego in adiutorium animæ tuæ plures triennales missas faciā celebrari, multiq; qui aderant ex ciuib; idem promiserunt, vnusquisq; pro persona. Ipse verò iam animatus tam pulchris pollicitationibus ita capit: Iam (ait) mentiri nō expedit, nec fas est falsa proferre, præsertim cūm per ea nouerim spiritum meum tormentis 10 arctioribus deputandum, & quia duplex spero cōmodum ex veritate dicenda, primò quia reipublicæ profectura sunt quæ dicam, & postea iuxta promissa vestra, post mortem vestris suffragijs adiuuari, sine fūco eloquar falsitatis. Eo tempore (inquit) quo ad le Blacketh conuenimus, quando pro accersendo rege destinauimus, propositi nostri fuerat, cūctos milites, armigeros, & ceteros generosos qui cum eo venissent morti subitò tradidisse. Ipsum quoq; regem inter nos regaliter exhibitum in vniuersis, nobiscum de loco ad locū traduxisse, vt eo viso, omnes & præcipuè cōmune vulgus ad nos & nostram turbam trans- migrare debuissent audaciū, qui viderent ipsum regem esse velut auctore nostræ commotionis. Cumq; innumerabilem turbam cōflassemus per omnes pa- 20 trias communis plebis, repente dominos mortificassemus, in quibus consilium contra nos vel resistentia esse potuisset, & primò & principaliter destructioni hospitaliorum vacassemus. Postremò regem occidissemus & cunctos possessionatos, episcopos, monachos, canonicos, rectores insuper ecclesiarū de terra deleuissemus. Soli mendicantes vixissent super terram, qui suffecissent pro factis celebrandis aut cōferendis vniuersæ terræ. Cūm verò nullus maior, nullus fortior, nullus scientior nobis superfuisset, leges condidissemus ad placitum, quibus subiecti regulati fuissent. Nam & reges creassemus VValterum Tyler in Cantio, & in ceteris comitatibus singulos præfecissemus. Sed quia istud nostrū propositum impeditum fuit per Archiepiscopum, maiori odio exarsimus con- 30 tra eum, & citius studuimus tradere eum morti. Rursum eo die aduersperante, quo occisus est VValterus Tyler, proposuimus, quia cōmune vulgus Londoniensium nobis fauebat & præcipuè pauperiores, iniectis ignibus in quatuor partibus ciuitatis vrbē repete cremasse, & omnia præciosa reperta inter nos pro libito diuississe. Et addidit, hæc fuerunt in nostro proposito, sicut deus me adiuuet in exitu vite meæ. Post hanc confessionē factam decapitatus est, & caput eius positu super pontē Lōdonijs iuxta caput college sui VValteri Tyler. Ecce hic edocuimus qualiter in regni destructionē conspirauerunt. Ne autem insufficiens videnda fuerat ista vnius cōfessio, cōfessi sunt eadem vel omninò similia plures alij, dum mortem adesse præ oculis cernerent, qui ex post capti sunt.

*Nomina du-
horum com-
munium.*

Si quis scire delectat nomina eorum qui incentores & ductores fuere comuniū, inueniet hic inserta pro parte. Primus & principalis dicebatur VValterus Tyler, vel vt quidā dicunt VValterus Helyer, secundus Iohannes Stravv, tertius Iohannes Kyrkeby, quartus Alanus Threder, quintus Thomas Scot, sextus Radulphus Rugge. Hic multos multis possessionibus inuestiuit tēpore ducatus sui. Hij & plures alij ductores Kentensium & Estfaxonum extiterunt. Eorum qui apud Mildenhale, & Burgum sancti Edmūdi insaniērūt, Robertus VWestbrom, qui se regem fecerat, nominatissimus fuit post Iohannē Stravv, qui quoniā præsbyter erat (vt dixim⁹) coronā apponere voluit super coronā, sed cōtē- 40 rus vna corona, quæ erat ei satis cōpetēs, sacerdotali videlicet, nomē regiū & co-

ronam

ronā si placēter, dereliquit præfato Roberto. Apud Northvvalham, præfatus Iohānes Littertere & nomen & potestatem, vt præmittitur, regiam exercebat.

Acciderunt hæc mala omnia aduersis provincijs vno eodēq; tempore, iisdē *Opiniones eorū* ferē diebus, quanquam itinere longissimo loca distarent; infra octauas videlicet *hæc male accip-* festi corporis Christi, multis opinantibus propter remissam curiam Archiepiscopi, cæterorumq; cōprouincialium Episcoporum, huius rei præcipuē, quā curasse debuerant, qua fides & stabilimentum Christianę religionis consistit. Nēpe cū nouissent indignē agere filios suos, Iohannē V Vyclif & eius sequaces, dogmatizando peruersam & damnatam doctrinam Berengarij de Sacramento *derunt.* *quæ* *est* *veritas* *veritas* *veritas*

10 corporis & sanguinis christiani, & longē latēq; per patrias populum maculando suam prædicationem dilataſſe, ita vt penē maiores prouinciarum eorum sequerentur errorem, quia sciebant quodd *Mobile versatur semper cum principe vulgus,* & maiorum exempla minores sequerentur. Nec fuit vllus cornutus qui volebat vel audebat tantis malis occurrere, & filios perfidos correptionē debita castigare, misisse creditur à multis domini tribulationem præfatam, eo præcipuē tempore quo specialem de translatione corporis christi facit sacrosancta ecclesia mentionem. Archiepiscopum verò, quanquā credibile est eum martyrio finisse vitam, tamen propter teporē curæ quam adhibuisse debuerat in hac parte, horrenda mortis passione punisse videlicet spiritum, piē cōsulens vt si quid hac

20 occasione purgādum in eo fuerat, aut ex alia leui culpa, quia sine peccato in carne ista non viuunt, quia dicente sapiente, septies in die cadit iustus & resurgit, tā terribili, tāq; graui, & tam aspera passione in hac vita pænitus purgaretur. Alij peccatis dominorum ascribebant causam malorum, qui in deū erant fidei fidei, nam quidā illorū credebant (vt asseritur) nullum deum esse, nihil esse sacramētum altaris, nullam post mortem resurrectionem, sed vt iumentum moritur, ita & hominem finire. Erant præterea in subditos tiranni, & in pares diuersi inuicem suspecti, viuendo incesti, violatores coniugij, ecclesiæ destructores. Alij imputandum esse cōmunis vulgi facinoribus, dicebant esse quod accidit, quia in pace degētes, bono pacis abutēbātur, dominorū facta rodētes, noctes insonnes

30 in potationibus, ebrietatibus & periurijs transigentes, viuēbāt in terra pacis sine pace, rixādo, litigādo, cū ptoxiimis cōtentēdo, fraudes & falsitates iugiter mediādo, libidini dediti, fornicationibus assueti, adulterijs maculati, vnusquisq; post vxorē proximi sui hinniebat. Et super hæc oīa, in fide & fidei articulis plurimi elaudicabāt. Quare nō immeritō opinatū est irā dei descēdisse in filios diffidētiē.

40 Mihi quoq; videtur, tempora mala non tamen istis imputāda, sed generaliter cunctorum habitatorum terræ peccatis inclusiue ordines sumendo Mendicantium, ad cumulandū causas malorum. Qui suæ professionis immemores, obliui sunt etiam ad quid ipsorum ordines instituti sunt, quia pauperes & omninō expeditos à rerum temporalium possessionibus, eorum legislatores viri sanctissimi eos esse ideo voluerunt, vt pro dicenda veritate, non haberent quod admittere formidarent: sed iam possessionatis inuidentes, procerum crimina approbantes, commune vulgus in errore fouentes, & virorūq; peccata comedentes pro possessionibus acquirendis, qui possessionibus renunciauerant pro pecunijs congregandis. Qui in paupertate perseuerare iutauerant, dicunt bonum malum, & malum bonum, seducētes principes adulationibus, plebem mendacijs, & vtrosque secum in deuiū pertrahentes. In tantum etenim illam veritatis professionem suam peruersē viuendo macularunt, vt in diebus istis in ore cuiuslibet, bonum sit argumentum tenens tam de formā quā de materia. Hic est frater, ergo mendax. Sicut & illud: hoc est album ergo coloratū. Sed ne videamur liuore scripsisse præsentia, fateamur nos omnes in culpa,

Opiniones eorū
hæc male accip-
derunt.
quæ
est
veritas
veritas
veritas

Nota contra
fratres mendicantes.

Alia
et alia
et alia
et alia

& emendemus in meliùs quæ sciëter peccauimus, & deum pacis & dilectionis deprecemur attentius vt fiat pax & veritas in diebus nostris.

*Rex colligit
exercitum mas-
gnum valde
contra Kent-
enses.*

Scriptimus non sine labore in præcedentibus historiam tragicam ad postero-
rum notitiã & cautelam, de dominatione rusticorũ, debacchatione cõmuniũ, &
infantia natiuorum. Modò redeundũ rectè videtur ad enumerandum quos fru-
ctus collegerint viarum suarum, regis & nobilium dominio respirante. Occiso
(vt præmittitur) superbissimo nebulone V Valtero Tyler, corruit spes & fidu-
cia rusticorum: sed quia adhuc fluctuabant animi regis & regaliũ, cõspicientes
plebem pronam esse ad malum, cõcesserunt eis chartas manumissionis (vt dixi-
mus) & remissionis forisfacturę, & eorũ quæ sequuntur, & abire permiserũt. 10
Quibus gestis, congregari fecit rex exercitum de Lõdonijs, & milit per patrias
vt qui diligerent regē & honorem regiũ, accelerarent ad eũ Londonijs, armis
instruati & equis vecti, nullus veniret inermis, nullus pedes, & qui nõ habebãt
arma remanerent domi. Et cõsimiliter quibus equi defuerunt. Et factum est vt
infra triduũ numeraret circa se quadraginta millia equitũ decētissimè armato-
rum. Exhibat quotidie ad le Blackheth ad recensendum numerũ aduentantium,
ipse rex in primis inter armatos equitans dextrarium grãdem, & vexillum ante
faciem eius portabatur, in exercitu gaudebat conspici, & ab hominibus suis do-
minus recognosci. Cum ergo tantus coactus esset exercitus quãtus nunquam in
Anglia fuit ante conspectus, audiuit rex Kentenses iterum conspirasse, iterum 20
impiam familiam in totius regni perniciem congregasse. Quid multa? indign-
natur rex, exandescit exercitus, & extẽplo in Cantium proficisci, & totum il-
lud germen Kentensium & iunctorũ statuerunt de terra viuentium eradicare.
Sed procerum & maiorum Cantij interuentu, qui fideiussere pro communi-
bus, placatus factus est & qui cum eo erant super malignitate quam dixerant fa-
cere toti populo imperitõ. Et tunc primò missi sunt Iusticiarij ad sedendum &
inquirendum de malefactoribus, & eis principaliter, qui auctores, incentores,
& concitatores fuere tũbarũ in Cantio, & siluit terra illa in conspectu eorum,
& timuerunt valdè. Tunc Maior Lõdoniarũ & ipse sedens pro tribunali, cepit
tam vrbis illius malefactores q̃ cũctos qui cõprehendi potuerũt de Cantio, Est- 30
sexia, Southsexia, Northfolchia & Southfolchia, & ceteris comitatibus, vbi cõ-
munes fuerunt, infra libertatẽ ciuitatis Londoniarũ, ad iudicium audacter tra-
here publicum, & vniuersos quos reperit resperfos præfata perfidia, decollare.

*Decollatio du-
ctorum comi-
tatum Lon-
donijs.*

Tunc Iohannes Stravv, Iohannes Kyrkeby, Alanus Treder, ductores com-
muniũ decollati sunt. Tunc etiã Iohannes Starling de Estsexia, qui gloriabatur
se Archiepiscopum decollasse, & ipse decollatus est. Iste mox post illud perpe-
tratũ facinus arreptus à Diabolo insanire cepit, & domũ veniens, nudum gla-
dium à collo suo suspendit ante pectus suum, & cultellum (quem dagger dici-
mus) etiam euaginatũ suspendit ad tergum, & ita vesanus circuibat per plateas
& vicos, clamans & protestans, se cum eis Archiepiscopũ occidisse. Et cum per 40
dies aliquot domi moram fecisset, redijt Londonias, affirmans se mercedem ac-
cepturum ibidem illius facti. Quò cum peruenisset, & constanter crederetur se
Archiepiscopum decollasse, recepit capitalem sententiam pro mercede. Sed &
hoc aduertendum, quòd cuncti de Cantio vel Estsexia qui manus apposuerunt
noxias super Archiepiscopũ, consimili modo cõfessi sunt (quanquã inuiti) spõte
tamẽ veniẽtes, qui in eũ cõmiserat, & Lõdonijs pro maiori parte decollati sunt.

*Nota de vils
lanis Sancti
Albani.*

Tunc quoq; accidit & villanis de S. Albano prognosticũ futurorũ malorũ in
eadem vrbe. Nã cum quidam illorũ conducti & missi fuissent per Abbatem in
supplementũ regalis exercitus, noluerũt tamẽ, (dubiũ an pro malitia aut pro su-
perbia) fateri eos missos ad regē p Abbatē, sed velut propria venissent auctoritate
iactitare.

iaſtitare. Accidit tunc Richardū Peeres, quendā ex armigeris Archiepiſcopi, qui & in obſequio etiā erat Abbatis, & ad robas eius, eos in vrbe videre, & recognoscere quōd quidam eorum malefactores fuerunt, & incentores malorū geſtorum apud ſanctum Albanū. Quos ſine mora (adhibitis balliuis) trahi fecit ad carcerem, in craſtino proculdubio capitiſus puniēdos, niſi citatum remedium per Abbatis adiutorium adſuiſſet. Nemp̄e carceri mācipati, nullo modo alio ſperauēre ſalutem, niſi vt miſſis nuncijs ad conuicaneos ſuos villanos, edicerent quibus periculis conſtituti eſſent, & eiſdem exponerent, quōd niſi ipſi iam adire curarent Abbatem pro ſaluatione eorundem, in craſtino ſine vlla dubitatione fuerant puniendi. Acciderunt hæc in vigilia paſſionis ſancti Albani, octauo videlicet die ab illo die Veneris, quo ceperunt primò contra martyrem calcitrare. Quid plura? venerunt lugubres maiores villę tempore matutinarū quę ſolemnes erant in honore paſſionis dicti martyris, dum conuentus hymnum laudis cātabat, ſcilicet *Te deum laudamus*, quaſituri remedium proximis ſuis, & accepturi ab Abbate. Cumquē finitis laudibus matutinis, expoſuiſſent hæc omnia coram Abbate, ingemuit Abbas vehementer, & vltra modum triſtis effectus, maledixit armigero ſuo, qui cauſa fuerat miſerie prædictorum, iurans ſe maluiſſe traictum fuiſſe gladio, quā talia audiuiſſe, præſertim cum ipſe eos illuc miſiſſet, & aſcribenda eſſet ſibi calamitas quā patebantur. Nec mora, accerſito quodam ex commonachis ſuis, iuſſit vt feſtinatiſſimè Londonias properaret, non parcendo cornipedi, nec dimittendo donec incarceratos liberos abire vidifſet: qui non ſegniter iuſſa complendo, ſine ſomno nocte perdurans Londonias properauit. Iniunctum eſt ergo præfato Richardo, vt deſiſteret ab inceptis, ſicut diligeret honorem Abbatis: & iuratum coram Maiore, eos miſſos fuiſſe per Abbatem ad incrementum exercitus regij. Et ſic demum poſt magnos timores, ipſo die S. Albani dimiſſi ſunt, præſtito prius iuramēto vt fideles eſſent dño Richardo regi, & dño eorūde Abbati S. Albani. Et hoc initium malorū quę cōtigerunt illis. Nec fuerunt Albanenſes villani abſq; terroribus cunētis ferijs ſextis & ſabbatis ex poſt ſequentibus, vſque ad illam ſextā feriam, qua rex (vt dicemus) venit ad ſanctum Albanum, ad vlcifcendū iniurias martyris exaſperati per eos. Sed hæc plenius dicemus ſuis locis, interim ſcribendo actaregis vſq; ad tempus prænotatum. Rex ergo interea modò Londonijs, modò ad VValtham morabatur cum turba plurima, cogitans quid agendum pro communi regni commodo & quiete. Placuit tandem regis conſilio huiuſcemodi literas per patrias deſtinare.

Richardus dei gratia rex Anglię & Francię, & dominus Hibernię, vniuerſis & ſingulis vicecomitibus, Maioribus, & balliuis, & alijs fidelib; noſtris comitatus N. ſalutē. Quia datum eſt nobis intelligi, quōd diuerſi ſubditi noſtri qui cōtra pacem noſtram & inturbationē populi in diuerſis comitatibus regni noſtri Anglię ſe leuarunt, & in diuerſis conuenticulis & congregationibus ſe poſuerunt, & damna plurima fidelibus noſtris perpetrando populo noſtro comitatu in prædictorum, dant intelligi, & affirmant ſe dictas congregationes & leuationes ex noſtris voluntate & authoritate feciſſe & facere, ac damna perpetrare. Vobis innoſceſcimus per præſentes, quod huiuſmodi leuationes, congregationes & damna, ex noſtra voluntate ſeu authoritate minimè proceſſerūt, prout nec procedere aut fieri debent, ſed inde quantum plus poteſt, nobis diſplicet in immenſum, & ea in noſtri maximum vituperiū & coronę præiudiciū, & totius regni noſtri damnum, & turbationem redundare ſentimus. Et ideo vobis & cuiſlibet veſtrum iniungimus & mandamus, quōd hoc in locis vbi melius & celerius pro pace noſtra in hac parte conſeruanda vobis videbitur faciendum,

endum, publicè proclamari, & pro resistantia quorumcunq; contra pacem nostram (vt prædictum est) leuantium manu forti, pro toto posse vestro, si necesse fuerit, taliter ordinari faciatis, quòd pro defectu huiusmodi proclamationis & resistantiæ, damna vel mala aliqua in comitatibus prædictis per huiusmodi congregationes seu leuationes, vel alio modo, minimè fiant seu perpetrètur, & sub forisfactura omnium quæ nobis forisfacere poteritis nullatenus omittatis. Præcipientes vniuersis & singulis ligeis & subditis nostris, quòd ab huiusmodi congregationibus & leuationibus & damnis penitus desistentes, ad propria se trahant, & ibidem in pace morentur sub forisfactura vitæ & membrorū, & omnium aliorum quæ nobis forisfacere poterūt. Teste meipso apud Londonias. 17. 10 die Iunij, anno regni nostri quarto.

Hæc commissio fideles regis & regni plurimum confortauit, & perfidos nec immeritò conturbauit. Compulsi sunt igitur quærere latebras qui antea videri apperebant & ausi sunt de cauernis egredi iuristè, & qui primitus à facie furoris fugiebant, ibi sub silentio iam expectabant, tremètes iudicium & iusticiam in eos statuendā. Isti deterfa formidine gaudentes erigebantur ad iniurias suas vindicandas, attamen non in omni parte ad similem timorem rustici sunt perducti, quin ubi primùm pululauit infania in Estsexia. Rustici recollecta noua multitudine, ad Billerica, quæ est villa propè villam de Hatfeld Penevell, sic nuncupata, nimis fidentes suis viribus, propria decepti superbia, decreuerunt 20 vel extorta libertate gaudere, vel pro eadem pugnando mori.

*Mittuntur
nuncij per ru-
sticos ad regē
de Estsexia
pro libertate.*

Mittuntur ergo ad regem qui tunc ad V Valtham morabatur, qui sciscitarentur ab eo si cogitaret pmittere eos præmissa libertate gaudere, & amplius peteret vt essent in libertate pares dominis, & quòd nō essent cogendi ad curias, nisi tantummodò ad visum Franciplegij bis in anno. Rex autem & consilium quòd tunc aderat, super tanta temeritate rusticorum admirantur quam maximè, & aliquandiu hēsitatum est quale responsum reportarent, donec rex in persona propria taliter respondisset: O (inquit) miseri & odibiles terræ mariquē, nec viuere quidem digni petitis dominis comparari. Morte turpissima mulctādi fuissetis proculdubio, si nō decreta nuncijs obseruasse statuissēmus. Sed quia 30 more nunciorum aduenistis, non in præsentī moriemini, sed vita gaudebitis, quatenus nostra responsa vestris consocijs narratione veridica nuncietis. Proferre ergo ista collegis ex parte regis. Rustici quidem fuistis & estis, in bōdagio permanebitis, non vt hætenus, sed incomparabiliter viliori. Nam ad hoc dum viuimus & regno deo dante præfuerimus, sensu, viribus & catallis nostris elaborabimus vos suppeditare, taliter vt exemplum sit posteris vestræ se ruitur- tis offensum, & habeant præsentēs & futuri vobis similes semper coram oculis, & tanquam pro speculo vestram miseriam, & vobis maledicendi materiam, & timorem vobis similia perpetrādi. Vos autē qui nuncij aduenistis, expleto nostro mādato & vestræ legationis officio, si ad nos redire decernitis, & in nostra 40 perseuerare fidelitate & ligeatā, vitā viuetis. Iam ergo eligite, quòd melius iudicabitis, cū ad vestros socios pueneritis & cōsumaueritis nostra mādata. Cūq; abiissent prædicti nuncij, missi sunt in Estsexiam è vestigio cum armata manu, Dominus Thomas V Woodstoke comes Buckynghamiz, & dominus Thomas Percy frater comitis Northumbrorum, ad prædictorum comprimendam audaciam rusticorum. Rustici verò (vt prædiximus in superioribus Northfolcos fecisse) per omnia se munierāt in fossatis, plagis, & cariagio, præterquā isti fruebantur maiori siluarum & nemorum tutamento. Qui quamuis fuisset eorum magnus numerus, leui negotio dissipati sunt, à decem tantum (vt vsu vulgari loquar) lanceis, qui præcesserūt dominos supradictos. Domini itaq; cū vidissent

eos fusos tali modo, seperunt siluas, ne vllus quidem euaderet, licet periculo-
sum fuisset eos persequi intra siluas. Et factum est vt occiderentur à viris vtri-
usque diuersis in locis quingenti, cæteris beneficio nemorum protectis & sal-
uatis. Cesseruntquæ ibidem in vsus militum octingenti equi, quos rustici secum
duxerant, pro sarcinis trahendis aut portandis, sed nondum statim finis post istā
victoriam, malitiæ nebulonum ausi sunt, qui euadere poterant, tantam cladem
iterum caleitrare, iterum malignari. Nempè recollecti qui dispersi fuerant, ad
Colcestriam properauerunt, & oppidanos, sollicitare ceperunt ad nouā tumul-
tuationem & vesaniam similem, summis precibus, magnis minis, pluribus
10 argumentis: sed cum nihil profecissent, ad Sudburiam commigrarunt. Cog-
noscentes autem eorum transitum dominus Fitzvvater, & dominus Iohannes
Harleston, subsecuti sunt eos cum viris armatis, & repente cum proclamatio-
nes solitas facerent ex parte communium, inopinatè irruerunt super eos, &
quot placuit occiderunt, & reliquos vel ad vitam dimiserunt, vel carceribus
recluserunt.

Rebus ita se habentibus in Estsexia & Southfolchia, dominus rex volēs Est- *Littera remb-*
sexiam sua iustificare præsentia, se contulit ad prædium suum, quod dicitur *nationis libera-*
Hauering at the Boure, deindè ad villam de Chelmesforde, vbi constituit do- *tate.*
minum Robertum Trelilian Iusticiariū, vt sederet & inquireret de malefacto-
20 ribus & turbatoribus patriæ, & secundum regni consuetudines puniret delin-
quentes. Cum ergò viderent Estsaxonēs fortunam aduersam, & librarent ma-
la imminētia, supplices venerunt ad regem quingenti & eò amplius viri nu-
datis pedibus & discoopertis capitibus, veniam ab eo & misericordiam petituri.
Quibus ea conditione concessa est venia, vt malefactores maiores & concitato-
res præfatæ turbationis proderent & traderent ipsi regi. Factum est ergo, vt
multi custodiæ traderētur, super quibus deliberandis vel occidendis, Iusticiarius
oneravit viginti quatuor homines in eorum conscientijs, vt nulli parcendo fa-
uorabiliter, nec quenquam propter odium persequēdo, de eorum factis & mo-
ribus dicerent veritatem. Et factum est vt plures, dictante duodena, tractione
30 & suspendio interirent, aliquando suspensis super vna trabe decem & nouem.
Vñ sunt tamen prius Iudices qui sederunt in Estsexia, Cantio, & Londonijs,
propter multitudinem perimendorum decollationibus rusticorum, donec vi-
sum fuisset pœnam capitalem non correspondere tantis tamquæ facinoribus
manifestis, quia quodammodò erat nimis secreta puniatio tam euidenti delicto.
Ob quam causam, exposit iuxta regni cōsuetudines decreuerunt omnes exper-
tos sceleratiores (vt diximus) protractione suspensione punire: & in Estsexia
res vtique taliter se habebant. Interea placuit regi regisque consilio has litteras
diuersis prouincijs demandare.

40 **R**ichardus dei gratia rex Angliæ & Franciæ, & dominus Hiberniæ, omni-
bus ad quos præsentēs litteræ peruenerint, salutem. Licet nuper in turba-
tione detestabili, per quosdam ligeos & subditos nostros contra pacem nostram
insurgentes horribiliter facta, certæ litteræ nostræ patēres ad ipsum insurgentiū
instantiam importunam factæ fuissent, continentes quod nos vniuersos ligeos
nostros & subditos communes, & alios cæterorum comitatum regni nostri
Angliæ manumissimus, & ipsos & eorum quemlibet ab omni bondagio & serui-
tio exuimus, & quietos fecimus. Ac etiam quod perdonauimus eisdem ligeis
& subditis nostris omnimodas insurrectiones per ipsos contra nos factas, equi-
tando & cundo per diuersa loca in regno nostro cum hominibus armatis, sagit-
tarijs & alijs vijs manu armata, cum vexillis, pennicellis displicatis: ac etiā om-
nimodas prodiones, felonias, transgressiones & extortiones, per ipsos vel ali-
quem

quem ipsorum factas siue perpetratas, ac etiam vtlegariam, & vtlegarias si qua vel quæ in ipsos vel aliquem ipsorum fuerint, vel fuerit his occasionibus promulgata vel promulgata, vel firmam pacem nostram eis & cuilibet eorum concessimus. Quoddamque volumus quoddam idem ligei nostri & subditi nostri liberi essent, ad emendum & vendendum in quibuscumque ciuitatibus, burgis, villis, mercatorijs, & alijs locis infra regnum Angliæ, & quod nulla acra terra in comitatibus prædictis, quæ in bondage vel seruitio tenens, altius quam ad quatuor denarios haberetur: & si qua minus antea tenta fuisset, in posterum non exaltaretur. Nos tamen pro eo quoddam dictæ litteræ de curia nostra, absque maturatione deliberatione, & indebitè emanarunt, perpendentes concessionem litterarum prædictarum in nostri & coronæ nostræ maximum præiudicium, ac tam in nostri, & prælatorum, procerum & magnatum dicti regni nostri, quam sacrosanctæ Ecclesiæ Anglicanæ exheredationem, necnon dispendium & incommodum reipublicæ tendere manifestè, dictas litteras, & quicquid exinde fuerit subsecutum, de auisamento concilij nostri reuocauimus, cassauimus, irritauimus, & penitus adnullamus. Nolentes quoddam aliquis cuiuscumque status seu conditionis fuerit, libertatem siue commodum aliquid de prædictis litteris quomodolibet habeat seu reportet. Volumus enim & intentionis nostræ existit, talem gratiam singulis subditis nostris, quamuis enormiter ligeantiam suam forisfecerint de auisamento sani consilij nostri in posterum impartiri, quæ Deo placabilis, nobisque & regno nostro utilis fuerit, & vnde fideles nostri subditi reputabunt rationabiliter se contentos & hæc omnibus quorum interest innotescimus per præsentis. Damus autem tam vniuersis & singulis dominis, magnatibus, & alijs fidelibus ligeis & subditis nostris, vicecomitibus, & alijs ministris nostris comitatus N. tenere præsentium firmiter in mandatis, quoddam ipsi præsentis litteras nostras in singulis ciuitatibus, burgis, & alijs villis & locis in comitatu prædicto, tam infra libertates quam extra, vbi expediens fore viderint, & necesse ex parte nostra publicè proclamari faciant, vltiùs districte præcipiendo, quoddam omnes & singuli, tam liberi quam natiui, opera, consuetudines, & seruitia, quæ ipsi nobis, aut alijs dominis suis facere debent, & ante turbationem prædictam facere consueuerunt, absque contradictione, murmure, resistantia seu difficultate faciant aliquali prout ante solebant. Insuper inhibendo eisdem, ne ipsi opera, consuetudines & seruitia sua prædicta, istis turbationum temporibus magis solito retrahant, seu nobis aut prædictis dominis suis facere vllò colore retardent. Nec aliqua alia libertates siue priuilegia exigant, vindicent, siue clament, quam ante turbationem prædictam rationabiliter habuerunt. Et quoddam ipsi qui prædictas litteras nostras manumissionis & perdonationis penes se habent & custodiunt, eas statim penes nos & consilium nostrum deferant & restituant cæcellandas, sub fide & ligeantia quibus nobis tenentur, & sub forisfactura omnium quæ nobis forisfacere poterunt in futurum. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Chelmefforde secundo die Iulij, anno regni nostri quinto.

Hæc in Estsexia (vt ante docuimus) facta sunt, vbi erat rex moram trahens. Iam redeundum est ad scribendum processum factum apud sanctum Albanum, vt eo discant posteri villanorum dolos magis feliciter præcauere, quoniam, Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

*Processus factus
est apud sanctum
Albanum
per Walterum
at Lee, militem.*

Cum itaque rex in Estsexia aliquandiu moram traxisset, & multorum relatione didicisset, quas iniurias & damna villani de Sancto Albano, non tam procurassent quam interrogassent monasterio, proposuit cum omni turba sua quæ erat copiosa valde, personaliter locum adire, de transgressoribus iusticiam rectè facturis.

rus. Sed huic propositio obstitit toto nisu dominus VValterus atte Lee miles, quia de patria illa fuerat, timens videlicet patriæ destructionem, si tantus illuc populus aduenisset. Ob quam causam persuasit regi & consilio, se facturum bonam pacem inter villanos & Abbatem monasterij sancti Albani, si placeret eis sibi committere causam istam. Qui fidem adhibentes verbis eius, dant commissionem, sociantes eidem Edvardum Benstude, & Galfridum Stukle & quosdam alios, quorum nomina non occurrunt. Feria ergo sexta in vigilia Apostolorum Petri & Pauli, ut non deessent eis miseriæ illa die, in qua ipsi immisericorditer miseros (ut retulimus per ante) affixerant, cognoscētes villani
 10 prædictum VValterum cum armata manu in crastino aduenturum, factis proprijs torti, & conscientijs malè conscijs fatigati, cæperunt pauere & tædere. Iamiamquē multi fugam inissent, nisi obsterisset improba, animositas VVilhelmi Grindecobbe, quem inter oppidanos supra retulimus magnum fuisse. Hic namquē perfidos in infidelitate confortauit, dicens: Estote viri cordati, locupletes enim sumus, non deerunt nobis auxilia, quandiu non defuerit nostra pecunia. Ecce villæ circumiacentes nobis fœderantur, quæ nobis erunt adiutorio si oportuerit. Egrediamur manè velut homines, in obuiam militis extra villam equis vecti, & inquiramus antequam appropinquet villæ nostræ utrum pacificus sit aduentus eius. Qui si non fuerit, fugabimus cum verberibus à villa nostra. Placuit ergo stultus sermo stultis, & manè iuxta verbum eius egressi sunt. Militem verò latuit causa huius obuiationis pro tunc. Qui tamen benignè postquam obuiassent sibi (ut videbatur) salutatus ab eis, & resalutauit eos, & conduxerunt eum ad villā honorificè more suo. Habebat autem secum miles quinquaginta lanceis, & Architenentium vndecunque collectorū magnum numerum, qui forsitan si militi aliquod periculum contigisset, quia de patria fuerant quidam, & villanis fœderati, in primis restitissent eidē. Mox itaq; post aduentum suum ad villam in ipso festo Apostolorum Petri & Pauli, fecit proclamari, ut omnes villani, & qui citati fuerant ad comparendum de villis vicinis coram eo, conuenerent in campum de Derffold voluntatem, & mandatum regium audituri post horam nonam. Conuenerunt ergo omnes ad horam & locum præfatum, & ipse vnà cum eis stipatus armatorum multitudine pariter est egressus. Cumq; locasset se & armatos circa eum sub silua de Derffold, & cunctum populum stare disposuisset coram eo ad modum arcus cælestis, ad eos sermonem huiuscemodi perorauit.

Domini (inquit) & amici, qui citati conuenistis ad hunc locum, antequam quicquam aggrediar causam aduentus mei vobis exponere, conueniens reputaui. Nostis enim q̄ grauiter pacis perturbatores regiam maiestatem offenderint. Ob quam causam dominus rex modo in paribus Estsexiæ, exercet iudicia maxima & magnum grauamen super patriā vniuersam & habitatores eius, ut iugum eorum aggrauat vehementer. Qui audiens de perturbationibus & damnis & iniurijs factis in hac villa & monasterio, cuius patronus est & aduocatus, vltra quàm credi potest indoluit, & vindicari cupiens in transgressores, statuit personaliter cum exercitu qui cum ipso est huc aduentasse, qui si venisset cum ea turba quam ibidem retinet, proculdubiò omnes fructus, cuncta blada patriæ necessariò deuastasset. Tātus nimirum est cum eo exercitus, quòd per quinque milliaria in eorū circuitu, nō scenum, nō blada aliqua, nō fructus terræ noui, nō antiqui supersunt, sed omnia cōsumpta & conculcata sunt. Cōdolens ergo elaborauit in his, tantis damnis patriæ meæ prouenturis, præcauens & compatiens conuicinis, parte regis eneruare propositum, & impedire aduētum, assumens quidem pro patriotis onus graue super humeros, sed tamen voluntarium quia

*Oratio militis
habita ad vil-
lanos.*

quia speravi aliquid patriæ tali occasione conferre. Commissa est ergo mihi potestas, licet non sine difficultate, ad precum meorum instantiam patriam iustificandi, vice regis, cui non extranei, nō incogniti, sed proximi vestri & amici in commissione sunt iuncti. Agite igitur quod expediat & alacriter principales concitatores turbarum tradatis, & abbati huius Monasterij satisfacere studeatis, quem inuenitis (vt reor) satis rationabilem, quia vir sanctus & iustus esse dinoscitur, & regiam beneuolentiam & tranquillam recuperabitis tali facto. Finitis his sermonibus applaudunt multi, & eius consilijs se velle parere promittunt. Tunc miles (conuocata duodena de villanis) onerat, vt in crastino venientes iuxta formam iuramenti edicant quoscunque reos sciuerint in hac causa, & sic ea die dimissa turba, & ipse ad hospitium est reuersus. In crastino autē quia proposuerat malefactores, quos iudicandos putauit per præfatam duodenam sine strepitu apprehendisse, vocauit viros duodenæ ad cameram suam, vt sciret quos iudicassent. Qui cum venissent, responderunt se neminem indictare posse, neminem accusare velle, omnes esse bonos & fideles regis, neminem alium nosse inter eos. Quibus auditis, & cognito quorsum intentio eorundem vrgeret, quod videlicet peiorando mallebant suas conscientias maculare, quàm quemlibet ex proximis accusare, miles conticuit, arte artem delusus. Post auditam missam monuit eos reddere chartas quas extorserant de monasterio, dicens extali facto eis non modicum commodum prouenturum. Illi verò protūc 20 promiserunt se sursum post nonā, chartas præfatas reddituros. Cum verò post nonam reuenissēt ad cameram Abbatis vbi comederat dictus miles, excusationes nouas prætendentes, innuebant se chartas reddere non valere propter metū communitatis, & maximè, quia non sciebant pro certo quis eas in custodia detinebat. Miles igitur commotus nec immeritò, iurauit quod exirent de præsentia sua donec chartas reddidissent. Ob quam causam mendaces & falsi, exposit dixerunt se imprisonatas fuisse in camera Abbatis iniuste. Abbas autem ne materiam vel occasionē haberent malè loquēdi, quos sciunt pronos ad mendacia, intercessit pro eis penes militē, dicens se tantū in eorū cōfidere cōsciētia, quod nō esset opus alio mediatore inter ipsos præter eisdē & semetipsum. Quibus ver- 30 bis miles mitigatus, dimisit eos. His itaq; gestis, miles omnem turbam, iussit cōuenire ad le Barnet vwood, vbi parum aut nihil agens propter metum villanorum qui aggregauerant illuc, propè trecentos sagittarios de villis circumiacētibus, inter quos præcipui fuerunt Barnetenses, & viri de Berkhamstede, qui omnes, si aggressus fuisset aliquam publicam iustitiam facere in eo loco. (vt credebatur) insurrexissent in eum, & hi fortassis qui cum eo venerant, eo relicto alijs adhæsis, nihil pro tunc aliud decreuit apertè, nisi mouere eos de satisfaciendo Abbati, & chartis reddendis. Secretis verò seorsum conuocatis Balliuis & Constabularijs, iussit ex parte regis, vt mox post subtractionē turbæ, quæ ad villam conuenerat, elaborarent circa captionē VVilhelmi Grindecobbe, VVil- 40 helmi Cadyndon, & Iohannis Barbitonforis, qui videlicet (vt supra retulimus) petras molares abstulerat de locutorij pauimento, & quorundam aliorū quos dixit ita apertè accusatos de tā manifestis maleficijs, quod oportebat omninò pro honore villæ & saluatione villanorum eos ad tempus arētari. Iniunxit insuper, vt apprehensos adducerent Hertfordiā in crastino hora tertia corā eo. Post hæc repentè ascenso compede cum omnibus qui cum eo venerant, Hertfordiā festinauit. Et factum est post recessum eius, magnanimitate, diligentia & probitate armigerorum, qui tunc in obsequio Abbatis erant, scilicet Richardi Peeres, Iohannis Chiual, Thomæ Eydon, VVilhelmi Eccleshale, & balliui quāquam inuiti inducerentur ad capiēdum præfatos viros: & capti sunt eadem

eadem nocte tres nominati superiùs, & in prifona pofti apud Portam.

In craffino verò iuxta præceptū militis Hertfordiæ funt deducti, comitatibus eos maiorib⁹ & valētoribus villæ S. Albani, & cūctis armigeris & valectis abbatib⁹ decēter armatis: lic enim præceperat miles, vt veniret ad fortificandū eū, qui iufticiam & iudiciū eo die erat facturus. Poft quorū recessū cepit turbari vniuerfa villa & ampullosa verba fundere, & iuramēta fupvacua mifcere, quòd videlicet centū pro vno occiderētur, fi cōtingeret quēquā ex proximis eorū occidi. Hinc ceperūt eodē die à villanis frequentari cōfilia, congregari cōuenticula, nō tamen in villa, fed in cāpis, filuiis, & extra villā locis, vnde credebatur quòd ipfa die imiffent ignē in Abbathiā, quia nullus domi erat qui defēderet: vel hoftili more monafteriū obfidiōne vallaffent. Ex qua caufa abbas & cōmonachi in timore maximo cōftituti, miferunt pro quibufdā generofis de patria, qui locū tuerētur fi neceffitas accidiffet. Abbas etiā cū cognouiffet quo abiiffent armigeri fui, & quòd intēdebāt prædictos captiuos ad mortē insequi, cōfeftim miffit ad eos literaliter, præcipiēs vt dimiffis omnibus, feftinantiffimē remearēt ad eū pro præcauendis periculis, quę fibi de nouo emerferāt in fperatō. Erāt, cū ad eos hæc noua plata fuiiffent, ftātes corā iudice, & cōftāter prædictos captiuos accufātes, & de eis fecundū iura regni iudiciū fieri poftulantes. Viderāt autē in quofdam eis fimiles capitis punitiōis animaduēfū ibidē, vnde cōceperāt fpē eos cōfimiliter puniendi. Viſis ergo literis abbatib⁹, armigeri vēhemēter doluerunt, eò quòd cōgellēdi erant ad recedēdum antequā vidiffent finē de prædictis. Qui fi expectaſſent, proculdubio eodē die vidiffent eoſdē decollatos. Redierunt idcirco notificata prius militi legatione domini fui, cū ſūma celeritate, quia ignorabāt cauſas tā repētine reuocationis. Quibus recedētib⁹, inſterētū villani de ſāto Albano, qui ibidē erāt, pro manu captiōe dictorū, fed duob⁹ detētis in carcere, tern⁹, ſcilicet V Vilhelmus Gryndecobbe deliberatur, eiſdē obligātib⁹ ſe, pro eiſdē trib⁹ de vicinis ſuis in trecētis libris, ſingulis etiā integra ſumma obligatis, quòd eum carceri reſtituerent die Sabbati proximō ſequente. Nam tunc erat dies Lunæ in oſtauis ſancti Iohannis Baptiſtæ, niſi contingerent eos inire concordia cum Abbate infra dictos dies. Reuertuntur igitur cum V Vilhelmo ſua æſtimatione laudabiles, quòd manu capere poterant pro amico, niſi timor ſurrepſiſſet de fuga V Vilhelmi, quæ ſi contingeret, ſemetipſos æſtimabant perituros. Tractant interea cum vicinis ſuper deliberatione V Vilhelmi, affirmantes vnū ē duob⁹ neceſſarium, aut Abbati reſtitutis chartis ſatisfacere, aut eundem V Vilhelmum in ſuo reditu capite priuari, & plures forſitan ex vicinis cōſimili poena percelli. Cumquē intrarent & reſponſa ſuſpenderent, V Vilhelmus Gryndecobbe cuius cor iam induratum in malo fuerat, ita ait: Conciues quos iam dudum parca libertas de oppreſſione diutina releuauit: ſtate modò dum ſtare licebit, & de mea mulctatione minimē timeatis, qui in cauſa libertatis acquiſitę moriar, ſi nunc contingat occumbere, ſcelicem me reputans per tale poſſe martyrium vitā finire. Agite hoc in tempore, vt facere debuiffetis, ſi Hertfordiæ heſterno decollatus fuiſſem. Nam nihil obſtabat quin finem vidiffem vitæ, ſi nō Abbas armigeros ſuos tempeſtiuius reuocaſſet. Nempē ipſi me in multis accuſauerant, & iudicem fauorabilem eis habebant, & in ſanguinem meum pronū. Quid multa? Indurantur & villani, & iurant ſe nondum libertates recuperatas dimiſſuros, quin poti⁹ æſtimant ſe infortunatos & vecordes, qui cū tantā turbam eis fauētē habuiſſent, quòd caput militis, qui in burgū eorum & burgenſe tanta præſumpſerat, ad terrorem vbique terrarum Iudicum & falſorum Iuſticiarioꝝ, viriliter amputaſſent, & ſuper colluſtrigium collocaſſent. Poenituit tamen V Vilhelmū Grindecobbe, ſed ſerò, ſtultitiæ ſuę, quia vicinos elatos in ſuperbiā,

Cc.

& cūm

& cum vellet nō potuit à stultitia reuocare. Aduenire ergo sabbato, vt diebus Sabbati innouaretur tribulatio eis qui eo die multos cōturbauerāt, reductus est ad carcerem per eos qui pro eo fideiūsserāt, V Vilhelmus antedictus, & ibidē custoditus vsq; ad tempus illud, quo reductus est ad sanctū Albanum, ad iudiciū subeundum in aduentū regis, vt expōst dicitur. Interea non cessabant coniurationes, elationes inter villanos per illā hebdomadam vsq; in diē Veneris, quo die V Vilhelmus Grindecobbe misit illis noua multū displicentia, de aduentu comitis V Varvvici, & domini Thomæ Percy, qui mittendi fuerāt in fauorem Abbatis, ad iudiciū exercendum in eos cum mille viris armatis. Nam & ipse V Vilhelmus fratrem habuit, qui ad intercedendum pro eo curiam regis adue- 10
rat Chelmeffordam, & ibidem audiens talia, prædicto V Vilhelmo fratri suo nunciati curauit, & V Vilhelmus vicinis suis. Tunc moror & luctus iterū, tremor & horror inuasert perfdos, superbos, elatos villanos. Tunc de nouo tractare ceperunt de chartis Abbati reddendis, de nouis fœderibus ferendis, de concordia ineunda. Venerunt idcirco in crastino, i. die Sabbati in octauis Apostolorū Petri & Pauli, hora completorij, ad reddēdum chartas, & quendā librū in quo veteres placite inter Abbathiam & villanos habitæ cōtinebantur, quem quidē librum abstulerāt in die furoris sui: sed abbas non reputauit illam horam idoneam, ad tractandū cum illis super re tam ardua. Quapropter misit ad illos fratrem V Vilhelmum Killingvvorth, Priorem de V Vymundham, qui librum 20
ab eis reciperet, sed chartas reacceptare differret, & ducentas libras quas pro emendis faciendis obtulerant, vsque in crastinam horam primam.

Accidit autem vt comes V Varvvici, cui causa Monasterij commissa fuerat iustificanda eodem tempore, audiret à referentibus in paribus sui dominij grauenturbationem exortam esse, quare causis extrinsecis omnino dimissis, oportebat eum ad sua quantocius festinare. Missis ergo qui cum excusarent de suis militibus ad Abbate, & eum cōfortarent, ne concideret vultus eius pro dilatione aduentus sui, abiit in viam suam. Cū verò in crastino cognouissent villani pro certo comitem non esse venturum, in derisiones dissoluuntur, & sannas ad inuicē garrulantes. Quid est quod timebamus? quare à verbis mendacibus 30
formidauimus? num putadum est exercitum hic fuisse contrahendum ad preces Abbatis? stulti sumus, inepti credidimus, vt fatui operati sumus. Nunquam de cetero est offerēda pecunia, nunquā chartæ reddēdæ. Et si reddendæ chartæ forent, quare nos primi meticolose in perniciosum exēplum inciperemus? Nō cōtingat hoc dedecus in persona nostra, falliat interim abbas carnes quas mactauit, ne putrescāt: & vendat ceruissā quā pandoxauit: ne acescat: & panes quos pinsuit ne indurescāt aut muscidi fiant, aut à muribus corroddantur. Huiuscemodi verbis p singulos dies improperabāt Abbati & famulis de abbathia, donec quidā ex armigeris abbatis zelo ducti domino regi tantas molestias indicassent. Qui cū audisset talia, cōmotus & ipse, nimirū iurauit se accessurū personaliter ad rātas in- 40
solētias cōpescēdas. Villani verò (vt videbatur) interim de pace reformāda minime cogitabant. Requisiti autē cur chartas non redderent, responderunt setimore Barnotensium & V Vafordeniū & ceterarū villarum disferre, qui incendiū villæ cōminati fuerāt, & eis exterminii, si ipsi primò id attēptare præsumerent: sed falsi quidē locuti sūt falsa, vt rerum exitus cōprobauit. Nā Barnotēses & ceterarū cōterminarum viri villarum, priusquā illi & chartas humiliter reddiderūt, & se in misericordia domini posuerūt, & se paratos esse ad pugnandū cū eis dixerunt, videlicet cū singulis singuli, aut cū decē totidē, aut cū omnibus oēs in hac causa, quod scilicet mēdose de eis talia pulissent. Sed de his hactenus, iā ad superiora reuertamur. Dū igitur hæc agerentur, allati sunt rumores flebiles ad sanctum

sanctū Albanū, quod rex aduentare disponderet, & ibidē iudicia præsentialiter
 exercere. Doluit idcirco abbas, qui timuit per tantū populū patriā deuastandū.
 Doluerunt villani se dī dispariter, quia metuebant subire iudicium debitū male-
 ficijs eorundem. Abbas quem reipublice charitas detinebat, alijs satis benignē
 præscauere cupiens: misit Lōdonias ad dominum Hugonem Segraue fenestral-
 lum, amicū suum, & alios amicos, & nōros quos habebat in curia, rogans &
 efflagitans, vt regis impedirent aduentum, si quoquo modo possent. Monachus
 verō qui hęc executurus exiuerat, cū nihil omnino proficere posset ille vel ami-
 ci prætati, redijt infecto negotio, narrans Abbati regem pto nullo velle mutare
 10 propositum, quin omnino accederet infra duos dies. Tristatus est ergo Abbas
 vltra quā credi potest, nō pro se, sed pro miseris oppidanis sancti Albani, nec
 non pro patria conuicina, quibus scruit per aduentū regiū prouenturum maxi-
 mū detrimētum, quāquam idem villani expost mendacia fabricantes, asseuera-
 uerūt Abbatem regi contulisse mille libras vt in excidium eorum properaret.
 Sed fallax turba, gens perfida, populus dolosus, viri mēdaces, homines fraudu-
 lēti, proximi vicini inuidi, beneficijs semper ingrati, talia confinxerunt ad diffā-
 mandum eorū velint nolint dominū & patrē spirituale, vt vere iniquitatis filij,
 patrē totius ingratitudinis & mēdaciū diabolū imitantes. Hi cū audissent regē
 proculdubio aduenturum, conducunt quendam militem cauidicum, scilicet
 20 V Vilhelmu Croyser magno præcio, quia ipsemet propter maleficia sua iuxta
 opinionē propriam non merebantur audiri ad intercedendum & proloquendū
 pro eis, si fortē abbas pro reuerentia mediātōris, induci posset ad ignoscendum
 eis. Nouerat apud abbatem laborem hunc facilem, qui ignosceret deprecātibz,
 ita tamen vt damna resarcirent ecclesiæ, quæ intulerant perturbatione præfata.
 Conuenit igitur inter Abbatē & villanos, mediāte præfato milite & timore
 aduentus regij, vt eo die post nonā, quo die rex erat venturus, reportarent tot
 molarum manualium lapides, quot alportarunt de pavimento hostij locutorij
 forinseci, & restaurarent proprijs sumpibus domū quam diruerant, præter id
 quod Abbas cōcessit eis maremiū, quod remāsit de domo præfata, & quod solue-
 30 rēt eidē abbati, vel successoribz suis, prodānis & iniurijs illatis sibi pariter & ex-
 pēsis suis, ducētas libras argēti bonæ & legalis monete citra festū S. Michaelis Ar-
 changelī proximi sequentis, ad quā summā soluendā obligauerunt se plures de
 maioribus appositis sigillis suis, sub pœna duplici. Ex quod Abbas nullā depone-
 ret querimoniā penes regē pro illatis p illos iniurijs, sed si contingeret eos impeti
 per regē pro factis suis in turbatione præfata, idē apponeret diligentiā suā pro ac-
 quietatione eorundem & gratia obtinēda. Quibus promissit abbas se nullā quæri-
 moniā deposiurū de eis, si cōdicta seruaret, penes regē verō se intercedere velle
 pro posse pmissit, siquidē eius preces possent exaudiri, ceterū se nolle promittere
 eis veniā publicē protestatus est, quæ tantūmodo esset de regia gratia processura,
 40 quia ignorabat si id impetrare posset. Quod verbū acceperunt de ore eius ma-
 iores pariter & cōmunēs, asserentes illis sufficere bonā volūtatē abbatis, cū
 regē autē se optimē conuenturos de his quæ spectant ad regiā dignitatem. Et ita
 pto tunc solutū est cōsiliū & dimissa. Circa horam vesp̄arum allati sunt la-
 pides molares sex, quorū videlicet asportauerant, & ministerio villanorum positi
 iuxta locum de quo alij fuere leuati. Chartas insuper & obligationem quas ex-
 torserant in ore dusti suppliciter veniā deprecati sunt, & chartas redonave-
 runt, & quamplures se obligauerunt ad satisfaciendum iuxta quantitatem de-
 lictorum suorum. Et ista vtrique eo die quo rex erat venturus facta sunt.

Finitis vesp̄is cum processione solenni obuiam regi processum est ab Ab-
 bate & conuentu ad occidentale hostium monasterij, acceptusq; est honorificē
 cum

cum pulsationibus campanarum cantuque tam debito quam deuoto. Aduenerunt autem cum eo ad millia Architectonitum, & armatorum, inter quos dominus Robertus Trissilian miles, Iusticiarius peritissimus, vir multum habens pietatis & prudentie serpentinae. Hic in crastino sedens pro tribunali in villa apud le Moothal, acceptum iussit ex Hertfordia, V Vilhelmum Gryndcobbe, V Vilhelmum Cadyndon, & Iohannem Barbitionforem quem supra retulimus pauperculum locutorij confrégisse, & molares abstulisse, & cominuissse in spiritu furoris sui. Cum ergo venissent ad Sanctum Albanum, iussit eos in custodia conservari vsque in die lune, quo videlicet die iurati qui onerati fuerant primo die sessionum ad prodendum malefactores qui regiam pacem perturbauerant, dicturi erant veredictum onerationis eorundem. Erat autem primus dies quo cum sedisse descripsimus dies Sabbati, & primus dies canicularium, qui ex post infamati fuere villanis.

*De Iohanne
Ball presbytero.*

HOc die praeterea Iohannem Ball presbyterum captum a viris Couentrensis, & pridie ductum ad sanctum Albanum & regis praesentiam, cuius maiestatem conuictus est laesisse enormiter, auditum & confessum turpissima scelera, tractationi, suspendio, decollationi, exenterationi & quarterizationi ut vsu vulgari loquar, idem Robertus adiudicauit, cuius mors dilationem accepit vsque in die lunae, interuentu domini V Vilhelmi Londoniensis Episcopi, qui circa salutem sollicitus suae animae illud ei spacium poenitentiae impetrauit. Hic per viginti annos, & amplius semper praedicans in diuersis locis ea quae sciebat vulgo placentia, detrahens tam personis ecclesiasticis quam dominis secularibus, beneuolentiam magis communis populi, quam meritum penes deum captabat. Docuit nempe plebem, decimas non esse dandas curato, nisi is qui daturus esset foret diuorior quam vicarius qui acciperet siue rector. Docuit etiam decimas & oblationes subtrahendas curatis, si constaret subiectum aut parochianum melioris vitae fore quam curatum suum. Docuit etiam neminem aptum regno dei qui non in matrimonio natus fuisset. Docuit & peruersa dogmata perfidi Iohannis V Vicklef, & opinioniones quas tenuit & insanas falsas, & plura, quae longum foret recitare: propter quae prohibitus ab Episcopis in quorum parochiis haec praesumpsit, ne in ecclesiis de cetero praedicaret, concessit in plateas & vicus, vel in campos, ad praedicandum. Nec defuerunt ei de communibus auditores, quos semper studuit per detractiones praetorum & placentia verba allicere ad sermonem. Postremo excommunicatus, cum nec desisteret, carceri mancipatur, ubi praedixit se deliberandum per viginti millia amicorum. Quod postea euenit in turbatione regni praefata, cum omnes homines carceres confregerunt & incarceratos abire compulerunt. Cumque taliter deliberatus fuisset, eos secutus est, instigans ad plura mala perpetranda, & praedicans ita omnino fore faciendum. Et ut sua doctrina plures inficeret, ad le Blacketh, (ubi ducenta millia hominum communium fuere simul congregata) huiusmodi sermonem est exortus.

*Thema sermone
moniti Iohannis
Ball.*

Ubi Adam dalse and Cne span, who was than a Gentleman &c. Continuantque sermonem inceptum, nitebatur per verba prouerbij quod pro themate sumpserat, introducere & probare, ab initio omnes pares creatos a natura, seruitutem per iniustam oppressionem nequam hominum introductam contra Dei voluntatem, quia si deo placuisset seruos ceasse, utique in principio mundi constituisset, quis seruus, quisue dominus futurus fuisset. Considerarent igitur ipsi resus a deo datis eis, in quo (deposito seruitutis iugo diutius) possent si vellet, libertate diu concupita gaudere. Quapropter monuit ut essent viri cordati, & amore boni patrisfamilias excolentis agrum suum, & extirpantis ac refecatis noxia gramina quae fruges solet opprimere, & ipsi in praesenti facere festinarer. Primo maiores

maiores regni dominos occidendō. Deindē Iuridicos, Iusticiarios, & iuratores patriæ perimendo. Postremō quoscunq; scirent in posterū cōmunitati nociuos tollerent de terra sua, sic demū & pacē sibi met parerent & securitatem in futurum. Si sublati maioribus esset inter eos æqua libertas, eadem nobilitas, par dignitas, similisq; potestas. Cumq; hæc & plura alia deliramenta prædicasset, communē vulgus eum tanto fauore prosequitur, vt acclamarent eum Archiepiscopum futurum, & regni cancellarium, solum eum dignum Archipræfatus honore, Archiepiscopum qui tunc superstes erat, cōmunium & regni proditorem fuisse, & idcirco decapitandum vbicunq; posset in Anglia comprehendī. Misera: insuper ductoribus communibus in Estsexia quandam literam ænigmatibus plenā, ad hortandum eos vt incepta perficerent, quæ exposita inuenta est in manica cuiusdam suspendendi pro turbatione præfata, cuius tenor talis est.

John Schep sometime seint Mary priest of Worke, and now of Colchester, greeteth well John Pamelesse, and John the Miller, and John Carter, and biddeth them that they beware of guyle in borough, and stand together in Gods name, and biddeth Piers Plowman goe to his werke, and chastise well Hob the robber, and take with you John Trewman, and all his fellows, and no moe. John the Miller hath yground smal, small, small: The kings sonne of heauen shal pay for all. Beware o; ye be woe, know your frende fro your foe, haue ynough, and say hoe: And do wel and better, & flee sinne, and seeke peace and holde you therin, & so biddeth John Trewman & all his fellows. Hanc literā idem Iohannes Balle confessus est se scripsisse, & cōmunibus transmississe, & plura alia fatebatur & fecit, propter quæ (vt diximus) tractus, suspensus, & decollatus apud sanctum Albanum idibus Iulij, præfente rege, & cadauer eius quadripartitum quatuor regni ciuitatibus missum est.

Robertus Trisilian Iusticiarius, Idibus Octobris apud Sanctum Albanum conuocari fecit duodenā, quam tridie onerauerat ad indictādum & prodedū malefactores & pacis regiæ turbatores. Venerunt igitur iurati de villa, & dixerunt se nullum talem scire, nullum indictare iuste posse, cunctos fideles & obsequentes regi fore, semperque fuisse. Videns autem Iusticiarius, quō tendebat ista responsio, vt erat vis sapiens & profundæ intelligentiæ, præcepit vt redirent & memores essent verbi illis dicti ex parte regis, quando suppliciter egressi in obuiam regi, misericordiam & veniam postulabant. In hoc videlicet & perdonationem & veniam consequituros, si inceptores & authores turbationis regni tradidissent, sin aliās, iuxta sermonem regis eos subituros prædixit eādē pœnā quā pertulissent iisdē malefactores si deprehensi fuissent. Regressi sunt igitur dicti iurati, quos ē vestigio secutus est Iusticiarius ad locū in quo erant de præmissis tractaturi. Et proferens de sua manica quandam rotulam, in qua & nomina plurimorum, & malefacta continebantur, ante eos: En (inquit) deposita proximorū vestrorū scelera per bonos viros & fideles patriæ, quæ neminē penē latēt, & vos putatis nos omnes deludere vestro silētio, vel excæcate. Nequaquam fiet quod putatis, cū in promptu habeamus, & nomina & facta sceleratorū, quos vos iustos mōstrare velleis. Agite propterea quæ vobis expediunt, & vitā vestram seruare satagite, ne dum nimis inutiliter cauetis proximis, vobismet periculum excitetis. Turbati ergo villani, estimauerūt salubrius indictare reos vicinos, quā in semetipsos dicta mala cōgerere, & indictauerūt quamplures, tā de patria quā de villa. Tunc Iusticiarius, conuocata seorsum alia duodena, demonstrauit eis & nomina & indictamenta personarū per primā duodenā (vt præmittitur) exarata, interrogans quid illi vellent dicere de personis prædictis si illi onerati essent super præmissis. Viri autem de secunda duodena cernentes cuncta fore vera quæ per primā duodenā fuere scripta,

Cc. iij.

responde-

Litera Iohannis Balle, missa communibus Estsexie.

Constituta celebrantur apud S. Albanum.

responderunt se eo modo fecisse quo illi, si fuissent onerati. Igitur hanc duodenam seruauit Iudex ad dicendum veredictum de præfatis personis, quæ nullo modo potuit aliter dicere in reddendo veredicto, quam dixerant cum interrogarentur de præmissis: sed oportuit illos, vellent nolent, damnare eos quos antea fatebantur se voluisse indictasse de prædictis sceleribus, vel cum rubore falsi apparere. Et hoc commento, Iusticiarius induxit eos (quanquam falsi esse maluissent) ad dicendum veritatem. Onerauit nihilominus & tertiam duodenam super eadem re, quæ cum vidisset primæ duodenæ deposita, eadem deposuit quæ prima describit, ita ut nullus damnaretur nisi per ora triginta sex virorum: sed secunda duodena (ut diximus) semper seruabatur pro veredicto dicendo, postquam prima & tertia duodena indictamenta fecissent.

Executio quorundam malefactorum.

Tunc damnatus est VVilhelmus Gryndecobbe, VVilhelmus Cadyndon, Iohannes Barbitonfor, & quidam alij malefactores, pro turbatione pacis regię, & tracti sunt & suspensi, ad numerum decem & quinque virorum. Incarcerati sunt de maioribus villæ ad sectam regis, suis conuicinis eosdem indictantibus, Richardus VValyngforde, Iohannes Garlek, VVilhelmus Berevill, Thomas Putor, & plures alij mediocres. De patria verò commendati sunt custodiæ carcerali ad numerum octoginta personarum, qui ex post regis indulgentia sunt dimissi.

Abbas & Conuentus sancti Albani accusantur de perturbatione & commotione prædicta.

Interim villani (ut nullum lateret eorum malicia) quanquam dominus Abbas sæpius pro eis intercessisset domino regi, & pro salute & vita supplicasset eorundem, & frequenter ob id iram regiam metuisset, quia proclamatum fuerat nullum debere pro quoquam preces fundere, non onerati, non iussi, non coacti, sed sponte, in Abbatem & conuentum dolum cogirantes, & mendacia fabricantes, eosdem indictauerunt de prima commotione villanorum, quod scilicet Abbas iussisset & coëgisset eos egredi ad turbam quæ erat Londonijs congregata, cum villani parum aut nihil de talibus cogitassent: quare asseuerauerunt Abbatem & conuentum & famulos eorundem incitatores & authores primos fuisse turbationis quæ in villa postea contingebat: & insuper eos direxisse in adiutorium inimicorum regis & regni. Cumque iusticiarius hæc audisset & vidisset, abhorrens nimium & execrans tantam tamque manifestam villanorum maliciam, dixit eis: dicatis ait o perfidi in animabus vestris hoc, quod creditis vtrum Abbas ista fecerit, tanquam regis & regni proditor, vel pro meliori, id est, pro periculo præcauendo, ne turba veniens quæ furebat, damna tam vobis quam sibi inferret. Edicite si sibi & vobis optauit exitiū, aut si intentionis eius fuerat, ut reuertentes cum tãto numero, inferretis damna quæ sibi & vicinis vestris intulisset. Dicatis per iuramentum vestrum, si reus est Abbas horum quæ numerauimus in præsentī. Illi autem confusi in astutia propria, nec habentes quid responderent, aliquandiu conticuerunt. Urgebat autem Iusticiarius vehementer ut dicerent quid sentirent. Tandem verecundi compulsi sunt dicere veritatem, asserentes Abbatem satis fidelem tam regi quam regno fore, & hæc omnia iuxta intentionem suam pro meliori fecisse. Tunc Iudex detestatus est eorum perfidiam coram multis, & increpauit eos asperissime, præcipiens ut sine mora ipsimet manibus suis indictamentum prædictū confringerent & cassarent. Quod & villani, licet cum mala voluntate, fecerunt. Cōsiderantes verò quod fraudati fuerāt suo nequā desiderio in hac parte, cogitauerūt qualiter abbatē molestare possent per alias adinventiones. Hospites namque suos, milites & armigeros de regis familia, qui apud eosdē copiose hospitati fuerant, fictis insimulationibus credere compulerunt, Abbatem fore hypocritā, & per speciem sanctitatis quā foris mōstrabat, plerosque dominorū regni quē magnatum deludēdo decipere, vnde

vnde cōtigit vt eorum fultus patrocinijs, tirānides impunē exercere, & iniustē subiectos opprimere non timeret. Asserebant insuper eundem Abbatem burgensium sancti Albani iura & libertates auitas nequiter per falsa cōmenta surripuisse, & eosdem liberos homines tanta oppressione contriuisse, vt nemini liceret in domo sua molam manūalem erigere, sed more natiuorum cuncti compellerentur molere ad ipsius Abbatis molendina. Dicebant etiam eum infinitam auri quantitatem regi dedisse, vt adueniens secundū quod accidit, cōciues eos suspendi iuberet. Persuadebāt præterea muneribus, vbi verba defuerunt, vt quoquo pacto regales inducerent ad malē loquendum de Abbate, si saltem mala irrogare actualiter non valerent. Suadebant & mulieres eorum, quōd viri non valebant, quæ satis communes fuerunt eisdem tempore hospitalitatis eorum. Sicq; factum est, vt tot exerescerent maliloqui, quōd penē cunctos amicos monasterij conturbarent, licet proclamaretur publicē viros suspendendos qui Abbatem accusare falsē præsumerent, & faminas concremandas. Et hæc quidem erat retributio villanorum quam retribuerunt Abbati, qui reddere mala pro bonis festinabant, & odium pro dilectione sua, ac pro eo quōd eūdem diligenter detrahebant sibi. Cū dominus rex iam fuisset octo dies apud Sanctum Albanum, intelligens & pranosens eius consiliū quod tunc aderat, natiuorum & seruorum monasterij cōrda nō recta futura cum suis dominis, id est, cum Abbate & conuentu in posterū, nisi cautiū ageretur cum eisdem, iussu regis remedium apponere statuerunt huiusmodi malis futuris, magno regis sigillo firmatum. Nam regis Cancellaria tunc tenebatur in domo capitulari, vnde facilius consequi potuit idem Abbas quæ volebat.

Richardus dei gratia rex Angliæ & Franciæ, & dominus Hiberniæ, dilectis sibi Iohanni Lodevyke, Iohanni Vvestvycombe, Iohanni Kenting, Richardo Perers, Vualtero Graunford, Richardo Gyffarde, Thomæ Eydon, & V Vilhelmo Ecclethale salutem. Mandamus vobis & cuilibet vestrum, firmiter iniungentes, quōd statim visis præsentibus, quacūq; excusatione cessante, in singulis villis & locis in comitatibus Hertfordiæ & Buckingham, tam infra libertates quā extra, vbi expediens fore videritis & necesse, ex parte nostra faciatis publicē proclamari, quōd omnes & singuli tenentes dilecti nobis in Christo Abbatis de sancto Albano, tam liberi quā natiui, opera, consuetudines, & seruitia quæ ipsi prædicto Abbati facere debent, & ab antiquo (ante turbationem in diuersis comitatibus regni nostri Angliæ iam nouiter exortam) facere cōsueuerunt, absque contradictione, murmure, resistentia, seu difficultate aliqua, faciant prout antea facere solebant. Et vlteriū, ex parte nostra districtē inhibeat, quōd iidem tenentes aut natiui, seu alij quicūq; opera, consuetudines, aut seruitia sua prædicta, istis turbationum temporibus magis solito non retrahant, sed nec ea prædicto Abbati facere vllō colore retardent, nec aliqua libertates siue priuilegia exigant, vendicent, siue clament, quā ante præsentem turbationem habuerunt, sub fide & ligeantia quibus nobis tenentur, & sub forisfactura omnium quæ nobis forisfacere poterunt in futurum. Et omnes illos quos post proclamationem & inhibitionem prædictas, contrarios inueneritis seu rebelles, arestetis & capiat, & ipsos in prisonis nostris mancipetis, in eisdem moraturos, quousq; de eorum punitione aliter duxerimus demāandum. Et hoc sicut nos & honorem nostrum ac saluationem iuris regni nostri diligitis nullatenus omitatis. Teste me ipso apud villam de sancto Albano. 15. die Iulij, Anno regni nostri quinto.

In die sanctæ Margarietæ virginis post refectiōem, dominus rex transiturus ad Castellū de Berkhamstede, in magna curia Abbatiæ apud sanctum Albanum

Commissio ad inquirendum, ut omnes tenentes sancti Albani reddant seruitia consuetum Abbati prædicto.

*Homines de
Comitatu
Hertfordie
præstant fides
litatem regi.*

banum fidelitatem suscepit de hominibus comitatus Hertfordiæ, qui summo-
niti fuerant ut ibi comparerent coram eo, cuncti videlicet qui erant inter quin-
tum decimum & sexagesimum ætatis annum. Qui omnes simul data fide iu-
rarunt se de cætero fideles domino suo regi futuros, & nunquam iterum contra
pacem surrecturos, sed citius morituros, quàm regni turbatoribus parituros, &
eosdem regni turbatores pro viribus comprehensuros, & carceribus adductu-
ros, opera & seruitia consueta facturos fideliter. Et si qui inter eos essent qui du-
ctores, concitatores turbarum fuerant, continuò capros regi monstraturos.
Post quod iuramentum dimissi sunt in sua, rege ad Berkhamstede properante,
ubi cum aliquandiu moratus fuisset, transiit venandi gratia ad villam de Est-
hamstede, quo in loco relatum est sibi, suspensos apud Sanctum Albanum fu-
isse depositos, & à furcis longiùs fuisse remotos. Dominus autem multum mi-
ratus super tanta audacia, & commotus immodicè propter contumeliam in hac
parte sibi met irrogatam, illico breue suum misit balliuis villæ de sancto Albano
in hæc verba.

*Corpora pro-
ditorum iussu
regio ferreis
cathenis ad
furcas suspen-
sa sunt.*

Richardus dei gratia rex Angliæ & Franciæ, & dominus Hiberniæ, Balli-
uis villæ de Sancto Albano salutem. Quia certitudinaliter informati su-
mus quòd diuersi malefactores (timore nostræ regis maiestati abiecto) corpora
diuersorum proditorum & felonum apud villam prædictam, qui pro eorum
maleficijs in præsentī perturbatione contra nos & ligeantiam suam factis, ut
suspendere & penderent quandiu possent durare ad iudicium fuissent, præ-
dictis proditoribus & felonibus iuxta iudicium prædictum suspensis, à furcis
ubi pendebant, ceperunt & asportauerunt, in nostri vituperium & cōtemptum,
ac contra iudicium supradictum, vnde quamplurimum cōmouemur, nec im-
merito conturbamur. Vobis igitur in fide & ligeantia quibus nobis tenemini
præcipimus, firmiter injungentes, quòd statim visis præsentibus, cathenas fer-
reas fieri, & corpora prædictorum suspensorum ubicunq; inuenta fuerint, ad
furcas prædictas reduci, & ea cum eisdem cathenis resuspendi faciatis ibidem,
quandiu durare poterunt pensura iuxta formam iudicij supradicti. Et hoc
sub forisfactura omnium quæ nobis foris facere poteritis nulatèniùs omittatis.
Teste me ipso apud Esthamstede tertio die Augusti anno regni nostri quinto.

*Villani regio
mandato eos
acti, ciues suos
resuspendunt.*

Hoc mandatum villanos de sancto Albano, iam dudum pro libertate tumul-
tuantes, turpis & abhominabilis seruitutis seruos effecit, dum non habentes qui
huiusmodi obsequium pro eisdem vellet agere, compulsi sunt proprijs mani-
bus suos conciuēs resuspendere cathenis ferreis, quorum iam corpora, tabe flu-
entia, scatentia vermibus, putida & fetentia, odorem ipsis teterrimum refun-
debant. Et quidem merito hoc erat fædum officium, virorum vsurpantium mi-
nus iustè nomen ciuium, ut aptè vocarentur & essent suspensores hominum,
ipso facto incurrentes opprobrium sempiternum. Et qui veritatem reticere &
peiorare maluerant, quàm sibi similes proditores prodere non temere, ipsos eor-
dem suspendere sunt coacti. Consequuti quoque sunt canes eorum, quòd do-
mini non merebantur, dum per dominos (detractis cathenis quibus ligati fu-
erant) libertati donati sunt, ipsis cathenis sedentibus in vsus suspendendorum
hominum, & magistris eorundem canum suspendendum (ut præfertur) mini-
strantibus, ac per hoc (ut dicitur) in turpissima morantibus seruitute. Quia vi-
delicet par erat, ut periuri & deo odibiles detractatores, canibus (dei iudicio)
monstrarentur peiores, dum canibus eorum dimissis liberis, ipsi necerentur
tam execrandæ seruitutis obsequijs. Et hæc quidem apud sanctum Albanum
gesta sunt circa festum inuentionis eiusdem martyris, quem probati sunt pecca-
biliter offendisse, & in multiplices miseras corruisse.

Dux Lancastrie Iohannes, quia parum ante predictae tumultuationis tem- *Treuga bienn-*
 pus pro die Marchiae (prout moris est) tenenda inter Anglos & Scotos annis sin- *nales inter duo*
 gulis, in partes concesserat boreales, cum audisset de dominatione seruili, & quid *glos & Scotos.*
 rustici nebulones tempore quod datum eis fuerat praeualere, vel in dominos,
 velequales illis perpetrauerant, consternatus est valde. Et praeuens in futu-
 rum, vtile iudicauit sub festinatione pacem facere cum gente Scotorum, ne si
 peruenissent rumores tam flebiles ad aures eorum, non solum illis afferrent in-
 speratum gaudium, verum etiam audaciam inculcarer, refutatis pacis conditioni-
 bus, in nostram regionem hostiliter irruendi. Et factum est (Deo volente) vt
 10 firmarentur treugae ad instantiam ducis praedicti, antequam notitia facti dare-
 tur Scotis, concessis prius eisdem certis terrarum spatijs, quibus per plures an-
 nos non fuerant ante gaudi. Sed nimietatem huius concessionis excusat nimie-
 tas supradictae turbationis, quae quemlibet etiam constantissimum turbasse &
 terruisse merito potuisset. Scoti vero cum iuramento firmassent biennales treu-
 gas se fideliter seruatuuros, & earum formam in chartas redactam sub chirogra-
 phorum signis munissent: audierunt a suis exploratoribus de turbatione pra-
 tata, qualiter vel regi dominabantur & turrim Londoniarum occupauerant, vel
 cancellarium seu thesaurarium regni decollauerant, & caetera per ordinem quae
 facta sunt hijs diebus. Tunc primum dolere ceperunt, se tam cito condescen-
 20 disse pacis conditionibus, quia misuisse se desiderabant tantis turbationibus, &
 terram repleisse caedibus & rapinis. Tamen quia turpe videbatur eisdem tam ci-
 to notari periurio, ducem confortare ceperunt, & ei suadere, vt acceptis viginti
 millibus bellatorum de gente Scotorum, quos ei concederent animo liberali, ad
 Angliam properaret, vindicaturus eorum ope & auxilio, communes domino-
 rum iniurias, & emendas accepturus de damnis & dehonestationibus illatis ir-
 reuerenter personae suae, sed tenuit plane Dux promissa, dicens proculdubio si
 id attemptarent, futurum quodd bellum contra eos paratum reperiret satis aspe-
 rum antequam ad Eboracum peruenirent, etiam si cum eis contraherent pote-
 statem gentis Scotorum: noscere se dixit multitudinem, fortitudinem quoque,
 30 nec non audaciam Anglicorum, qui nihil minus quam bellum timebant, qui-
 bus assenerunt Scotos in breui fore ludibrio, nisi in duplo maior numerus eo-
 rum esset. Tamen quia dubiam cernebat fidem multorum quos fideles sibi re-
 perisse putauerat, puta comitis Northumbro-
 rum, aliorum quoque militum qui
 in illis partibus habebant custodias Castellorum, insuper & suorum militum
 commensalium, nec non totius penes suae familiae, quippe a facie formidinis pra-
 dictae tumultuationis contabuerant, in tantum, vt vix pauci cum eo starent. Au-
 dierant nempe regem timore ductum corpus domini sui ducis donasse com-
 munitibus id petentibus. Rogauit Scotos dux, vt si eum diligerent vt dicebant, co-
 cederent ei saluum conductum in terras eorum, & facultatem morandi quam-
 40 diu sibi placeret inter illos, necnon emittendi in Angliam quoscunque de suis vel-
 let, & eos vel alios admittendi, qui ad eum ex Anglia pacifice venire vellent, ac
 etiam potestatem quandocunque sibi met hoc placeret, sine impedimento ad An-
 gliam remeandi. Scoti vero cuncta petita liberaliter concesserunt, & cum ve-
 nientem honorifice susceperunt, & longo tempore confouerunt.

Talibus occasionibus orta est discordia grauis inter ducem & comitem Nor-
 thumbro-
 rum, quae (vt ex post dicitur) totam Angliam deterrebat. Comes etenim
 audientiam horrenda mirabilia a parte duci parere vel timebat, vel (vt quidam
 asserunt) contemnebat. Cuius exemplum comprouinciales secuti, duci non
 paruum timorem imprimebant. Quod factum postea non solum comitis in-
 obedientiae, sed & ingratitudini dux ascripsit. Et quoniam scriptum est, vexatio
 tantum

*Discordia ins-
 ter ducem Lan-
 castrie & com-
 item Nor-
 thumbro-*

tantum dabit intellectum auditui. Tunc primo dux ipse conuersus ad religionem, cepit accusare vitam suam pristinam, non solum priuatis sed publicis confessionibus: tunc suis peccatis ascribere causas malorum quæ contigerant: tunc sibi imputare mortes, non solum nobilium, sed reliquorum qui illo tempore manu impia strati sunt: tunc illius Katherinæ Svynford consortium abhorre-
 rere vel potius abiurare, & fletibus ac singultu facere videbatur penitentiæ dignos
 fructus, quibus comitis (ut creditur) iram domini complacuit. Igitur re-
 gione pacificata, & oppressis vel occultatis malefactoribus, cepit dux de re-
 ditu cogitare. Tamen ante regressum suum, ut se regi regnoque monstraret hu-
 miliatum usquequaque, præmisit qui nuntiarent regi eius fugam, & fugæ causas, 10
 quam maluit ipsemet migrationem in Scotiam nominare. Nuntiarent etiam si
 placeret res, & id opus expeteret, se velle reuerti cum ingenti Scotorum multi-
 tudine ad comprimendos rebelles, vel si hoc displiceret, cum propria familia
 quam recollegerat, & illucescente pace, de latebris ad eundem emergeret, quæ sa-
 us tortis erat ad obuiandum cunctis rusticis regionis. Quod si nec hic placeret
 aduentus eius, vel si eum multitudo viuientium cum eodem regi siue regis
 consilio suspectum redderet, determinaret rex cum consilio assistente personas
 quas vel quot placeret eisdem, & ipse dimissis reliquis, paratus erat ad regem ve-
 nire, etiam si contingeret determinari solum tres personas, militem, armigerum,
 & valedictum. Si verò nec ista regi placerent, & ipse ita inuisus esset vel proceri- 20
 bus vel communibus regionis, ut putarent per eum, vel regnum turbandum,
 vel pacem minuendam, paratus erat, si dominus rex id distaret, regno discedere
 velut exul, Angliam denuò non visurus, dummodo pacem consequeretur rex
 & regnum eius. Rex autem & proceres compatientes afflicto, renunciarunt si-
 bi, ut dimissa gente Scotorum, cōfidenter rediret cum tota familia propria, quæ
 si non præstaret, assumeret de vnaquaque villa per quam transiturus erat cer-
 rum numerum ad conducendum eum usque ad villam aliam pro tutela, donec
 veniret ad regem. Et factum est ita, rege præbente sibi cōmissionem: veniensque
 ad dominum suum regem honorifice susceptus est. Post paucos dies deposuit
 querimoniam contra comitem Northumbrorum, quod non solum inobediens, sed 30
 infidelis & ingratus extitisset ei, prout (ut præmittitur)urbationis generalis tē-
 pestate. Ob quam causam vocatus est comes ad Berkhamstede, ubi congregati
 fuerunt ad interessendum consilio penè cuncti comites totius regni, ubi cum
 dux plura dixisset contra eum, comes impatiens (more gentis suæ) contra pro-
 hibitionem regiam in verba contumeliosa est resolutus, cum tamen dux tacere
 iussus, ad primam iubentis vocem satis humiliter tacuisset. Cuius inobedienciæ
 occasione, comes tanquam reus læsæ maiestatis regię protinus arrestatur, sed
 fideiubentibus pro se comitibus VVarvvici & Southfolciæ, quod veniret ad
 proximum parlamentum & suam præsentiam exhiberet, dimissus est, & con-
 silium resolutum.

Parliamentum
 Londini.

40
 Circa festum omnium Sanctorum conuenerunt ad parlamentum Londo-
 niæ Barones regniq; communitas, ad quod dux cum tanta copia conuenit ar-
 matorum, ut faciliè dinumerari non posset. Contraxit & comes de partibus bo-
 realibus non inferiorem numerum, & Londonias usque peruenit. Sed dux su-
 spectam putans fidem Londinensium propter inueteratum odium, non esti-
 mauit tum Londinias hospitari. Comes verò ad ciuitatem fiducialiter cum
 suis accessit, qui protinus à ciuibus acceptus est cum fauore, illis obuiam in equis
 procedentibus, illis xenia opipara præmittentibus, hospitia sua præbentibus,
 & pasturas quas in circuitu ciuitatis possidebant armentis quæ secum duxerat,
 pro tanta familia copiosa nimis componantibus, & eidem (si oporceret) promitte-
 ntibus

tibus fidele iuuamen. Erat igitur comes tunc multum auctus, & numero & fauore Londinensium, & iam multo fortior partibus ducis pars eius existere videbatur. Erat interea cernere miserandum spectaculum, regnum quod olim pacis tranquillitate præ cunctis regnis gauisum fuerat, vndiq; (versa vice)urbationis fluctibus agitari, hinc seditione communium, illinc diuersis factionibus optimatum. Reuera viri diuersi partis ducis & comitis armati contra regni consuetudinem, ad VVestmonasterium diebus aliquot conuenire, inusitatum de semetipsis incolis præbentes spectaculum, sed sapientioribus non modicum tali facto inculcantes metum. Expectabatur tot diebus à pacis perturbatoribus, ut ignis conceptus arderet in publicum, & furor dominorum procerum libere prodiret ad actum. Nutans commune vulgus non curabat quem illorum magnatum sequeretur ad pugnam, dum tali occasione (sicut priusurbationis tempore) irrefrenatas discursandi possidere posset habenas, & materiam vindicandi suorum complicum proditorum, decollationes, tractiones, & suspensiones factas per regem & fideles regni. Totus clerus autem pluresq; de populo, quorum deus corda tetigerat, interim constituti erant in timore magno, & expectatione, propter mala quæ superuenitura erant vniuerso orbi Britannia, occasione dissensionis eorundem, si effutire pararent odium præconceptum, vnde fiebant in clero orationes publicæ & priuatae, ut deus (cuius natura est bonitas) inter illos spirare concederet auram pacis. Tandem cum diu parlamentum protelatum fuisset inaniter propter dissensionem supradictam, intercurrentibus regni proceribus, cepit rex querelas eorum in manus suas, ne propter dominorum discordiam, cuncta regni negotia non solum paterentur impedimentum, sed & irreuerabile detrimentum. Sicq; soluta sunt à metu corda fidelium, domino miserante.

Processum est perinde ad tractandum de regni regisq; negotijs in parlamento præsentis, sed immoratum est inaniter in eodem diu, nec ad aliquem effectum quicquam productum, quamuis non sine magnis fuisset ibidem sumptibus demoratum. & cum iam effectus aliquis successisse putaretur, superuenire noua de aduentu nouæ regine Calesiæ, sororis videlicet regis Boemiarum VVyncesslai filij quondam regis Boemiarum, & Imperatoris, qui & ipse expectauit in Imperatorem coronari, & se Imperatorem vbique literaliter nominauit. Hanc igitur magno præcio, multisq; peremptam laboribus, habendam rex præelegerat, quam cum inestimabili auri summa oblata fuisset ei filia domini Mediolanensis Barnabonis. Audito igitur (ut retulimus) de aduentu reginae futurae, soluitur parlamentum, reincipiendum post regales nuptias & natale dominicum. Et insuper laborat vnusquisque pro viribus tantas nuptias honorare muneribus insuper & obsequijs fauore dignis. Missum est ergo in obuiam tantæ virgini, & eam multis nobilibus tam suæ patriæ quam istius terræ. Accidit illo die mirabile cunctis auspiciis, iuxta multarum opinionem fauorem dei, felicia fata terræ affutura præmonstrans. Nam cum pedem terræ intulisset è naui, & saluo cunctis egressis, nauigio reliquo, sequuta est è vestigio tanta maris commotio, quanta diu ante visa non fuerat, & ipsas naues in portu constitutas adeo agitauit, ut dissiparentur subito, & colliderentur, naui prius in qua regina confederat dissoluta, & in multas partes horribiliter comminuta. Quidam verò aliter interpretati sunt supradicta, putantes esse futurum, ut regnum turbaretur per eam, vel regioni incommodum aliquod eueniret. Sed istius dubia perplexitatis obscuritatem gesta sequentia declarabunt.

*Dissoluitur
Parlamentum.*

*Soror regis
Boemiarum bono
risu suscipitur.*

Anno

*Dux Britanni-
e à Britanni-
bus comminas-
tus, dimittit
Anglos.*

A Nno dominicæ incarnationis millesimo trecentesimo octuagesimo secundo, qui est annus regni Richardi regis à cōquestu secundi quintus, circa præ-
sens æp̃us Britones in Armorica Britānia indignati, quòd Anglici in tanto cō-
stituti essent honore, p̃enes dominum suum ducem Britannia, versi in seditio-
nem, cōuenerunt aduersus dominum eorundem, imperiosè mandarunt, vt di-
missis à suo famulatu cunctis Anglicis, tantummodò gauderet ipsorum obse-
quijs, scilicet Britonum, vel mortem inferrent eisdem, insuper & ab eius obse-
quijs cuncti Britones descuerent. Igitur dux in arcto constitutus, conuocatis
de familia sua Anglicis, enarrat dolenter instans periculum, & licet iniuris à sua
terra quantocius vniuersos iubet abire. Cōturbati verò & conterriti super au-
dita Angli, cum omni festinatione parant indēnes abscedere, ne fortassis eis
queant deteriora contingere incolarum malitia dictæ terræ. Audiens Anglorum
recessum repentinum dominus de Clifson, & causam diligenter inquirens &
agnoscens, (nam & ipse reconciliatus erat duci) vehementer irascitur con-
tra autores recessus Anglorum, & conuocatis tam militibus quàm armigeris, ce-
teris quòque quos nouit in hac causa peccasse, querit cuiusmodi auctoritate id
efficere præsumserunt, vt à duce suo domino remouerent viros domino suo fi-
delissimos, & qui vltà nationes alias suis dominis decēter obsequi & placere
seuerunt, & eis reuerentiam omnem impendere commodum providere. Nul-
lus inquit vestrum tanto honore dominum suum colere, affectu tanto diligere, 20
tantæ humanitatis obsecundatione venerati nouit, vt Anglici, quos inuidia
pleni, in vituperium domini vestri atque dedecus abiiecistis. Quapropter redire
sinatis ad domini vestri solatium, quos ad eius tedium amouistis, & eidem eos
pacificè deferuire permitte, aut (deum testor) superbissimos è vobis faciemus
suspendio stragulari. Quibus dictis, mittit qui reuocarent familiā eiectam, præ-
habitis officijs iterum gauisurā, sed frustra, quia iam plures ad Angliam trans-
fretauerant, & relictis fuerunt pauci admodum, qui deficiente nauigio siue ṽto
post socios remāserunt, quos reuocatos iterū restituit curia domini sui Ducis.

*Regales nup-
tiae.*

Post festum Epiphaniæ conuenit Londonias vniuersa regni nobilitas, ad in-
teressendum regalibus nuptijs, & obsequium deferendum iuxta consuetudi-
nem à quolibet antiquit̃s vsitatam. Benedicitur apud VVestmonasterium 30
Imperialis puella in sponsatam regiam, à domino Cantuariensi Archiepiscopo
in reginam cum gloria & honore coronatur. Hastiludia quoq; fuit pro ma-
gnificētia tantæ celebritatis per dies aliquot, in quibus & Angli & virtutem
suam, & patriæ reginæ suam probitatem publicè demonstrarent. In quibus
non sine damno personarum vtriusque partis laus est acquisita, & rei commen-
datio militaris.

*Parliamentū
nuper solutū
incipitur.*

Expletis nuptiarum solemnij, incipitur Parliamentum quod omisum præ-
diximus propter causas præmissas, in quo plures articuli sunt propositi & de-
creti, videlicet de extraneis admittendis ad vendendum personaliter, sine impe-
dimento mercatorum Angliæ, liberè sua mercimonia. De abrogatione pellu-
ræ, & apparatus argenti in zonis &c. à communibus status inferioris: de præcio
vini sic appposito, videlicet dolium non excedere sex marcas. Multa sunt &
alia quæ statuta sunt ibidē. Sed quid iuant statuta Parliamentorū, cū peni-
t̃is exposit nullum sortiantur effectum? Rex nempe cum priuato consilio cun-
cta vel mutare vel delere solebat quæ in Parliamentis ante habitis, tota regni
non solum cōmunitas sed & ipsa nobilitas statuebat. Editum est & ibi statutum
contra cōmunitatem imposterū insurgentem, vt non expectato alieno
suffragio, videlicet breui regio, fideles regni vbicunque viderent rusticos vel
communes excitare suspecta conciliabula, senos aut septenos, eos capere foret
eis

eis licitum, & in custodia detinere.

Comes Southfolcię VVilhelmus Vfforde in isto præfenti parlamento dum à militibus comitatum fuisset electus ad pronūciandum ex parte illorum ne-
goria reipublicę, die & hora quibus exequutus fuisset susceptum negotiū, cum
gradus ascendere incepisset ducentes ad cameram in qua regni nobilitas tota
cōcesserat, repente corruit, & inter suorū manus illicō spiritum exhalauit, quā-
uis iucundus & nihil mali sentiens aulam VVestmonasterij parū ante & ve-
lut immediatē subintrasset. De cuius morte subitanea non parū consternati
sunt, non tantū cuncti regni proceres, sed & omnes mediocres & pauperes,
quia cunctis se in omni vita amabilem exhibuerat. Post cuius mortem finis est
impositus Parlamento, postquam mercatores Anglię concessissent regi pro
subsidio cōsuetudines lanarum iterum, quos Maltot vulgares appellāt, per qua-
driennium ex post sequens. Ordinatus est etiam in hoc Parlamento (petētibz
hoc magnatibus & cōmunibus,) Richardus Scrop miles, cancellarius, vtpotē
vir qui spectabili scientia & inflexibili iustitia nō haberet ex sua fortuna parem
in regno. Ad officiū vero thesaurarij dominus Hugo Segraue miles subroga-
tur. Per idem tempus comes Marchię dominus Edmundus de Mortuo mari in
Hibernia cōcessit in fata, postquam illam terram totam penē perduxisset ad pa-
cē, & nobilissimē & sapientissimē gubernasset. Circa dies istos magister VVil-
helmus Courtney Episcopus Londoniensis transfertur ad Archiepiscopatum
Cantuariensem, & magister Robertus Braybrok effectus est Londoniensis.

Circa tempus illud Carolus de pace (de quo superius pauca prostrinximus) post coronatus est à domino Papa in regem terrę laboris Neapolis, quā intrauit
in manu forti possessurus terram illam, & nemine resistente peruenit in pace
Neapolim, ciuitatem Metropolitanam regni, vbi cum honore decenti à ciui-
bus est susceptus, & vt successus corresponderent ei iuxta domini Papę vaticini-
um, dicentis in quodam sermone habito ad populum eiusdem Caroli pacis:
Est tibi fili charissime non abs te cognomen inditum, quoniā proficisceris in pa-
ce, & pax erit tibi in ingressu tuo, pax in progressu, & pacis successione gaude-
bis. In terra illa redditę sunt ei pacificē sine cuiusque belli tumultu vel dispen-
dio, vrbes Gaetana, Capua, Beneuentum, Auerfana, & plures alij, quarum
nomina non tenemus. Et illa meretrix magna quę sedit super aquas mul-
tas & vocabatur regina Neapolis, à facie formidinis Caroli & eius exercitus
fugit in castellum vrbis eiusdem, quod vocatur castrum nouum, quam mox
Carolus obsidere curauit, & protelauit obsidionem quadraginta & duobus
diebus. Igitur quadragesimo die obsidionis præfatę, insultum fecit asperri-
mum ad castellum. Et cum maximē defudaret ipse & suus exercitus ad per-
turbandum castellanos, & castellum violenter occupandum, repente superue-
nit à tergo Caroli & ipsius exercitus intromissus in urbem (mediante proditio-
ne) dominus Otto de Bronnesvich, (maritus prædictę reginę) cum Marco
de Monte Ferrando, & armatorum copiosa turba, ad irruendum in Carolum,
& succurrendum reginę. Erat tunc in exercitu Caroli quidam miles, dictus
Iomitus, qui & ipse princeps erat exercitus, vir vtiq; & in bellis prouidus
& manu promptus. Hic repente sentiens dolum proditorum, & pericu-
lum quod imminebat, partem exercitus locat ad muros, quę castellanos pro-
hiberet ab irruptionibus, dum manus conferreret pars exercitus altera cum
Ottone, cui mox obuiatum est cum audacia à Carolo & Iomito, & pugna-
tum est atrocissimē, donec hostilis exercitus dissipatus & victus est, pluri-
mis occisis, & multis captis. In qua pugna peremptus est Marcus de mon-
te Ferrando, & Otto de Bronnesvich læthaliter vulneratus & captus.

Dd.

Quem

Quem confestim reginæ monstrantes, minabantur in machinâ positum proiecturos ad illam in castellum, nisi mox reddere vellet illud. Sed tamen nocte superueniente, nō fecerunt ita. Igitur regina nocte illa tractatum cum suis faciens, in crastino se reddidit & castellum, in quo repertæ sunt diuitiæ infinitæ. Capta autem, in custodia seruabatur, donec Carolus cum domini Papæ consilio deliberaret quid agendum esset de persona sua. Captus est in eodem castello cum regina, comes cancellarius, cum comite camberlano, & multis alijs, quos longū foret per singulos nominare. Hoc modo parata est pax Carolo de pace, & paratum est regnum in conspectu eius. Ferunt quidam, quod regina post captionem suam (mediaribus vtriusque partis amicis, Papa sic volente, & Carolo permittente) ingressa sit religionem monialiū, quæ de ordine Sancti Francisci sunt, & Minorissæ vocantur, quæ si consequutura sit de tanta perfectione meritum, nouit deus cui omne cor patet.

*Propositiones
septem magis-
tri Iohannis
Wiclif.*

*Magistri Iohannis
Wiclif
septem inter-
pretationes, ad
tutelam regni
Angliæ per
eius proceres
requiruntur.*

ADuersarius fidei christianæ, Hæresiarcha recordationis execrabilis, Iohannes VViclif, sollicitus pervertere tam maiores quàm minores regionis incolas suis nequam adinventionibus, suas damnabiles opiniones modò per se, modò per sequaces suos, modò scriptis, modò prædicationibus, per totum tempus istud dilatare contendit. Et quia minus satisfaciebat eius affectui, prædicationibus in vulgari plebe inexecrabili de clamatibus, scribit ad dominos & magnates, qui circa festum Sancti Iohannis ante portam latinam Londonias ad Parliamentum coadunati fuerunt machinationes nouas, quibus & illos allicere posset, & in errorem trahere: sub hijs verbis modum ponemus promissum ut in eius schedula scribitur, erat nempe ista præscriptio. Quod rex aut regnum, nulli sedi vel prælato obediat, nisi de quanto ex fide scripturæ sonat in obedientiam Iesu Christo. Patet, quia aliter proponitur Christo in obedientia antichristus: Omnis enim obedientia quæ non fit Christo, fit antichristo: Quia Luc. 2. *Qui non est mecum &c.* Quod nec curiæ Romanæ nec Auinonicæ, nec alicui exteræ emittatur regni pecunia, nisi doceatur hoc esse debitum ex scriptura sacra, patet, quia aliter foret rapina lupi rapacis, quàm Christi. Math. dicit esse à fructibus cognoscendum. Quod nec Cardinalis nec alius habeat fructum ecclesiæ vel præbendæ de Anglia, nisi vel ritè reſideat, vel occupetur legitimè in causa regni à proceribus rationabiliter approbata. Patet, quia aliter non intraret per Christum, sed aliundè ascenderet ut antichristi discipulus, & per traditiones sæculi tanquam latro prædaretur regnum in subiectis pauperibus, sine æquivalentia pecuniæ recompensæ. Quod rex & regnum tenentur destruere regni proditores, & suos à ferocibus inimicis defendere. Quod regni cõmunitas non oneretur tallagijs insuetis, antequam totum patrimonium quo clerus dotatur deficiat, patet, quia omnia ista sunt bona pauperum charitatiuè exponenda ad eorum agentiam, viuente clero in perfectione primariæ paupertatis. Quod quocunque Episcopo vel curato dotato de Anglia in contemptum dei notoriè incidente, nedum liceat regi, sed teneatur sua temporalia confiscare: patet, quia aliter regnum postoneret, Christum regis domini temporalis contemptum ponderans plusquàm viginti. Quod rex nullum Episcopum vel curatum mancipiet suo ministerio seculari, patet, tam rex quàm clerus foret proditor Iesu Christi.

*Alia propo-
sitiones Iohannis
Wiclif.*

Quod rex nullum propter moram in excommunicatione incarceratione, antequam secundum legem dei mora ista sit docta esse illicita, patet quia sæpè excommunicantur multi improvidi, ubi secundum legem dei & Ecclesiæ debeant excommunicationes perpetuæ tollerare, auctorizare incarcerationem hominis propter hoc quod facit, & debet fore opus demonij meridiani. Con-

traria autem istorum licet sint insensibilia non curata, tamen nimis confundunt rem publicam, quia res insensibiles parui pensæ sunt maximæ in vigore. Ut autem periculosius traheret auditores suos, scripsit eo tempore, & publicauit alias conclusiones ab omni ecclesia anathematizandas, & sunt istæ. Substantia panis manet post consecrationem, & substantia panis post consecrationem est corpus Christi. Deus de potentia sua absoluta non potest facere quod in sacramento altaris essent accidentia sine subiecto.

Deus debet obedire Diabolo. Papa plus tenetur Imperatori quàm e conuer-
fo. Omnes monachi de ordine sancti Benedicti nolentes labore manuum vi-
10 etum acquirere, non solum non sunt Apostatæ ab ordine sancti Benedicti, sed
quod verius est, à discipulatu Christi. Nullus est dominus, simul nullus Epis-
copus, nullus est prælatus dum est in peccato mortali. Si ordines fratrum es-
sent certi & in Christo fundati, non quærent confirmationem à Papa. Vbi
leges humanæ non fundantur in scriptura sacra, subditi non tenentur obedi-
re. Has delirationes execrables posuit idem Iohannes ea vice, sed ad dam-
nationis suæ cumulum, emisit viros apostatas de fide catholica pessimè sen-
tientes, ad dogmatizandum & prædicandum, & alias conclusiones periculo-
sissimas, quas audiens quisque fidelis, meritò tinnirent aures eius. Inter quos
erat quidam vultum & habitum præferens heremita, veniens equidem in
20 vestimentis ouium, sed intrinsecus erat lupus rapax. Hic emissus per dictum
Iohannem, publicè prædicauit Leicestriae dominica in ramis palmarum abho-
minationes istas.

Prima conclusio. Quod homines qui dimittunt audire verbum dei & Evan-
gelium prædicatum propter excommunicationes hominum, sunt excommu-
nicati & in die iudicii traditores dei habebuntur, & etiam illi qui dimittunt præ-
dicare propter talem excommunicationem. 1. Excommunicatio quæ datur
ad impediendum homines audire verbum dei, excommunicatio antichristi est,
& non christiani. 3. Quod nullus prælatus debet excommunicare aliquem nisi
prius sciat ipsum excommunicatū à deo, & si quis aliter aliquem excommunicauerit,
30 ipse excommunicatus est & hæreticus. 4. Nullus debet aliquem excommunicare
nisi ex charitate & pro salute animæ suæ. 5. Prælatus excommunicans clericū
qui appellat ad regem & consilium regni, eo ipso traditor dei est & regis regni.
6. Prælati Ecclesiæ acquirunt beneficia sua per autum, & sic sunt Simoniaci &
hæretici. 7. Contra antiquam legem est, & etiam cōtra nouam, quod viri ec-
clesiastici habeant possessiones temporales. 8. Nunquā erit bona pax & plena-
ria in regno isto, quousq; ista temporalia auferantur à viris ecclesiasticis, & ideo
rogabat populum (manibus extensis) vt vnusquisq; adiuuaret in ista materia
quantum posset. 9. Quod viri Ecclesiastici dummodo vixerint in diuitijs &
voluptatibus sicut iā viuunt, sunt inhabiles ad orandū pro populo, pro quo sine
40 fuerunt principaliter ordinati. 10. Si rex haberet in manu sua tēporalia Ec-
clesiasticorum, nō oporteret eum tunc acciperetallagia, nec cōmunitatem regni
spoliare. 11. Beatus Paulus acquisiuit victum pro se & discipulis suis suis
manibus, & sic deberent religiosi manibus suis laborare, & non publicè men-
dicare. 12. Quod istæ nouæ sectæ quæ quasi hesterno die venetunt, asserunt
vitam suā perfectiorem quàm religionem Christi cōmunem & Apostolorū, &
volūt sic facere Christū fatuū. 13. Quod sacramentū altaris post cōsecrationē
est verus panis & verū corpus Christi, & illa rotunditas quæ videtur & albedo
& huiusmodi sunt panis, & hæc est sententia Apostoli, doctorū antiquorum &
sanctorū, & in ista materia doctores nouelli vel contradicunt inter se, vel non
dant sufficientem huius sacramēti descriptionem. 14. Religiosi prædicantes qui
Dd. ij. nolunt

*Nulla heresis
vel falsitas in
tota doctrina
magistri Le-
banis Wiclif
poterit pro-
uari.*

*Conclusiones
Iohannis Wic-
liff.*

nolunt dicere populo & scribere veram descriptionem huius sacramenti, & fidem fundatam in Euangelio & sacra scriptura, sunt excommunicati & hæretici, & si quis talibus Eleemosinam suam dederit, ipse est fautor illorum, & cum ipsis excommunicatus, & quod fratres verecundantur dicere fidem suam de sacramento altaris. Cōfirmatione autem omnium diaconum suorum, dixit quod hæc est fides quam debent habere ex Euangelio & dictis Apostolorum, & si quis oppositum prædicatorum diceret vel prædicaret, quod nullo modo esset ei credendum. Hæc & multa alia erronea dixit publicè & prædicauit idem zizanix seminator, in detrimentum ecclesiæ & fidei orthodoxæ. Nec suffecit huic dici malitia sua, nisi ut & apponeret iterum in die sancto Parasceues prædicare nequitiam inauditam 10 in eodem loco, rectoribus ecclesiarum non valentibus prohibere eum ob fauorē popularem qui libentissimè eū audiebant, & se periculo mallebāt exponere pro eodem, antequam vel prohiberetur prædicare, aut quicquā contra eum per viā iuris tentaretur. Reuera loquebatur eis placentia, & quicquid proferre nouerat in derogationē prælatorum, detractionē magnatum, quæ vulgus cōmune solet libenter audire, lingua protulit venenata, captās per singula verba sermonis sui fauorem, laudem quoque vulgi, callidè cōmentis talibus seducens & decipiens populum imprudentem. Vnde postea contigit, cum Episcopus Lincolnienſis eum correxisse parasset, & ab eo facultatem prædicandi tulisse, sequens turba demens, Episcopum adeò deterrebat, ut nihil auderet agere cōtra eum. Ad notitiā 20 igitur posterorum, ut cognoscāt quantū nostris temporibus præualeret inimicus, & impunè debacchatus fuerit, cōclusiones vel potius abusiones, quas in die Parasceues, vbi supra proclamauit, huic paginæ inseremus.

*Conclusiones
in die Parasceues.*

1. Quod si parochiani sciuerint curatum eorum incontinentem esse, & malum, debent subtrahere ab eo decimas, & aliās sunt fautores criminis, & consentientes eius malis operibus. 2. Quod decimæ sunt puræ Eleemosinæ, & in casu quo curati fuerunt mali, possunt licitè eas alijs cōferre. 3. Quod homines possunt debita ex charitate petere, sed nullo modo propter debita aliquem incarcerare. 4. Quod curatus malus subditos excommunicans pro decimarum detēctione, non est nisi pecuniā ab eis indebitè & malè extorqueri. 5. Si aliquis capellanus, vel compadres aut commatres infantium puerorum, temporibus quibus huiusmodi pueros seu infantes baptizauerunt & leuauerunt de sacro fonte, fuerint in aliquo mortali peccato detenti, infans huiusmodi siue puer non est baptizatus, nec recepit tēpore huiusmodi sacramentū baptismi. 6. Quicquid Episcopus cōferens alicui sacros ordines præbiteratus, huiusmodi personaliter ordinatus, nō est præbiter ratione collationis huiusmodi sibi factæ, nisi sit electus à deo. 7. Item idem dixit publicè & expressè in prædicatione sua corā maiori Leycestriæ & multis alijs, quod deus nunquam constituit missam celebrari, & quod bonum esset istis temporibus ut pauciores missæ celebrarentur quàm celebrantur. 8. Item dixit publicè & expressè coram vicario de Fusby, decano 40 de Gosfecote, & multis alijs in prædicatione sua, quod quicumque parochianus dans decimas suo curato, sciens ipsum in mortali peccato, vel tenere aliquam mulierem suspectam publicè vel occultè, quod ipse conferens decimas huiusmodi curato suo, manu tenet ipsum in peccato suo huiusmodi, & est particeps criminis eiusdem. 9. Item dixit quod sacræ canones sunt traditiones humanæ. 10. Item idem VVilhelmus dixit publicè & expressè in prædicatione sua Leycestriæ, quod sciuit bene quod illud quod tractabatur in altari, fuit corpus dominicum, sed (ut asseruit) sciuit plus dixisse de ista materia si voluisset, & sic per huiusmodi verba sua per eum prolata, nequiter & perplexè indicata simplici populo Christiano, eosdem Christi fideles fecit per sua erronea

erronea multipliciter deuiare, & de fide Catholica desperare, & quod deterius est, omnes laicos de ipsa patria à tramite iustitiæ & veritatis quali penitus declinare, diocefano (vt retulimus) timore turbæ, cui quammaximè complacere sermones eius, quicquam contra eum agere non audente.

Fuerunt eo tempore & plures alij huius nefandæ doctrinæ sequaces & discipuli, qui prædicauerunt & ista & plura alia magis enormia, non in quibuscumque villis aut ciuitatibus, sed in ipsa vniuersitate Oxoniæ, profestis diebus, Cæcellarius pro tunc magister Nicholaus Hertford, acerrimus sectator Iohannis VViclif, & quidam canonicus Leicestriæ, & alij qui non ascenderant per ostium in ouile scholarum, sed aliudè, potestate magnatum cõtra fratrum suorum & Abbatum proprii voluntatè. Hij omnes & plures alij ex eorum cõplicitibus peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt, nec suffecit scholis malè sentire de fide Catholica aut de cæteris in quibus errabant articulis, nisi publicis prædicationibus traherent in suæ prauitatis deuium Christi fideles. Ex quibus ille canonicus Leicestriæ (vt pateret quàm imperfectè viuendi normam didicerat ex doctrina sanctorum) asseruit in quadam prædicatione sua, se solummodò laudare suum ordinem, ex hoc quòd cæteris ordinibus erat propior & cõformior vitæ seculari. Qui vt erat in ceremonijs propior, optabat vt & in habitu cõformis esset, hoc solum eis deesse ad gradum perfectionis asseruit, quòd in habitu essent secularibus disconformes. Monachorum vitam & aliorum religiosorum imperfectionem esse dicebat, quòd pluribus obseruantijs astringebantur.

Hij clamoribus excitatus dominus Cantuariensis magister V Vilhelmus Courtney, vt erat vir (vt creditur) spiritu dei plenus, nō passus est tãtas nequitias habenas liberas possidere, sed mox vt erat in Christum domini consecratus, vt doceret sibi non iustitiã Phinees sed facultatem hæcenus defuisse in refrenandis animis irruentibus & infrænatiss, conuocatis fratribus suis suffraganeis, tractat de malitia temporis, edicit miseriam, & cõqueritur de filiis proditoris, qui sinu fori matris Ecclesiæ, conantur discerpere matrem suam. Tandem post tractatum habitum, auditis quorundam super ista re sententijs, deliberat penes se vel tot enormitates ad rectam regulam retorquere, vel caput exponere pro causa dei. Disposuit ergo primum, adhibitis quibusdam coepiscopis qui post Baalim non abierunt, & pluribus de sacræ paginæ professoribus, diuersitates lepræ discutere, quibus resperse erant oues erraticæ, & diligenter inspectis opinionibus infirmis, discernere inter lepram & lepram. Igitur asseruntur in medium tantæ fæditatis vlcera pastoris palpanda manibus, eiusquè ministerio Anathematis ignibus consumenda. Quæ seorsum singillatim ponemus, prout damnnari meruerunt.

1. Quòd substantia panis materialis & vini maneat post consecrationem in sacrosancto altaris.
2. Quòd accidentia non maneant sine subiecto post consecrationem in eodem sacrosancto.
3. Quòd Christus non sit in sacrosancto altaris ydempnice, verè, & realiter in propria præsentia corporali.
4. Quòd si Episcopus vel sacerdos existat in peccato mortali, non ordinat, conficit, nec baptizat.
5. Quòd si homo fuerit debitè contritus, omnis cõfessio exterior est sibi superflua vel inutilis.
6. Pertinaciter asserere non esse fundatum in Euangelio, quòd Christus missam ordinauerit.
7. Quòd debent obedire Diabolo.
8. Quòd si Papa sit præstigiator & malus homo, ac per cõsequens membrum diaboli, non habet potestatem supra fideles Christi ab aliquo sibi datam, nisi fortè à Cæsare.
9. Quòd post Vrbani sextum non est aliquis recipiendus in Papam, sed viuendum est more Græcorum sub legibus proprijs.
10. Asserere quòd est contra sacram scripturam quòd viri Ecclesiastici

*N. Hertford
& quidam canonicus Leicestriæ discipuli
& sequaces
Iohannis Wiclif.*

*Archiepiscopus
cum coepiscopis
de conuocatis
fratribus Wiclif.*

*Articuli Iob.
Wiclif ab Archiepiscopo
& c. damnnati.*

habeant possessiones temporales.

Notatis grauioribus culpis, dominus Archiepiscopus consequenter descendit ad minores, vt euellat & destruat, dissipet & disperdat, quæ filius perditionis seminauerat, omnia scandala in regno Dei, quæ partim hic inferius annorantur.

1. Quòd nullus prælatus debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat ipsum excommunicatum à deo. 2. Item quod sic excommunicans ex hoc sit hæreticus vel excommunicatus. 3. Quòd prælatus excommunicans clericum qui appellauit ad regem & cõsiliu regni, eo ipso traditor est dei, & regis, & regni. 4. Item qui dimittunt prædicare seu audire verbum Dei vel Euāgelium prædicatum propter excommunicationem hominum, sunt excommunicati, & in die iudicii traditores dei habebuntur. 5. Afferere quòd licet alicui Diacono vel præbytero prædicare verbum dei absque auctoritate sedis Apostolicæ vel Episcopi Catholici, seu alia, de qua sufficienter constet. 6. Quòd domini temporales possunt ad arbitrium eorum auferre bona temporalia ab Ecclesiasticis habitualiter delinquentibus, vel quòd populares possunt ad arbitrium eorum dominos delinquentes corrigere. 7. Quòd decimæ sunt puræ Eleemosinæ, & quòd parochiani possunt propter peccata suorum curatorum eas detinere, & ad libitum alijs conferre. 8. Quòd speciales orationes applicatæ vni personæ per prælatos vel religiosos, non plus prosint eidem personæ, quàm generales orationes eidem cæteris partibus. 9. Eo ipso quòd aliquis ingreditur religionē priuatam quamcunq; , redditur ineptior & inhabilior ad obseruantiam mandatorū dei. 10. Quòd sancti instituentes religiones quasquq; priuatas, tã possessionatorum quàm mendicantium, in sic instituēdo peccauerunt. 11. Quòd religiosi viuentes in religionibus priuatis, non sunt de religione Christiana. 12. Quòd fratres teneantur per laborem manuum & non per mendicationē victū suum acquirere, error damnatus ab Alexandro Papa quarto.

Archiepiscopus Cantuariensis mittit mandatu suum Cancellario Oxoniæ contra articulos prædictos.

Damnatis prædictis conclusionibus hæreticis & erroneis à domino Archiepiscopo & cætu sapientum, cõsequenter idem Archiepiscopus mandatum mittit cancellario Oxoniæ Roberto Rugge, in quo declarauit damnationem, & mandauit vt per se vel per alium easdem esse dānatas faceret publicè declarari. Prohiberet insuper hæc & cætera talia vel in scholis communicari, vel in prædicationibus attrectari de cætero, & eo effectualius laboraret in executione mandati sibi directi, quo dominus Archiepiscopus posset apertè cognoscere eū nullatenus talibus erroribus maculatum, aut talium prædicatoribus adherere, sed dissimulari non potuit malitia præconcepta in corde suo, quin patenter foris ostenderet venenum, quòd in eius animo firmauerat sibi sedem. Reuera diebus solēioribus, quibus eius incumbibat officio sermones in populo facere, cõmisit onus verbi hijs quos sciuit acerrimos Iohannis VViclif sectatores, spreto vel parumpenso Archipontificali mandato. Et quidem Philippo Ripindon præfato canonico de Leycestria, sermonem dicēdum assignauit in festo corporis Christi, in quo sermone inter multa quæ dixit abusiva talia perorauit. In doctrina autem speculatiua cuiusmodi est materia de sacramēto altaris: Ponam (inquit) custodiā ori meo donec deus aliter illustrauerit siue instruxerit corda cleri. Factūq; est, vt non emendationem malorum, sed augmentationem, idem Cancellarius mandato Archipræsulis vteretur, & ad irritationem patentiæ patientiæ & lenitatis. Quibus rebus nimirū Archiepiscopus exacerbatus, iterū recollecto cætu magistrorū, citari fecit ex post prædictū Cancellariū & cæteros superiùs nominatos, ad respondendum de tanto contemptu coram eis publicè, & declarādum quid de præmissis damnatis articulis ipsi sentirent. Qui tandem post multas tergiversationes, imponendo duplicem sensum in eisdem, & cauillationes diuersas,

coacti

coacti sunt, licet inuiti, simpliciter proferre sentire suū de prēmisis, facta prius protestatione, quod vellent & intenderēt esse humiles & fideles filij, & ecclesie in omnibus obedire. &c. Concesserunt igitur cunctas prēmisas conclusiones, intelligendo eas, prout verba sonant, fore vel hereticas vel erroneas, iuxta quod dominus Archiepiscopus & magistrorum cœtus (vt ante retulimus) plena deliberatione definierant de eisdem.

Comes Flandrie circa dies istos expellitur cū dedecore grandi de terra sua, *Comes Flan-*
 qui dum plus studet falsitati quā veritati, iniustitiæ quā æquitati, sentit re- *drie expellio*
 pentē manum domini aggrauatam super eum. Reuera Gandauenses cū *sur de terra*
 iam nullatenus eum fidem erga eos seruaturum agnoscerent, nec eis more do- *sua.*
 10 mini debito prætuturum, postquam multa mala eis latenter & apertē irrogas-
 set, vindicari statuunt in eum & adherētes sibi, si fortuna permittat. Quapropter in die Inventionis sanctę Crucis, qui est dies celeberrimus in tota Flandria, dicti Gandauenses latenter (cōgregatis innumeris de communibus & stipendiarijs Zelandensibus, necnon Brabantis & quibusdā Anglicis) hostiliter egressi sunt, & penē subito ad tertium miliariū à villa de Burges peruenerunt. Ductore quodā Philippo de Northfeld arcta villa, qui quondam consanguineus extitit Anglorum reginæ Philippæ. Comes ergo audiens de aduentu Gandauensium, repentē cum multis obuia est egressus. Bellum igitur est commissum in-
 20 ter eos atrocissimum, & cadunt hinc vicissim plurimi. Sed Burgeses sensere totum penē dispendium, prostratis in breui septem millibus ex eisdem. Cernēs autem comes partem suam totaliter infirmatam, & animos deficere reliquorū, concidit & ipse animo, & timidē fugiendo festinat ad Burges, quem Gandauenses ē vestigio insecuti sunt ad villam vsque de Burges, & portas violenter effregerunt, & fossas aqua repletas leui negotio transierunt. Nam villa non munitur muro, sed optimis fossis circumdatur & profundis: & sic in villam velociter irrupērunt. Impedimento erat eis paulisper fossarum transilitio quibusdā de villa repugnantibus, cū interim qui in villa fuere quinq; bella licenter ordinauerunt contra eos, & intra villam locauerunt. Quæ penē sine diffi-
 30 cultate vicerunt, dissipauerunt, & occiderunt, & comitem in Franciam fugere compulerunt. Peracta tandem strage belli, ad cædes ciuium conuertuntur. Discurrentes ergo per totam villam, scrutantur vbicunque locorum frequentatores istarum artium, videlicet piscariorum, pellipariorum, carnificum, & eorum quos Macleres vocant lingua sua, qui mercedes recipiunt ex vtraque parte pro negotijs expediendis: de quibus quosque repertos in ore gladij peremerunt. Excreuit autem numerus occisorum ad decem & septem millia virorum de Burges. Nonaginta verò de maioribus villæ de Burges, captos Gandauum transmiserunt, veruntamen nulli mercatori extraneo nocuerunt vel quicquam molestiæ intulerunt. Sed & Anglicis præcipuē pepercerunt, adeo vt si
 40 quis conuinceretur de bonis cuiusquā Anglici aliquid rapuisse, mox sine respectu misericordiæ capite plectebatur. Et cū cuiusdam Anglici compotatorium, quodd Comitor vocamus, esset contractum in prædicta deprædatione, & idem Anglicus de hoc deposuisset querelam capitaneo eorundem, cū interrogatus nesciret dicere quis hoc fecisset, capitaneus dedit ei equum suum, præcipiens ne de hac re vltius quæreretur, pro quo dictus Anglicus mox recepisse potuit octoginta florenos, cū refarcire damnum suum potuisset minus quā decem marcis. His itaque gestis, Gandauenses tam prudenter disposuerunt pro villa de Burges, vt infra triduum, omnia mercimonia & mercata ibidem (quod mirum dictu est) non minus apertē & quietē tenerentur & frequētārētur, quā triduo vel quatrduo tenebātur ante conflictum. Deposita villa more suo, Gan-
 dauc-

dauenſes regreſſi ſunt Gandauum in multis ſpolijs & triumpho, mittentes ex eis qui ſequerentur, & obſiderent eos qui ad munitionē de Vdenarde confugerant, & eandem contra eos præſumpſerant detinere. Fuerunt equidem nobiliores & valentiores milites & armigeri totius Flandrię, & putabant tum pro fortitudine loci, tum quia contigua eſt illa inimico prouincijs Galliarum, vnde auxilium eis de facili ferri poſſe credebant, ibidem ſe fore ſaluandos. Igitur obſidione diſpoſita, circumſederunt locum per totum tempus æſtiuale, quibus Comes Flandrię apud ſanctum Audomarum commorans plura damna pluries irrogauit vt ſubuenire poſſet obſeſis.

*Parliamentum
Londoni.*

Circa feſtum ſancti Iohannis ante portam Latinam conuocati ſunt ad parliamentum Londonias cuncti maiores regni, & qui de conſuetudine vocati ſolebant quamuis in quadrageſima præcedente factum fuiſſet aliud parliamentum, prout ſupra ſcripſi. In quo, petitione militū comitatuū, Iohannes Stravv, præſbyter, qui ductor fuit eorum qui inſurrexerāt apud Bury & Mildenhale, tractioni & ſuſpentioni adiudicatur, licet multi putarent eum fuiſſe pecunia redimendum.

*Quidam ne-
bulo phyſicus
equo impoſi-
tus mendacij
mercedem res
cepit.*

Londonijs eo tempore quidam nebulo prætendens phyſicum & astrologum proclamari per urbem fecerat, ne quiſquam in vigilia dominicę aſcencionis cubiculum ſuum exire præſumeret, antequam dixiſſet quinquies orationem dominicam, & comedendo ſoluiffet ieiunium, propter nebulam peſtilentem quæ eo die ſuperuentura fuit. Rogauerat inſuper ſe ſeruari interim, & pœna plecti fidens fortē in fatuitate ciuium, ſi ipſum ſuū vaticinium ſefelliſſet. Nam prædixit omnes ſubitō morituros qui ſecus quam ipſe conſulerat facturi eſſent. Plures igitur parentes conſilio ganeonis, eiquē credentes, eo die nec ad miſſas audiendas proceſſerunt, nec egredi voluerūt priuſquā illius diei ieiunium violāſſent. In craſtino cū mendacium latere non poſſet, captus eſt, & equo impoſitus, equinaq; cauda cōmiſſa ſuis manibus loco freni, & duæ ollæ quas Iordanēs vulgō vocamus, ad eius collum colligantur, cū cote in ſignum quod illam mentiēdo promeruit, & ita circumductus eſt per omnem ciuitatem in conſpectu cūctorum phyſicorum & chirurgorum digna de honeſtamenta recipiens 30 pro mercede.

*Anglici naue
Falconem à Pi-
ratis diripiūt.*

Propē tempus iſtud noſtrates cum quibuſdam viris de Rya, & nonnulli de patria ſunt egreſſi ad luſtrandum mare, & pugnandum ab incurſu piratarū, cū ecce repente vident quaſdam naues hoſtiles, inter quas conſpiciunt vnā nauem quæ quondam fuerat domini Thomæ de Latimer, & vocabatur Falco, propter inſigne falconis, quod poſitum erat ad cognitionem dictę nauiſ. Hæc dudum (præualentibus hoſtibus) capta fuit, & per eoſdem abducta. Hæc igitur cū noſtri vidiffent, & ad Anglorum dedecus ampliata, & inſigne priſtinum ſuperpoſitum in vituperium Anglicorum, ſe periculo cuncti deuouent, & ſtatuant extrema quæque pati, niſi eam victorioſe recuperare valerēt. Præmiſſis 40 ergo qui ſuaderent hoſtibus qui in ea erant, vt eam pacificē redderent, cū nihil præter cāchinnoſ recepiffent, ad conflictum ſe præparant hinc & inde, & poſt diuturnum belli congreſſum, noſtris præualentibus, reddita eſt nauis, occiſis priuſ in ea, & ſex alijs vaſis captis cum eadem, trecentis viris. Regreſſi ſunt quoque noſtri cum victoria commendanda, ducentes ſecū prædicta vaſa onuſta multis bonis, putā vino, cera, & diuerſi generis mercibus, non parum incolis profuturis.

*Dux Andegau-
nię coronatur
in regem Nea-
polis.*

Dux Andegauię coronatus ab Antipapa Auinione in regem Neapolis, circa dies iſtos carpit iter verſus Neapolim cum magna turba dominorū Gallię, & comite de Saueya ad deponendum Carolum, quem ſupra diximus à Papa coro-

coronatum in regem dicti regni, & quia regina victa iure conquestus occupauerat regnum illud. Fertur autem dux præfatus traxisse cum eo tria millia hominum armatorum, & mille balistarios, præter illos qui comitem de Saueia secuti sunt, quorum numerus (ut vsu vulgari loquar) ad sexcentas lanceas ascēdebat, & præter triginta galeas per mare destinatas, armatas optimè, & ad vsum prælij præparatas. Præmisit autem ante faciem suam in Italiam gentibus quæ in Lombardia & Tuscania commorantur, tres solemnes nuncios, ad manifestandum aduentum suum & aduentus causam innuens, videlicet se venturum ad succurrendum & iuuandum ac recuperandum Ioannæ reginæ, quam Carolus deposuerat, regnum illud. Et hæc quidem erant verba monstrata de foris ad omnes dominos & communes Italiæ per nuncios supradictos.

Londonienses isto tempore ceperunt ultra modum insolescere in perniciosum exemplum vrbium aliarum. Reuera freti maioris illius anni Iohannis de Northampton autoritate superciliosa, præsumperunt Episcopalia iura, multas dehonestitates inferentes, in fornicationibus vel adulterijs deprehensis. Captas nempe mulieres in prisiona quæ vocatur dolium, apud eos primò seclusas incarcerarunt. Postremò productas ad cōspectum publicum, decissa cesarie, ad modum furum quos appellatores dicimus circumduci fecerunt in conspectu cunctorum inhabitantium ciuitatem, præcedentibus tubicinis & fistulatoribus, ut latius innotescerent personæ earundem, nec minùs huiusmodi hominibus percererunt, sed eos iniurijs multis & opprobrijs affecerunt. Animati etenim fuerant per Iohannem V Viclif & sequaces eius, ad huiusmodi perpetrandum in reprobationem prælatorum. Dicebant quoque se abhominari curatorum non solum negligentiam, sed & detestari auaritiam, qui studentes pecuniæ omisissis penis à iure limitatis, & receptis nummis, reos fornicationis & incestus fauorabiliter in suis criminibus viuere permiserunt. Dicebant se utique pertimescere ne propter talia peccata in vrbe perpetrata, sed dissimulata, tota ciuitas quandoque deo vlciscēte ruinam pateretur. Quapropter velle se purgationem facere ciuitatis ab huiusmodi inquinamētis, ne fortè accideret eis pestis aut gladius, vel certe absorberet eos tellus. Erat autem maior eorum homo duri cordis & astutus, elat⁹ propter diuitias & superb⁹, quoniā nec inferioribus acquiescere, nec superiorum allegationibus siue monitis flecti valeret, quin quod inceperat proprio ingenio, toruo proposito ad quemcunque finem perducere niteretur. Habebat planè totius communitatis assensum ad noua moliendum, quia *Mobile versatur semper cum Principe vulgus*, & quò rariùs audita vel visa tentaret, eò auidius eum sequi ad huiusmodi negotia festinaret. Factumquè est ut curatus eorum Episcopus Londinensis, veritus indisciplinatum cum capite vulgus, & malitiam temporis, contra eos procedere non auderet. Sed & ipsum Archiepiscopum irreuerēter turba præsumpsit in ciuitate sedentem impedire, cum processum fuisset contra quendam Iohannem Aston magistrum in artibus, & arctissimum sequacem Iohannis V Viclif, extractis foribus conclauis, in quo idem Archiepiscopus sedit cum turba theologiæ & iuris professorum. Nec suffecere eis ista, quin apponeret maior supranominatus (adiutorio & fauore cōmunis plebis) omnes piscarios ciuitatis ad tantam miseriam illo anno producere, ut melioris conditionis esset extraneus quisque piscator, quàm illi qui ciuilitatem vrbis vel hereditariè vel emptione possidebant. Reuera cuilibet licebat forinseco, suos pisces in propria persona infra ciuitatem vèdere, eum piscarijs ciuitatis adempta facultas fuisset ita facere sub magna forissactura, corporibus eorum nihilominus carceri detrudendis, si contrauenire tentarent. Quid plura? in tantum arctauit eosdem piscarios ut compulsi faterentur apertè, attem quam hætenùs exercue-

*Perturbatio-
nes per Lon-
dineses.*

*Mobile versatur
semper cum Principe
vulgus.*

exercuerant, non esse artem nec pro arte computandam, aut nominandam inter ceteras artes ciuitatis, effecitque ut qui antea superiores in ciuitate fuerant, vix inferiores esse permitterentur. Eos autem qui per ante banniti fuerant, & quibus interdictum est, ne consilijs & tractatibus ciuitatis interessent de cetero, ad gradum pristinum reuocauit, quorum consilio & ordinationi subiecta est tota communitas cum ipsa ciuitate, qui studentes quomodo quam maximè communibus complacere possent, & Maior eorum eis fieri valeret acceptior. Nullum permiserunt forinsecum piscatorem transire per urbem ad differendum patriæ victualia, sed omnes expectare fecerunt ibidem, & communibus vèdere pisces suos, appposito præcio iuxta voluntatem Maioris. Cômune 10 vulgus igitur cernens forum vœnalianum emendatum, vsque ad sydera Maiorem extollunt, & iam habentes odio conciuēs suos piscarios, eos exterminare (si id oporteat & maiori placeat) sunt parati. Sed de patria conuicina in his omnibus nihil cogitarunt, quæ de eorum abundantia summam patiebantur inopiam, dum nihil patriæ inferre permiserunt. Enimuerò illis viluit præcium marinorum piscium, patriæ autem non tantum carum sed omnino carum factum est illis impredientibus comœatum. Contigit ergo ut vnde maior urbano- rum fauorè meruit, inde maledictionem incurrit & odium totius patriæ conuicinx. Et Londonijs quidem eo tempore res ita se habebant.

Terræmotus.

Hac æstate in Anglia terræmotus est magnus, vbi rarò cernitur vel auditur, duodecimo Calendas Iunij hora nona multorum mortaliū corda deterrens. In Cantio tamen vehementius terra tremuit, in tantum ut ecclesias quasdam concuteret, & dirueret solo tenus. Secutus est & alius terræmotus nono Calend. eiusdem mensis summo mane ante solis ortum, sed non ita terribilis sicut prior.

Cardinales perterriti à Romanis.

Romani eo tempore seditiosi & inquieti insurgere contra Papam & Cardinales cœperunt, & tantum terrorem Cardinalibus incusserunt, ut penè fugerent vniuersi, vel diuerticula quærentes & latebras, quibus saluari possent à facie furoris crudelis & indisciplinatæ plebis. Sed dominum Papam in sua iustitia confidentem & adiutorio sperantem altissimi nō plebs armata, non clamor horribilis, non discursus inordinatus vulgi perterrituit, quin confidenter assumpta cruce sua manibus egrederetur ad eos, huiusmodi verba faciens ad eosdem. Quid est (inquiens) filij, quid molimini, subuertere nitimini amicos vestros? Quid in vos peccauit Collegium fratrum meorum? quare exarsit ira vestra in eos qui vos diligunt? aut certè si me quæritis, cur moramini caput meum tollere? Ecce caput in manibus vestris est, si placet tollite ut pax reformetur: si tamen hoc opus habetis. Videntes autem Romani tantam in viro constantiā, tanquam telo trabali percussi, cuncti protinus corruerunt ad terram, indulgentiam implorantes flebiliter de commissis, & paternam benedictionem humiliter postulantes. Quibus dominus Papa (elevata manu) libenter benedi- 40 ctionem impartitus est, monens vnumquemque cum pace ad propria remeare, & à talibus, tumultibus & seditionibus impoſterum temperare. Qui parentes paternis monitionibus, non sine grandi miraculo, deposita suæ feruoris malitia, ad propria sunt reuersi.

Papa confirmat Iohannem Tymworth in Abbati sancti Edmundi, sed nō sine pecunia.

Dominus Papa sub istis temporibus postquam distulisset per amplius quam biennium electionem factam de Iohanne Tymvorth apud Bury confirmare, tandem regalibus & procerum litteris pulsatus frequentibus, Edmundum Bromfielde (cui contulerat Abbathiam de Bury) transtulit ad Abbathiatum cuiusdam monasterij in VVasconia: si tamen regi placuerit eundem Edmundum à diutina quam pertulerat carceris custodia liberare. Iohanni

ni verò Tymvorth non confirmando electionem de ipso factam, sed per provisionem concessit Abbathiam, ita duntaxat vt solueret Romanæ Curie duplicis vacationis cēsum, videlicet pro Iohanne Brinlee & Edmundo Bromefield, & ita videbatur nouissimus error esse peior priore. Fratres tamen monasterij tamdiu paterno destituti solatio, ad hanc formam consenserunt, non considerantes quod eundem Edmundum prius prouisionaliter eis datum abegerant, & quanta pro tuitione causæ suæ profuderant, ne videlicet electio facta per eodem locum non haberet. Regi verò regioq; consilio non placuit ista forma papalis collationis, tum quia credebant electiones in futurum faciendas per eandē
 10 si admitteretur periclitari, tum quia turpe videbatur eis flecti de causā, quātam diu dictante conscientia defenderant studio pertinaci. Et ita videbatur amor iuris & æquitatis dilectio inter monachos quodammodò dormire inter seculares & laicos vigilare. Hoc anno mense Decembri stella cometa apparuit in occidente amplius quā per quindenam.

Dominus Richardus Scrop miles, quem supra docuimus per regni communitatem & assensum dominorū electum in regni Cancellarium, per dies istos de
 1 iicitur de officio Cancellarij, quod laudabiliter administrauerat & prudenter. *Richardus Scrop miles priuatur officio Cancellarij.*
 Causa deiectionis eius exiitit pertinax resistantia regi voluntati, qui desiderabat semetipsum exinanire vt forinsecos exaltaret. Enimvero post mortem Edmūdi de Mortuomari comitis Marchiæ, aliorumquē dominorum qui nuper in facta concesserant, accedentes ambitiosi, tam milites quā armigeri & inferioris
 20 gradus famuli ad regem, postulabant ab eo terras certas, & dominia mortuorū sibi concedi, pro tempore quo de regni consuetudine rex deberet ea in manibus retinere. Quibus rex virore puer nihil moratus, postulata concessit, & mittens eos ad Cancellarium, iussit vt eisdem chartas sigillo magno signatas contradiceret iuxta arbitrium voluntatis eorum. Cancellarius autem qui cupiebat arden
 30 ter regni profectum, regis quoque commodum, negauit eis planè petita. Asserens regem ære alieno multum prægrauatum, opus habere talia contingentia penes se detinere, vt per ea debita sua possit in parte debitoribus restituere. Ipsos autem qui nouerūt quibus debitis rex obligatus erat, non esse fideles regi, dū magis suę cōsulerent auaritiæ, quā vtilitati regiæ, emolumenta talia postulantes, & priuata commoda publicis necessitatibus præponentes. Quapropter desisterent ab huiusmodi postulationibus, & contenti essent superioribus regis largitionibus quæ satis erant competentes eis. Scientes, proculdubio ipsum nullas chartas confirmatorias eisdem facturum aut sigillaturum de huiusmodi regis donationibus, qui nondum pueriles annos excefferat, ne fortè malas ab eodem grates reciperet in futurum.

Igitur reuerſi qui à Cancellario talia venerant petituri, renunciant regi ob
 40 ſtinatum esse animum Cancellarij, & nihil eum velle facere regis ad imperiū, sed
 contemnere potiùs regale mandatum, regem cum ſeueritate debita, tam effenatam inobedientiam debere celeriter coercere, aut eiò futurum esse, vt regis honor vileſceret apud ſuos & imperium non valeret. Rex ergo qui ſapiebat vt paruulus, plus attendens delatorum falſas machinationes quā ſui Cancellarij fideles allegationes, in furoris ſpiritu mittit, qui ſigillum ſuum expeterent ab eodem & ſibi deferrent. Et cū iterum atque iterum miſiſſet Rex per ſolemnes nuncios vt ſigillum ſibi remitteret, Cancellarius ita reſpondit, ſigillum (inquit) paratus ſum reſignare, non vobis, ſed ipſi qui mihi illud ſeruandum tradidit, nec erit medius portitor inter me & illum, ſed ego reſtituam illud manibus ſuis, qui mihi proprijs non alienis manibus commiſit illud. Et ita pergens ad regem, ſigillum quidem retradidit, & ſe fidelem regi (ſicut haſtenus) fore repromiſit.

Officiarium

Officiarium tamen se futurum sub illo impofterum denegauit. Et ita rex recepto sigillo, multis diebus quicquid libuit faciebat, donec magister Robertus Braibrook Londoniensis Episcopus officium Cancellarij suscepisset. Audiētes igitur non solum magnates regni, sed & ipsa communitas, regem contra regni consuetudinem, Cancellarium deposuisse captiose, quem tota regni nobilitas cum suffragio totius vulgi delegerat, indignati sunt valde. Nemo tamen audebat aliquid palam loqui de materia propter malitiam regi assistentium, & ipsius regis irrationabilem iuuentutem. Et ita regis regniq; commoda subpeditata sunt a facie insipientiæ regis, & a malitia inhabitantium cum eodem.

*Conspiratio
inter homines
de Northfol-
cia.*

Circa festum beati Michaelis Archægeli, quidam in Northfolciæ dæmone agitati, quos non castigauerant aliena pericula, mortes aut tormenta non teruerant aliorum, facta conspiratione congregauerunt iniquitatem sibi, & firmiter statuerunt (si fortuna faueret) Episcopum Norwvicensem, & cunctos maiores patriæ interceptos inopinatò necare, & (vt maiori fulcirentur potentia) nundinas apud sanctam Fidem adire latenter decreuerunt, & cunctos cōgregatos ibidem cogere, vel in sua vota iurare, vel sine dilatione trucidare. Quibus ad effectum productis, cogitauerunt occultè præoccupare Abbathiam sancti Benedicti de Hulmo, quod fortis munitio videbatur eis futura si aliquid periculi contra eosdem perfidos immineret. Sed hæc omnia antequam ad effectum perducere possent compressa sunt, vno de coniuratis prodente consilium reliquorum, vnde contigit, vt inopinatò caperentur conspiratores, & dignam malitiæ suæ apud Norwvicum subirent pœnam, capitibus amputatis.

*Parliamentum
ad quod vene-
runt Flandren-
ses.*

Circa idem tempus vocati sunt ad Parliamentum (prout moris est) maiores regni & quorum intererat de consuetudine interesse. Ad quos venerunt maiores de Flandrensibus, missi de Flandria per conciuēs suos, ad supponendum se & terram suam domino Regi Angliæ eorum domino naturali, scilicet Comite Flandriæ abdicato. Et quoniam minus sufficiens esse videbatur ista legatio, remissi sunt ad reducendum cum eis quosdam de singulis villis Flādræ, qui maioris reputationis essent & famæ, de quibus merito constaret, quòd potestatem haberet tractatum huiusmodi facere, & pactum firmare super premissis. Quorum aduentum simul & petitiones ac responsa que ceperunt, cum locus & tempus se ingesserint, describemus. In isto parlamento maior Londoniarum cum magna parte communitatis, facta suggestionē regi & consilio de fraude ac deceptione quā (vt assererat) exercuerant piscarij in distractione victualium, impetrauerunt, ne de cætero vllus eorum vel reliquorum qui victualia distrahāt, putā vinum, carnes, aut qui de numero sunt apothecariorum elegantur in maiores ciuitatis. Et ita indies elaboratum est per Maiorem, ne vnquam piscarij occasionem possent habere ad gradum pristinum aspirandi, adempto ipsis tantæ dignitatis honore. Considerans insuper Maior domini Iohannis Philpot authoritatem in ciuitate plurimum præualere, & cognoscens quòd amicus erat his quibus Maior ipse inuidebat, abdicari fecit eum ne de cætero tractatibus secretis ciuitatis & consilijs interesset, virum videlicet qui plus cunctis pro libertatibus ciuitatis laborauerat & honore. Alios autē (vt præmittitur) qui quondam falsi reperti fuerant, & propter hoc abdicati, ad tractatus vrbs & consilia reuocauit, *Dans veniam Cornis, vexans censura Columbas.*

*Bulla papalis
episcopo Nor-
wicensi dire-
cta.*

Episcopus Norwvicensis dominus Hentricus le Spencer parū ante istud tempus receperat bullas à domino Papa sibi directas ad cruce signandum quoscunque volentes cum eo proficisci in Franciam ad destructionem Antipapæ, qui se Clementem appellauit, & sanctificandum bellum contra quoslibet adherentes sibi. Quas bullas, quia ei magnam contulerant potestatem, fecit in parlamento

liamento publicari & earum exemplaria fecit dirigi circūquaq; & in ostijs ecclesiarum, & in pratis monasteriorū publico cōspectu iussit affigi. Bullam præterea quam Papa sibi misit, & ius suū & iniuriam quam irrogauerant ei aut Papales declarantē publicauit ibidem, cuius tenorem non de verbo ad verbum, sed effectum præsentibus inseremus.

Bulla Papalis, in qua Papa conqueritur de filiis quos exaltauerat Romana Ecclesia, qui vetſa vice conati matrem suam viperinis conatibus laniare. *Effectus prædictæ Bullæ.* Vnde dominus Papa de suorum confratrum consilio, decreuit exurgere contra eos & adherētes eis & fauētes, qui colligationes, conspirationes & machinationes diuerſas facientes in Ecclesia Dei, schisma & diuisionem ponere, & ciuitatem Anagninā, & castellū sancti Angeli de vrbe, & nonnulla alia castra, terras & loca Paschalia occupare præsumpserunt, & insuper venire fecerunt ad ciuitatem & alias terras prouinciæ suæ Campaniæ violenter occupandas multitudinem gentium, armigerorum, quæ Britones, Vascones nuncupantur, qui ibidem plura homicidia, sacrilegia, rapinas, depopulationes, & alia mala ac damna & scelera perpetrarunt. Et cum exhortasset eos vt ad eorū redirent per Petrū episcopū Portuensem aliosq; duos Cardinales, & multos honorabiles & probos viros, ac etiam per litteras suas iteratis vicibus, & ipsi nihilominus contempnissent eius monitis obedire, quem dudum in vrbe per ipsos & alios ad quos spectabat in Papam elegerant, ac debitis & consuetis solennitatibus obseruatis in throno zauerant ac publicè coronauerant, & quem tanquam Papā summi pontificem in missarum solennijs & consistorijs publicatis & priuatis consulendo, & ordinando de statu Romane Ecclesiæ, ac reipublicæ, per plures dies tractauerant, recipiendo ab eodem ecclesiastica sacramenta, ac dignitates, ac beneficia ecclesiastica pro se & alijs ab eo impetrando, diuerſos libellos diffamatorios fecerunt, & illos ad diuerſos prælatos & mundi principes transmiserunt, per quos asserēbant eum nō verum Papam fore, ac multa alia & enormia de ipso dicere præsumpserunt, & tandem cū quibusdā alijs quos cum eorum suggestionibus ad eorū impiū propositū attraxerant, cōgregati in domo iniquitatis filij Honorati Caietani, olim comitis Fundorū, cū ipsius Honorati auxilio & fauore, Robertū olim Basilicæ. 12. Apostolorū vulgariter dictū Gebenensem, Iohannes Carter sancti Clementis vulgariter dictus, maioris monasterij præbyter cardinalis, & Petrus olim Tarter sancti Eustachij diaconus Cardinalis, temerè eligendo Antipapam fecerunt, ipsūq; ausu sacrilego Papam nominare præsumpserunt & præsumunt. Ipseq; Robertus se Papam nominare ausu temerario non erubuit. Præterea cū etiam iniquitatis alumnus Petrus olim Archiepiscopus Arelatensis, & camerarius eiusdem domini Papæ, diabolico spiritu instigatus, de vrbe prædicta (vbi cum eo erat) absq; licentia sua, & quasi furtiue recessit, & de Camera Papæ quamplura iocalia & alias res magni valoris & præciosa, ad dominum Papam & Romanam Ecclesiam pertinentia, secum asportauit, & ad dictam Ciuitatem Anagninam se conferens, cum prælatis secularis diuerſas conspirationes & colligationes ordinare & facere, & ad conducendū dictas gentes, armigeros, ad dictā Ciuitatem Anagninam, consiliū, auxilium & fauorem præbere. Et tam ipsi, quàm prohibitionis filij, Iacobus olim Patriarcha Constantinopolitanus, Nicholaus olim Archiepiscopus Censens. Petrus olim Vrbinas, Petrus olim Axutis Flaston. Iohannes olim Gebenensis, & Franciscus olim Gaiciens. Episcopi, Bertrandus Ratim olim clericus Camere Apostolicæ, & Marcellus Casillij olim rector Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Pediscriptæ propè Neapolim & ac etiam iniquitatis filij, Honoratus prædictus, Anthonius olim Comes Casertan. Franciscus de Vico olim præfectus

fectus vrbis, Iohannes de Malaſtrete, Nicholaus Spinellus de Iumenatio, aliàs dictus de Neapoli, Silueſter Bude, Bernardus de Laſala milites, & Guilhonetus de Laſala domicellus præſato Roberto adherere, credere, ac fauere, & cum Papam prædicare, & prædicari facere non verentur. Ipſumquæ dominum noſtrum Papam non fore Papam nec Romanum pontificem, eorum falſis & confictis mendacijs aſſeuerant, ac Franciſcus de Vico ciuitatē domini Papæ Viterbienſem, & Iohannes de Malaſtrete, Silueſter Bernardus, Petrus de Laſaga, & Guilhonetus, cum eorum complicitibus, dictam ciuitatem Anagniam, & alias terras Papæ occupare, & occupatibus fauorem præbere præſumpſerunt, crimen hæreſis, ſchiſmatici, læſæ Maiestatis, & apoſtaſiæ damna- 10 biliter incurrendo. Cumquæ huiusmodi exceſſus & ſcelera eſſent adeò notoria, quòd nulla poſſent tergiuerſatione celari, Dominus Papa ad maiorem certitudinem eorundem, Iohanni titulo Sanctæ Sabinae, & Gulielmo titulo Sancti Eusebii præſbyteris Cardinalibus ſucceſſiue, & indiuiſim commiſit vt ſe de prædictis informarent, qui informationem huiusmodi per eos debitè receptam domino Papæ in conſiſtorio retulerunt, prædicta exceſſus & ſcelera fuiſſe, & eſſe notoria, & eſſe manifeſta. Et tandem dominus Papa nequiens abſque graui offeſſa Chriſti, & remorſu conſcientiæ tot & tantos exceſſus amplius tolerare, aduerſus præſatos ſceleratos viros in virtute altiſſimi de dictorum fratrum conſilio (vt præmittitur) exurgere dignum duxit, & contra ipſos procedere iuſti- 20 cia mediante. Ipſis igitur ad hoc legitime citatis, & alijs debitis iuris ſolemnitatibus obſeruatis per Papalem diffinitiuam ſententiam, decreuit & declarauit prædictos Robertum, Iohannem, Geraldum, Petrum, olim Cardinales, nec non Iacobum olim Patriarcham, Petrum olim Arelatenſem. &c. fuiſſe & eſſe ſchiſmaticos, & contra Papam conſpiratores, & blaſphemos, & tanquam hæreticos puniendos, & reos criminis læſæ maiestatis, ipſosquæ pariter excommunicatos & anathematizatos, & incidiſſe in pœnas & ſentētiās tam à iure quàm ab homine in talia perpetrantes inſictas & promulgatas. &c. Ac etiam declarauit dictos Robertū. &c. fuiſſe, & eſſe depoſitos, & ab omnib⁹ beneficijs eccleſiaſticis quibuſcunque fuiſſe & eſſe priuatos & inhabiles, & inhabilitauit etiam 30 ad habenda. Declarauit etiam prædictos Patriarcham, & Archiepiſcopos, & Epicoſos depoſitos ab omnibus dignitatibus Pontificalibus. &c. Nec non prædictum Honeratum. &c. depoſuit dominus Papa ab omnibus dignitatibus & honoribus, & gradu militiæ, & cingulo militari. Priuauit, ac etiam declarauit tam prædictorum olim Cardinalium, quàm etiam omnium aliorum ſuperiūs nominatorum bona & immobilia, ac iura & iuriſdictiones fuiſſe & eſſe conſiſcata, & perſonas eorum deſtabiles fuiſſe, & eſſe exponendas, & eas expoſuit à Chriſti fidelibus capiendas, vt ſic captæ, ſi abſque eorum fuga & euafionis periculo fieri poſſet, eidem Papæ indilatè tranſmitterentur, alioquin arētis carceribus traderentur, & ſub fida cuſtodia detinerentur, donec 40 aliud ſuper hoc ipſe mandaret. Credentes præterea, receptatores, & defenſores eorum, & fautores excommunicationis ſententiæ innodauit, abſolutionem ipſorum præterquam in mortis articulo Romano Pontifici reſeruata. Decreuit inſuper, quòd quicunque aliquem ipſorum ſcienter præſumeret Eccleſiaſticę tradere ſepulture, excommunicationis ſententię ſubiacerent, à qua abſolui præterq̃ in mortis articulo nō poſſent, niſi prius proprijs manibus extumularent, & procul eijcerent ab Eccleſiaſtica ſepultura corpora eorundem. Et ſubſequēter inhibuit omnibus Chriſti fidelibus &c. ne in locis ſuis aliquem prædictorum ſcienter reciperent, ſeu eis ad illa loca in quibus prædicti damnati vel aliquis illorum habitarent, vel moram traherent, blada, vinum, carnes, pannos

pannos, ligna, vel vlla victualia, ad eorum vsum vtilia, portate, mittere, seu portari, mitti, aut deferre præsumerent, si hoc prohibere possent. Prohibuit insuper dominus Papa ne quis impedire præsumeret quouismodo, quo minùs prædicti Robertus. &c. caperentur, detinerentur, & ad eum transmitterentur: præcepit quoque, vt quilibet auxilium præstaret ad captionem eorundem. Qui verò contra præmissa facerent, seu qui præfatum Robertum qui se Clementem Papam nominat, scienter Papam nominarent, vel tenerent, vel ipsum Papam crederent vel prædicarent, si persona singularis, excommunicationis, si verò communitas vel vniuersitas esset vt interdicti sententias incurrerēt, & ciuitates ac terræ eorum aliorum carerent commercio ciuitatum, locorum atque terrarum, ac ciuitates ipsæ se noscerent pontificali dignitate priuandas, & quòd huiusmodi excommunicationis sententia nullus ab alio quàm à Romano pontifice (præterquam in mortis articulo) absolui, nec interdictum huiusmodi per alium possit quàm per eundem pontificem Romanum relaxari. Inhabilitauit insuper omnes qui à præfato Roberto quolibet beneficia acceptarent. Dedit deinde præfato Norwicensi Episcopo potestatem publicandi per se vel per alios omnia præmissa, & cōtra præfatos damnatos procedēdi. &c. Concessit præterea dominus Papa omnibus verè penitentibus & confessis, qui præfatū Robertum Antipapam & alios damnatos prædictos, & eorum complices expugnabunt in personis proprijs vel alienis, & super hoc per vnum annum incipiendum, à die quo Episcopus Norwicensis duxerit ordinandum continuè, vel interpolatum in executione huiusmodi laborabunt, Ecclesiæ sequendo vexillum tam clericis quàm laicis, & eis insuper qui eis duntaxat expensas iuxta quantitates & facultates suas destinabunt, vel Episcopo, vel alteri deputando per eum ministrabunt sufficientia stipendia, & destinare valeat idoneos bellatores per dictum tempus bellaturos. & moraturos ibidem, illam indulgentiam quæ concedi consueuit, proficiscentibus in subsidium terræ sanctæ.

Priuilegia per sanctissimum in Christo patre, & dominum Urbanum diuina prouidentia Papā sextū domino Henrico Norwicensi episcopo cōceduntur. In primis quòd dictus Episcopus possit exequi capitalia contra Antipapam, & ei adherentes, fautores, & consiliarios vbicunq; locorū cum manu forti. Item habet potestatem publicandi processus contra Antipapā, & ei adherentes, & quoscūque alios per dictum dominum Romanū pontificem cōtra ipsos & ipsorū singulos fulminatos. Item habet potestatem inquirēdi summarie, & de plano de omnibus & singulis schismaticis, & ipsos incarcerandi, & ipsorum bona mobilia & immobilia cōfiscandi. Itē habet potestatem priuandi laicos schismaticos quibuscūq; officijs secularibus, ipsaq; officia conferēdi alijs personis idoneis. Itē habet potestatem priuandi & priuatos declarandi quoscunq; schismaticos clericos in hac parte, ipsorum beneficia, cū cura vel sine cura dignitates, personatus, vel officia conferēdi alijs personis idoneis. Item habet potestatem in personis exemptis, laicis & clericis, secularibus & regularibus, etiam si fratres fuerūt de ordine mendicantiū, seu præceptores, aut aliarum professi domorū, vel hospitalis S. Iohānis Ierosolomitanae, aut beatæ Mariæ Theutonicorū, vel cuiuscūq; aliorū ordinū professores. Itē habet potestatem dispēdādi cū quibuscūq; clericis secularibus beneficiatis cū cura vel sine cura, etiā dignitatibus, personatus, vel officia habētibus, etiā regularibus exemptis vel nō exemptis, quòd ipsorū singuli poterunt secum abesse de ipsis beneficijs, dignitatibus. &c. sub vexillo crucis sine licētia ipsorū prælatorū obtenta, cū integra perceptione fructuū beneficiorum suorum, ac si personaliter residerent. Item conceditur omnibus transeuntibus suis proprijs sumptibus & expensis, vel etiam alicuius expensis plena remissio peccatorum,

Priuilegia cō-
cessa à Papa
episcopo Nor-
wicensi pro
executione
præmissorum.

catorum, & tot priuilegia conceduntur secum transeuntibus in terræ sanctæ subsidium. Item illi qui proprijs bonis & facultatibus ministrabunt sufficientia stipendia idoneis bellatoribus iuxta discretionem dicti domini Episcopi vel alterius deputandi per eum, licet ipsimet personaliter non interfuerint in executione negotij prædicti, consimilem habebunt remissionem peccatorum, vt supra, & indulgentiam, sicut secum personaliter interessent. Item huius remissionis sunt participes omnes, qui ad expugnationem dictorum schismaticorum dicto Episcopo de bonis suis congruè ministrabunt. Item si aliquem sequendo vexillum per iter arreptum mori contigerit, vel interim ipsum negotium congrua terminatione compleri integrè percipiet ipsam gratiam, & erit par- 10 ticeps indulgentiæ & remissionis memoratæ. Item habet potestatem excommunicandi, suspendendi, interdicendi quascunq; personas rebelles, seu impendentes ipsum exercere potestate sibi commissam, cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, præheminentiæ, ordinis, loci, conditionis extiterint, etiam si regali, aut reginali, aut imperiali, seu quauis alia Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate. Item habet potestatem compellendi quoscunq; religiosos, etiam de ordine medicantium professores, si sibi videbitur expediens destinare seu transmittere pro executione prædictorum.

*Mandatum
Episcopi Nor-
wicensis clericis
& rectoribus
ad publicandū
bullam præ-
dictam.*

Henricus permissione diuina Norwicensis episcopus, sedis apostolicæ nūcius, dilectis nobis in Christo omnibus & singulis rectoribus, vicarijs & capellanis 20 parochialibus per ciuitatem & diocēf. Eborac. constitutis, salutem in domino. Licet vobis omnibus singulis autoritate apostolica in domino exhortauimus, & districtè præcipiendo mandauimus, quatenus vestris parochianis cruciatam nobis commissam & eius virtutem pro tempore & loco magis oportunis publicaretis, cuius sustentatores, fautores, & auxilatores, secundū nostram seu nostrorū deputatorum discretionem plena conceditur remissio peccatorum, & ultra hoc salutis æternæ pollicetur augmentum, prout in litteris Apostolicis per totam Angliam legitimè publicatis plenius continetur. Et quia ex relatione fide dig- 30 norum facta sentimus, quod exhortatio nostra & mandatū nullum aut modicum sortiuntur effectum, maximè (vt creditur) propter negligentiam curatorū in diminutionem fidei catholicæ, & periculum animarum quæ faciliter consilio & exhortatione vestra præfata priuilegia, & gratiam consequi potuerunt sempiternā. Quapropter nos animarū salutem & profectum affectantes, ne huiusmodi gratiæ spiritualis & insolite præciosum munus, seu vestra potestas aliquē parochianū vestrum quantum in nobis est lateat in futurum. Nomina autē singulorum parochianorū vestrorum scribi faciatis, summas & donationes solutium super ipsorum nomina signando, & non soluētes de diebus in dies quociens quando plus expedit, non solum diuites sed pauperes ad similitudinē pauperulæ viduæ, sanos, & valetudinarios maximè in confessionibus prudenter tractetis & inducatis, vt huiusmodi sancto viagio in destructionem & exterminium 40 hereticorum modernorū manus apponāt adiutrices, vt meriti & præmij in hac parte indultorum valeant esse participes, & vos ex hoc ab onere curæ vestræ plurimū releuari. Insuper huius viagij sancti perturbatoris, seu nostris mandatis veriū apostolicis rebelles schismatis moderni fautores citetis, seu citet aliquis vestrū peremptoriè, quod certo termino per vos vel aliquem vestrum præfigendo, compareāt personaliter coram nobis, vel commissarijs nostris in ecclesia cathedrali sancti Pauli Lōdoniensi, ostensuri & proposituri pro termino præciso, & peremptorio, quare incensuras contra talia perpetrates fulminatas pronūciari non debeāt, incidisse vteriusq; facturi & recepturi quod iusticia suadebit, de nominibus & quantitate elemosinam in hac parte conferentium necnon de diebus

diebus citationis vestre, modo & forma eiusdem nos vel nostros commissarios discretè & prudenter certificetis, seu certificet aliquis vestrum, de quibus omnibus & singulis, & cuiuslibet vestræ conscientiam oneramus, vobis in virtute obedientiæ qua sedi apostolicæ tenemini firmiter iniungentes quatenus præsentis literas nostras inter parochianos vestros publicatas copijs penes vos retetis, ipsas ad curatum proximum in diocesi præfata celeriter transmittatis. In cuius rei testimonium sigillum cruciatum quo in hac parte utimur præsentibus apposuimus. Dat. in hospitio nostro apud Charyngu iuxta Westmonasterium. 9. die mensis Februarij. Anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo secundo, & consecrationis nostræ tertio decimo.

10 Authoritate Apostolica mihi in hac parte commissæ te A. B. ab omnibus peccatis tuis ore confessis, & corde contritis, & de quibus confiteri velles, si tuæ occurrerent memoriæ absoluius, & plenariam tuorum peccatorum remissionem indulgemus, & retributionem iustorum ac salutis æternæ pollicemur augmentum, & tot privilegia quæ in terræ sanctæ subsidium proficiscentibus conceduntur tibi concedimus, ac Ecclesiæ vniuersalis synodi, & Ecclesiæ sanctæ catholicæ orationum & beneficiorum suffragia tibi impartimur.

Forma absolutionis.

Vix parlamento terminato lugubria noua feruntur è Flandria de solutione obsidionis villæ de Ovdendarde, & de morte Philippi de Nartfelde, & confusione magna Flandrensiū per bellum Britonum & Francorum. Enimvero rex Fraciæ cum omni milita suæ terræ, & quibuscumque quos poterat de exteris regionibus in auxilium euocare, Flādiā est ingressus, quibus Gandauenses incunetanter obuiā exierūt, sperantes in auxilio sociarum ciuitatū & villarum Flandriæ, quod fuit eis causa magnæ ruinæ. Reuera cum ad bellum peruentum esset, & iam inclinari cepisset status belli, de parte Francorum superuenit multitudo maxima de villa de Burges & partibus adiacentibus, quasi ad auxilium ferendum Gandauensibus, quem tamē eosdem prodere cogitabat. Igitur Gandauenses nihil doli metuentes, sed instanter & animosè pugnantes, cōciues proprii de Burges aggressi sunt à tergo hostibus afferentes auxilium, & illis ante, istis retro cædentibus Gandauenses inopinatō perterriti, pugnandi animos dimiserunt, sicquē factum est, ut leui negotio vincerentur, occis in eo bello viginti quinque millibus Gandauensium & sociorum.

Solutio obsidionis villæ de Ovdendarde cum magna confusione Flandrensiū.

Hoc ergo bellum Francis animum attulit, & Gandauensibus ademit spem resistendi, donec iteratō nouo suffragio fulti, vel in Francos vel in patriotas iniurias suas vlcisci valerent. Gandauenses idcirco compulsi fugere, propriam villam petierant, sed iniustitiam deficientium sociorum mox ultio iusta secuta est. Nam Burgeneses & cæteri eorum complices qui malitiosè suos prodiderant, quos adiuisse debuerant, subito senserunt semetipsos in grauibz miserijs constitutos. Quia Gallici nullam fidem aut gratiam illis pro tali facto debentes, 40 ingressi villam de Burges, & omnes alias villas prouinciæ expulerunt è suis proprijs laribus, proditores, & quæque præciosa diripientes ad Gallias transmiserunt, & ipsos proditores vestigales esse regi Franciæ statuerunt. Itaque factum est, ut conditio Gandauensium superatorum multo melior esset quàm Burgenensium proditiosè victorum. Quia illis & propria ciuitas libertasque remansit, istis nihil omnino neque ciuitas, neque libertas, nec possessiones remanserunt. Superauerant utique Burgeneses, si non desertis socijs opem tulissent Gallicis, Francos à direptione rerum suarum temperaturos post victoriam. Sed secus accidit quàm sperabant. Nempè Gallici ex insperato omnes villas & loca eorum qui eis detestandum tulerunt auxilium, armatis hominibus munierunt, & inter eos degentes ipsos diris seruitijs oppræsserunt. Sensit & Anglia huius in-

Galli villanos de Burges è suis laribus detrudunt.

commodi graue damnum. Nam sicut per antea in consuetu inter Ganda-
uenses & Burgenses, Mercatores Anglici sunt saluati, & in rebus suis nil
mali passi: ita versa vice modò praualentibus Gallicis, externis mercato-
ribus cunctis impunitate gaudentibus, solummodò Anglicorum bona dire-
pta sunt, & Regis Francorum vsibus confiscata, occisis apprentitijs Angli-
cis obuiam illis factis. Igitur in Anglia his auditis rumoribus, nuncijs
de quibus supra retulimus redeundi timor incutitur, & ipsorum respon-
sum ad tempus suspenditur, donec Consilium Regium tempus plus conue-
niens ipsis non solùm respondendi, sed & opem ferendi prouidisset.

*Cruelitas
regis Francie
in Parisianos
sibi resistentes.*

His ita se habentibus in Flandria, regressus est Rex Francie arrogans & 10
superbus Parisius pro victoria memorata, sed tamen in patria propria re-
perit resistentes. Communitas siquidem Parisiorum portas claudere, muros
munire contra eum, & arma sumere moliebatur. Statuit ergo rex violenter
(collecta multitudine obsidentium) Ciuitatem effregisse. Sed tamen visa nu-
merositate intus repugnantium, diuertit ab hoc proposito, & loquutus est eis
verba pacifica in dolo, & crediderunt ei, permiseruntque intrare cum omni
turba secum essentium bellatorum. Astu itaq; ciuitatem ingressus, illicò rupit
pactum, & mentitus est eis, faciens nobiliores vrbs contemptibiliter compræ-
hendi, & quosdam ex eis suspendi, quosdam decollari. Eis verò qui arma
tulerant contra eum, brachia dextra abscindi, & in signum opprobrii sempi- 20
terni, ad illorum colla suspendi fecit ipsa brachia amputata. Omnes autem
portas vrbs fecit dirui præter portam Sancti Antonij, in qua Rex ipse pos-
sident domicilium speciale. Ipsam verò Ciuitatem omni armatura & valis
bellicis spoliavit, ne habitatores illius vel minimā occasionem habere possent
in posterum rebellandi. Insuper & noua grauiusq; tributa illis imposuit, vio-
lenter (si nollent voluntariè) exigenda. Et hæc quidem Parisius gesta sunt.

*Comes Cante-
brigie redijt à
Portugalia.*

Dominus Edmundus Cantebrigie Comes, domini Regis auunculus, &
quos supra docuimus missos Portugalam, hoc tempore post expertam ma-
ris sæuam fortunam, & quorundam bonorum amissionem, Angliam redie-
runt. Missi siquidem (vt diximus) fuerant ad ferendum auxilium regi Portu- 30
galie contra Bastardum Hispanie, qui se regem dixit, quique multis iniu-
rijs affecerat regem Portugalie, & penè contriuisset, si non iuuamen ex An-
glia sibi maturius adfuisset. Post annalem moram nostratum in regno Por-
tugalie, & plures irruptiones in Hispaniam, & quarundam munitionum
captionem, placuit Hispanis hostiliter campum petere contra Regem Portu-
galie, & exercitum Anglicanum. Nec segnius rex cum nostratibus illis
occurrit, pugnaturus (si fortuna permitteret) & vt sperabatur victor futurus.
Cuius animositatem simul & nostrorum probitatem timentes Hispani, tra-
ctare cum rege Portugalie petierunt, ita duntaxat, ne Comes Cantebrigie
aut vllus Anglicus suis consilijs interesset. Annuit ipse rex petitis, & ad tra- 40
ctatum accessit. In quo tam Hispanis quàm Portugalibus cupide pacem desi-
derantibus, citò conuentum est ad hoc quod vtrisque placeret, & illis regi Por-
tugalie, & ipsis saluo vtrorumque iure concedentibus quæ volebant, pax clan-
culo est firmata, ita tamen vt rex Portugalie regnum suis Anglicis vacuaret.
Et ne idem Anglici prætenderet nauigium sibi deesse, rex Hispanie de suis il-
lis concessit nauigium, & rex Portugalie nulum & quæ necessaria esse navi-
gantibus viderentur. Timebant nempe Hispani Anglicorum audaciam, & iam
idem Anglici Portugalibus facti sunt onerosi, quia quos contutandos contra
hostes susceperant, ipsi viliori seruitio deprimebant, non tamen bona diripientes
eorundem, sed & vxores & filias execrabiliter opprimentes, quare suis hospiti-
bus

bus odibiles sunt effecti. Rex verò Portugalie de dicto tractatu rediēs, indixit cōmuniter suis & nostratibus, vt domum redeuntē arma deponerent, & quòd in pacem redisset cum Hispanis omnibus intimaui. Oportebat ergo nostros (vellent nollent) eius parere mandatis. Et ita campum cum magna mentis amaritudine, deseruerunt, eò quòd non est permissum eis configere cum Hispanis. Ab illo ergo die non tantum præparati quantum coacti sunt ad reditum, donec omnis Portugalia Anglicis vacuaretur. Redijt igitur (vt prædiximus) cum suis comes, reducens secum vxorem suam quondam Petri Regis Castellæ filiā iuniorem, & filiū ex ea susceptum per annos aliquot antequam Angliam exi-
 10 uisset. Quem quidem tempore moræ quam fecit in Portugalia desponsauit, filiā regis Portugalie cum solemnitate congruente. Sed quia timebat dubiam fidem illius regionis hominum, noluit eum post se relinquere, quanquam rex Portugalie id petisset, nec rex filiā suā voluit in Angliam cum comite destinare. Et hoc quidem modo eo tempore in Portugalia negotium se habebat.

A Nno domini millesimo trecentesimo, octuagesimo tertio, qui est annus regis Richardi secūdi sextus. Eodē tēpore venit in magna tēpestate ad Sandvici portum nauis quā dicunt Carika, miræ magnitudinis, plena diuitijs, quæ facile inopiam totius terræ releuare potuisset, si incolarum inuidia permisisset. Sed mercatores (vt fertur) Lōdonienses habentes domi plura mercimonia nō noua
 20 sed vetera, putā fructus, species diuersi generis, oleum & cætera talia, & ea (ne nouis superuenientibus proijcerentur) vendere cupientes, facta pactione cum Ianuensibus, eorum portum relinquere & Flandriam velificare fecerunt, & ita propter paucorum auaritiā magnum dispendium sensit totum regnum.

Diebus quadregesimalibus factum est parliamentum Londoniæ, in quo per plures dies tractatum fuit de potestate concessa per summum pontificem Episcopo Norwicensi, & de protectione sua contra scismaticos, & factus est ibi motus varius animorū. Nam pars, quorum corda deus tetigerat, volebat eum proficisci tanquam Ecclesiæ pugilem contra hostes Christi: pars aduersa repugnabat, asserens non esse tutum committere plebem regis & regni præbytero in-
 30 experto: & schisma erat inter eos. Ob quam causam pōtificale negotiū, simulq; totius Ecclesiæ, protelatum est vsque ad Sabbatum, quo de passione cruceq; dominica in vniuersali Ecclesia fit mentio specialis. Tandem post multas tergiuer-
 sationes per duces regni factas, post plures altercationes interpositas p comites, barones & magnates terræ plurimos, sed omninò dei virtute & laudibili cōstātia militum parliamtentalium cōquassatas, ipsa die Sabbati horaq; quibus sancta Ecclesia vexilla crucis prodisse decantat, omnis repētē turba quæ illi consilio vel parlamento interfuit, & quæ maximè steterat contra crucis negotium crucisq; fidei promotionem, consentit tanquam percussa tonitru solempnis illius Anti-
 40 phone, ecce crucem domini, fugite partes aduersæ, decreuitq; pro votis Episcopi cruce signari. A signatur ergo sibi per cōmune decretum quinta decima regi præconcessa in superiori parlamento pro bellatoribus conducendis. Decima verò Oxonijs præconcessa per Episcopos regi remanere statuitur pro maris custodia, dum Episcopus agere deberet in remotis. Quibus ita se habētibus, misit Episcopus literas sigillo suo munitas per omnes regni prouincias, committens rectoribus & vicarijs, alijsquē curatis per vniuersam Angliam cōstitutis, potestatem audiendi suorum confessions parochianorum, eisquē qui de bonis à Deo sibi collatis aliquid erogarent, vnde negotium cruce signatorum promoueri posset, absolutionis beneficium pariter & remissionis autoritate apostolica impendendi, iuxta formā bullæ prænotatæ. Igitur regni totius incolæ, audita tantæ benedictionis dulcedine Anglicis aduenisse, tantam gratiam nec abijcere

Nauis Carika applicuit apud Sandviciū.

Parliamentū Lōdini in quo tractatur de potestate concessa Episcopo Norwicensi.

in vacuum prorsus suscipere voluerunt, sed deuotionis fideique calore succen-
si, qui bello se reputauerunt idoneos, ad proficiscendum se cum omni festinati-
one preparabant: qui verò profectioni videbantur inhabiles, iuxta consilia con-
fessorum de bonis suis liberaliter ad opus proficiscentium erogarunt, vt tantæ
remissionis & indulgentiæ esse participes mererentur. Et ita generaliter (deo
volente) sunt accensa deuotioni corda cunctorum, vt penè nullus in tam spatioſo
regno reperiretur qui non vel semetipsum offerret dicto negotio, vel de bonis
suis aliquid erogaret. Factumq; est, vt in breui magnæ pecuniarum summæ ex
multis regni partibus aceruatæ Episcopo deferretur, vt iâ incepit videri possibi-
le, quod per ante regis cōsiliarijs, vel huiusmodi profectionis aduersarijs impos-
sibile visum fuit, vnde videlicet episcopo, & inter episcopos regni pauperimo
substantia tantæ profectioni necessaria ministraretur. Episcopus autē non do-
minos præpotentes, nec eos qui in incerto diuitiarum suarum sperant, elegit in
consodales sibi, sed mediocres, & qui sine strepitu vel sine pompa disponere bel-
lū scirent & regere bellatores. Primus & principalis illorū erat dominus Hugo
de Caluerle, vir ab antiquo exercitatus in armis, & qui in cūctis locis opera mi-
litaria laudabiliter & prudenter adimpleuerat, & iam pulchrum sibi videbatur
bellando bella dominica finem imponere operi militari. Secundus verò dicebatur
dominus V Vilhelmus de Faringdon, sanè vir prudēs & callidus, sed cuius ope-
ra non responderent vltima primis, quia quod laudabiliter inchoauit, ex post
perfidia maculauit. Hic primò vt apparuit, minas iudicium nō timuit, nec à facie
ducum superciliosa verba ructantium formidauit, quando penè cuncti magna-
tes regni crucis negotio restiterunt, sed constanter atq; prudenter pro episcopo
cruce signato disseruit, & ipsius profectionē nō solum sacrosanctæ ecclesiæ pro-
motionē futurā, sed totius regni prouectionē, palam argumentis euidentissimis
allegauit. Sed tamē more Cayphæ prophetauit, vt posterius elucebit. Habuit E-
piscopus secū & alios nominis non parū milites, putā, dominū V Vilhelmum
Elinhā & dominū Thomā Triuet, & plures quos longū foret inserere. Quibus
deus proculdubio dedisset bene expediēdi gratiā in rebus militaribus, vltra quā
meruerūt duces & marchiones Angliæ, quia multis annis elapsis, bella Gallica
frequentarunt, si eodem anno eadem intentione iter illud arripuissent, quibus
Episcopus & simplicioris cōditionis homines qui profecti sunt cū eo: sed inerat
eis (vt ex post apparuit) mens inuidia corrupta, animus obsessus auaritia, & cor
proditionis felle toxicatum, vt ex sequentibus apparebit.

*Piscatores Lō-
donienses li-
bertatibus res-
tituti.*

Piscatores Londonienses (quos supra docuimus suis cōsuetudinibus & dig-
nitatibus exutos fuisse, nō tantū causa transgressionum factarum per eosdē,
quantū malitia Maioris Londoniarum & eius complicitum eisdem inuiden-
tium) in hoc parlamento suis consuetudinibus per chartā regis patentem resti-
tuuntur, excepto quod curias inter semetipsos vt hactenū non tenebunt, sed
transgressionem per eosdem factā in curia publica ciuitatis emendabuntur ad li-
bitum Maioris, prout de alijs artibus vrbis fieri consuevit. Maior verò ciuitatis
veteri non dum digesta inuidia quam gerebat contra eos, quanquam demon-
strassent chartam regiam de libertatibus recōcessis eisdem, & allegassent esse vo-
luntatis regię simul & totius parlamenti decretum, quod prædictis gauderent
libertatibus, acquiescere nolint eorum assertionibus, nec quouismodo chartam
regiam acceptare, sed permanens in sua malitia eos violenter oppressit. Quod
vt liberius facere præualeret, data fului metalli inestimabili summa suis fautori-
bus, & eis qui de consilio regis erant, ipsos in partem suam traxit. Piscatores au-
tem videntes se nihil proficere in hijs omnibus, vsq; ad tempus tacere decernūt.
Et quidem erga Piscatores ita se res habebat.

Hoc

Hoc penè tempore qui de villa de Bruges & de Ipres erant, & omnes de occi- *Gandauenses*
dentali Marchia Flandriæ vectigales effecti regi Franciæ, tributum collectum *tributum col-*
à semetipsis regi Franciæ (iuxta conditum) per suos mittere disponebant, qui *lectū in vsum*
vt securiorem possiderent transitum, adhibuerunt armatos qui conduce- *regis Franciæ*
rent vectigal portantes, & suffragia ferrent si contingeret hostes adesse. Qui *hostiliter dis-*
bus omnibus cognitis per exploratores, Gandauenses se præparant ad auferen- *ripiunt.*
dum tributum nuncijs supradictis, vel certè si contra vota contingeret morien-
dum. Igitur dispositis in itinere turmis Gandauensium, sed latenter & inspera-
tò, veniunt ad manus hostiles tam Gallici quàm Flandrenses cum pecunia me-
10 morata. Et quia fuit impar manus Gallicorum, Gandauenses sine difficultate
vicerunt, & Gallicis & qui cum eis venerant non tantum vitam sed & vectigal
surripuerunt, & Gandauum sine magna suorum ciuium læsione cum spolijs.

Circa tempus paschale comes de Saueye qui cum viginti octo millibus *Comes de Sa-*
profectus fuerat cum duce Andegaviæ cōtra Papam & Carolum de pace, cum *uey Antiochi*
diutinam moram fecisset in illis partibus sed damnosam, agnouit manum do- *more percus-*
mini contra eum missam, nam qui in patria sua subdi deo noluit, & commu- *sus obiit.*
nem mundi patrem venerari, sed potius dimissa quiete qua diu gauisus fuerat,
statuit persequi in remotis, iusto dei iudicio miserabiliter percussus Antiochi
more, perijt in terra peregrina, contestatus prius quod iustum est subditum esse
20 deo eiusq; vero vicario, quodq; peccauit enormiter patrem filius persequendo.
Quapropter filio suo & hæredi dedit mandata salutaria, ne Vrbanum Papam
exemplo paterno persequeretur. Et si quid fortè cōtra eum temptasset, celeri sa-
tisfactione corrigere niteretur, ac ad vnitatem Ecclesiæ se conferret. Augebant
autem non solum dolorem suum, sed & pænitentiam eius mortes infandæ suo-
rum militum quos conduxerat, qui omnes præter octo ante ipsum dissenteria
perierunt, taliq; sine cōsummatum est comes & penè cuncti sui milites, duci An-
degaviæ si fuisset in gratia manifestum respiscendi relinquentes exemplum, sed
superba mens eius, quamuis hæc omnia cerneret, renuit tamen humiliari. Indu-
ratum erat nempè cor eius contra dominum & contra Christum eius.

30 Circa festum trinitatis quod euenit hoc anno in medio mensis Maij, Episco- *Episcopus*
pus Norwicensis cruce signatus cum quibusdam de exercitu conducto per eū *Norwicensis*
arripuit iter versùs mare & festinatò perueniens Cantium, ad manerium Abba- *cum suis pro-*
tis sancti Augustini vocatum Northbourne diuertit, præstolaturus ibidem au- *perat versum*
ram secundam, apud quem locum dum adhuc moram protrahit, accepit breue *mare.*
regium, in quo iubetur redire ad alioquendum regem, & eius cognoscendum
voluntatem. Episcopus ergo timens si reuerteretur ad regem, mandatum rema-
nendi susceperet, & sic omnis labor, omnis apparatus eius, non sine risionibus
deperiret, eligit exponere se fortunæ cum parua manu quam præsentem habe-
bat, citius quàm remanendo effici prouerbiū æmulorum. Igitur renunciati re-
40 gi fecit, se iam paratum ad procinctum profectionis, non expedire vt modò im-
pediretur per vllum colloquium, quod forsitan parui vel nullius esset ponderis,
sed oportere potius vt iter acceptum maturaret, tam ad dei quàm ad regis hono-
rem. Et concitò conuocatis quos secum habuit, adiutorio domini Iohannis
Philpoti militis & mercatoris Londoniarum qui nauigium procurabat, cum
illis Calestiam est transuectus, recordatus illius Poetæ consilij qui sic iubet. *Tolle*
moras, semper nocuit differre paratis. Calestia igitur commoratus paucis diebus donec
aduectus esset exercitus qui primam aciem facere debuisset, quo adunato, mox
egressus de Calestia, vexillum sanctæ crucis erexit, & ad villam de Graueling
muris fortibus circumcinctam, bellatoribusq; ex Francia & Britannia contra-
ctis munitam, audacter accessit. Quam non obsidere, sed inspicere maluit, dum
adhuc

adhuc Anglici vigere viribus viderentur. Nec segnius qui in villa erant ad defensionem sui se parauerunt, sed alacriter ad muros cucurrerunt, & modò plū-
 bum, modò ferrum, modò calcem viuum, modò lapides & quicquid erat neces-
 sarium defensionī super Anglicos proiecerunt. Nostri verò vexillū sanctę cru-
 cis habentes præ oculis, & ad causam suę crucē signationis pariter & absolucio-
 nis dirigentes intuitum vincere quidem gloriā in hac causa, sed mori lucrum
 reputabant: quapropter contēptis periculis, vulneribus paruipēis, sprete mor-
 te, muros inuadunt, cum hostibus cominūs bella committunt, & modò repel-
 luntur, vulnerant & vulnerantur, prosternunt & prosternuntur, donec ex v-
 traq; parte intereunt multi mortales. Interea Britones & Gallici qui in villa 10
 erant, villānos animant ad resistēdum fortius, pugnandum acrius, asserentes su-
 peruenturos Gallicos, qui præsentes Anglicos inopes, imbelles & mendicos in
 ore gladij tanquam ignis stipulam deuorabunt. Parte verò nostra Episcopus &
 dominus Hugo Caluerlee (cuius memoria in benedictione est) nostris audaciā
 monitis & persualionibus ingerunt, monstrantes causam dei esse, & totius Ec-
 clesię, quam tuendam susceperant, prædicantes martyres futuros quotquot dis-
 cedere contingeret in hac causa. Quapropter rogant, hortantur, adiurant, vt
 omni metu deposito, hostes crucis inuadant, non minùs recepturi meritum de
 dictorum canū mortibus, quàm si tot de gente Iudaica vel Saracenica peremis-
 sent. Talibus monitis animata iuuetus, vires colligit, & hostes acrius inuadendo 20
 cedit, retrocedere cogit, donec rarus super muros defensor appareret. Occupant
 ideirō muros nostri viriliter, & in villam defiliendo descendunt, & hostes in-
 tra muros comprimunt & coarctant, donec pauesacti arma proijciunt, & latibu-
 la fugiendo requirunt. Nostrates autem gementes iam rem correspondere, ar-
 denter ut eis opprobria vindicare, necnon & proprias vlcisci iniurias insolenter
 ab habitatoribus villę illius die præcedente acceptas cum primo applicarent ad
 muros. Dixerant nempe multa cōiugia in nostrates, quę illos nec immeritō mo-
 lestarent. Ob quam causam modò nostri hostes scrutantur per latibula & eos
 contumeliosē extrahunt, & pollutos spiritus compellunt emittere violenter.
 Præcurrentes itaq; villam, nulli parcunt, sed eos vsq; ad vnum delere laborant, 30
 usq; crucis beneficio factum, vt cruce signati & villa gloriose potirentur, & ho-
 stes crucis ita deleterent, quod vnus ex eis non remansit. Nec occultē muris rui-
 nam molientes, aut dolosē hostes circumnueientes, sed aperto Marte pugnantes
 hanc victoriam sunt adepti, à meridie diei præcedentis per totam noctem vsq;
 ad meridiem diei sequentis fortunam variam tollerantes. In portu villę præ-
 dictę captę sunt tres magnę naues, in quibus habebantur ducenta dolia vino
 plena, & carnes multę salitę, frumentum quoq; simul & ferrum. Quę omnia
 fuerūt aduecta instaurationi villę memoratę. Captę sunt insuper ibi duę bar-
 gię quibus non faciliē reperientur ex tota Gallia meliores. Duę præterea galeę
 cum scaphis piscatorijs sexdecem interceptę sunt ibidem. Equi etiam multi no- 40
 biles & alacres in eadem villa reperti sunt, quos Gallici præmiserant ad illam
 villam, quia deposuerāt interfuisse bello quod expositum est (vt dicemus) &
 obtenta victoria, quam sine dubio sperabant Episcopum fugientem cum suis
 interceptisse: sed euenit aliter quàm sperabant, quia quicquid ipsi disponebant ad
 dolum hoc, diuinitas suis conuertit in bonum, & dedit eis prius præoccupare
 præfatam villam quàm Gallici crediderūt. Factum est ergo vt nostri tantis pro-
 uentibus plurimū confortarentur, quia plurimi qui pedites venerant ex in-
 sperato equites sunt effecti. Nam fuit ibidem equorum tanta copia, vt equus
 vno solido venderetur. Et ad villam de Graueling hæc quidem gesta sunt.

Protractis diebus paucis apud villam de Graueling, quibus Episcopus & do-
 minus

minus Hugo de Caluerlee dictum oppidum munierunt, & custodes statuerunt, *Prælium in-*
 ibidem assumpsit commanipulares suos, & ad villam de Dunkirke pulchram *ter cruce fig-*
 valde fossis latis circumdatam, portis & seris firmam, profectus est. Audierat *natos & Flen-*
 vniq; villanos de Dunkirke nuper nocte peruenisse de nostris viris nauticis ad *drenses.*
 triginta septē, vnde offensus eis, mortes patriotarum in illos statuit vindicare.
 Quam quidem villam sine grandi labore cepit, & quibus voluit in illa vicem
 reddens, quibusdam vero parcēs, totum exercitum suum in dictā villam traxit.
 Interea Flandrenses & Gallici, Britones & alij conductiij exercitum grandem
 comparauerunt, ducibus Bastardo Flādiæ, quem Hasam lingua sua vocant, &
 domino de Dixemuthe, ac quodam Iohanne Mitteney, qui & ipse parū ante
 10 in Anglia fuerat & Episcopo auxilium fidele promiserat venienti, sed præuari-
 catus est pactum in omnibus mentiendo. Hij ergo contractis amplius quā tri-
 ginta millibus balistariorum & virorum bellicosorum, sed tamen occultē, sta-
 tuerunt repētē super Episcopum improvisum irruisse, & cum de sub celo cum
 toto suo exercitu deleuisse. Sed hijs conatibus restitit dominus fortis & potens,
 dominus potens in prælio, & dolos eorum tali occasione Episcopo patefecit. E-
 gressi siquidem fuerāt Garciones ad pabulandum super velocissimos magistro-
 rum suorum equos, qui inopinatō conspiciunt exercitum magnum & fortem,
 armis fulgentem, & penē superficiem terræ replentem. Et existimantes (prout
 20 erant) hostes videlicet eos esse, urgentes equos calcaribus, festināter fugerūt, &
 Episcopo cenantī apud villam de Dunkirke vniuersa quæ viderant nunciarūt.
 Nec mora, Episcopus deiectis mensis & sumptis armis villam egreditur illico
 pugnaturus, quamuis nonnulli laudarent socios ex Anglia superuenturos qui
 plures existerant expectandos. Dominus Hugo de Caluerlee videns animosi-
 tatem Episcopi & hostes adesse propē sentiens, horratut socios vt etiam nunc
 viriliter agant & de dei adiutorio ne diffidant, qui eis tam lata principia con-
 tulit, qualia ipsi sperare vix poterant, antequam deus illis infudisset totā gratiæ
 plenitudinē. Quis enim vestrū credidisset (inquit) tam fortē villam, tot fortibus
 custoditam, a tam paucis potuisse subijci, vbi nec instrumenta bellica, nec multi-
 30 tudo repugnantium defuerunt, nisi dominus adiuuisset nos, nisi manus domi-
 ni fecisset hæc omnia. Cogitate ait vos modō non esse pugnatuos cōtra muros
 lapideos, contra vallum fossasq; de Graueling, sed leniorem instare pugnam
 contra Flandrenses imbelles, schismaticos, & reus hostes. Et quia nec vsum pug-
 nandi contra Anglicos hactenus habuerunt, ideo leniori negotio superandos.
 Exhortatione facta, disposuit aciem, collocat certis stationibus architenentes, &
 quemlibet rudem instruit de pugnādī forma. Hostes verō videntes nostros iam
 obuam processisse, occurrunt cum clamore. Sed ne propius accederent repulsi
 sunt sagittis, donec manus armata parata esset ad cōgrediendum cum ipsis. Igi-
 tur accedentibus cominus armatis, cernere erat durus conflictus, hostibus gla-
 40 dijs, lāceis, & cudibus ferro ligatis rem agentibus, Anglicis verō securibus duris
 & acutis contra stantes more pecudum prostermentibus. Ibi rectores & vicarij
 quos beneficium absolutionis illexerat, periculis expositi, gustauerūt quā dul-
 cis est domus propria, monachi & Canonici cognouerunt quā bona sit obe-
 dientia. Fratres mendicantes senserunt quā leuius sit stipem postulare inter
 notos & in patria. Nam vt ita dicam, erat ex parte nostra nisi manipulus homi-
 num, videlicet quinq; millia maiorū & minorū, oppositorum triginta milli-
 bus bellatorum. Quare meritō viri de rebus bellicis ex parte deliciose educati, in
 pace requiequē nutriti, animo poterant concidisse, nisi adfuisset illis spiritus
 domini, spiritus consilij & fortitudinis, & audaciā infudisset. Sed accidit ea hora
 (cooperare diuinitate) quod viri (vt vsu trāsacto loquar) irrequieti virib; & pul-
 chris

chris facinoribus demonstrarent, quia multum illis profuit requies diurna. Namq; compertum est quosdam ex religiosis. 16. homines in ipso conflictu peremisse, & tantò alios in fortitudine præcelsisse, quantò cōstabat eos claustralibus ocijs diutiùs fenuisse, de qualibus olim Poëta sic ait: *Da requiem, requietus ager bene credita reddet.* Ita isti de requie ad laborem repente translati, fructum quietis & ocij nobiliter reddiderunt. Sed inter omnes & præ omnibus, architenentes nostri laudē ibidem merebantur & gloriam, qui hostes sic à sagitta volante percusserunt, vt non plus in armis illorū morarent, quàm si nudos ferijissent ipsæ sagittæ: tanta itaq; erat densitas sagittarū volantiū, vt aer tanquā à nube nigra obscuraretur, & tam crebrè hostibus mittebātur, vt vultus erigere non auderēt. 10. Quia quicunq; in sublime suspicere nitebatur, hic repētē vel amissum oculum, vel sagittā, vel perforatū cerebrū deplorauit. Fuerunt multi qui dum manus armatas apponunt frontibus, subitò sagitta perueniens utrāq; configit, perforabatur capita nihil iuuante galea, manus tenentes lanceas siue sudes, ipsis instrumentis suis sunt affixa, nō proficiētes chirothecæ. Et (vt vtamur breuib;) tanta erat pugnantium ibi diuersitas, vt hinc homines paratos ad occidendum cerne- res, illinc pecudes ad moriendum. Franci igitur & Britones qui affuerunt, quorum numerus ad mille nongentos se extendit, videntes tantam stragem Flandrensiū, horrore nimio sunt percussi. Hij nempe anteposuerūt Flandrenses in dicto bello duabus quidem causis, quarum vna fuit, quia suspectam habebant 20. fidem Flandrensiū, & ideo ne de bello fugerent cū instaret necessitas eos primis periculis exposuerunt: alia causa fuit, vt si contingeret Anglicos esse victores, ipsi haberent maiorem copiam fugiendi. Igitur Gallici cōsiderata (prout diximus) tāta perniciē, obriguerunt omnes timore perterriti, & festinant, terga vertentes fugerunt, post quos mox omnis reliqua multitudo. Quod videntes Anglici, confestim hostes insequi maturabant, cēdebant ergo comprehensos fugiētes ante faciem suam, necnō à dextris & à sinistris, & cadebant in denso numero iugulati. Vt autē nulli veniret in dubiū hanc victoriā diuinitus procuratā, fiebant in hora pugnæ præfatæ horrida fulgura, tremēda tonitrua, quæ sicut Anglicis famulabantur, sic in perniciē hostiū ferebantur. Nā & in bello & in fuga, 30. per crebra fulgurā in suos oculos emissa cæcabātur, prosternebantur & necabātur. Anglici verò sentiētes hæc esse diuina beneficia, cōfortabātur, exhilarabantur, vt estimare merito valerent illud Claudiani fuisse eorū cuiuslibet applicatum:

*Te propter gelidis aquilo de monte procellis,
O venit aduersas acies reuoluta gela,
Vertit in auctores, & turbine reppulit hastas:
Onimium dilecte deo, qui fundit ab antris,
Æolus armatos hyemes, cui militat æther,
Et coniuati veniunt ad classica venti.*

Interfecti sunt autem in loco pugnæ & in fuga duodecim millia inimicorū, de nostris verò tantum septē viri ceciderūt, vt cūctis seculis eluceret hanc victo- 40. riam de celis fuisse collatā. Cōmissum est dictum bellū octauo Calend. Iunij, die videlicet quo facit sancta ecclesia de bono Urbano Papa & martyre mentionē, ita omnia cōcurrabant, vt istā profectiōē deo placere nullus hominum dubitaret. Expleta pugna, Episcopus cum suis in villam de Dunkirke se recepit.

*Quid rex
Francia se-
rit post hoc
bellum.*

Auditis rumoribus de præfata victoria, vel Episcopi continuatis successibus in Gallijs, concidit vultus aduersariorum, & timuerunt valdē, quamobrem rex & tota nobilitas Franciæ (deliberatō cōsilio) statuerūt vniuersos amicos & notos propē positos, ad ferendum auxilium contra tam infestos hostes euocare, quod & factum est, rege intetū in valle Suefsionensi expectante venturos, & ibidem suos Gallicos adiuuante, nam regio illa multorum capax erat, & fertilis,

ae victualibus cunctis abundans. Illic descenderunt ad regem duces septem cum suis exercitibus, Comites quidem decem, quidam ligecantia astricti, quidam precario aduocati, cum multis alijs dominis & viris magni nominis & potestatis, non absque militibus & armigeris, valetis & ciuibus, necnon & communi vulgo, quorum numerus ceterum millia excedebat. Sed horum omnium congregationem Episcopus paruipendens, statuit interea subijcere patriam sibi vicinam, donec & ipse suos conductitios qui nondum mare transierant recepisset, conduxerat siquidem multos viros exercitatos in armis & bello aptos, si fideles fuisse maluissent. Quorum vnus erat V Vilhelmus de bello capo, frater comitis V Varvici, scilicet domini Thomae de bello Capo, hic quingentas Marcas suscepit ab Episcopo pro sua sola persona, sed quia non ante solutum erat ei de totidem quas habuisset ex pacto antequam transfretaret, pecuniam quidem sibi retinuit, & nihilominus domi remansit cum imprecatione sinistra totius vulgi. Dominus Thomas Triuet & ipse conductus nondum suos secum profecturos congregauerat, non ante paratus & ipse fuerat, sed more mulieris iacentis in puerperio iacebat ad mare, nescio quid expectans. Ob quam causam Londonienses & quidam ex amicis Episcopi comminati sunt ei mortem, nisi maturius transfretaret, cunctis acclamantibus eum proditoris causa remorari. Quibus aculeis stimulatus mare transiit, & ad Episcopum festinater peruenit, sed nihil profuit aduentus eius Episcopo. Igitur Episcopus ut praefatus sumus affectans subiugare prouinciā de villa de Dunkirke, profectus est a facie unde mox tota vicina turbabatur. Et recordantes quanta fecerit apud Graueling, quanta per post apud Dunkirke, sine resistentia se reddere maluerunt, quam resistendo perdere villas & vitas. Villas ergo de Nevvport, de Burburgh, de Bräv & de Popering sine conflictu recepit, & multas alias adiacentes.

Cum igitur in Anglia tam lata noua fuissent cognita per quosdam qui interfuerunt captioni villarum de Graueling & de Dunkirke, qui in testimonium fidelis relationis de praeda, equos & equas, boues & multum suppellectile domum secum contraxerant, coeustum omnis patriae spe praeda illecta commota est ad proficiscendum. Et sine maiori deliberatione de Londonijs multi appreticij, plures serui, sumptis albis capucijs & rubeis crucibus in parte dextera, rubeis quoque gladiorum vaginis in sinistra, inuitis magistris & dominis sunt profecti. Quod exemplum secuti alij de tota penes Anglia, relictis parantibus & cognatis, charisque famularibus, inermes praeter gladios, arcus & sagittas, sunt egressi: & non tantum seculares viri ista fecerunt, sed religiosi sectae cuiuslibet eodem animo (petita licentia, licet non obtenta) illud iter arripere presumpserunt, in magnam personatum suarum dedecus & detrimentum, quia non propter Iesum tantum peregrinare decreuerunt, sed ut patriam mundumque viderent. Currebatur itaque per omnes semitas a plebe in experta & gente rustica, donec perueniretur ad mare, ubi dominus Iohannes Philpot sollicitus pro Episcopo nauigium prouidebat. Ibi fuerunt multi qui praeter nauem nullas habebant expensas, eo quod estimabant, si mare transissent, nihil eis omnino defuturum, sed futura cuncta pro votis, transpositi sunt ergo multi, & ad Episcopum festinabant, qui tunc ulterius progressus ad villam de Ypres peruenerat cum exercitu, diuitijs plenam, aedificijs inclitam, bellatoribus communitam, quamuis inuitus, quamuis protestans non esse suae voluntatis obsidionem ponere, sed Franciam tam in causa domini Papae quam regis intrare. Compellitur per milites, dominum Thomam Triuet, V Vilhelmum de Elinham, & V Vilhelmum de Faringdon, residere, velit nolit, inuitus, qui omnes vnanimiter affirmabant se nolle ulterius sequi eum, donec dictam villam hostiliter effregissent, licet in Franciam ire vellet. Asseuerabant etiam Gandauienses affuturos in adiutorium, & non esse modò difficile Anglicis & Gandauiensibus simul victis villam effringere, cum tantummodo Gandauienses, sine externo suffragio eodem anno villam eandem vi & armis cepissent. Videns ergo Episcopus

se nihil proficere, tacere decreuit, & eorū ad tempus obsequi volūtati, maxime quia pro certo cognouit Gandauenses obsidionis socios & laboris.

*De obsidione
ville de Ypres.*

Igitur villā de Ypres Episcopus & cruce signati ex vna parte, & triginta milia Gandauensium ex altera parte circumfederunt, venerunt idcirco cateruatim ex Anglia ad obsidionem (quos supra diximus illectos spe prædæ) & iam tantus effectus est numerus accurrentiū, vt sexaginta millia numerarentur ex Anglicis aduenisse. Igitur perpendens Episcopus tantū populum aduenisse, qui nec exercitatus esset in armis, nec arma quidem possideret, doluit, & mittens ad dominum Iohannem Philpot, rogauit ne permitteret quenquam de cætero mare transire, nisi valentes: & ait ad eos qui inermes venerāt, vt quid ergo venistis ad consumendum victum, qui vix sufficiet bellaturis? vos numerus estis, fruges consumere nati: melius fuisset vobis domi sine cura super ollas carniū reledisse. Ob quā causam vulgus indignabatur, & iam quisq; cepit Episcopo detrahere, occultè tamen propter metum eius.

*Rex Angliæ
circuit per
Abbatias.*

Dum hæc aguntur in Flandria, rex Angliæ & regina cum suis Boemijs Abbatias regni circuunt visitādo, quibus tantò tristior fuit eorū aduentus, quantò grauior, quia & accesserunt in excessiuo numero, & non offerre sed auferre venerunt. Sensit hoc Abbatia de Bury, quæ in eum & reginā ipsorūq; familiā per decem dies (quibus morā fecerūt ibidē) expendit octingentas marcas, tanquā non suffecissent eis pastoris viduacio per quadrienniū, damna irrestitabilia per insurrectionem cōmuniū, pecuniarū large profusiones pro recuperatione suorū iuriū tam in Romana curia quā in ista terra. Vt videretur tamen rex aduentu suo eidem Monasterio aliquid contulisse, fecit vt nouissima illius fierent peiora prioribus, admittendo prouisionē factā per dominū Papam de Iohannē Timvorth, qui paulò ante iurauerat se nunquā consensurum vt gauderet honore pastoralis, nisi simpliciter Papa vellet cōfirmare electionē de ipso factā. Insuper & dudum Papæ rescripserat in eadē verba, sed vix Ambasciatores sui Romani petuenerant, antequam pueriliter mutato proposito, eundem Iohannem Timvorth benedici fecit à cōfessore suo Episcopo Landauēsi, quo facto, incōstantia regis eiusq; cōsiliij lōgè lateq; innotuit, & sicut Ecclesiæ Anglicanæ detrimētū, ita Papæ & curialibus magnā peperit materiā inolescēdi. Expletis diebus morę dispēdiōse apud Bury rectè ad Thetford properat, & sic ad Northviciū, ubiq; multa tam à religiosis quā à secularibus scienter accipiens, ubi duo mala cōcurrere videbantur. Nō enim regi magna donaria suffecerunt, nisi & reginæ equalia præberentur: nec cū populo graue visum fuisset, eius honoris intuitu exhibuisse perampla donaria, si ad vsum eorum prudenter cōseruata fuissent. Sed quicquid hausit eorū manus auida mox alienigenis de gēte reginæ, scilicet Boemijs prodigaliter erogauit, vndè cōtiguit vt post regni circuicionē magis inopes reuerterentur quā egressi fueran, vt cunctis verū esse constaret illud prouerbiū sapientis, Væ terræ cuius rex puer est. Tædet recordationis tot nugarū, & idcirco placet melius silere quā loqui. Iam ergo ad Flandrensiū bella stilū verramus.

*Prodictio
quorundam.*

Sedente igitur Episcopo suisq; cōplicibus in obsidione villæ de Ypres, in ipso feruore dierum Ypreses considerantes obsessores esse remissos, ociosq; vacare, villā firmare, ruinas reficere, arma & vtenilia bellica (quibus hostes arceri deberent) fabricare continuè satagebant. Gandauenses verò qui alteram partem villæ obsidebāt, comportare aggerem, implere fossam, vt facilius esset aditus ad conferendū cum villanis totis viribus laborabāt. Sed nostris militibus nō placuit insilire villā, experiri fortunā, aut appropinquare muris, propter pericula quæ possunt emergere, sed operire tēpus dedicionis voluntarię, quod sciebāt nunquā fore futurū, nā omnibus carnib⁹ & tritico, & diuersi generis potibus habūdabāt.

Fuerunt

Fuerunt qui dixerint dominum Thomā Triuet & quosdam ex militibus reliquis vites plenos auto de villanis cepisse, & in villā sapissimē introisse, ac tam privatē quā publicē cum illis tractatus multotiens habuisse, vnde non solum plebs communis suspicabatur eos esse proditores, sed clamando publicē testabatur. Factum est itaq; vt per moram inutilem quam traxerunt, peior esset conditio obsidentium quā obsessorū, quia & illis inter se inerat multa concordia & victus habundantia, nostris suspicio & discordia, ac panis & aquæ penuria, vnde contigit pestis mortifera inter nostros, & quotidie plures dysenteria perierunt, furtiuē igitur ē castris recedendo nostri quotidie mare petunt, & Angliā venientes, quæ viderant vel audierant de dictis militibus referebāt. Videns ergo Episcopus indies numerū suorum minui, instat apud milites (qui iam nō eius subditi sed magistri fuerunt effecti) vt contra villam suas vires experiantur, antequam turba nimis vel peste, vel discessione minuat.

Cui petitioni vix tandem consentientes, villam occurrunt totis animis, & cū lapidibus, lanceis & sagittis, igne græco, & missilibus quæ Gunna vocantur, nostros ubiq; repellunt. Fecerat autem Episcopus fieri quendam pontem subtilissimū, per quem ad vallum facilis fuisset ascensus. Quem villani cernentes in magnam perniciem illorum esse compositum, emittunt Gunna grandem lapidem, qui percussus pontem, sine difficultate confregit, & quosdam milites superstantes simul crudeliter interemit. Nec minora damna fiebant in locis alijs, propter quæ nostri sese retrahere & insultum dimittere cogebantur. Subtrahtis cunctis qui superfuerant, de loco periculi discessum est ad hospitia singulorum, & intra paucos dies obsidio dissoluta, Gandauensibus cum merore discedētib; & fallitatem exēcrantibus Anglicorū, quia profecto si fuisset tanta fides inter duces Anglicorum quāta fuit inter Gandauenses, villa de Ypres hodie nō superesset. Relinquētes autem obsidionē, quæ incendere poterant exurebant, ne hostibus essent ad solatium vel iuuamen, vellent nolent tamen reliquerunt ibidē quæ nec incendere, nec confringere, nec euehere potuerunt, Gunnas videlicet magnas ingentis precij & valoris. Plurimi verō nescientes tempus discessionis, quæq; præciosa & portata per multos labores & pericula (subito migrare compulsi) dimiserunt ibidem. Et hic finis & fructus obsidionis villæ de Ypres.

Post obsidionis solutionē cognoscens Episcopus per exploratores regē Franciæ cum exercitu peruenisse ad ciuitatem Ambianēsem, alloquitur suos milites, scilicet dominū Thomā Triuet, & V Vilhelmum de Elinham, ceterosq; dicens se velle Pikardiam ingredi, & contra regem Franciæ vno die Martis experiri fortunam. Et cū multa allegasset quibus merito accēdi potuissent ad protectionem, nihil tamen profecit, sed cum iniuria etiam contumelias recepit ab eis, dicētib; eum temerarium, & nescientem vires tantæ multitudinis, quæ centum habebat contra vnum ex illis. Non fore tutum nec discretionī consonum sic temptare deum, ubi nulla spes esset victoriæ, sed certitudo cōfusionis, nisi fortē subito tantā arctam necessitatem incurrissent, de qua non possent effugere nisi pugnando. Quibus auditis, Episcopus valescit eisdem cum paucis admodum Pikardiam ingrediendo. Milites verō ad villam de Burburgh properant, quam munire decreuerunt contra Francos, si fortē illuc eos contingeret aduenisse. Cū ergo Episcopus propē partem exercitus Gallicorum appropinquasse demonstrauit se, suosq; in campo, explicatis vexillis, sed nemine audente cōserere, quia nondum totus exercitus Gallicanus cōuenerat, Episcopus vexilla reflexit, & sub omni festinatione ad villam suam de Graueling cepit iter, cum domino Hugone de Caluerlee, qui ei semper fuerat in cunctis angustijs comes indiuiduus, sociusq; fidelis.

Insultus ad villam de Ypres.

Milites contra dicunt Episcopo valenti ingredi Pikardiam.

*Episcopus res-
uertitur ad
Graueling &
milites ad
Burburgh.*

Coadunatus suis exercitibus rex Franciæ, & de nostrorum disfectione non parum elatus, ut agnouit quosdam villam de Burburgh ingressos fuisse, totum exercitum conuertit ad locum, iurans se neminem illorum qui fuerunt ibidem prece vel præcio saluaturum, sed omnes vel ignibus crematurum cum eadem villa, vel certè captos in ore gladij perçpturum. Quibus molicionibus dux Britannia contrauenit, asserens non ita futurum ut credebat, se nosse personas quæ in ea fuerunt, quod omnes essent viri fortes & sciētes bellum, & sine graui Gallorum dispendio superari non posse. Non (inquit) contra Flandrenses pugnaturi estis, sed contra Anglicos, viros utique cordatos valdè, & qui malunt mori quàm vinci. Rex autem cōmōtus ad hæc verba ducis, & tu (inquit) ex illis es, & idèd pro illis verba facis. Cui confestim dux: & ne estimetis me ait aut timore vel eorum fauore talia protulisse, videbitis me primum, cū meis hominibus insultum facere contra eos. Habebat siquidem virorum electissimorum ad duodecim millia quos contraxerat ex omni ditione sua. Et illicd vexillis erectis ad muros accessit. Erant autem in villa dominus de Bemond, & Thomas Triuet, V Vilhelmus Elintham, & V Vilhelmus de Faringdon milites, & multi alij viri fortes, qui locati in circuito ut defensores, mox contra Britones dimicare parati suas occupant stationes. Fit ergo pugna ingens (spectante rege Franciæ cunctisq; Gallicis) & in omni conatu Britones peiorem calculum reportabant. Fecerāt autem nostri instrumenta ferrea & vncata, quibus attraherent appropin-
quantes & in villam eijcerent, vel certè pungendo repellerent & in fossas cadere facerent luto plena. Attrahebantur itaq; plures supra muros in villam & more pecudum mox cadentes, cum securibus excerebrabantur: multi autem à muro repulsi in ceno quod in fossis erat demergebātur, insuper & vexillum ducis Britannia violenter extortum de manibus signiferi, raptum est in villam, cū signis pluribus aliorum. Cogebantur ergo Britones metu mortis à pugna quiescere, & se muris subtrahere cū pudore. Tunc Gallici & ipsi præsumptuosi accedere temptauerunt, sed suis periculis didicerunt Britones non se temerè subtraxisse, nam mox ut appropinquauerunt, candentibus verubus sunt repulsi, quibus apponere manus volentibus, & ad se contrahere, dum multi super vnū
veru manus mittūt, omnes parem recipere mercedem manibus eorū miserabiliter concrematis, vnde cōfestim inutiles facti, dum manus soluūt, vel trahuntur in villam, vel præcipitantur in fossam. Igitur interfecti sunt ex Gallicis in illo conflictu amplius quàm quingenti, nostris penè nihil læsis, nisi quod per ignem Græcum in villam emissum tertia pars domorū cum multis victualibus est cō-
busta. Nocte superueniente, pugna dimissa, & Gallici se ad sua tētoria cōtulerūt, amisissis signis regis & plurium dominorum. Sub ipso noctis articulo dux Britannia venit ad regem Franciæ, quærens quid sentiret de Anglicis, & si adhuc censeret plures insultus facere contra eos. Rex verò respondit, eos esse demones non homines, qui tam fraudulēta cōmenta adinuenissent aduersus aliquos chris-
tianos. Nihilominus dixit se nō cessaturū donec omnes eos cepisset manu forti. Cui dux, & ego (ait) nō laudo plures insultus fieri, quia & ingeniosi & fortes sunt viri, & quotidie nouas contra adinventiones disperquirent: & si tales tres dies fecerimus, perdēdo cōtra eos, nostro numero imminuto, ipsi satis fortes erūt quarto die cum auxilio Episcopi (qui tenet propè villā de Graueling) ad ex-
eundum & pugnandū contra nos in campo, tunc non dubito quin plura perde-
mus quàm prius amisimus. Rex igitur & sanior pars Gallorum tam aliquantulum animo fracti, non de insultu sed de tractatu cum nostratibus cogitare ceperunt: angustabant nempè eos tot mortes, nō plebium, sed exercitatorū militum & armigerorum, tot læsiones dominorū tam Britania quàm Gallorū. Nam & ibi

Mare-

Marescallus Franciæ fuit occisus, & dominus de Clifson grauiter vulneratus, ita ut in manibus asportaretur à muris. Propter quæ omnia reputates ducem Britannia iam veridicum, decreuerunt ut ipse alloqueretur eos ex parte regis Franciæ, de reddenda villa, quia notus erat eis, & ipse peroptimè nouit eos. Agentes ergo tractatū dux & nostrates, post plures altercationes tandem in hanc sententiam consenserunt, ut villam redderēt regi Franciæ, & ipsi cū equis & armis, & cunctis seruiētibus, cunctis quoq; bonis quæ de villa asportare placeret indemnes exirent, & ad quemcunq; locum vellent pergerent sub conductu regis Franciæ, ita tamē ut versūs Angliam properarent. Exeuntes autem Calesiam, perueniunt cum ipsis multa spolia deducentes, quod nimium Gallicos contristauit. Sperauerant nempe ditati fuisse de eorum spolijs & exhilarati mortibus: sed tamen secus accidit quàm credebant ut prætactum est.

Post discessionem nostrorū de villa de Burburgh, conuertit se exercitus Gallicanus cum rege suo ad villam de Graueling, ubi erat dominus Hugo de Caluerlee & Episcopus constituti. Quia ergo Gallici iam satis experti sunt quædā, quæ pericula sequatur insultus, insultū facere de cætero metuebant. Idcirco mittunt ad Episcopum enumerantes multitudinem Gallicorum, fortitudinem & animositatem Britonum & qui cum illis erant, denunciantes ut reddat regi Franciæ villam suam quam iniuste dignoscitur occupare. Et Episcopus ad hæc breuiter respondebat, se tam in causa domini Papæ quàm regis Angliæ luctatum fuisse villam prædictam, per multa pericula insuper, & ex post eandem reparasse, ac fortificasse, fusa multa pecunia, nec se cognoscere quenquā habere iuris titulum præter regem Angliæ, vel semet ipsum in eam. Cū ergo Gallici hæc audissent, & diffiderent de redditione, remiserunt qui nunciarent Episcopo se velle. 15. millia marcarum dare, ita ut Episcopus eā deferat & cōplanet ad terram, & habeat facultatē Episcopus liberē migrandi quocūq; velle cū omnibus bonis suis & cunctis qui ibidem fuerunt cum eo. Ad hæc Episcopus petit inducias ut responsum differrat ad certum diem, & dantur ei, qui statim misit in Angliā, nunciāns regi semet in arcto positum & regem Franciæ cum innumerabili exercitu ante ipsum iacere, iam tempus esse (si vnquam vellent congregari cum rege Franciæ) properare vel mittere qui cum eo auderent congregari, quia nisi in Angliam nauigasse præsumpserit, non potuisset propius accessisse, & ideo non erat difficile Anglicis ad succursum properare, cū nil in terra Franciæ morarentur priusquam vel bellum haberent, vel regem Franciæ effugarēt. Hijs auditis, rex Angliæ dum adhuc esset vagabundus (ut diximus) per patriā & domos religiosorū, & esset in cænā apud villam de Dauentre, mox expulsis tabulis cū omni furia & festinatione surrexit, & apprehenso equo, cursu velocissimo noctem consumit equitando, multotiens equos mutando, tanquam ea nocte esset regem Franciæ perempturus, venitq; ad Sanctum Albanum nocte mediā, sed nil moraturus ibidem, nisi dum Palefridum Abbatis mutuat, nunquam redditurus eundem, confestim festinat ad Westmon. sequentibus cum paucis, quō cū peruenisset, fatigatus à laboriosa equitatione, & somno pressus, ibidē pernoctare decreuit. Cū autem dormisset, cernens requiē quod esset bona, statuit mitius agere cum hostibus suis, & alios mittere qui propulsarent eos. Sicquē actum est, ut post grandia verba, & pompam nimiam, ab ipso factum est nihil, qualibus illudens Poeta dicit: *Parturiunt montes, exhibet ridiculus mus.* Missum tamen est pro duce Lancastriæ, ut ipse vsque ad locum properando festinet, & Episcopum liberet, & Gallicos arceat manu forti. Qui & ipse tanquam continuo factururus, ita festinat ad mare, & expectat ibidem donec dies induciarum pertransissent. Videns ergo Episcopus ex Anglia nullam fidem, nullum

*Rex Francie
componit cum
Episcopo ut
deferat villam
de Graueling.*

euenire remedium, componit cum Gallicis, & villam destruit solo tenens (vt tenebatur ex pacto) sed pecuniam non recepit, quia hoc cognouit consiliarijs regis displicere.

*Gallici reuer-
tuntur ad pro-
pria infirmati.*

Post recessum Episcopi, & ipsi Gallici ad propria recesserunt, in parte tamen maxima imminuti, quia (vt supra diximus) ad villam de Burburgh plures valentes amiserunt, & quouidie in exercitu plures subito dissenteria & alijs varijs infirmitatibus perierunt, ita vt multis diebus amplius quam trecenti in die spiritum exhalauerunt. Coacti reuera fuerunt iuvenes delicati, mercatorum & Burgesium filij, nescientes arma, ignorantes vigilias, & per omnia inexperti ad supplementum exercitus, qui mox vt consuetudinem mutare ceperunt, continuo infirmabantur, & repente iuxta latus regis dum starent in armis, nil habentes mali (prout visum fuit) mortui corruerunt. Quare si qua fides, si appetitus gloriæ, si audacia in nostris tunc militibus qui domi remanserant & hæc audierant extitisset, profecto fuisset tempus acceptabile transiretandi & experiendi vires contra hostes totiens in terra sua quæsitos. Nam multotiens quæsi fuerunt in regno Franciæ, per duces, per comites, & alios dominos, sed tamen inueniri nequibant: iam præsentès fuerunt, non procul, sed propè: non pauci, sed plures: non communes, sed potentes & diuites: non exercitati, sed inexperti: non fortes, sed infirmi: & ecce nostri (vel prodicione detenti, vel vecordia refrænati) non transiunt contra diu desideratos, sæpè quæsitos. Proh dolor, terra quæ olim generabit & produxit homines cunctis reuerendos, propè & procul positos metuendos, effeminatos iam euomit, ridiculum hostibus, fabulam ciuibz: nã nulus vel rarus reperitur in ea, qui reipublice se deuoueat, qui pro ciuibz laborem impendat, sed omnes sua lucra sectantur, propria commoda perferunt. Sed nelectores scandalizentur huiusmodi verbis, plura de hijs scribere superfedemus. Ad materiam igitur superius memoratam reuertamur. Igitur Episcopus relinquens Gallias, Angliam est reuersus, qui citò postquam terram attigit, ducem adiuit qui adhuc iacebat illis in locis, qui Episcopum obiurgans, quærens nodum in scirpo citò dimisit. Hugonẽ verò Caluerlee aliquanto diutius secum detinuit, honorem ei exhibens propter antiquam militiam approbatam. Hic ergo finis fuit protectionis & belli pontificalis.

*Scoti intrant
Angliam.*

Scoti per idem tempus occasione ex tẽpore nati, eò quòd plures fuissent cū Episcopo egressi, Northumbriam intrauerunt (prout moris eorũ est cū superiores esse videntur,) incolis dāna irrogarunt, agentes prædas ubiq; & captiuos de suis domibus educantes & Scotiam pertrahentes. Ausi sunt insuper ad castellum quod vocatur VVerk super flumẽ de Tvede cum multis armatis accedere, & captum ac de prædatum ignibus cõflagrare, nemine conatus eorum impediẽte, nec semet ipsorum insolentijs apponere volente, propter metum quorundam qui tunc temporis à communi populo putabantur plus Scotis quàm Anglicis fauere. Ob quam causam milites & armigeri qui custodias castellorum vel municionum habebant in illa patria, venerunt ad regem & reddiderunt eā in manus suas, dicentes Scotos vehementer inualuisse, & Anglicos qui in partibus illis erant perpaucos esse ad resistendum illis, nisi rex ipse manus apponeret adiutrices, qui respõsum consolatorium acceperunt, vt dicemus in capitulo de proximo parlamento quod scripturi sumus.

*De Papa &
Romanis.*

Eodem serè tempore Papa diffidens de fide Romanorum, simulata causa velut puriorem aërem veller haurire, urbem ad quoddam castellum nõ procul positum multotiens egrediebatur & reuertebatur, quandoque ad noctem, aliquando verò pernoctauit ibidem, & die secundo vel tertio est reuersus. Vt autem tolleretur omnem suspicionem à cordibus Romanorum, non procul à dicto loco

loco quod amœnus esset & ibi locus, dixit se velle castellum forte construere, in quod sese posset securè recipere, si necessitas vlla vrgeret. Vnde gauisi Romani, iam liberè permiserunt eum sine suspitione vel exploratione, quotiens vellet vel quando vellet adire locum, pro eo maximè quod nouerunt eum latomos & fabros plurimos conduxisse, & ad eum locum magnam materiam lapidum & lignorum compositasse. Iam ergo Papa securus neminem eius migrationem velie perferutari, accito clanculùm quodā potētī domino qui erat in illis partibus, cōponit eum eo vt certo die veniens eum armata manu, deducat eum in patriam suam vbi natus fuerat, scilicet in Neapolum, quia rebatur maiorem fidem inuenire inter suas patriotas, quàm Romanos, si cōtingeret indigere. Quod & factū est. Audientes autem Romani Papam repente fugisse, eum magno supercilio miserunt ad eum, mandantes vt reuertatur, alioquin affirmabant eum velle deponere, & aliquem de Cardinalibus qui in vrbe remanserunt in Papam eligere, vel certè reuocare eius aduersarium Antipapā, & ipsum inthronizare. Ipse verò paruspens eorum minas, moram suam cōtinuare disponit in dicta terra, quanquam ibidem multa aduersa essent prouentura, prout in sequentibus plenius (cū locus & tempus id postulauerint) edicetur.

Circa dies quibus Episcopus Norvvicensis & cruce signati sederūt circa villā de Ypres, hostes armauerant quinque vasa bellica, qualia Balingarias appellamus, vt arcerent & impedirent tam transitum versūs eum, quàm versūs Aquitaniam, quia & illuc dirigendi fuerant cruce signati, cum turba militum & armigerorum: Ducibus domino Brittigaldo de la Bret, & nonnullis alijs electis ex Anglia viris bellicosis. Et cū plura mala fecissent in mari, non ferentes hæc viri de Portesmutha & Dortesmutha, armauerant ipsi naues suas bellicas ad impediendum conatus eorum. Et progressi in obuiam, commiserunt repentè prælium cruentum valde, sed tamē adiutorio superno nostri superiores effecti, occiderunt omnes qui erant in eis præter nouem viros, & vasa & vniuersa cōtenta diripiebant sibi, aduehētes patrię tam prædam quàm pacem, per victoriam gloriosam. Eadem ferè tēpestare nauigium Anglicanum dum liquidas obseruat in mari vias, octo naues grandes refertas multis bonis, & vnā præcipuè bellico iure lucrantur, in quibus dicuntur fuisse mille & quingenta dolia boni vini. Et ita licet per breues successus Angliam plurimū confortabatur.

Postquam cruce signati è Flandria Angliam sunt egressi, Gallici qui custodiebant villam de Ovvdénarde, quam superiori anno Gandauenses obsederūt à festo inuentionis sanctæ crucis vsque ad natale Domini, quo tempore (vt superius scripsimus) Gandauenses ibidem victi fuerunt per regē Franciæ, & Philippus de Natfield interemptus cū viginti quinq; millibus Flandritarum, cæperunt Gallici crudele dominium exercere super ciues illius villæ, opprimentes eos vehementer. Et non tantū bona diripientes eorum, sed etiam vxores virapientes eis, pro suæ voluntatis arbitrio abutebantur. Super quibus omnibus oppidani de Ovvdénarde vehementer commoti, nec immeritò, cum iam nullā spem cernerent correctionis Gallicorum, sed potiùs indies eorum scelera augerividerent, miserunt secretò nuncios ad Gandauum, qui & eorum iniurias ciuibz nunciarent, & auxilium rogarent ab eisdem. Promittentes insuper illos quacunque nocte vellent introducere in villam de Ovvdénarde, vt sic & dominio villæ potirentur, & acceptas frequenter iniurias siue damna per Gallicos in ipsos viriliter vindicarent. His auditis, Gandauenses non segnes accinguntur ad iter, & nocte peruenerunt ad villam, datiq; signis ad inuicem qui in villa erant, & qui extra villam, intromissi sunt Gandauenses. Oppidani igitur dictæ villæ iuncti Gandauensibus, scientes peroptimè vbi hospitia Gallicorum fuere, do-

mos repente irrumpunt, Gallicis dormientibus, & in ipsos subito irruentes, iugulant quotquot in villa fuere, multos valde, ita quod non supersuit vnus ex eis. Et ita Gandauenses villa potiti, etiam stragem magnam fecerunt in Flandrensibus, qui falsi fuerant suis ciuibus dictæ villæ. Ibi mercatores Anglie in parte recuperauerunt damna quæ pertulerant per ante in villa de Bruges, dum bona in dicta villa reperta à Gandauensibus precio leui emunt, & non solum mobilia, sed etiam domos & quæque læta villæ. Posthæc Gandauenses miserunt ad regem Angliæ, nunciantes se lucratos dictam villam, quam vellent dare sibi, si vellet illuc ex Anglia custodes & auxilium destinare, alioquin detraherent illam solo tenens. Rex verò gratias agit illis, respondens se nolle illuc suos dirigere propter instantia pericula, quæ regno suo multis ex partibus imminēbāt, & honoratos dictos nūcios prout decuit Gadauū remisit. Et hic finis Gallicorū, qui multa mala perpetrauerāt in villa de Ovdenard. Nec silētio reticēdū, quod in dicta villa repertus est infinitus thesaurus comitis Flādræ, qui meritō & Gadauēses animaret, ad continuandā vvertā, & comitem cogeret desperare.

*Parliamentum
Londini.*

Circa festū omniū Sanctorū factū est parliamentū Lōdonijs, in qua cōcessa est medietas quintę decimæ per laicos, & paulō post medietas vnus decimę per clerum, regi. Cuius pecuniæ portione domini partiū Borealium petierūt, quia in hoc parliamēto fuerunt deputati ad custodiendum partes illas cōtra Scotorū irruptiones. Quibus responsum est per dominū V Vilhelmum V Vickhā Episcopum V Vintoniensem, quod idē ex pauperibus effecti fuerant diuites, & domini vt Scotos liberiūs arcere possent, & vt rex & australium domini partiū minus grauarentur, dum aliās oporteret eos omni anno comparare exercitus, populumq; vexare contrahendo versūs partes illas. Necesse difficile eis ibidē hostes repellere, qui domini & magnates facti sunt, cum eorum antecessores, videlicet patres & aui, qui neque fūerūt domini vt ipsi, nec diuitijs abūdantes, potuerūt sua animositate & audacia, hostib⁹, id est, Scotis resistere, & de ipsis multotiens triumphare. Cōcessæ sunt tamen illis commissiōes congregandi virtutem exercitus, & Scotis resistendi, & damna pro damnis inferendi, quotiens contingeret Scotos irrumpere, vel hostili more partes illas intrare. Hæc autem facta sunt pro eo maximē, quia in vltimo die quo dux Lancastriæ & ipsi cōuenerunt ad diem Marchiæ, conuentum fuit inter eos pro cōmodo partis vtriusq; vt de cætero ipsi nec Anglie vexarentur per tot labores & expensas, sed singulis annis certi vtriusq; partis destinarentur ad parliamētū regni vtriusq; qui & iniurias acceptas proferrent in medium, & emendas acciperent secundū quantitatem damnorū per iudiciū dominorū. Qui verò Scoti superfederūt ad hoc parliamētum venire iuxta condictum, & insuper damna interim plura Borealibus præsumpserunt inferre, ac etiam hostes ex Gallijs in nocumentum Anglorum conducere. Decretum est per parliamētum, vt frangenti fidem, si des frangatur eidem. Et vt potestas lecta ex Anglia mittatur illuc, subductore domino Thoma de V Woodstocke, videlicet mille lanceæ, & duo millia architenentium, ad compescendum conatus eorum. Quibus cognitis, Scoti valde timētes in fine parliamēti supplices aduenerūt, etiā de pace vel treuga tractare voluerunt. Sed Anglie totiens eorum falsitatem experti, cum eis tractare nec componere noluerunt, sed eos effectos contumelijs ad propria redire præceperunt, denunciātes vt capita sua defenderent quā bene scirent, & sua iurarentur. Quibus regressis (vt premisimus) domini boreales susceperunt patriam cōseruandā, donec comes Buckinghamiē dominus Thomas de V Woodstock prædictus paratus esset ad accedendū cū potestate grauiori. In hoc parliamento rex cepit tēporalia episcopi Norwycensis in manu sua, eō quod inobediens

diens erat voci eius quādo (vt premisimus) reuocauit eū per breue suū cū paratus esset ad transiretandum, sed tamen Episcopus noluit reuenire. Milites quoque qui cum Episcopo fuerunt in Flandria, quia & ipsi Episcopo fuerunt inobedientes, & quod peius est, proditores, incarcerati sunt: sed mox manucapti sunt per amicos, redimendi fuluo metallo. Et hic finis & fructus parliamenti præsens. Transiit annus iste frugifer & fructifer: sed in fructibus arborum suspicio multa fuit, eò quod per nebulas fœtēs, exhalationes, aërisq; varias corruptiones, ipsi fructus, putā poma, pyra, & huiusmodi sunt infecta, quorū esu multi mortales hoc anno, vel pestē lethalē, vel graues morbos & infirmitates incur-
 10 runt. Fuit etiam annus iste Anglicis luctuosus, quia plures tam in Flādia quā in patria perierunt: Flandrensibus exitiosus, quia patria illa cum suis habitatoribus tam per suos quā alienos est vastata: Gallicis formidabilis & onerosus, qui nunquam per ante timuerunt quenquā ex Anglicis ducibus sicut Episcopū formidabant, & onerosus propter contractionem tanti exercitus, quantum rex Franciæ congregauit, & expensas quas in commune ad hoc negotium profuderunt.

Anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo quarto, qui est annus regis Richardi à conquestu secundi septimus, fuit idem rex ad natale apud manerium suum de Eltham, & cum eo regina Anna. Exactis diebus natalitijs, dux Lancastriæ Iohannes de Gandauo, qui ante natale profectus fuerat in Frā-
 20 ciam ad tractandum de pace inter regna, rediit in Angliam, ferens treugas vsque ad festum sancti Iohannis Baptistæ, quo tempore rediturus erat ad tractandū iterum & confirmandum pacem si posset fieri inter reges. Quæ treugæ quantū contulerunt vtrique regno, regna manifestē suis commodis persenserunt. Nam Anglia per Gallicos & maximē per Normannos sequente quadragesima referta est cunctis necessarijs mercibus, putā vino, fructibus diuersi generis, speciebus atq; piscibus, adeò affluenter, vt admirationē ferret incolis vilitas rerum vānālium, præcipuē in illis partibus, ad quas accessus esse poterat Normanno-
 30 rum. Francia & Normannia letati sunt, quia argentum & aurum promptē perceperunt ex Anglicis pro suis mercimonijs, & abundantius multo quā in suis partibus pro tantillo commercio percepissent. Vnde ab vtriusq; regni incolis, & maximē cōmunibus, pax est ardentissimē concupita.

Eodem anno in nocte Purificationis beatæ Virginis visa sunt ingentia fulgura, & audita tonitrua, quæ corda mortalium non modicē terruerunt: & non multo post Iohannes de Northamptonia dictus aliās de Comberton, Ma-
 40 ior London. anno præcedente, qui suis seditionibus iuxta sui nominis etymologiam ciuitatem Lōdoniarum seditionibus adimpleuit, moliri noua temptauit, multis assentantibus quibus rapina placebat. Nempē Maiorem (electum iuxta morem ciuitatis) turbare & cum multitudine stipatorum incedere, non semel sed pluries ad plurimorum terrorem, quibus placebat vsus. Et cū iam Ma-
 ior illius anni (dictus dominus Nicholaus Brambre, miles) occurrere suis motibus parauisset, in tantam insaniam dicti Iohannes Comberton amatores conuer-
 si sunt, vt quidam ex arte sutoria, qui maior estimatione videbatur, publicē communitatis suffragium expeteret & commoueret. Ob quam causam (consilio domini Roberti Knoles militis) domo sua tractus & decollatus est, tanquā
 insurrectionis concitator, & pacis regiæ perturbator. Quod factum pro tunc
 compescuit commotionem vulgi, insurrectionem populiquē sedauit, qui dice-
 batur eo tempore in necem Maioris electi, & multorū valentium conspirasse.

Instante tempore quadragesimali, dux Lancastriæ Iohannes, cum fratre suo Thoma de VVodstock comite Buckinghamiæ, & innumerabili penē tur-
 ba

*Annalis con-
clusio.*

*De treugis in-
ter regna.*

*De dissidio in-
ter Londoniē-
ses pro maio-
ribus.*

*De profectio-
ne ducis ver-
sus Scotiam.*

ba militum, armigerorum & architenentium, profectus est versus Scotiam, v
 Scotis perfidis perfidie pœnas inferret. Cumq; in partibus borealibus perendi
 nasset, donec incolarum destructis victualibus, plus damni irrogasset eisdem
 quàm per ante intulerat ipsi Scoti, tandem circa festum Paschæ terrâ Scotorû in-
 trauit, vbi tâta erga eos vsus est paciëntia, vt villanos de Edinburgh permitteret
 asportare de villa quęcunque vellent, & vltra mare Scoticum comportare, indi-
 cens interim exercitum, ne præsumerent sub pœna mortis versus eandem villâ
 pedem mouere. Iacebant ergo nostrates per totum triduum non procul à villa,
 id est per tres leucas, dum potuissent adiuisse prædictam villâ, & Scotos aspor-
 tatione rerum vel perturbasse, vel iure bellico ipsa bona occupasse. Sed asporta- 10
 tis quibuscumque rebus è villa, & Scotis fuga saluauis, signum dedit mouendi ex-
 ercitus penes villam. Ad quam cum venissent, nihil præter domos vacuas in-
 uenerunt, & non tantum vacuas, sed omne stramentum tectorum depositum
 propter incendium & detractum. In nocte verò Paschæ fecit exercitus in pa-
 ludibus propter metum hostium armatum pernoctare, sed superueniente nix
 & intollerabili frigore, perdidisse fertur (vt taceam de hominibus exanimatis)
 per frigus amplius quingentis equis. Scoti verò semper prudenter agētes se sub-
 traxerunt, & in nemoribus vel vltra mare Scoticum delituerunt, nolentes bellum
 inferre nostratibus. Sed experimētaliter cognoscētes nostros illis in locis, & illo
 tēpore sine gladio, sine certamine, frigore, & inedia perituros. Quod & factum 20
 est: nā plures sine ferro perierunt, plures per irruptiones Scotorû vel captiuita-
 tem vel mortem incurrerunt. Vt viderentur ergo boni ductores, dux & frater
 eius volentes pabulum exire prohibuerunt, exeuntes ascensis velocissimis e-
 quis persecuti sunt, & cū lanceis præacutis nō plus parcentes eisdē quā hostibus
 percusserūt, vulnerauerūt, perforauerūt, & occiderūt plures ex Anglicis quàm
 hostibus perimentes. Tandem parum damni inferentes hostibus præter incen-
 sionem villarum paucarum, cum imprecatione cunctorum borealium, id est,
 Northhumbrēsium cum magno quidem supercilio ipsi domini, sed mediocres,
 egentes, angustiiati, afflicti redibant. Post quorum discessum, mox erumpentes
 Scoti in partibus Borealibus, prædas egerunt, & plura damna per combustio- 30
 nem villarum fecerunt quàm nostrates intulerant ante illis. Et factum est vt in
 hac expeditione non minus perderet & regnum in effusa pecunia, in turba viro-
 rum perditâ, in amissa substantia, quā anteaētis expeditionibus per annos mul-
 tos factis noscitur perdidisse.

*Parliamentum
 apud Salis-
 bury.*

Exacto tempore Paschali, id est, post quindecim aut paulò plures dies post
 Pascha conuenere citati proceres apud Salisbury, ad parlamentum celebra-
 dum. Quidam de ordine Carmelitarum frater, bacularius in Theologia, Hi-
 bernicus genere, infausta hora properauit. Hic namq; quandā schedulam dicta-
 uerat, & conscripserat, in qua plura enormia machinamēta per ducem Lanca-
 castræ (vt asseruit) excogitata fuerant exarata. Contenta siquidem in illa fue- 40
 runt, quod dux statuerat regem repente oppressisse, regnumq; occupasse. Desi-
 gnauit tempus, locum, & cætera quæ huius rei facere possent argumētum. Ob-
 tentoq; aditu ad regale colloquiū, porrexit schedulâ, iurans in Sacramento cor-
 poris Christi, quod ipse eodem die celebrando cōfecerat, nullum verbum fore
 falsum quod in schedula scripserat, monuitq; ne audirentur ducis excusatio-
 nes, quia per subtilia (inquit) verba hac die quidem iudiciū differet, & si fugerit
 in spacio militarij populum contrahet, & quò plus facultatis obtinuerit rece-
 dendi, tantò materiam obtinebit maiorem fortitudinem congregandi, & ita ef-
 ficietur vel hostis publicus, vel dolose reconciliabitur tibi regi. His auditis, rex
 puer nō dominos, non pares regni, seu qui sensu vigeabant in regno, sed consue-

tos consiliarios suos, duos videlicet capellæ suæ clericos, Nicholaum Slake & quendam alium super tantis conuenit negotijs, vt discernant quid in tali articulo sit agendum. Inter tractandum more solito dux intrauit, nihil voluens aduersi, omninò nesciens quid tractarent. Quem cū rex toruo vultu respexisset, nec vt solebat honorē impenderet, Dux æstimans aliquid latere in mente regis quod personam suam tangeret, se subtraxit. Interea duo dicti regis consiliarij fortassis metuentes ducis dominationem, vel affectantes amorem, cōsulerunt, vt omnibus vijs & modis ducem accerfat, & ipse eum conueniat super istis. Vocatus est tandem dux à rege, & schedula sibi tradita supradicta, quam vt perlegerat, suspirans, ait ad regem: Heu (inquit) domine mi, cur fidem datis talibus delatoribus? cur de mea persona talia opinamini? Nonne sum auunculus vester? Nonne tutor exiti? Nonne post vos principalis in regno? Quid mihi suaderet vos prodere vel certe necare, qui nihil lucri recipere de vestra morte? Nunquid hostes vestri me ditiozem facerent in terra sua, quā effectus sum in terra vestra & in natali solo? aut si regnum affectarem, credendum ne est post vestram interfectionē (quod absit) dominos huius regni æquanimiter ferre me posse, domini mei & patrię proditorem? Desistite (si placet) fidem dare talia referētibz, quia paratus sum more militis cōtra quēcūq; mūdi mihi in hac causa aduersantem pugnare, & meā innocentia defendere & purgare. Cumquē hæc & his similia plura pro se dixisset, credidit rex ipsi duci, & suscepit excusationes eiusdem. Dux verò rogauit regem vt frater supradictus in custodia teneretur vsq; ad diem quo causam diceret horum quæ proposuerat contra eum. Et rogauit specialiter, vt dominus Iohānes Holand eius custodiam obtineret. Erat iste Iohannes Holand frater regis ex parte matris, filius scilicet quondā domini Thomæ Holand, qui libenter propter amorem ducis, fratris custodiam acceptauit.

In ipsa nocte quæ præcessit diem datum suæ responsioni, idem Iohannes & quidam alius miles, dictus Henricus Grene, apprehendentes fratrem, & mittē-
tentes funem in collo eius, & eadem reſte neſcentes eius genitalia, suspēderunt
à terra, imponētes super ventrem eius lapidem tantę ponderositatis, qui & tor-
queret eum per distictionem verendorum, & eius guttura suffocaret, confrin-
geretq; spinam dorsi eius, vt non tantum vno supplicio, sed tribus tormentis vi-
tam finiret: qua inuria frater occubuit superatus. In crastino fecerunt fratris corpus exanime per villam detrahi more proditoris, vt suspicionē tollerent il-
latæ sibi mortis iniustæ. Et mirandum, quod nō armigeri, non valecti, non gar-
ciones, nec inferioris status viri quicquam mali voluerūt inferre fratri, sed mili-
tes hæc fecerunt. Ipsi iudices, ipsi ministri, ipsi tortores extiterunt. Erhic fru-
ctus parliamenti præsentis, excepto quod rex petijt & obtinuit de laicis quidem
medietatem vnius, (vt vsu vulgari loquar) quintę decimę, de clericis verò vnius
decimæ medietatem. Et præter hoc, quod dominus V Vilhelmus la Zouche,
quamuis grauissima detineretur ægritudine, accersitus erat ad parlamentum
prædictum, ad stādum iudicio regis & dominorum, quia idem frater eum velut
inuentorem, inceptorem, & incentorem dixerat omnium quæ scripserat extitisse.
Qui cū venisset lætica delatus, quia propter guttam equitare non poterat, cō-
pulsus est discinctus, & discooperto capite ad hæc oīa sibi obiecta, more latro-
nū vel proditorū respondere. Qui viriliter negauit obiecta sacramēto firmās hæc
nunquam audisse, vel huiuscemodi cogitasse, & ita demū absolutus est, & do-
mum redire permissus, factus nō solum illius ordinis, sed cunctorū ordinum
fratribz inimicus. Sunt qui dicūt cratem sutā super quā fratris corpus tractum
etū erat reuiriſſe, floruiſſe, & folia produxiſſe, & quēdā cecū ad eandē cratē
Iumē amiſſum recepiſſe, sed si verē id aſſeuerauerint vel amore, vel odio perso-
narum

*Interficiatur
frater Car-
melita.*

Mirabile.

datum non dum scitur. Ferunt etiam quod dominus Thomas de VVodstocke frater Ducis irruerit in cameram qua rex erat, & terribiliter iurauerit se oppugnaturum vel occisurum quemlibet qui prodicionem imponere vellet fratri suo Duci, nullum excipiens, nō ipsum regem quidem. Vnde rex turbatus, nec contramutire quidem ausus est. Quod factum capitale fuisset, si rex habenas regni ritè rexisset.

Irruptio Scottorum.

Circa idem tempus quia Scoti varia damna Northumbrensis inferre non cessabant, Comes Northumbriæ, dominus Henricus Percy, Scottorum regnum parat ingredi, & damna pro damnis illis reddere, & iniurias illatas suis patriotis vlcisci. Quibus ita gestis, cum reuersus fuisset comes, & exercitum dimisisset, reuertuntur Scoti, & damna damnis in patria cumulāt, vnde dictum comitem multipliciter irritarunt. Eratquē per totam æstatem vtriusque gentis euentus varius, dū nunc illi, nunc nostri proprijs damnis addiscerent quanta mala pariat discordia, quanta pericula lis inter regna. Hac æstate dominus Iohannes Philpot miles & ciuis Londoniarum nobilissimus, qui pro regno regniquē comodo plus omnibus laborauerat, & expensis & affectu sepius regem regnumque releuauerat, cōcessit in fata, neminem in huiusmodi affectibus relinquens superstitem sibi parem.

Io. Philpotti mors.

Dux Lancastriæ Franciā proficiscitur pro treugis.

Propē mensis Augusti principium, dux Lancastriæ profectus est in Gallias ad tractandum cum Francis de pace vel treuga, quarum tractatus semper dam-
20 nosæ Anglicis, & promissiones infructuosæ fuerūt. Igitur dux ibidē cū numero nobiliū comitatu diu perhēdinās, cū iocunda noua patriæ putaretur asferre, reuersus est cum denūciatione belli anno futuro prima æstate, treugastātū habēs vsq; ad primum diē mensis Maij. Sicq; reuersus est in terrā istam, postquam expendisset (vt dicitur) quinquaginta millia marcarum argenti.

Processus & iudicium in Iohannem de Northampton olim Maiorē Londoniæ.

Eodem tempore (rege vocante) congregati sunt multi de nobilibus regni apud Rading, dū adhuc dux ageret in remotis, ad cōpescendū seditiosos motus Iohā-
nis de Northamptonia nuper Maioris Londoniarū, qui ingenia facinora nifus
est, de quibus & conuictus est ibidem, suo familiari clerico eum accusante, &
molitiones plurimas per ipsum excogitatas, tam in damnum regis, quā totius ci-
30 uitatis Londoniarū obijciēte. Cūq; sentētia ferenda esset in eū rege præsentē, re-
clamauit improbus, & asseruit tale iudiciū non debere fieri in absentia domini
sui ducis. Quo verbo, suscitauit suspicionem sinistra tam vulgi quā procerū
cōtra ducem. Tamē ex processu iuris Iusticiarius huiusmodi verbis vsus est. Io-
hannes (inquit) scelera quæ tibi obijciuntur, debes duello refellere, vel per iura
regni tractioni, suspensioni & quarterizationi subiaccere: cūq; mutus staret, nec
vllū verbū velle addere, decretū est vt perpetuo carceri traderetur, & eius bona
regijs vsibus cōfiscarentur, & vt Londonias non appropinquaret per centum
miliaria in vita sua. Destinatus est igitur ad castellū de Tyntagel in finibus Cor-
nubiæ constitutum, & interim ministri regis velut Harpiæ bonis illius incuba-
40 bant. Et hic finis pro tunc processus contra eum facti.

De miraculo facto in die sancti Osvini regis.

Propē dies istos, id est, vicesima die mensis Augusti, quo die videlicet celebra-
tur passio S. Osvini regis, & martyris, in nouo castro super Tynā apparuit no-
uum & inauditū nostris diebus prodigiū. Duo nempe nautę ad refarciendū na-
uiem suam quoddā lignum dolare satagentes die prædicto, dum alter illorum fe-
curi dictum lignum percussisset, sanguinem repēte de ligno prædicto, tanquā
de pecude vberim stupuit emanasse. Percussus ergo formidine magna detanta
renouitate diu hæsit: tandem recordatus diei Sancti Osvini, cuius solemni-
tatem infestauerat, vouit se nihil vltius eo die in aternū facturum operis ma-
nualis. Quod audiēs eius socius & miraculū paruipēdēs, iurat se dolaturū dictū
lignum

lignum & eo die loco p̄ordinato positurum. Cūq; & ipse lignum percussisset, vidit sanguinē abundantius effluentē in parte percussa. Induraturus tamē lignū vertit & insistit operi alia parte ligni, sed nec ibi defuit miraculū p̄ostensum. Nam & ibi sanguis tanquā ē boue vel vacca decurrit. Giratur lignū ad quatuor partes, omni parte p̄cutitur, omni parte fluit cruor. Quod cernēs qui p̄iūs improbē signū cōtēplīt, ad deuotionē se conuertit, & deinceps eo die ab omni opere manuali spōdet secessaturū. Istud miraculū à multis visū, & quib⁹ incubebat, approbatū, testimoniū magnū reddit sanctitati & excellentiæ martyris supradicti.

Eodem anno die sextadecima mensis Augusti, serō & per noctem sequentem *De Eclipsi Solis.*
audita sunt in Anglia perhorrenda tonitrua, & visa fulgura terribilia, quæ mortales multipliciter tertuerunt. In crastino verō post meridiem quali per horam facta est Eclipsis Solis, & coniunctio simul, aspicientibus eas multis.

Eodem anno circa festum sancti Martini factum est parliamentum Lōdo- *De Parliamento Londini & duello in eodē & condemnatione comitis Northūbria.*
nijs, in quo (prout iam à multis consuevit temporibus) nihil dignum memoria fuit actum, p̄ter illud quod sedulō actitabatur extortio, videlicet pecuniæ, de clero & communi plebe ad sustentationem militibus vveræ regalis, & p̄ter hoc quod duellum commissum est infra listas, inter quendam armigerū Anglicanum, & quendam de Nauaria, qui accusauerat dictum armigerum (cuius no-

men erat Iohānes V Valshe) de prodicione regis & regni effectualiter: tamen nō erat proditor, sed inuidebat sibi, eō quod cū esset idem Iohannes subcapitaneus de Cherburgh, oppresserat vxorē dicti Nauariensis, prout idē Nauarus exposuit superatus ab eodē, & moriturus publicē fatebatur. Ob quā causā idē Nauarus, regali iudicio (qui ad spectaculum duelli cum principibus regni sui confederat) tractus & suspensus est, quanquam regina & plures alij pro eo preces sedulas porrexissent. Nondum parliamentum finitum fuerat, cū noua de partibus borealibus sunt allata de captione castelli de Beruico per Scotos, cuius custodiam comes Northumbriæ, dominus Henricus Percy auito iure possedit. Scoti namq; mediante pecunia, de quodam qui secundariē castri custodiam tunc habebat, introitum castelli dolosē nacti sunt. Quibus dux Iohannes cognitis latatus est valdē, quod materiam iam inuenerat nocēdi dicto comiti prout fertur. Factum est ergo dūce procurante (prout dicitur) vt pro perditione dicti Castelli regalis, comes iudicium qui aderant optimatum, & regis sententiam damnationis exciperet in eum publicē promulgatam. Cuius executionis vindicta per regem postea citō relaxata fuit, quamuis id duci (vt dicitur) displiceret. Acta sunt hæc decimo quarto die Decembris in eodem parlamento, non obstante quod idem comes ad dictum parlamentum vocatus fuerat per breue regium, & ad custodiam suæ patriæ morari maluisset. Hæc idcirco causa inter ipsum Ducem & Comitem postea itæ & odij fomitem ministravit.

Comes Northumbriorum taliter adiudicatus, sed indulgentia regis vitæ possessionibusq; restitutus, nullas moras nectens, omnem apparatus belli p̄parat ad obsidendum dictum castrum, & expugnandum eos qui in eo erant. Et cum populosum exercitum congregasset, & utensilia comportasset expugnationi necessaria, repente castrum oblidione vallauit. Tandem cū ibidem moram traxisset aliqualem, conuentum est inter obsidentes & obsessos, vt ipsi obsessi castellum relinquerent, & vita gauderent & mobilibus bonis suis, & pro redditione castelli reciperent ab eodem comite duo millia marcarum Anglicanæ monetæ. Et hoc modo recepit comes castellum de Scotorum manibus, doctus prudentius in futurum sua fortalitia custodire.

Hoc anno Dux Andegauia post longam & procul positam à patria peregrinationem, post opum indicibilium & expensarum proflusionem, post magnatū suorū morte peritūū amissione, spe sua frustratus, decidit in lecto ægitudinis, & simili

& simili sorte perijt in magna mētis amaritudine moriens in terra aliena. Sicq[ue] factum est: vt cui nō placuit fortuna sua, dū ad dignitatem aspirat[ur] regiā, ducatus amisit honorem, & nō solū ambitiosus moriens, sed etiam excommunicatus vitam finiuit. Qui remanserunt de eius exercitu vespiliones & latrones facti, nō solū regnū Sicilię, sed & alias regiones in giro positas, impleuerūt cædibus & rapinis. Et hic factus & fructus totius apparatus ducis Andegavię regnum Sicilię meditātis conquirere, & Papā Urbanum suppeditare conātis. Transiit annus iste quoad Gallos pacificus, sed Anglicis nocius Scotorum irruptionibus, frugum fertilis, sed fructuum neque omninō sterilis, neque fecundus: In hac quidem terra seditionibus turbulentus propter motus inordinatos Londinensium vo- 10 lentium Iohannē de Comberton ad dignitatem pristinam reuocare, & propter occultum odiū inter dominos suscitatum, prout in gestis sequentis anni patebit.

Amalia conclusio.

De morte Iohannis Wiclif.

ANno domini. M. CCC. lxxxv. qui est annus regni regis Richardi à cōquestu secundi octauus, fuit idē rex ad natale cū Anna regina, quā rarō vel nūquā lateri suo deesse permisit, adfuerūt & Boemi patrior[um] reginę, qui gustata dulcedine terrę, proprię regionis obliu, inuerecūdi & illati hospites repatriare nolēbāt. Die S. Thomę Cantuariēsis Archiepiscopi martyris organū diabolicum, hostis ecclesię, cōfusio vulgi, hereticorum idolum, hypocritarū speculum, schismatis incentor, odij seminator, mendacij fabricator, Iohānes de VViclif, dum in S. Thomā (vt dicitur) eodē die in sua prædicatione quā dicere preparauerat asti- 20 ones & blasphemias vellet euomere, repētē iudicio dei percussus lēsit paralytim

Rumores Monachorum de morte Wiclif.

omnia membra sua generaliter inuasisse. Os nēpē quod contra deum & sanctos eius siue sanctā ecclesiam ingentia locutū fuerat, à loco suo miserabiliter distortū, horrendum cernētibus spectaculum exhibēbat, lingua effecta muta confitendi vel testandi copiā denegabat, caput tremulū maledictionē quam diuinitas in Cayn fulminauerat, in ipsum latā etiam patulo demonstrabat. Et vt nulli veniret in dubiū eum Cayn cōsortio deputādum (vt ferunt hi qui affuerunt morienti, per signa forinseca moriens desperauit: & quidē totius malicię suę cōclusio talis erat. Dominus Edvardus le Bourser per hos dies missus est Gandauū cum armatu manu, vt Gādauiensibus præesset more capitanei. Illis quidē à rege 30 hoc instāter petētib[us] & sibi fidelitatē promittētib[us] sub iurisurādi attestatione, vbi quā prudēter Gandauenses rexerit, quā circumspectē res belli tractauerit, & nobis silentib[us] hostes sui, videlicet Gallici fitebūt[ur]. Nā in ipso aduētus sui principio ipso duce Gandauenses tria millia Gallicorū deuicerunt, & ex illis quosdā fugauerunt, nōnullos ceperunt, plurimos occiderunt, & præter reliquā prædam quadringentos equos hostiū abduxerunt. Gallici proindē multipliciter exasperati cū ctos captiuos quos inter se tenebant enormiter mutilantes, effosis oculis, & amputatis manibus & varijs modis læsis irrestitabiliter domū ad cōmotiendū corda Gandauensium remiserunt. Quibus visis Gandauēses cōmoti, voluerunt militibus & armigeris, quos de Frācis (vt diximus) viuos ceperant, eadem 40 supplicia irrogasse. Quibus conatibus obstitit dominus le Bourser dicens, id non debere fieri viris qui iure belli capti, se ipsos pro saluatōe vitę ipsorū fidei reddidissent, si verō in futurū quoscunq[ue] Gallicos possēt violēter intercipere, hos dixit se bene permissurū tali modo mutilatos vt Gallias mitterent, & simili sorte Gallicos salutarēt. Quod paulō post factū est ipsis sibi met obuiātibus, & Gandauē-sibus victoriam reportantibus ipso duce.

De discordia inter Papā & regē Sicilia & de gradatione sex Carolinalium.

Sub præsentī tempore cōmota est vniuersa Sicilia, cōmota est & tota Romana curia cōmotione magna, qualem per ante nunquā senserat vel tollerauerat, cuius causā inferius describemus. Cū dominus Papa (vt supra retulimus) dulcedine natalis solj illectus, Romanos decepisset suo repētino recessu, & Neapolim appropinquasset: Carolus rex Hierusalem & Sicilię qui vocatur à multis rex 50 Neapolis

Neapolis, cepit inopinatò Papā in lecto suo, & per octo dies in priuato loco secum tenuit, & eū tā secretē seruauit, vt ignoraretur à Papalibus famulis quonā illorū dominus deuenisset. Quam quidem detentionē Papa vocauit ex post incarcerationē. Hac ergo de causa grandis dissentio creuit inter Papā & regem, & etiā inualuit in alterutrū odiū eorundē. Regina verò Neapolis nō mediocriter dolēs de tāra dissentione, apposuit vires omnimodas pro pace reformanda & beneuolentia redintegrāda inter illos, ad cuius instantiā cōmendabilē quamuis foret difficile, facta est pax, rege iuramētum edente, & obligationē faciēte de nunquā delinquendo cōtra Papā verbo vel facto. Ex parte verò Papę Cardinales eū Romanis obligauerunt se regi pro Papa in centum millibus Florenorū. Quòd videlicet dominus Papa seruaret conditiones factas inter illos, inter quas conuentiones conuentū est inter Papā & regē, quòd dominus Papa prestaret auxiliū ad custodiēdum ciuitatē Neapolim. Quibus firmatis, dominus Papa cruce signauit regē suis manibus, & cōfortauit eū ad bellandū inimicos ecclesię, & cāpū tenendū cōtra eos. Rex itaq; progressus tenuit cāpū cōtra dictos aduersarios per octos mēses: sed mox post recessū regis Papa trāstulit se eū tota curia sua ad villā quę Luceria nominatur, & infregit cōuentiones, & pactū initum inter illos. Regina proindē Neapolis dedit mandatū cinitatibus & castellis, vicis, & villis, & oīs cōditionis hominibus, sub pœna mortis, ne victualia Papę aut curialibus ferre pręsumerent, & omnē illis ex omni parte interdixit cōmeatū. Nec solū tūc inter Papā & Siculos orta est discordia, sed inter ipsū & Romanos propter pacta, quę pepigit & misit eisdē sub bullis suis plūbo sigillatis. Iuramēto & iā firmauerat iisdem Romanis, & sponderat se redditurū & moraturū inter eos: sed tamen nihil impleuit ex omnibus quę promisit. Quibus de causis Romani illum falsum reputabant, & publicē proclamabant.

Eodem tēpore. 3. idus Ianuarij orta est gravis dissentio inter Papā, & quosdā *De discordiā inter Papam & quosdā de collegio.* de collegio Cardinales, qui intrauerunt ipso die (prout moris erat) papale palatium, vocati prius ab eodem, ignorantes siquidem intentionem Papę, confistorium sunt ingressi, vbi Papa inopinatò proposuit & obiecit in conclauī sex Cardinalibus conspiracyem in mortem suam, & affirmauit eosdem triginta articulos hærēsis voluisse sibi met imposuisse, & comprobasse eū deprauatum fuisse hærētica prauitate. Cardinales mox attoniti, vnus post alium iurauerunt se nunquam talia cogitasse. Papa nihilominus sine processu facto comprehendī fecit eosdem & incarcerari, & ex post quæstionibus contorqueri, quorum quidē nomina Cardinalium ista fuere.

Cardinalis de Venetia, Cardinalis de Anglia, Cardinalis de Ianua. qui omnes erant viri venerabiles & religiosi, & maximę opinionis in vulgo, & sacrę *Nomina Cardinalium de gradatorum.* ginę professores: triū reliquorū nomina fuere ista, Cardinalis Zang. Cardinalis Corfienfis, & Cardinalis Tarentinus, qui fuerūt valētes, & de magno genere, & ex eis duo doctores legū. Igitur postquā torti fuissent (vt præfertur) dicti cardinales cōfessi sunt (vt dicitur) delictum suū siue cōsciētia stimulatī, siue pro carendo pœnarum acerbitate. Cardinalis tamen Anglię nihil fatebatur præter id quòd dixisset Papam esse nimis superbum. Proximo die dominico sequēte Papa compelli fecit curiales & laicos de villa & casalibus in circuitu, ad veniendū in castellum, quibus ingressis, portas claudi fecit, ne quis exiret donec ipsemet prædicasset. Ascendit igitur turrim altissimā, secundū portam etiā prædicare cepit, plebe sedente exterius super terram in magno frigore & esurie, donec esset ferē hora vespertarum, in qua prædicatione mouit multas rationes, inter quas dixit quòd Cardinales prædicti confessi fuissent se adinuenisse articulos supradictos, & conspirassent in mortem suā tali modo: videlicet, quòd rex cum suā

comitiuacepisset, eum subito & deposuisset vel certe peremisset. Dixit etiam quod ista omnia fuerunt demonstrata sibi reuelatione diuina. Lōgum est autem & tardiosum fabulas inserere quas narrauit. Inter quas dixit quod Cardinalis Reatinus quondam factus per eundem, sed diu ante depositus, fuit inceptor & inuentor dictorum malorum contra eum, qui etiam diu ante fuit excommunicatus ab eo. Qui Reatinensis iudicio populi vir sapiens & circumspēctus reputabatur, & erat doctor legum apprimē eruditus: & quamuis Papa priuasset eum, erat tamen maximæ æstimationis in consilio, & inter consiliarios Regis Caroli supradicti. Præterea Papa retulit in illo sermone quanta fecit pro rege dicto, & Cardinalibus memoratis, & vt promoueret eos de puluere & de terra, & quorū gratitudines ostendisset regi & reginæ, & Cardinalibus sapēdictis. Post finem verō sermonis, Papa cum Cardinalibus non priuatis, erecta Cruce, & accensis candelis, excommunicauit regem Carolum & reginam, Antipapam & anticardinales, Abbatem montis Cassini quondam Reatinensem Cardinalem, & prædictos sex, quondam Cardinales, & omnes consiliarios & adiutores vel fautores eorum verbo vel facto, & omnes comedentes aut bibentes cum eisdem, & interdixit ciuitatem Neapolitanam, ne ibidem celebrarentur, aut fierent sacramentalia vel Sacramenta: & vnā cū his extinxerunt candelas suas, & extra iecerunt inter plebes. Quibus expletis, tumultus magnus excreuit in tota Luceria & patria in circuitu constituta, & malefactores 20 discurrere ceperunt, & despoliare quoscunque poterant superare.

*De malis quæ
irrogauerunt
regales per-
grinis post
datam senten-
tiam.*

Eodem die post solis occasum malefactores peremerunt quēdam Anglicum procuratorem, & nuncium cuiusdam Clerici regis Anglię, dictum Iohannem Aleyn dum ire disponderet ad hospitium suum, & despoliauerunt eum. Quapropter omnes qui sequebātur curiam, colligatis sarcinis reliquerunt ibi esse, & ad villam quæ citra est constituta dicta Castelmare properare ceperunt viri amplius quàm sexcenti: sed tamen deprædati fuerunt in ipso itinere, & amiserunt amplius quàm quadraginta onera asinorum: vt autem Papa cognouit tantam miseriam & procinctum iuneris peregrinorum & aliorum curialium, summo- 30 neri fecit omnes Anglicos ad veniendum ad eius colloquium, vt videlicet cōmorati fuissent in castello suo, & custodissent illud, sub pœna excommunicationis omnium beneficiorum suorum. Non tamen voluerunt ex Anglicis expectare cum eo viri aliqui nominati, præter Episcopum Bethleemensem & magistrum Henricum Bovver, & alios circa duodecim.

Redit rex Carolus.

Septimo Calend. Februarij venit Carolus rex Neapolim stipatus turba magna, cui ciues & milites exierunt obuiam cum ingenti laetitia, & deduxerunt eum in castellum suum. Proximo die Sabbati subsequenti Papa in publico cōsistorio educi fecit dictos sex Cardinales priuatos, vbi fatebantur publicē dictos articulos & obiecta de conspiratione contra Papam: sed tamen Cardinalis Angliæ nihil fatebatur, nisi sicut prius, scilicet quod intollerabilis erat fastus Papæ. Credebatur tamen eos voluisse longē aliam fecisse confessionem, si fuissent ē carcere liberati: ibi tunc Papa iterum excommunicauit eosdem, & priuauit & regem & reginam. Cumquē rex hæc vniuersa cognouisset, relatione veridica iratus est valde. Et quarto die sequenti, misit illuc magnam turbam hominum bellatorum, quibus præposuit Villanocheum & Amiralium, cum tota potestate sua. Qui confestim ceperunt destruere casalia & villas in circuitu Lucerię cōstitutas, & capere cunctos quos poterant, qui cum Papa tenebāt, aut cum principe Capuano qui erat consanguineus Papæ, & compellere eos ad redemptionem. Proxima sexta feria sequente obsederunt villam de Luceria, & insultum 40 fecerunt ex vtraque parte plurimi vulnerati. In crastino, id est, diei

*Conuocatio
cleri Neapolitani.*

Sabbati, fecit Rex congregari totum consilium Cleri Neapolis, ad quærendum

rendum si interdictum foret timendum: cui post tractatum diuturnum clerus respondit interdictum non fuisse factum bono sensu & bona deliberatione, nec in iure sacrosanctæ ecclesiæ, sed potius captiosè, & ideo non fuerat metuendum. Die lunæ proximo sequente regalis exercitus cepit villam de Luceria, & concremauit illam. Cepit insuper vltiorem custodiam, quam vvardam vocant, castelli Papæ & gardenum eius. Tandem metuens sibi Papa, misit ad regem nuncios pro cōcordia & pace reformāda. Sed rex multipliciter exasperatus, respōdit Papam fore falsum, & semper conuentiones factas inter eos infregisse, & nulum ex pactis omnibus custodisse, & ideo nolle se de cætero credere suis spon-

10 lionibus fraudulētis. Demum tamen intercurrētibus viris illustribus & bonis, cōcordati sunt sūmus pōtifex & rex magnus, & Papa dimissus propriæ libertati. Causa de Bury.
Causa Monasterij S. Edmundi de Bury, pro qua multociēs multi versūs curiam Romanā laborauerant, huiusmodi finem cepit. Papa laudabili instantia ambassiatorū concessit & permisit, vt ad nouā procedentes electionem, satage-

rent eligere monasterio dignū patrem, quāquam iamdudum Iohānes de Tymvorth per prouisionem sibi factam Abbathia aliquanto tempore fuisset gaudi-

20 sus. Misit ergo fratribus, mouens vt eundem Iohannem Tymvorth (si posset fieri) præ cæteris eligerent in pastorem, cuius conditiones per ante Papæ cōmendauerāt in immensum. Cassauitq; Papa tā benedictionē, quā perceperat ab episcopo Landauenſi, quā electiones & prouisiones de eo vel sibi factas, vt electio iuxta postulata posset esse libera & quieta: delegationem verò ad ratificandum quæ in hac parte secundū iura fierent, & munus benedictionis impendendum electo cōmisit Magistro Roberto Braybrok Episcopo Londonienſi, qui accedens ad locum adimpleuit officium, & eiusdem Iohannis Tymvorth quem iterū conuentus elegerat in Abbatem, ratificauit electionem, & benedixit eundē in eadē ecclesiā cū solennitate magna in die S. Albani Anglorū prothomartyris.

Per idem tempus in Anglia orta est duci Lancastriæ inquietudo grauissima, iuvene rege & iuuenibus eius complicitibus, in mortem illius conspirantibus.

Cōuenerunt nempe inter eos, vt cum subito arestatum iudicio sisterent coram

30 Iusticiario Roberto Trysilian, qui manū ceperat audacter in eum laturū sententiam iuxta qualitatem criminum sibi met obijciendorum. Sed dux pramoni-

tus à quodam de consilio, & propriæ salutis non negligens, prudenter se subtra-

xit, & ad castellum suum de Ponte fracto, quantocius properauit, quod & armis & victualibus affatim cōmuniuit: vnde factum est, vt iam non tantum oc-

40 casione dissentionis huius in priuato, sed etiam in publico inualeſceret odium in alterutrum, & iam iam timebatur adfuturum, quod communes diu affectauerant, discordia videlicet idrē eos, ac per hanc licentiam impunē discursandi & grassandi, sicut olim quando communes non principati sunt, sed debacchati sunt. Sed tantum discrimen regni ferre non sustinens domina Iohanna mater

regis, quamuis tenera foret & delicata, & præ corporis sui sagina semet ipsam, vix portare valeret, neglecta tamē corporis sui quietudine, laboriosum iter, nūc ad Regem, nunc ad Ducem gratis assumpsit, nihil parcens expensis, nihil humilibus precibus, donec voti compos effecta inter eosdem pacem & concordiam reformasset.

Eodem tempore coniunctio duarum maximarum planetarum facta est, videlicet Iouis & Saturni mense Maio, quam secuta est maxima regnorum cō-

motio, prout patebit inferiūs cū attigerit stilus locum.

Sub eadem tempestate, rex Franciæ cum suis Gallicis exitium quod Anglo-

rum regno diu per ante excogitauerat, effutire parat. Et congregatis ratibus vndecunq; atque cōductis apud Selusam, in anchoris stare præcepit. Ergo illuc

Gg. iij.

omnium glā inuadere.

Discordia inter regem & ducem Lancastriæ orta.

Coniunctio Iouis & Saturni.

De apparatu regis Franciæ volentis Angliā inuadere.

omnis aetas apta bello iussa venire equos adducit, arma comportat, victualia congerit, & cuncta necessaria tantæ profectioni deponit. Auditur in Anglia rumor iste scilicet sexcentarum nauium istuc dirigendarum, cum exercitu infinito, qui totum regni solum sicut locustæ repletet, & illicò (quasi nulla spes salutis esset) non solum plebani, sed & ipsi milites olim exercitati, sed modò effeminati: olim animosi, sed modò meticulosi: olim cordati, sed nunc excordes & enervati, trepidare ceperunt, & non de resistentia, non de bello modò, sed de fuga vel deditione tractabant. Missus est insuper Hertfordensis Episcopus, cum nonnullis alijs reuerendis nuncijs, ut cum Francis componat, vel certè dilationem belli reportet. Qui derisus à Gallicis, treugas reportat non nobis viles, sed ad duos menses, videlicet donec illi se possent commodius præparare, adiectis conditionibus, quòd nec illi terram istam, nec nostrates terram suam ingrederentur hostili modo per tempus prædictum. In maritamen liceret eis nobisq; prædas agere, hostiliter accitare. Videbatur interea Anglia respirare, quòd non statim hostili gladio subiicienda foret. Interea præparatur nauigium ex cunctis portibus Anglicanis, conducuntur bellatores copiosi, præficiuntur eisdem Admiralij, Magister hospitalis Sancti Iohannis, & dominus Thomas Percy, frater scilicet Comitis Northumbrorum: qui per totum tempus æstiuum obseruaturi maris semitas, videntes frequenter classem Gallicam, nunc eos prætereuntem, nunc etiam deridentem, nihil omninò contra eos qui in illo erant agere statuerunt, impediti vel priuata discordia, vel vecordia repercussi. Sed non sic viri de Portsmouth & Dortsmouth, non sic feriare decreuerunt, quos nullus conduxerat, nullus coëmerat ad nocendum hostibus, sed virtus propria stimulauerat, probitas innata succenderat. Hi nempe nihil metuentes à facie multitudinis nauium, nihil formidantes occursum hostium, cum parua manu pertrāscentes Oceanum, in Sequanā nauigarunt, vbi sine magna difficultate quatuor naues hostium demerserunt, alias quatuor abduxerunt, cum bargia domini de Clifson, cui par non erat in Angliæ siue Franciæ regnis. In quibus vnà ferum & prædam aliam sunt lucrati, quæ meritò auidissimi cuiusque saturare posset auaritiam & inopiam releuare. Hoc anno terræ motus factus est antè mediam noctem præcedentem diem Inuentionis sanctæ crucis, significans fortassis cōmotionem magnam & profectionem, quæ postea citò facta est in terram Scotiæ per nostrates.

*De vecordia
nostratum in
mari.*

Terræ motus.

*Indignatio res
gis contra Cans
tuariensem Ar
chiepiscopum &
quosdam alios.*

*De aduentu
Francorum in
Scotiā & pro
fectione regis
contra illos.*

Eodem tempore rex ob leues occasiones in tantam exarsit iracūdiam contra Cantuariensem Archiepiscopum dominum VVilhelmum de Courtney, ut eius bona temporalia iuberet auferri, & in manus suas seisciti: factumquæ fuisset ut iusserat, nisi Cancellarius regni, dominus Michael de Poole, eius conatibus laudabilius restitisset. Ob quam causam idem Cancellarius indignationem regiam vix euasit. Prætermittò, (quia longū foret scribere) verba contumeliosa, quæ rex iecit in vtrumque, quæ regale fastigium non decerent. Taceo probra & opprobria quæ dixit in dominum Thomā Triuet, quāuis (ut quidā asseruit) verū dixerit, vocādo eum publicū proditorem: taceo verba procacia & contumeliosa habita per eum contra dominū Iohannem Deueroux militē generosū, qui verba pro Archiepiscopo facere sunt conati. Archiepiscopus verò ut à presentia regis est egressus, sūpta cruce sua, & consuta sub pannis eius ad pectus eius, paucis consensu latenter se subtraxit, & latibula perquisiuit, donec intercurrentibus viris timoratis, pax est inter eosdem, & gratia reformata.

Dominus Iohannes de Vienna, stipendiarius regis Franciæ, per idem tempus peruenit in Scotiam, cum magna multitudine nauium & hominum bellatorum, ut pariter iuncti Scotis totum regnum Angliæ infestarent, & ut dum ipsi poten-

potentiam regni ad illas partes attraherent & detinerent occupatam, rex Franciæ cum suo navigio & exercitu congregato, alias partes regni licentiis posset ingredi, nemine videlicet (vel saltem paucis) domi dimissis, qui eius introitum prohiberent. Comperto in Anglia dicti Iohannis aduentu, & Scotorum ferocitate, qui iam fulti Francorum subsidio, nihil illis obstare posse credebant, rex & tota regni nobilitas se preparauit ad protectionem: expetunt seruitia consueta & noua, non tam precantur, quàm timore potestatis extorquent. Fit concursus ad regem iam primò suos aduersarios debellaturum, militum, armigerorum & arcitenentium nostris sæculis & regionibus inauditis, ita ut equorum numerus 10 ad summam excreseceret trecentorum millium, prout aestimauerunt quibus incumbit seruientes de armis. Latatus est ergo rex ut veraciter latari poterat de tam valentis exercitus numero & effectu, ac etiam de tam nobili apparatu suorum, & diutius gaudet de animositate, quam suis vidit in esse. Sed priuatum & publicum gaudium obnubilauit apud Eboracum citò ferocitas domini Iohannis Holand fratris regis, qui dominum Radulphum de Stafford filium comitis de Stafford occidit in via dum pergeret ad reginam, cuius familiaris erat miles, & ab eadem summa fuerat affectione dilectus. Erat nō minus percharus ipsi regi utpote qui cum eo coaluerat & sodalis eiusdem fuerat ab ætate primæua, quamobrem rex indignatus statuit persequi dictum Iohannem, non tam vindicare cupiens dolorem proprium, quàm comitis de Stafford patris eiusdem iuuenis orbitatem. Cōfiscari fecit igitur bona Iohannis de Holand, ut nulli veniret in dubium eum ex animo vindicare velle mortem iuuenis supradicti, quo facto, sibi met conciliauit amorem comitum de Stafford & de VVarvvike dominum de Basset, & omniū qui ipsi iuueni necessarij fuerāt vel affines. Ipse Iohannes iam fortunam mutatā intelligēs, fugit Beuerlacum, ut impunitate gauderet eiusdem loci.

Audiens domina Iohanna mater regis & eiusdem Iohannis de Holand, & homicidium quod filius suus fecerat, & ut rex eum subijciendum legis rigori iurauerat, mittit illicò qui regem adeant, maternas preces deferāt, & filio pro fratre porrigant, exorent ne matris faciē pro tantilla petitione cōfundat, misereatur fratris, misereatur & matris, & ampliorē experiatur fratris misericordiā quòd frater suus sit. Sed cū nuncij redissent VValingfordiā, & mater filiorum nūllam in hac parte à rege consecuta fuisset gratiam, nimia profectò grauata dolore lecto decumbit, & post quatuor aut quinq; dies seculo valescit, cuius corpus ceratis lintheaminibus intolutum, & plumbo impositum, cōseruatū est VValingfordiæ vsq; ad regis regressum de Scotiā, & tempus quo deberet Stamford inter fratres Minores honorificè tumulari.

Hoc anno septimo die post translationem sancti Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi & martyris, circa horam tertiam post nonam audita sunt tonitrua, & visa fulgura & choruscationes iugiter per vnam horam, quæ multorum corda terruerūt, ex quorum ictibus quidam sunt mortui, quidam irremediabiliter læsi multis in locis. Quarto die sequente dictam tempestatem affuit terræ motus circa secundam vigiliam noctis, præsignans forsitan inanem cōmmotionē vtriusq; regis, Angliæ videlicet & Franciæ, qui iam contraxerant inauditos exercitus, vnus versùs Scotiā, ut hostes arceret à regno: alter versùs Angliam ut acquireret sibi regnum.

Mense Augusti rex Angliæ cum potenti manu regnum Scotiæ est ingressus, cuius viribus Scoti & Galli cernentes impares, diuorcia quæruunt, nemora petunt, & ad latibula festinare contendunt. Ex quibus tamen frequentius later egredi, nostros ignatos tam locorum quàm insidiarum ex insperato inuadunt, uersa.

*Causa mortis
matris regem.*

Fulgura, tonitrua & terræ motus.

*Rex Angliæ
equitat per
totam terram
Scotiæ & cō-
buri loca dis-
dunt, uersa.*

dunt, perimunt, captiuos abducunt. Exercitus Anglicanus quo nunquam pulchrior, nunquam fortior, numerosior visus est, equitat per terram habitatoribus destitutam, animalibus vacuam, carentem victualibus, quæ omnia Scoti cum Francis præscientes, aduentum nostratū abegerant, abduxerant & asportarant, in tantum enim desolata est terra, ut nostrates veraciter fatebātur nec auem quidem se vidisse ibidem, bubonibus solummodò duntaxat exceptis, fruges tamen ibi pulcherrimas virides copiosas inuenerunt, quos vel in equorū pabulis consumpserunt vel equorum pedibus destruxerunt. Caterū hostibus bellum subterfugientibus nihil dignum relatu per nostrates actum est amplius, nisi ad Abbathiam de Mailros & villam de Edinburgh cum casalibus quas obiter repererunt nostri flammis dederunt.

*De discordia
inter regē &
ducem Lanca-
stræ & res
dictæ de Sco-
tia.*

Cūm peruenisset exercitus noster ad Edinburgh, deficientibus victualibus ceperunt multi infirmari, nonnulli fame periclitari. Ibi ergo consultit rex quid melius videretur agendum. Dux Lancastriæ, qui inter magnos maximus post regem, aderat, fari taliter est exorsus: Domine mi rex (inquit) deū laudādi & multipliciter gaudendi vobis se ingessit occasio gratiosa. Primò quòd hostes qui sua confisi potentia existimabant regnum vestrum pessundare, à facie vestra veriti, comparere non audent, sed fugiunt cum dedecore. Secundò, quòd adest vobis dominorum & nobilium spectabilis numerus, bellatorum copiosus exercitus (qualis antea in hijs regionibus nūquā visus est) pro vobis dimicare paratus. Tertiò, quòd fauor diuinitatis vos (ut verissimiliter arbitror) comitatur, quia & ætas temperata, & aura serena votis nostris in tantum hætenus arriserunt, quòd non vento contrario, non imbre nociuo fuimus impediti, quo minus vel in diebus equitate vel in noctibus sub diuo requiescere valeremus. Cōsulo propterea ut mareoticum transeamus, quòd constat hostes nostros cōfugisse, præsertim cūm facilis sit nobis transitus, & patriam flamma ferroq; destruamus, ut vel sic compellantur hostes ad pugnam, vel saltem ad dedecorosam fugam. Rex ad hæc (tāquam testem prodicionis inuenisset ducis sententiam) exarsit in iram: tu (inquit) vbicunq; locorū cum exercitu deuenisti, meos homines malo ductu, malo consilio, mala patria, fame, siti, penuria perdidisti, semper tuis marsupijs cōsulens, meis nihil. Et nunc iuxta morem tuum me cogis ad transitum maris Scotici, ut ego cum hominibus meis fame peream & inopia, & siam hostibus meis præda: ecce nobis in hoc loco constitutis desunt victualia, & multi de meis hominibus inedia perierunt, & tu compellis ad trāseundum remotius, quòd nullus victus ad me vel meos possit adduci, nequaquam fiet ut cogitas. Sed si tu velis transire cum tuis, mare transcas. Nunquam enim antea stipatus fuisti tantō numero tuorum hominum, quanto modò stiparis, ego enim & mei homines reuertemur. Ad hæc respondente duce, & ego homo vester sum: nequaquam inquit rex vehementer turbatus, & dux humiliavit se satis eidem. Non ferentes domini tantam discordiam, ingesserunt se & pacem reformauerunt qualem poterant pro malicia temporis inter illos. Et factum est ita, ut non procederent sed reuertenterentur via qua venerant in terram suam. Et quidem tantæ profectio-
nis in Scotiam iste fuit finis & fructus.

*Scoti prædant
Angliam
rege absente.*

*Rex Franciæ
preparari fecit
nauium
contra Angliā.*

Rege cūm vniuerso exercitu suo terram vastante Scotiæ, ingressi sunt in Angliam Scoti cum Gallicis, & villas cremantes, prædas agētes, & captiuos multos abducentes, reuersi sunt in terram suam, & sic ingressu suo furtiuo plus commodi perceperūt in Anglia, quā rex cū imperiali exercitu reulit de terra sua.

Dum adhuc Anglicanus exercitus moraretur in Scotia, rex Franciæ preparauit nauigium, conduit populosum exercitū, instrumenta bellica congregat, & victualia suæ profectio-
ni necessaria comportat ad le Scus, quia præcogitauerat intrasse

intrasse regnum Anglię, dum potestas regni (prout dictum est) in Scotia moraretur. Sed tantos sumptus, tantam astutiam, tantam prudentiam, tantum consilium (quia facta sunt contra dominum) dissipauit in hora breui dominus per captionem villę de Ledam in Flandria, quam ceperunt Gandauenses, habitatoribus illius villę tradentibus eam ipsis, quia iam fessi de dominio Frācorum, quod erat eis nimis superciliosum & importunum, magis expedire credebant se submittere suis proximis quā crudelibus dominis. i. Frācis. Et reuera Gallici vbi eos superiores esse & dominari cōtigerit, cum summa superbia & intolerabili iniuria subditos suos tractare solent. Inuenerunt ergo Gandauenses in dicta villa prędam magnā, victualium diuersorum, viniq; præcipuē, cō quod ibi erat cellarium vinorum regis Francię, nempe mille & octingenta dolia inibi sunt reperta. Gandauenses asportatis Gādaum quę sibi necessaria videbantur, posuerunt in dicta villa præsidium hominū defensorum, & ad propria sunt reuersi.

Audiens rex Francię cum suis magnatibus, quod Flandrenses qui in villa prædicta erāt se tradidissent Gandauēlibus, consternatus est, & iā primò desperans de regno Anglię conquirendo, præmeditatum dimisit propositum, & cuncta quę parauerat ad debellandum Angliam, contraxit ad obsidionem prædictę villę. Collocatis ergo per gyrum suis exercitibus signum datur insultum faciēdi villę, & fit insultus acerrimus, Francis nitētibus gloriose recuperare quod fraudulenter amiserant, Flandreoslibus cōtra certantibus conseruare libertatem quā iam receperant, excusso iugo importabili Gallicorum: quid multa? repelluntur Galli ferocitate Flandrensiū, & recedunt Flandrenses fessi, in villam se recipiunt & quiescunt. Cumq; aliquotiēs Franci insultus fecissent nec tamen profecissent, ac per hoc videretur pars melior obsessorum: vidētes tamen qui in villa erant iacula sibi deesse & instrumenta repellendis hostibus necessaria, prudenti consilio tradunt villam quadam nocte conseruandam mulieribus & senibus, affirmātes oportere eos facie tenūs habere custodiam villę per illām saltem noctem, qua oportuit eos qui dimicauerāt die præcedēti membra reficere, somnum capere, corpora recreare. Dum ergo hij villam circueūt, vigilas noctis custodiunt, aduersariorum irruptiones obseruant, omnes bello apti viri (nesciētibus qui remāserant) villam furtiue egrediuntur, & Gandauum (nesciētibus hostibus, perueniunt sine rerum vel corporum lēione. Cōtractis autem in egressum suum cūctorum doliorum capitibus, & effusis vinis & alijs liquoribus qui in eis erant, ne Gallicis cedere possent in adiutorium quouis modo. Sicq; rex Francię dum villam se lucratum fuisse credidit, & aduersarios subiugasse, dum villam intrat, cognoscit se delusum. Et quidem in Flandria res ita se habebāt, & Anglia pro præsentī anno gratulata est hoc modo se ab hostibus liberatam.

Circa tempus istud rex Portugalię congregatis quos poterat de terra sua pugnatoribus, vnā cum Anglicis qui sibi dudum missi fuerant in adiutorium, Marte fauente, immo domino deo exercituum corda suis, viresq; præbente, de Castellanis Hispanensibus habito congressu ferocissimo gloriose triumphauit. Quod bellum sibi dedit requiem ab inimicis suis, & totum regnum Portugalię suę restituit diuioni. Nomina potētium peremptorum in prædicto bello duximus inferenda, comes de Maiorca, comes Carion, Iohannes Gandisaleyn, Prior sancti Iohannis de Castell, Consalpinus Galaci, Didacus Gomissixæ, magister de Galliartuna, dominus Iohānes Duke, dominus Iohānes Renulds comes de Dene, Didac° Auari, & frater eius fili° Mariaci de Villanor, Lupus de Roding, Lupus Gomossi de Lisle proditor. Post dicti belli cōsumationē rex Portugalię misit regi Anglię sex Galeyas, vt adiuuaret eum & essent illi solacio

contra

Gallorum dominum
mores.

Obsidio ville
de Ledam.

Rex Portugalię
galie vincit
Hispanos.

contra hostes suos, quæ exceptæ cum fauore in breui beneficio Londoniensi-
sum & aliarum urbium, senserunt se non sine suo commodo in Angliam re-
migrasse.

*Danna illata
regi Francie
& suis resu-
dentibus de
Flandria.*

Rex Fræciæ post frustratum propositum quo cogitauerat Angliam infestare,
post dispendiosam moram factam circa villam de Ledam, de qua cupiuerat tri-
umphare, post infructuosam adeptionem dictæ villæ quam putauit bonis om-
nibus habundare, tristis, fessus & illusus ad propria remeauit, non sine magno
suorum dispendio in insultibus factis ad villam, vbi quinq; valentiores primo
perierunt, & in via versus patriam, vbi Gandauenſes multos de suis ceperunt, &
plurimos occiderunt. Nam vt taceamus damna irrogata sibi per terrestrem viâ, 10
plura damna petulit per campos liquidos, amissione tam hominû quàm sua-
ruin rerum: affuit siquidē tempestas horrida, dū naues redirent de le Scelus, quæ
naues disperſit, allisit, confregit, & inuitis nautis impulit in loca regis Angliæ,
Calesiā videlicet & partes adiacentes. Reuera die exaltationis sanctæ crucis duæ
grādes, Galeæ & aliud genus ratis quod vocatur Line, & vna bargia & .7. Ba-
lingariæ periclitatæ sunt ante villam de Calesia, & Calesienſes captiuos ceperunt
quingentos de Gallicis & Normannis, qui classe demersa venerunt ad portum.
Numerus captiuorum, inter quos captus est Robertus Breuille, homo prædi-
ues & potentissimus inter totius Neustriæ mercatores. Tertio die sequente sep-
tuaginta & duæ naues Francorum redeuntes de Sculsa pertransire Calesiam 20
decertabant. Sed Calesienſes egressi, pugnaverunt contra eas, & lucrati sunt de-
cem & octo naues, & quandam grandem Bargiam, in qua fuerunt capti vel oc-
cisi armati homines sexaginta. Tertio itidem die sequente dictum conflictum,
quadraginta & quinq; naues maximæ redeuntes de Sculsa, dum præterire vel-
lent Calesiam, per nostros impeditæ sunt. Nepe Calesienſes & harum aduen-
tu cognito armauerunt se contra eas, & pugnaverunt amplius quàm per sex
horas, tandem victoria cessit nostris, & fugerunt omnes illæ naues, præter duas
& vnum Coggonem, in quibus capti sunt duo admiraliij Galliarum, cum multis bo-
nis. Fuerunt autem duæ dictæ naues grandes adeo, quod apud Calesiam non
valebant introduci, quamobrem ad Sandv vicum missæ sunt, harum Maiorem 30
comparauerat dominus de Clysson, pro tribus millibus Fræcorū apud Sculſam,
& erat naus noua utpote ipso anno lacta. Prædictum vero Coggonem de Est-
landia Normanni conduxerant, quinq; millibus Francorū, vt esset eis ad tute-
lam & defensionem redeuntibus in terram suam, sed tamen obsistentibus An-
glicis, semet ipsam defendere non valebat, quin caperetur & fieret Anglis præ-
da. Capti sunt & occisi in dictis nauibus de nautis & stipendiarijs ducenti & vi-
ginti & sex: per omnia benedictus deus.

*Nostros
prædantur in
Franciâ.*

Die sancti Dionisij stipendiarij de Calesia & fortalicijs regis Angliæ illis in
partibus constitutis latenter exierunt in Franciam, & quatuor millia omnium, &
trecenta grossa animalium versus sua municipia fugauerunt. Quod cognos- 40
centes dominus de Bambures (qui erat capitaneus Boloniæ) cum armatis ex-
ijt contra nostros, qui in primo congressu acceptus lancea cuiusdam Anglici,
equo suo illico perturbatus est, & leuatus per suos in equum suum, nõ sustinuit
ibidem diutius expectare, ne deterius sibi contingeret. Sed vrgens compedē cal-
caribus præcutis, fuga sua nostris suam prædam abigendi liberam tribuit facul-
tatem. Capti sunt per nostros in hac profectione plures quàm centum persone.

*De his quæ
gesta sunt in
Portugalia.*

Præposterum petit ordinem posteritas nunciorum redeuntium à remotis, &
me quandoq; scribere quæ sunt prima nouissimè, & quæ nouissimè primò co-
gunt. Hinc est quod res Portugalenses in hoc loco pono, quæ per ante poni de-
buerant si tēporis ordinē conseruassem. Igitur post decessum domini Edmundi

comitis

comitis Cantebrięie de Portugalia, regina Portugalięie (prout dicunt) consensu cuiusdam militis quem dilexit illicite, venenū regi Portugalięie propinauit, cuius haustu lethifero rex in fata concessit. Regina proinde cōsiderans cuncta sibi licere quę voluit, filiam suam quę desponsata fuerat filio domini Edmundi comitis Cantebrięie, vendidit regi Castellęie, consilio militis supradicti. Rex ergo Castellęie odium inueteratum quod contra regnum Portugalięie diu conceperat, effutire gestiens, gaudio gauisus est quōd occasionem quandam suscepit perdendi regnum sibi odibile diu ante. Et hac occasione villas & munitiones dicti regni suscepit in sua, parans proculdubio in futurum cūctos ibidem suos aduersarios delere vsque ad vnum, immo destruere vsq; ad nullum. Proceres verō regni rem tacite considerantes quorsum hęc tenderent meditabatur, tandem videntes regni desolationem preparari, concito ad regis defuncti fratrem, virum Martium, fide perspicuum, sensu præditum concurrerunt, incitantes eum vt se opponeret tantis malis. Erat ille Magister hospitalis, vir tam religione quā potestate præstans cæteris, & habuit in temporalibus vnde proferret noua & vetera pro defensione dicti regni. Hic ergo pulsatus à ciuib; castrū adiit manu forti, vbi regina cum amasio moram traxit. Et quidē pacificum prætendens ingressum reginam sibi fecit occurrere, & cum eo ampliori honore suscipere, quo regis defuncti frater, quo Magister hospitalis, quo nominatissimus in regno fuit. In primo itaq; ingressu suo reginam cepit conuenire de fide fragio erga comitem Cantebrięie, deinde de regimine prauo regni per quod vacillabat regni status vt præfertur. Quod audiens miles, quem prædiximus reginam viciasse, sine respectu reuerentię tantę personę debitę insolentius respondit eadem, dicēs nihil sibi cōpetere de regni regimine, quippe qui religiosus esse deberet, & suę religioni potiūs indulgere quā regni gubernationi. Quo responso magister hospitalis agnouit militis absensum in præmissis minimē defuisse: quā propter illico extracto cultello in proditorem irruit & protinus interfecit. Reginam verō iussit apprehendi & in eodem castello regaliter custodiri, corpus quoq; militis interfecti iussit sepeliri, quo facto tota regio adhæsit eadem. Cum quē exposit contra regem Hispanię vna vice & alia prosperē dimicasset, totius vulgi fauore electus est in regem: reclamauit ipse tamen dicens se suę religioni voto professionis astrictum, nec posse, nec debere regni suscipere dyadema. Instatibus, vrgentibus, compellentibus tandem illis, dixit se velle patere ipsorum quodammodo voluntati, dum dictum regnum administrare vellet vsq; ad aduentum hæredis iusti filij, videlicet comitis Cantebrięie cui filia fratris sui regis Portugalięie (vt præfertur) primō fuerat desponsata, & hoc quidem modo est regni cōsecutus honorem, Anglos multū diligens, acrius fouens qui erant in regno suo propter illorum nimirum probitatem, per quos non dubitauit se superiorem manū semper in cunctis cōflictibus reportasse. Rex verō Castellęie non ignorans per quos rex Portugalięie triumphauerat, tentauit Anglos fultio metallo corrumpere, quorum naturam didicit indultam auaricię, transmittēns aliqua, plura verō promittens, si proderet velint regem cum gente. Erant reuera duo armigeri quorum virtute, discretione, prudentia per ante semper Portugaliensibus celsit victoria, Hispanis verō fuga. Hij (proh dolor) auri sacra fame coacti cōsensere regi Castellęie, præferentes pecuniam fidei, munera veritatis, sed eorum internuncij cuiusdam Anglici illibata conscientia regi delati, & citō cōuicti, idem armigeri capti sunt, & carcerali custodię deputati, nō sinemagno totius suę gentis opprobrio, & scandalo nationis. Hęc in Portugalia gesta sunt trans Neptunum.

Per idem tempus Papa Urbanus sextus cui nil datum est diu dulce gustare

Actus Papa

eius nescio an aduersariorum improbitate, iterum inimicitias renouatas agnouit inter ipsum & Carolum regem Siculorum, iterum nempe per ipsum regem obsidionis cōtumelias, opprobria, damna tollerauit, vsquequo penē ad desperationis articulum est perductus. Sed tandem Ianuensium probitate qui cuncta norūt facere propter quid, ereptus, libertati abductus, Ianuam vsq; perductus est, à qua ciuitate transmigrare non permittitur donec inestimabilem auri summam pro sua ereptione persoluisset Ianuensibus, qui plus propter nummum quàm propter deum eius ereptioni intenderant, prout patet.

*Electus sancti
Andree capi-
tur.*

Hijs diebus electus sancti Andree in Scotia dum proficisceretur cum multis militibus & armigeris versus Lugdunum vt cōfirmaretur ab antipapa, captus est, qui quamuis vnum tantum Coggonem haberet in quo ipse & sui confederant, septem tamen penē de nostris bargijs superauit, tāta vis armatorum nebulonum extitit in naui sua. Captus tandem est à duobus filiis VVilhelmi Ruseheby senioris, armigeris comitis Nothumbriæ, & eidem comiti presentatus. Qui cogente tristitia, paulò post prætulit mortem vitæ, ingressus viam vniuersæ carnis.

*Parliamentum
Londini, &
acta eiusdem.*

Circa festum sancti Martini factum est parliamentum Londonijs, in quo laici concesserunt regi vnam quintā decimam & dimidiam, sub conditione tamen quòd clerus decimam & dimidiam daret eidem: cui conditioni obnixè restitit Archiepiscopus Cantuariensis, dominus VVilhelmus de Courteney, dicens hoc minimè fore faciendum, præsertim cū Ecclesia debeat esse libera & per laicos nullo modo taxand, immo citius caput exponeret pro hac causa, quàm in tantum sanctam Ecclesiam Anglicanam permitteret ancillari. Quæ responsio tamē commouit turbam cōmunium, vt milites comituum, cum quibusdam ex proceribus regni, cum summa furia deprecarentur auferre temporalia ab ecclesiasticis, dicētes clerum ad tantam excreuisse superbiam, quòd opus esset pietatis & Elemosinæ per ablationem temporalium, quæ ecclesiasticos extollebant eos compellere ad humilius sapiendum. Hæc clamabāt, hæc regi in scriptis breuibus porrigebāt: & tanta fuit eorum in hac parte vesania, quòd hanc petitionē ad effectum posse perducere credebāt. Inde cerneret milites latari venerios, de his inter se cōferre, & velut totius Ecclesiæ temporalia eorum abusionibus iam deputata fuissent, hunc de hoc monasterio, aliū de alio sibimet blandiēdo, promittere certam summā. Audiui egomet reuera quendam ex huiuscemodi militibus intensè iurantem se velle de domus sancti Albani temporalibus annuatim percipere mille marcas. Sed tantæ deliracioni non consensit rex, sed auditis hinc inde, & horum inordinatis clamoribus, & istorum iustis responsis, præcepit deleri scripta, & cessari inordinatè petita, dicens se Ecclesiam Anglicanam in eiusdem status qualitate suis temporibus seruaturum, quam ipsam cognouerāt extitisse cū regnum suscepisset, aut potius meliori: quo facto, & apud Ecclesiasticos magna muneratione dignis censebatur, & apud bonos laicos hoc responsum maximè laudabatur. Archiepiscopus proinde (communicato cum clero cōsilio) regem adiit, & dixit se cum clero regni, vnanimi volūate, consensu spontaneo vnam decimam regis vsibus prouidisse. Quam concessionem rex tam lætè audiuit, tam gratè suscepit, vt palam assereret se malle hanc ad præsens donationē liberam, quàm alias quācūq; quadrupli valoris coactam: & ita pro tantè hostium ecclesiæ auiditas in facilius est frustrata. Creata est in hoc parlamento noua dignitas Anglicis insueta, nempe comes Oxoniæ dominus Robertus de Veer appellatus, & factus est Marchio Dubliniæ in Hibernia, cæteris comitibus hoc indignè ferentibus, quòd viderent eum gradum celsiorem ipsis regis munere percepisse, & præcipuè, quia nec prudentia cæteris, nec armis valentior

*Oxonie comes
primò creatus.*

lentior videbatur. Creati sunt insuper noui duces quanquam in procinctu *Noui duces.*
 Scotico rex in campo donasset illos hijs nominibus, dominus Thomas de
 VVodestoke, videlicet comes Bukinghamie nomē ducatus accepit, & vocatus
 est dux Glouernie, & dominus Edmundus de Langeley qui erat comes Can-
 tebrigie vocatus est dux Eboraci, quibus rex de Fisco regio summas dedit prop-
 ter honorē nominū ne suscepisse tantū nomen inaniter viderentur. Dominus
 Michael de le Pole qui fuit regni cācellarius ibidē, fact⁹ est comes Southfolchie, *Nouus comes.*
 datis ei annuatim de regio marsupio mille marcis, vir plus aptus mercimonijs
 quā militiæ, & qui trapezetis in pace consenuerat non armatis in bello.

10 Rex præterea in hoc parlamento mediatione sollicita præsulis Eliensis, vide- *Restitutio sē-*
 licet Thomæ de Arūdell, restituit Episcopo Norvvicensi bona sua temporalia *poralum Episc-*
 quæ detinuerat per multos annos (vt superius exarauī) quamuis cācellarius id *copi Norwic.*
 fieri dissuaderet. Reuera cū dominus Eliensis rogasset regem de re præmissa,
 cancellarius cum indignationis fellæ respondit Eliensi dicens: quid est domine
 præsul quod rogatis? nunquid tam leuē regi videtur Norvvicensis temporalia
 modò dimittere quæ per annū sibi præstant amplius mille libris? nō indiget rex
 talibus cōsiliarijs: nō eget amicis huiuscemodi qui eum multare cupiunt tantæ
 pecuniæ detrimēto. Cui respondit illicō Eliensis: quid est quod loqueris domi-
 ne Michaël? non de rege sua depono, sed aliena quæ minus iusto deinet titulo,
 20 tuo vel tibi similitum inductus prauo cōsilio, sibi nunquā prout estimo profu-
 tura: & tu si tantum regis detrimenta considerando ponderas, cur ab eo mille
 marcas annuas tā auidē percepisti, cū te comitē Southfolchie creauisset? Cā-
 cellarius cū id audisset, velut iaculo reuerberatus substitit, & amplius huic mate-
 riæ contradicere non præsumpsit. Et hic finis parlamenti præsentis.

Anno domini. M. CCC. lxxxvj. qui est annus regni regis Richardi à con-
 questu secundi nonus, tenuit rex natale apud Eltham cum Anna regina,
 quo peruenit ad eum rex Armeniæ sub prætextu pacis reformadæ inter Angliæ
 reges & Franciæ: sed quid profecerit eius aduētus, ipse solus sensit. Nam præter
 innumera dona quæ de rege regniq; percepit proceribus, rex concessit & dedit
 30 eidem chartam de mille libris ad vitam suam percipiendum annuatim. Fuerat
 nempe (vt asseruit) fugatus à regno suo per Tartaros, & ob hanc causam multa à
 regibus christianis extorsit munera, in tantum vt felicior fuit illi fuga sua in a-
 liena patria, quā dominium regni sui cū gente sua. Per idem tempus mo- *Carolus Nea-*
 ritur Carolus de pace rex Siciliæ, qui multa damna Papæ irrogauerat si in- *polis moritur.*
 iuste nolimus diffinire: excōmunicatus tamen à Papa discessit quo vindicandi
 genere Papa pro tunc cōtentus est, quia aliud vindictæ genus non occurrit. Nec
 est in ambiguo Papā voluisse, seq; seuerius & materialius vindicasse si sibi po-
 testas brachij secularis minimè defuisset. Ferunt ipsum Carolum prodiciosè oc-
 cisum à quodam milite dum sederet ad mēsam, die & hora quibus Papam pro-
 40 posuerat occidisse. Gandauenses hijs diebus, non expectato adiutorio quod illis *Gandauenses*
 rex Angliæ nō sine magnis sumptibus præperauerat innato more genti suæ, vti *se reddunt re-*
 leui cōsilio se regi Franciæ dederūt, manifestē mōstrātes se nō posse vni ami- *gi Franciæ.*
 co vel domino fidē diutius cōseruare. Igitur pars exercitus cū quibusdā capita-
 neis quæ Gādaui mittēda fuerat, ad villā de Berevvico destinatur ad retrūdēdas
 irruptiones Scotorū qui præparati erāt ad inferēda dāna nostratib⁹ in hac plaga.

Circa festum Paschæ dominus Iohannes dux Lancastriæ cum magna turba *Dux Lancas-*
 militum, armigerorum & architenētium se præparauit Hispaniæ, quod sibi de- *stria proficis-*
 bebatur hereditario iure vxoris suæ, scilicet dominæ Constanciæ filie quondā *citur in regio-*
 domini Petronis regis Castellæ & Legionis, vel cum incolarum pace repetere *nē longinquā*
 vel iure bellico vindicare. Accessit eius profectiōni fauor Papalis & autornas, *Hispaniæ accis-*
 sere sibi regnū *tribuens*

tribuens peccatorum veniam cunctis secum proficiscentibus, & omnibus eius profectioni de bonis suis quicquam conferentibus, ut ipse quaestor ex principe effici videretur. Et reuera cunctas dispensationes & singulas accepit à Papa, quas per ante susceperat Northvvicensis Antistes, quando cruce signatus erat contra Gallicos & Flandrenses: sed ipsa frequens veniæ & relaxationis concessio tantum viluit & sordebat in populo, ut pauci forent qui huic postremæ cruce signationi aliquid erogarent. Arripuit iter nihilominus, & ad mare cum peruenisset expectare coactus est ventorum penuria, donec penè cuncta quæ sui comportauerant necessaria consumpsissent. Tandem cum humiliati fuissent sub potenti manu dei, aspiravit aura quæ classem afflauit in Britanniam, propè castellum de Brest, contra quam patriotæ Britones erexerant duas municiones ad arcendum castellanos & prohibendum eorum egressum in terram suam. Erat tunc dicti castelli capitaneus quidam miles dictus Iohānes Roche, qui cum deplorasset suam coarctationē memoratā, laudabili probitate domini filij VValteri & aliorum nobilium qui cum duce erant confortatus est: siquidem mox egressi contra municiones prædictas eas ceperunt, confregerunt, diruerunt, & magnam prædam cum captiuis obtinuerunt ibidem, sed nō sine suorum dispēdio deplorādo, quia perdiderunt illic viros quosdam validos atq; fortes, quibus patris surgente vento secūdo appulsi sunt in Hispaniam, in portum videlicet de le Groyn, in vigilia sancti Laurentij, cum integra classe sua.

*De Henrico
Percy misso
Calesiam.*

Hac æstate increbruerunt rumores de proposito regis Franciæ volentis obsidionem ponere circa villam de Calesia, & ad hoc exercitum comparantis, ad cuius impetus sustinēdos vel potiùs repellēdos cum multis victualibus missi sunt ex Anglia plures valentes, inter quos dominus Henricus Percy iunior, videlicet Henrici Percy comitis Northūbriæ destinatur iuuenis, in quo totius probitatis & militiæ specimen elucebat, qui cum aliquādiu apud Calesiam moram protraxissent in ocio, indignatus Hēricus Percy, huiuscemodi quietes se odire professus est. Et reuera per ante dum fuisset custos villæ Berevvici, gentem omninò inquietam, id est Scotos, quiescere compulit, & sua alacri inquietudine multociens fatigauit. Ob quam causam illorum lingua ipsum Henricum Hotspor vocauerunt, quod calidum calcar sonat. Hic ergo Henricus congregatis socijs, super Morinos & Pikardos facit expeditiones, prædas abducit, & actus exercet laudabiliter militares, & cum pluries ista fecerit & nullus ei resisteret, insuper & cognouisset quod rex Franciæ non proponeret obsidere Calesiam, sed potius inuadere deliberaret Angliam, reuertitur in hanc terram, ut hic ei occurreret quod volebat, bellum scilicet Gallicorum.

*De hijs que
contigerint
in Austria.*

Per id temporis in ducatu Austriæ sub breui tempore fortuna vultus suos in diuersa mutauit, modò se fauorabilem præbens proceribus, modò semet ostendens adiutricem vulgaribus versa vice. Nempè dux Austriæ vir vaser & cupidus, & Urbano Papæ contrarius, inuidens peregrinis ad Papam confluentibus, imposuit tributum importabile per terram suam transituris, ut vel sic saltem arceret Catholicos à visitatione Papali. Vndè factum est ut per illam viam peregrini transire cessarent, præelicientes longiorem in circuitu peregrinationem suscipere, quàm tot iniustis exactionibus, contumelijs & iniurijs lacepsiri. Vulgares autem patri æcernentes vias desolatas & librantes damna quæ iamdudum perceperant, cum peregrini cessassent transire per illos, ducem aduunt, oraturi ut more solito liceret peregrinis transire per illos, per quorum confluentiam non mediocre emolumentum perceperat tota terra: qui spreti & superciliosè à duce repulsi, ad propria discesserunt, congregaturi communes regionis ad vindicandum in ducem superbum iniurias præacceptas, quorum cognitis

cognitis molicionibus dux cum suis generosis & dominis pergit obuiam tur-
ba vulgari. Et mox commisso bello, cedit, prosternit & captiuat eosdem & ad-
ductis morti quos volebat, dimittit reliquos in domos suas, qui cum tanto dam-
no ab eo digressi & amaro animo nimis effecti, iam tunc quidem cessare minis
decreuerunt, sed nouum exercitum recolligere, de nouo ducem aggredi statue-
runt, quibus illico dux occurrit fidens in priori victoria, perempturos omnes si
fortuna faueret, sed aliter euenit quam sperabat, quia ipse cum tota nobilitate &
generosa gente ducatus coram eis corruit.

Londonienses comperto pro vero quod rex Franci conduxisset nauigium, *De timiditate*
10 comparasset exercitum, direxisset propositum in Angliam veniendi, timidi velut *Londonensium.*
lepores meticulosi, ut mures requirunt hinc inde diuorcia, perferuntur latebras,
& velut iam capienda foret ciuitas capere proprijs diffidere viribus, & de resistenda
desperare, & qui in pace timidi iactabant se cunctos Gallicos sufflaturos ex An-
glia. Audito iam licet inani rumore de aduentu hostium, vix vniuersam Angliam
illos posseditur putabant. Idcirco velut a vino madidi ad muros urbis currunt,
contiguas domos dilacerant, deponunt, destruunt, & cuncta formidolosè faciunt
quæ in extremis necessitatibus positi facere consueuerunt. Non dum vllus Gal-
licus in nauem pedem posuerat, Neptunum nullus hostis intrauerat, & Lon-
donienses ac si tota terra in circuitu victa conquisita fuisset, adeo metuunt, ita
20 sollicitantur, velut ipsos hostes aspicerent ante fores, sic sic viri qui in quiete for-
tes, in pace feroces de semetipsis pulchrum præbent spectaculum, proferunt
non sequendum exemplum quid acturi forent, si sentirent instare prælium, in-
uenire periculum.

Sub hac tempestate familia regis quæ constituta fuerat circa Doueriam &
Sandevvicum ad resistendum Gallicis, si forte illic temptarent irrumper e quo-
ris vndas, ingressa duce domino de Garis, obuiat quippe magnis Coggonibus *De vasis cap-*
& sex Carricis refertis vini speciebus, pannis aureis & holosericis, auro & ar- *tis sed prodia-*
gento & lapidibus præciosis, & diuersi generis mercibus exoticis, quæ cursum *tione libera-*
versus Sculam in Flandria maturabant, quo cognito quod hostes essent, de di-
30 tione requirit eos qui in illis erant. Ianuenses verò videntes se impares tantæ
virtuti, semetipsos sine magna resistentia reddiderunt. Nempè ipsa vasa cum
contentis Ianuensium esse dicebant, attracta ad Sandevvicum ceperunt ea exo-
nerare multis rebus, qui ea lucrati fuerunt. Ianuenses autem non ignorantes
vbi succurri deberet eisdem, mox festinant Londonias Cancellarij regni, domi-
ni Michaëlis Atte Pole comitis Southfolchiæ auxilium petitori, qui fuerat à
pueritia magis mercimonijs, utpote mercator mercatoris filius, quam militia
occupatus, qui mox & illorum vicem doluit, & regem circumuenit, ut scribe-
ret hijs qui ceperunt eos, verans ne quicquam præsumerent minorare de bo-
nis eorum, restituerent insuper cuncta quæ cepissent. Cancellarius præterea ius-
40 sit de thesauro regio eorum damna refarciri, ut videlicet pro cunctis quæ terra
marique perdiderant post captionem suam reciperent pecuniæ dignam sum-
mam, & ita rex circūquaq; delusus, supplantatus, seductus est, & regnum the-
sauro debito vacuatum, & hostes seuisissimi, infestissimi, crudelissimi, cum pace
pecuniaque dimissi. Ipsi ergo mox ut soluerunt à litore, cursum versùs Flan-
driam direxerunt, & portum de Sculsa subintraverunt.

Rex Franciæ parans inuadere regnum Angliæ, per illud tempus victoriam
non armis sibi tantummodo prouenturam credidit, sed muris ligneis estimauit: *Rex Franciæ*
quamobrem congregatis ex multis locis fabris lignarijs, quendam murum *parat inua-*
lignum spissum atque densum iussit fieri altitudinis viginti pedum, qui sem- *dere regnum*
per ad duodecim passus haberet turrim capacem decem hominum, quæ foret *Angliæ.*

Naues Francorum capte.

altior subiecto muro per decem pedes, quem murū (ut fertur) erigere preſtitiuit in loco vbi applicaturus erat, ut per murum defenderetur à sagittis, & ſuos gūnarios protegeret, noſtratibus plagas horribiles illaturos, & cū opus eſſet ſuū exercitum reuocare poſſet ultra muri ambitum, vbi & feſſi quieſcere & ſaucij recreari valerent. Habebat murus ille prout ferebatur in longitudine tria millia paſſuum, & erat diſpoſitus turtibus firmis & crebris ut præfertur. Eo tempore noſtrates qui in mari erant obuiant duabus nauibus regis Franciæ ſulcantibus campos liquidos, & iter carpentibus verſus Sculſiam. Et illico conſerta pugna & naues illæ capte & Sandevvicum tractæ ſunt, in quibus & pars muri & turtium prædictarū eſt reperta, & magiſter totius fabricæ interceptus, qui erat Anglicanus natione, ſed quandoque bannitus. Captus eſt inſuper ibi magiſter Gunnarius qui & ipſe prius Anglicis famulabatur apud Caleſiam, dum dominus Hugo Caluerlee capitaneus ibi fuerat, & cum hijs diuerſæ machinæ ad iaciendum lapides & muros conterendum, & Gunnæ plures, cum magna quantitate pulueris, cuius præcium præualuit omnibus manubijs ſupradictis. Erecta eſt igitur illa pars muri apud Sandevvicum, & quem contra nos hoſtes præparauerant, nos ereximus contra hoſtes.

Parliamentum factum Londonijs & inanis commotio regni.

Circa feſtum ſancti Michaëlis Archangeli citati ſunt ad parliamentum Lōdoniæ qui de iure vel conſuetudine adeſſe parlamento debebant. Per id temporis Michaël Atte Pole dudum creatus comes Southfolchiæ, & iam tūc regni cancellarius, cui rex plus debito credebat, & fauebat, conuocari fecit penè decunſtis regni finibus armatos & Architenentes in merciam, ut propè Londonias exiſtentes parati forent ad repellendum Francos cum rege ſuo, ſi tamen verum eſſet quod dicebatur de eis, quia parati fuerunt cum ingēti multitudine nauium ad regnum Angliæ inuadendum. Adunatis igitur de diuerſis regni comitatibus velut innumerabilibus, tam armatis quàm Architenentibus perhennauerunt propè Londonias viginti miliaria in circuitu, velut pro ſuis caſtris occupantes, vbi fuit cernere nō ſecūs quàm hoſtilis recognitionis imaginem, dum plebs ſic vocata quæ & victu carebat & pecunia cogebatur, ſicut in hoſtili patria pabulando vicinos ſpoliare, & cuncta quæ feciſſent inter hoſtes in terra propria perpetrare, hoc excepto ſolummodò, quòd ab incendijs abſtinebant, qui cum diu morā tam ſibi met quàm patriotis inſtructuoſam feciſſent, iuſſi ſunt ad propria remeare, & parati fore, cū rex ipſos decerneret reuocandos, quorum plures pro rei familiaris inopia, compellebantur reuertentes exponere vel equos, vel arma vendicioni, quidam pro com meatu ſpolijs intendebant, & rapinis. Nōdum finitum fuit parliamentum, ſed regreſſis ad ſua vulgaribus, proceres Londonijs permanſerunt, præſtolantes rumores de Francorum aduentu qui quotidie dicebantur eſſe venturi.

Marchio Dubliniæ creatur dux Hiberniæ.

Vbi ne dominus rex parū feciſſe videretur, dominum Robertum de Veer, quandoq; comitem Oxoniæ, ſed nuper in vltimo parlamento creatum Marchionem Dubliniæ, ducem fecit Hiberniæ, facturus expoſt de duce regem, ſi fortuna faueret, tantum afficiebatur eidem, tantum coluit & amaui eundem, non ſine nota (prout fertur) familiaritatis obſcenæ, ſubmurmurantibus cæteris nobilibus & baronibus, ac indignè ferentibus tantæ promotionis appetitum in viro tam mediocri, quem nil plus cæteris commendabant vel generis ſui ſublimitas vel reliquarum virtutum dotes.

Depoſita in Parlamento contra Michaëlem Atte Pole.

Per omne tempus iſtud durante parlamento quotidie prædicabantur noua de Gallorum aduentu, multis in magna trepidacione exiſtentibus, quòd viderent Barones in multis diſſentire, vnde putabant quidam de prudentibus magnū regno diſpendium aſſecturum, præcipue ſi mens non foret vna dominis inter

inter tot pericula quæ ab hostibus parabantur. Quia reuera rex infensus erat, non solum militibus parliamentaribus, sed penè cunctis proceribus, quia fauebant eisdem proponentibus multos articulos fallitatis contra prædictum Michaëlem Aut Pole, & instanter exorantibus iudicium fieri de eodem. Conuicerant eum nempe de multis fraudibus & quibusdam prodicionibus in regem, quos nequaquam inficiari nequibat, vnde & cum responsis astaret & obiecta negare nequibat. Rex pro ipso verecundatus & rubore suffusus, caput agitans, heu, heu, inquit Michaël, vide quid fecisti. De multis etenim obiectis contra eum hoc vnum extitit, quod avarus existens & alienæ pecuniæ auidus, circumuenit regem, vt concederet sibi firmam cunctorum questorum regni, qui cum indulgentijs circuire solent, & congregare pecuniam ad opus fraternitatis sancti Antonij, daturus regi viginti marcas, de prouentibus memoratis de quibus singulis annis leuasse videbatur septuaginta marcas. Hijs & multis alijs defectibus veridica ratione probatis contra ipsum, de officio cæcellariæ deijcitur, mulctandus pecunia grandi, scilicet soluenda regi.

Responsum regi fuit ipsum non egere subiectorum tallagio, cum de tanta summa ab eo qui iuste debitor erat regis, poterat merito prouideri. Hæc autem omnia quanquam summè regi placuisse debuerant, maximè displicebant, adeo fidebat infideli, adeo coluit nebulonem. Factumq; est vt eius amoris intuitu non multò post infirmaret quicquid in parlamento contra ipsum fuit statutum, & familiariorem haberet quàm ante habuerat, non tantum in priuato sed in publico, ita vt in conuiuio sequenti natali in mensa sua recumbere faceret, non contentum communi procerum indumento, sed togatum, quod genus solis regibus ab antiquo debetur, & ne fieret in eum iuditij executio prælegit prodiciosè circumuenire suos accusatores cum duce Glouerniæ, qui maxima pars videbatur existere eorum qui pro regni commodo laborabant. Itaq; prouisum erat inter regem & suos familiares, vt quidam de militibus parliamentaribus qui plus obstiterant vel sibi petenti subsidium pecuniare, vel dicto Michaëli infesti fuerant, vnà cum domino Thoma duce Glouerniæ inuitarentur ad cænam in hospitio cuiusdam Londonijs, & ibidem repente trucidarentur. Quorum morte solummodò, estimabat sibi cessurum arbitrium voluntatis: sed non cepit effectum tantæ malignitatis commentum: quia & dux de hijs omnibus præmonitus fuit, & vt cauerent ceteros præmonuit: iubens vt cænis essent contenti proprijs, ne intricari valerent (vt præmittitur) alienis. Ferunt dominum Nicholaum Brambre, (qui Maior Londoniarum fuerat anno præterito) huic assensum præbuisse consilio. Sed laudabili constantiâ Richardi Extone Maioris anni præsentis (qui liberè fatebatur cum vocatus esset à rege ad præbendum fauorem tanto facinori, se nunquam cõsensurum in necem talium innocentium) dictum scelus est omissum. Et palam factum est verbum istud omnibus habitantibus in regione vicina tua, vt ex tunc apud omnes odium cresceret talium consiliatorum, & amor ducis & militum prædictorum. Non tamen omisit dux, & milites, ea quæ vera sunt, regnoq; fructuosa loqui, sed maiori constantiâ regi petenti subsidia restituerunt, sæpiusq; illud susannicum inculcabat militibus, dicēs, quin melius est nobis incidere in manus hominum quàm derelinquere legem dei nostri. Tandem propter improbitatem potentium, concessum tallagium, scilicet media pars vnius decimæ, & media quintæ decimæ, quod non regis arbitrio sed procerum prædictorum iudicio pro regni cõmodo expèderetur. Recepit hanc pecuniâ comes Arundeliæ profecturus ad mare. Duci Hiberniæ ad regis instantiâ est prouisum vt hæredes Caroli de Bloys, qui vindicauit olim ducatum Britannicæ Armoricæ, venderet

Francis pro triginta millibus marcarum, ut hac adductus pecunia, dominium quod rex sibi donauerat in Hibernia viriliter recuperaret, ea duntaxat conditione, ut citra proximum pascha Hiberniam transfretaret, tantum nempe proceres, tantum communes eius transitum affectabant, ut mallerent regno carere tanto thesauro, quam ipsius habere presentiam regem seducantis & infatuantis in regno.

*Regi Armenia
denegatur cō-
ductus.*

Per idem tempus rex Armeniæ, (qui dudum expertus fuerat regis liberalitatem & procerum) mittit pro conductu, velut aduentus eius causa foret amor pacis reformandæ inter regna Angliæ & Franciæ, quorum vnum iam omnino paratum fuerat ad reliquum inuadendum. Sed reuera plus desiderauit dona quam pacem, plus pecuniam adamauit quam plebē, plus aurum regni quam regem. Et licet rex esset sibi beneuolus, proceres tamē librātes quod esset illudor, responderunt regi se nolle tractare cum illo. Sicq; impeditus est aduentus eius, qui sicut nec primò nec quidem secundò profuisset.

*Regis Franciæ
aduentus mi-
raculose im-
peditur.*

Rex interea Franciæ ducum, comitum, & aliorum procerum inaudita turba moram traxit in Flandria, paratus ad diripiendum regnum Angliæ, si non deus eius conatibus obstitisset. Nempe per totum tempus quod fluxit à Calend. Augusti vsq; ad vigiliā omnium Sanctorū, nunquā flauit aura sibi cōmoda per paucas horas. In ipsa verò vigilia (surgente vento prout putabat sibi fauente turgidius) à longa statione dissoluit naues, & cum impetu portum de Sculsa reliquit. Cumq; cunctæ rates fuissent egressæ & iam profunda tenerēt, essentq; à portu remotæ quasi per viginti milliaria, ecce vētus cōtrarius obuius eis factus, omnes retrocedere compulit, & nō tantum compulit sed & impulit naues, & allisit ut quædā ex eis in introitu ipsius portus de Sculsa cōtringerētur. Hac occasione & Anglia metu liberata, & rex Franciæ est regressus ad sua. Numerus classis regis Franciæ mille ducentæ naues in hac comitiua tuere. Duces. 16. comites. 26. tria millia militem, & sexcenta centum millia pugnatorum.

*Processus in
Michaelē
Atte Pole.*

Ad hoc vsq; tempus parlamento continuato, licet rex grauius ferret accusationes factas de Michaelē Atte Pole ceterisq; quos imprudenter amauit, cōpulsus est tamen post multas tergiversationes, auditores & iudicii diffinitores eligere qui plenam haberent potestatem audiendi, & iudicium proferendi in dictū Michaelē, ceterosq; quos milites accusauerant parlamento. Constituti sunt autem iudices dominus Thomas Glouerniæ, & dominus Richardus comes Arundeliæ, qui non segniter iniunctum negotium adimplebant, rege ad alias partes digresso, quia noluit hijs iudicijs quamuis sibi forent proficua interesse. Tandem (ut præfertur) dicto Michaelē de multis sceleribus fraudibusq; cōuicto, morte dignus iudicatur, & eius bona regio fisco cessura decernuntur. Ipse tamen manu captus, quibusdam diuitibus pro eo in magna summa pecuniæ obligatis. Quem (ut diximus) rex mox finito parlamento recepit, & sibi cohabitare fecit cū duce Hiberniæ & Archiepiscopo Eboraci domino Alexandro Neuile, qui ex tunc quantum poterant laborabant regē contra dominos cōmouere diebus ac noctibus, & acta parlamenti adnullare. Succreuit igitur indies regi odium cōtra suos proceres naturales & fideles, istis susurrantibus regē non in effectu fore regē, sed vmbrauliter, futurumq; ut nihil sui iuris existeret si domini accepta potestate gauderent. Credebat itaq; illis rex, & idcirco de cetero proceres omnes suspecto habebat, nihilominus tamen deiecto Michaelē Atte Pole de cancellarij, subrogatus est dominus Thomas Arundell Episcopus Eliensis, Dunelmensis de officio thesaurarij, qui multum laborauerat, & expensas fecerat huius dignitatis amore, & pro eo constitutus est frater Iohannes Gilbert de ordine prædicatorum, Episcopus Heretordensis, vir qui plus lingua quam

quàm fide vigeat. Et hic huius parliamenti finis. Transit annus iste frugifer, *Annalis com-*
sed mediocriter fructifer: Hispaniæ propter aduentum ducis Lancastriæ regnū *elufio.*
vendicantis sollicitus & suspectus: Austriæ propter ducē & nobiles interemp-
tos à cōmunibus perniciosus: Franciæ propter sumptus & apparatus quem fe-
cerat ad Angliam inuadēdum, onerosus: Angliæ, propter graues rumores, sed
Londinensibus, propter muliebrem meticolositatem maximè dedecorofus.

Anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo septimo (qui est annus
regni regis Richardi secundi à conquestu decimus) fuit rex ad natale apud
cum Anna regina, & Boëmis suis. Circa initium mensis Martij (iuxta de-
cretum parliamenti) parauerunt se ad sulcandum liquentes campos, dominus
Richardus comes Arundeliæ, & dominus Thomas Moubray comes Nottinghamie:
quorum primus constitutus est Admiralus instantis termini, vir valdè
denotus & bonus, & qui probra quandoq; desertæ militiæ (cū tunc Gallici cir-
ca Southsexiam oras infeltarent maritimas nunc abolere cupiens) curauit ap-
ponere totas vires.

Igitur profecturus ad mare, cū recensitionem facturum esset in campo sui *Comes Arun-*
exercitus, cognouissetq; ducem Glouerniæ, cum multis nobilibus velle videre *deliæ profici-*
collectam militiam, elaborauit vt bonos haberet, & famulos, vitans conducere *scitur ad mare*
Londoniensium & aliarum ciuitatum sutores, vel scissores, quales quidam an-
te conduxerant leui præcio, vt plus accresceret auri marsupio. Et quidam alij
sic agentes, non regni commodo, sed lucro proprio militabant, vnde factum
est, vt à longo tempore, regnum nihil aut parum emolumentum perciperet, il-
lis non hostes inuadere, non experiri vires, sed inanius tempus acceptum con-
sumere meditantibus, vt integra stipendia consequi præualerent. Comes è con-
tra quos (vt diximus non parcens expensis) valentiores nouit, elegit, vt per hos
posset magnum aliquid patriæ reportare. Dux proindè Glouerniæ cernens tam
pulchram, tam electam militiam, vrgebat omnes, monebat singulos, vt maris
vndas intrarent, solutis morarum nexibus (multis se excusantibus quòd oport-
tebat amicis valedicere, negotia disponere domus suæ) æstimabat nempè (pro-
ut erat) quosdam arma mutuo suscepisse pro dicto spectaculo, vt laudarentur
à dominis tanquam sufficienter armati, quæ proculdubio si diuertendi copiam
habuissent, reddituri suis erant possessoribus, & mare reperituri, velut inermes,
quamobrem fuit verisimile quòd minus audaces fuissent ad aduersarios inua-
dendū. Ingressi sunt ergo mare, vellent nollent, cū cunctis vtensilibus quæ
habebant, fausta hora, quia non multum tempus effluxit antequam aduersarij
obuiarent. Reuera die dominicā, in vigilia Annunciationis dominicæ, magna
classis nauium Flandriæ, Galliæ, & Hispaniæ refertarum viris bellicis, armato-
rum diuersis machinis, de longè velificans à spiculatore conspicitur: quæ mox
Amirallio comiti nunciata, ipsum & suos omnes hilaritate repleuit. Aduersarij
verò nihil tale suspicantes, quibus (vt fertur) promissum fuerat à quibusdā An-
glie proditoribus (quibus regnum raro carebat) nostrum navigium circa men-
sem Maium minimè fore paratum, agebant per omnia magis securè, ventum
pro vehiculo, & armatos pro tutela tenentes. Cū autem nostratibus propin-
quassent vela tāquam nostros vellent aggredi, nostri ex industria simulauere su-
gam, velut fuissent impares tantæ virtuti. Illi verò plus securum transitum quā
bellum cupientes, petransibant, vnde contigit cū nostrates ventum perce-
pissent ad vota aduersarios insequentes, irruerunt subito super eos, & conflictū
atrocissimum commiserunt: tandem victoria celsit nostris, captis octoginta
nauibus, & multis diuersæ conditionis armatis, quāpluribus quoq; petempis.
Fugerūt tamē de conflictu quadam, quas biduo comes Arundeliæ persequens,

Hh. iiii.

postremo

*Anglia proditoribus nunc-
quam vacua.*

*Numerus na-
tium captarū,
Numerus do-
llorum.*

postremò cepit & ad classem nostram traxit. Erant autem numero maiores & minores rates centum, & eò amplius quæ omnes vinis refertæ fuerunt. Numerus verò doliorum, ad decem & nouem millia, aut plus exereuit. Ipsa verò vina, cum vasis, mox ad portum de Orvvello, & alios regni portus destinata sunt, præter ea quæ regis parti segregabantur, licet ciues de Middelbourgh ad comitē accessissent, & orassent vt liceret eis illa vina comparare, & dare mox pro singulis dolijs centum solidos, eò quòd amici nostri videbantur existerē & vinis egere. Sed his respondit Admiralius, iustius esse, vt hi his gauderent vinis, qui expensas fecerant pro sua protectione versùs mare, scilicet communes Angliæ quàm alij quicunq; pro quocunq; lucro ea auferrent. Attamen (inquit) quin estis amici, & de longè venistis, dabimus vobis viginti dolia ne omninò vacui redisse videamini. Ipse verò comes tanta liberalitate vsus est, diuersis conferens de parte sibi contingēte, vt nec vnum dolium sibi remaneret (vt fertur.) Accreuerunt ergo laudes comiti in immensum à vulgaribus, quod postponens quæ sibi aggerasse poterat, vendens alienis directæ vina, præposuit communem vtilitatem priuato cōmodo, & eò maximè quòd vulgates in effectu senserant, non omninò deperisse, quod penderant perfectioni suæ. Comes autem volens his maiora præstare patriæ, recollecto rarsaritoq; nauigio, & conductis recentibus pro his qui læsi vel sauciati fuerant, siue perempti, vela reflexit versùs castellum de Brest, quod videtur eandem esse minoris Britannix, cōtra quòd Gallici siue Britones iam duas munitiones erexerant, vel erecturi fuerant maiores, & multo fortiores, quàm fuerunt illæ quæ dux Lancastriæ per suos debellauerat, & destruxerat versùs Hispaniam proficiscens. Harum vnam Admiralius (debellatis qui intus erant) cepit, & quia videbatur fortis, & necessaria castello, si nostri possiderent eam, posuit quosdam ex nostris in ea. Reliquam verò sumptuosè paratam, sed nondum erectam iniecto igne cremauit, & sic Franci paruo tempore eodem in loco geminata damna cepere, primò per ducis milites: secundò, per comitis huius tirones. Castellum insuper de Brest cunctis victualibus quæ sufficerent ad vnum annū refecit, & castellanis vestes & calciamenta donauit. Compositisquæ per omnia rebus, rediuit in Angliam cum benedictione omnium plebanorum. Sed inuidebant omnes tantæ probitati qui cum Rege erant, Dux Hiberniæ, Comes Southfolchiæ, & Symon de Burleya, cum Richardo Styry, deprauantes acta Comitis apud Regem, & dicentes cum nullum opus egregium perpetrasset, quippe qui non nisi Mercatores inuaserit, quorum fructuosius extitisset amorem seruasse patriæ, quàm odium exorabile concitasse.

*Quidam in-
vident factis
comitis.*

Et hi nimirum milites, plures erant Veneris, quam Bellonæ, plus valentes in thalamo, quàm in campo, plus lingua quàm lancea præmuniti, ad dicendum vigiles, ad faciendum acta Martia somnolenti. Hi igitur circa regem conuersantes, nihil quòd deceret tantum militem informare curabant, non dico tantum armorum vsus, sed nec ea quæ maximè reges generosos decent in pace, videlicet in venationem, vel aucupationem aut his similia, quibus regni honor crescit. Factumq; est istorum instinctu, vt Rex tantū offenderetur his qui hoc negotio militauerant, quòd venienti sibi Comiti Nottinghamiæ (qui est Comes Mareschallus, & regis semper fuerat consodalis & coetaneus) & speranti magnas à rege grates reportasse, rex nullum bonum vultum faceret, sed omninò demissum. Dux autem Hiberniæ, vtrique Comiti, non solum vultum subtraxit, sed colloquium: inuidens fortassis probitati, quam ipse assequi non valebat. Ipsi verò comites hæc cernentes, sed paruipendentes, ad propria discesserunt, victuri quietius quàm cum rege.

Interiecto

Interiecto posthæc paruo tempore, qui de consilio regis erant, monuerunt eum, vt Henricus Percy (filius comitis Northumbrorum) mitteretur ad mare, ad repellendum irruptiones hostium, qui dicebantur prompti (propter plagam quam dudum acceperant per comitem Arundeliæ) ad irruptiones in Angliam facieudum. Cui nec sufficientem manum delegauerunt, nec fauorem quem decuit impenderunt, sed hæc fecerunt ei, inuidentes (vt dicebatur) eius indoli, eò quod iam nomen magnum propter probitatē, tã inter Scotos, quã Anglicos est adeptus. Sed ipse, quod ipsi dolosi machinati fuerant, vel nesciens, vel paruipēdens, intrepidè suscepit iniunctum negotiū, & animosè strenuèq; peregit: & 10 (expleto termino suæ militiæ) incolumis remeauit.

Per idem tempus erat quidam frater in Anglia, de Carmelitarum secta, cui nomen erat V Valterus Disse, (qui dudum fuerat confessor ducis Lancastriæ,) sed cum eo in Hispaniam tendente minimè profectus est, sed domi remansit. 20 Papa liquidem Urbanus sextus, agnoscens Hispaniæ regnum grande, diuitijsquē refertum, & librans (licet inanimè) quanta commoda sibi accrescerent, si Dux eius dominio potiretur, præter priuilegia quæ concesserat profectura, iam noua concessit profecto per dictum fratrem V Valterum Disse postulandis dispensanda, sed non sine pecunia acquirenda. Inter quæ priuilegia siue potestates acceptas à Papa, fuit vñ, ad quod acquirendum concurrebant, & grandes summas offerebant. Qui pro- 30 nior existens plura proferentibus, eos domini Papæ capellanos creauit, secundum formam & iuris consuetudinem in Romanâ curia frequentatam. Cōcessit inter multas hanc libertatem cuidam fratri de ordine Augustinensium, dicto Petro Patreshull, qui exinde patans se omni libertati donatum, cepit primo ad harere V Vilefensibus (quos Lollardos quidem vocant) qui sui tenentes doctrinam magistri, iam ex anima multa suorum sequacium Londonijs fecerant, & plures doctrina polluerant sua praua. Igitur istorum se tradens informati- 40 oni, didicit quodd bene fecerit priuatam deferendo religionem, publicæ vitæ se conferens, quæ sanctior, & perfectior, eminentior, atque securior esse videbatur. Tandem horum imbutus malicia, & propria exagitatus nequitia, hortantibus illis, coactus est predicare, & publicè vitia sui ordinis propalare. Venit igitur ad Ecclesiam Sancti Christofori Londonijs, sequentibus eum penè centū de lollardis, & ibidem tanta mala facinora in cōfratres quondam suos euomuit, vt horrore foret audientibus, & stupori. Interea quidam accurrentes, hæc Augustinensibus nuntiarunt. Quorum quidam mox egressi (scilicet ad numerū duodecim maiori animositate vigentium) venerunt ad locum, vbi adhuc flagitiosus ille, tanta facinora declamabat. Et audientes quæ dicebantur, valde commoti sunt, vnus autem plus zelans pro religione, audacter astans, contradixit his quæ nebulo proponebat. Quod cernentes lollardi, surrexerunt cum impe- 40 tu, & fratrem contradictorem deiecerunt, lacerauerunt, & conculcauerunt, & malè verberibus tractauerunt. Sed & cunctos fratres eiecerunt, & extra ecclesi- am persecuti sunt, volentes eos perimere, & eorum domos incendere, cum furore clamantes, & dicentes: Disperdamus homicidas, incendamus Sodomitas, suspendamus regis & Angliæ proditores. Cum isto itaque furoris clamore currentes, ignem in habitacula fratrum iniicere proponebant. Sed impediti tamen sunt humili oratione fratris Thomæ Ashbourne, & sodalis sui, qui ambo boni viri, ambo fuere sacre pagine professores. Innuit insuper ad sedandum turbā furentem, interuentus cuiusdam de vicecomitibus Londoniarum, qui eos sua suasionē mitigauit, & ad propria redire fecit. Interea Lollardi secum dictum fratrem tenentes, hortabantur vt quia alias disturbatus in sermone fuerat, char- tam

tam conscriberet, in qua omnia premissa, & si quę plura nosceret, exararet. Qui
 mox eorum acquiescens sceleratis consilijs, chartam confecit, in qua quosdam
 fratres suos accusat, de diuersorum confratrum suorum homicidio. Et vt ma-
 ior fides tribueretur dictis suis, edicit occisorum nomina & tortorum vocabu-
 la: necnon & loca designat, in quibus occisi vel sepulti fuerant tali modo per-
 empti. Dicit insuper eos Sodomitas existere, regisque & regni traditores, &
 multa plura quę dinumerare longum foret. Confectamque chartam configit
 super fores Ecclesię sancti Pauli Londonijs, vt maior confusio posset accresce-
 re fratribus memoratis. In cuius principio dicit semet de nido egressum diaboli,
 & per dei gratiam, de malis & impuris hominibus euasisse ad vitam perfectis-
 simam, ob quam causam, & quia erat veritatis assertor, dicit plurima semet
 aduersa passurum ab iisdem fratribus, si comprehendere possent eum. Sed gra-
 tias agit Urbano Papę, quod tantę per eum libertati donatus sit, quod valeat cũ
 adiutorio amicorum se subtrahere de manibus æmulatorum: Hanc chartã multi
 de capuciatis militibus perlegentes, pro firmo prædicauerunt cuncta fore vera
 quę scribebantur, vnde & transcripta exinde sibi fecerunt, vt valerent suę mi-
 litię satisficere in futurum. Erant autem milites qui hanc sectam coluerunt
 quammaxime, & sustentauerunt V Vilhelmus Neuile, Ludouicus Clifford,
 Iohannes Clanvovv, Richardus Styry, Thomas Latymer, & inter ceteros ma-
 ior fatuus Iohannes Montagu, qui in tantam lapsus est vesaniam, vt cunctas i-
 mages quas apud manerium dę Scheuele (bonę memorię quondam) Iohan-
 nes Aubrey, & exposit dominus Alanus Buxille, vel eorum antecessores erexe-
 rant in capella sua, deponi faceret, & in locis abditis collocari: vnũ solummo-
 do priuilegium adepta est imago beatę Catherinę, quam in pistrinum suum
 deferri permisit, quia plures afficiebantur. Huius sacerdos sectator acerrimus
 lollardorũ, cũ peruenisset ad vitę metam, & cognouisset se proculdubio mori-
 turum, compunctus, & penitens eorum quę contra fidem commiserat, sacer-
 dotem petijt, cui confiteri valeret: Cuiusdam de familia velut cum admira-
 tione responderunt: Quid est (inquiunt) quod queritis? quid quod desideratis?
 Nonne vos prædicastis, omnem confessionem extrinsecam sacerdotibus faciē-
 dam superuacuum, solummodò sufficere, vt quis soli deo confiteatur? Quibus
 ille, Erraui inquit, sed modo precor indulgete mihi copiam sacerdotis. Acci-
 dit eo tempore vt præsens esset Nicholaus Hereford, doctoris theologię gradũ
 habens, sed seductoris sequens officium, quippe cui (post hæresiarcham Iohā-
 nē V Vickles) omnes huius sectę viri maximè adhærebant. Hic ergo cum ad
 præbyterum accessisset, & in voluntate confitendi positum cognouisset, quid
 est (inquit) quod agis fatue? quid turbaris? Confitere deo, qui potestatem am-
 pliorem habet ligandi, atque soluendi, quàm habent laici sacerdotes, & sufficet
 ista confessio tua: tibi ipsi peccasti, non sacerdoti, ipse debet remittere cui fit of-
 fensa. Ille verò persistens in petitione sua: In vobis (inquit) sit peccati periculũ,
 si sine confessione viaticoque discedam, cui voluntas inest catholicè moriendi, si
 mihi copia donaretur: & post pusillum spiritum exhalauit. Cui credibile est
 suffragaturam voluntatem bonam confitendi, quam habuit moriendo. Et quia
 pro maiori faciēda noua huius infandę sectę, paulisper digressi sumus à ma-
 teria ad continuandum inceptę rei ordinem reuertamur.

Accidit his diebus, vt Robertus de Veer elatus de honoribus quos rex impen-
 debat eidem iugiter, suam repudiaret vxorem iuuenulam, nobilem, atque pul-
 chram, genitam de illustris Edvardi regis filia Isabella, & aliam duceret, quę
 cum regina Anna venerat de Boemia (vt fertur) cuiusdam Cellarij filiam, igno-
 bilem prorsus, atque fædam: ob quam causam magna surrepsit occasio scanda-
 lorum

*Ruina militũ
 lollardorum.*

*Dux Hiber-
 nię repudiat
 vxorem suam,
 reginã natã, &
 cit ignobilem.*

lorum (cuius nomen erat in vulgari idiomate Lancecrona.) Fauebat sibi in his omnibus ipse rex, nolens ipsum in aliquo contristare, vel potius (prout dicitur) non valens suis votis aliquo modo obuiare, quia maleficijs cuiusdam fratris (qui cum dicto Roberto fuit) rex impeditus nequaquam quod bonum est, & honestum cernere, vel sectari valebat.

Indignabantur proinde procures, sed præcipue dux Glouerniæ auunculus *Dux Glouerniæ* præfata puellæ, qui etsi modò nō valebat vlcisci tantas iniurias illatas nepti suæ, *nō indignatur.* omnia tamen conseruabat in corde suo, vsq; in tempus retributionis futuræ.

10 Ducem verò Hiberniæ præmissa non latebant, quamobrem & sibi cauere statuit, & ducem Glouerniæ cum vniuersis qui sibi fauebant de medio tollere meditatur. Iam Pascha transierat, iam tempus præterierat, quo dux Hiberniæ uisfretaturus fuerat in Hiberniam, & adhuc cum, velut nihil de profectioe cogitaret, Anglia retinebat. Sed ne tumultus foret nimius in regno inter procures, rex velut deducturus eum ad naues, in VValliam proficiscitur cum eodem, nō dimissurus eum, sed detenturus ibidem, vt illuc semoti, quiетиùs deliberare possent, qualiter Ducem Glouerniæ, comites Arnndeliæ, VVarvvici, Derby, & Notynghamiæ, cum alijs regni fidelibus dolo tenerent, & occiderent. Erant autem cū illis comes Southolchię Michael Atte Poole, Robertus Trysilian iusticiarius, & plures alij qui suæ pelli timentes, non segnius quàm rex, & dux
20 Hiberniæ, in necem prædictorum procerum conspirabant. Emerso temporis *Rex redit à* magno spacio è Cambria (velut profectio Ducis in Hiberniam obliuioni data *Wallia.* esset cunctis qui remanserant in Anglia) redit cum duce, & suis traditoribus, ad castellum de Notyngham, tractaturus ibi finaliter de morte procerum prædictorum.

Illuc igitur aduocari fecit multos de Londonijs, quos nouit contin- *Cōsiliū sub-*
gentes ad vtrumlibet, & cunctos regni vicecomites, & Iusticiarios vniuersos. *dolum.*
Sed Londonienses accersit, quia mobiles erant vt arundo, & nunc cū dominis *Causa huius*
nunc cum rege sentiebant, nusquam stabiles, sed fallaces, quorum multi nuper *vocationis.*
de prodicione in regem confessi fuerant, sed tamē eius gratiā consecuti, vt ipsi gratiam sibi pro gratia gratis rependerent, & dominos indictarent de multis cri-
30 minibus, quę contra eos rex dum in remotis ageret imaginatus fuerat cautelosē, vicecomites conuenire fecit, vt sciret quantam potestatem possent contrahere in regis negotium aduersus Barones, & vt ipsi nullum militū de pago vel schi-
ra permitterent eligi, nisi quem rex, & eius consilium elegisset. Sed ad ista responsum est per vicecomites, communes omnes fauere dominis, nec esse in potestate sua ad hanc causam exercitum contrahere. De militibus eligendis dixerunt similiter, communes velle tenere consuetudines vsitatas, quę volunt quod à communibus milites elegantur. Vicecomites ergo datis his responsis, dimissi sunt. Iusticiarij sunt vocati, vt ipsi decernerent indictamenta fore legalia, *Proceres indi-*
& eisdem apponerent sua sigilla. Quod & tunc factum est, à Roberto Trysilian *ctatur.*
40 & Iohanne Blake iuris apprenticio (quem Robertus Tresilian ad curiam Regis ad dictum facinus introduxerat perpetrandum) expeditis ad vota indictamenti in sepeditos procures, & multos alios nobiles & Barones, qui ad hoc vocati fuerant sunt dimissi.

Rex autem & dux Hiberniæ missis innox nuncijs conduci fecerunt, quos po- *Rex conduci*
terant, vt cum illis starent si oporteret contra dominos in die belli. Quorum *bellatores.*
multi responderunt, se nec posse, nec velle stare contra dominos, quos pro certo sciebant intimē regem diligere, & omnia machinari, omnia studere, omnia facere pro honore suo. Multi simpliciter putantes se conduci, promiserunt se ad notationē regiam fore paratos. Interea rumor huius facti peruenit ad dominos, & eos magna repleuit tristitia, eò quod nullius culpæ conscijs tanto regis

Dux Glouernie mittitur regi pacare. odio turbaretur. Vnde in primis regis patruus, dominus Tho. dux Glouernie, ut regis odiū mitigaret, & animū ad cōcordiā pacēq; reduceret, coram episcopo Londinenli, & multis alijs regni nobilibus, tactis sacrosāctis, iuramentū adidit, se nunquā aliquid in regis læstionem machinatum fuisse, sed omnia pro posse, studuisse, & perfecisse, quæ regis honorem, cōmodū, & beneplacitū prospectabant: excepto, quod ducē Hiberniæ, quem rex dilexit, latis oculis non respexit, nec quidē in futurū respicere voluit, qui nō tantū suam sed regis consanguineā dehonestasset: quāobrem in eundē statuit firmiter vindicari. Cum autē episcopus Londinensis ista (prout iniunctum sibi fuerat) regi retulisset, & aliquāliter ad cōcedendum Ducis iuramento inclinatus esset, Michael Atte Poole timens si 10 dux & rex redissent in cōcordiā, sua ad futura dispendia, verba fecit contra ducem, quibus aduersus eum regis animū cōmoueret. Cui mox episcopus: Sileas, (inquit) o Michael, non decet enim te os de cætero aperire. Quare (inquit Michael) ita dicis? Quia (inquit episcopus) damnatus fuisti in retroacto parlamento, & non est nisi regia gratia quod tu viuis. Ad hæc mox rex iratus præcepit episcopo recedere, & ad suam ecclesiam remeare. Qui confestim discessit, & duci quæ viderat vel audierat nunciauit. Hinc excreuit rancor & indignatio duci, suisq; nequam cōsiliarijs odium inexorabile, per omnes dies ducē Hiberniæ, Michaelē Atte Pole, Roberto Trisilian, Alexandro Neule Archiepiscopo Eborac. & multis alijs, iram agentibus, concitantibus, & confirmantibus 20 contra ducem. Qui considerans quorsum res tenderet, conuocatis secretō comitibus Arundeliæ, VVarvvici, & Derbeya (qui consimili damnationi subiacerent, si non maturē prospicerent sibi) denudat consiliū, edicit periculum, quod omnes in cōmune tangebatur. Qui mox collectis exercitibus, statuerunt regem conuenire super p̄missis, & fauore quem præbuit non tantū suis, sed publicis proditoribus, nec non de periclitatione regni, quæ imminēbat, nisi maturius subueniretur eidem. Econtra rex ex parte sua (agentibus proditoribus) deliberauit qualiter singulos præfatos tolleret, antequā munitis viribus sibi met subuenirent. Et primò misit ad castellū de Reygate (vbi comes Arundeliæ morabatur) comitem Northumbriæ, cum multis alijs ad arestandum eum. Qui 30 cernens animum comitis exacerbatum, & militiæ magnam multitudinem circa ipsam, timens perficere cōmissum mandatū, negotio recessit infecto. Post quē missi sunt plures qui noctanter eum interciperent, & præsentē regis sisterent, vel certē perimerent, si quo modo possent. Sed illorum aduentum præuenit nūcius ducis Glouerniæ, qui nocte tota illum equitare compulit, ita vt summo mane perueniret ad siluam de Harynggeye (trāscursis celeritate triginta milliaribus (non sine magno labore,) vbi reperit cōgregatos ducem Glouerniæ, & comitem VVarvvicensē, cum populo numerofo.

Rex proficiscitur Cantuariam. Eodem tempore (vt dicebatur) rex versūs Cantuariam se paraueat proficisci, non tantū vt vota redderet beato Thomæ, sed vt promissa pacta firmaret trāsfretando regi Franciæ, cui vendiderat Calesiam, cum castello de Guynes, & vniuersis fortalijs quæ antecessores possederant in illis partibus, vel auito iure, vel bellica acquisitione. Sed hanc profectionem impediuit subitō comperta cōgregatio dominorum in silua de Harynggeye, & regem obstupescere multum fecit, vnde conuocatis familiaribus suis, sciscitabatur quid sibi vellet talis collectio inopinata. Et cum cognouisset propositū dominorum, quod pro reducēdo eum ad frugem melioris vitæ, & regiminis cōmodioris conuenerant, mox expauit, quærens quid agendum in tanta turbatione foret. Quidam autem cōfuerunt dominos rēconciliandos, & promittendum eis votiuam executionem propositi sui. Alij lapidauerunt regis familiam, congregandam cum Londinensibus, ad exeundum & obuiandum proceribus, & experiendum martis fortunam,

nam. Ethorum acerrimus erat Archiepiscopus Eboracensis. Sed dissuaserunt hoc prudentiores conciliarij, asserentes regi nullum prouenturum commodum licet vinceret, & magnum adfuturū dedecus & dispendium si vinceretur. Interea venit quidā miles exercitatus, sed sensu vacuus, Dominus Hugo de Lynne, qui eò quòd stultus erat, & sensum perdididerat, eleemosyna dominorum plurimum sustentabatur. Ab isto igitur Rex iocando quasiuit quid acturus esset contra proceres, qui congregati dicebantur in prædicta silua. Cui mox Hugo cum summa melancholia respondit. Exeas (inquit) & aggrediamur eos, *Ridicula responsio.* & cuiuslibet matris filios perimamus, & per oculos dei hoc completo, pere-

10 misti omnes fideles amicos quos habes in regnò. Quod responsum et si stultè prolatum, sapientes quammaxime ponderant. Interea pacis mediatoribus intercurrentibus, res ad id deductum est, vt domini apud VVestmonasterium coram rege venirent, accepturi responsum de his, pro quibus commoti fuerant. Episcopo Eliensi, cum multis alijs fide dignis, sacramento firmantribus pro parte regis, quòd nulla fraus, nulla deceptio, nullum periculū pararetur, per quod ipsi domini nec in vita vel membris sentirent dispendia quouis modo. Et si contingeret regem, vel eos qui cum eo erant, ab isto pacto relinire, palam, vel occultè, dicti mediatores dominos inde præmonerent. Cùm autem domini se paraf-

20 sent, vt Londonias iuxta conditum conuenirent, præfati pacis mediatores, clam miserunt ad illos, nūciantes insidias tēsas eis, in loco qui vocatur le Muvves iuxta Londonias, & ideò se nolle consulere vt venirent, nisi cum securā manu. Quod audientes domini, suum distulerunt aduentum. Vnde transacta hora limitata, cū non adfuissent, inquisiuit rex cur domini pacta non seruabāt. Cui episcopus Eliensis: Quia (inquit) parantur insidiæ mille vel amplius armatorum in tali loco contra pactum, & ideò nec veniunt, nec reputant vos fidelem. Rex verò confestim motus, iurauit se non esse consciū huius rei, & ideò iussit vicecomites Lōdoniatum, vt pergentes ad le Muvves, & omnia perscrutantes, interficerent si quos inuenirent ob hanc causam congregatos ibidem: sed non latuit dolus ibi, sed apud VVestmonast. factione Thomæ Tryuet, & Nicholai Brambre militum, qui cognoscentes se deprehendendos, occultè dimiserunt armatos, & Londonias remiserunt. Misit ergo rex iterum ad dominos,

30 promittens securum comitatum si venirent. Qui mox ad VVestmonasteriū cum manu valida peruenerunt.

Rex verò in aduentu dominorum regalibus ornans se insignijs, togā videlicet, & sceptro, aulā VVestmonast. est ingressus, pro quo Cācellarius episcopus Eliensis verba fecit in hunc modū. Domini (inquit) dominus noster rex audiēs

40 vos dudū cōgregatos in parco de Harynggeye contra morem, nō in vos irruere voluit (quod quidē sibi fuisset facile, si non vobis cauisset, & his qui vobiscum erant.) Quia nulli dubium, si conflasset exercitum, multo plures vobis habuisset, & fortassis multus hominū sanguis effusus fuisset, quod constat dominum nostrū regē quāmaximè abhorrere: & ideò paciētiā sibi sumens & mansuetudinem, præligit vos pacificè cōuenire, & causam dicere quare tot homines cōgregastis. Ad hæc domini responderunt ob regis & regni vtilitatē secōuenisse, & vt proditores quos secum iugiter detinebat auellerent ab eodem. Proditores verò appellabant Robertū de Veer ducem Hiberniæ, Alexandrū Neuille Archiepiscopū Eborac. Michaelē Atte Pole comitem Southfolchiæ, Robertū Tryilian falsū Iusticiariū, Nicholai Brābre falsū militem Londinensem. Et vt hanc appellationē verā fore mōstrarent (proiectis chirotheis) eā se velle duello prosequi iurauerunt. Ad hæc rex: Non ait modò fiet hoc, sed in proximo parlamento, quod præfigimus in crastino Purificationis beatæ Virginis, ad quod, tam vos,

quàm ipsi venientes, recipietis (secundùm iuris exigentiam) quæ ratio dictaue-
rit vniuersa. Et nunc ad vos (ô domini) meus sermo, quo modo, qua ratione, vel
quali vos audacia præsumpistis contra me insurgere in hac terra? Putastis ne me
perterrituisse cum tanta vestra præsumptione: an non armatos habeo si voluissem
qui vos circumseptos vt pecudes mactauissent. Profectò de vobis omnibus nõ
plus in hac parte reputo, quàm de coquina meæ infimo garçione. Cùm hæc &
plura alia perorasset, leuauit ducem Glouerniæ (qui hætenus genuflexerat)
& reliquis iussit vt se erigerent. Post hæc amicabiliter duxit illos in cameram,
& pariter potauerunt, & finale responsum receperunt, quòd cuncti (prout di-
ctum est) ad parlamentum conuenirent, in quò fieret omnis iusticia vtrique ro-
parti. Et interim rex recepit ducem Hiberniæ & ceteros in suam protectione,
& Ducem Glouerniæ cum suis socijs pari modo, vt nulla pars interea noceret
alteri, nec præsumeret congregationem facere vsque ad diem tempusquæ præ-
fixum: & sic istud consilium est solutum. Hæc acta sunt in absentia prædicto-
rum, quia non audebant comparere in dominorum presentia, quia profectò si
comparuissent, tunc illic pœnas lussent absque respectu regiæ maiestatis.

*Dux Hiber-
niæ congregat
exercitum ad
extinguendū
dominos.*

Recedentibus dominis, nõ est visum eis tutum iā tunc disungi, propter regis
mobilitatem, & proditorum notoriam falsitatē, quod eis exposuit magnæ sapien-
tiæ loco fuit. Nā de conniuentia regis, dux Hiberniæ in partibus Cestrig, VVal-
liæ, magnam turbam collegerat. Quorum campi ductor erat Cestriæ Consta- 20
bularius dictus Thomas Molyneves, vir diues & audax, cuius nutum tota illa
prouincia expectabat. Non diu tamen dominos latere potuit tantus dolus, sed
præmoniti de his omnibus, & quòd dux Hiberniæ Londonias properaret cū
tanta turba, vt iunctus Londoniensibus, quasi inuincibilem exercitum ex duo-
bus faceret, extemplo suos armauit, & inuicem cohortantur, vt iam non ne-
gligant salutem propriam, sed festinent præoccupare vel extinguere, qui in illo-
rū necē cōspirauerant fraudulēter. Igitur duci Hiberniæ exeuntes obuiam, sed
occultē, dimiserunt turmas suas ad obsidendū omnes vias quibus venturus spe-
rabatur. Sed dux Hiberniæ cū sublimis & gloriosus equitaret cum exercitu
quem comparauerat, & nullum crederet ausurum obuiare sibi, repentiè dirigēs 30
in obliquum oculos, vidit dominorū exercitum nõ procul ab eo distantem, &
aduentum eius in cuiusdam vallis medio præstolantem. Quo viso, cor eius ex-
pauit, & dixit: Amici (inquit) vt cerno mihi fugiendū est ad horam, quia mul-
tò maior fortitudo in aduersa parte videtur quàm nostra: vndē antequā sit ma-
nibus conferendū me subtrahā, & saluabo si potero. Quia me solū querūt,
contra vos autem nihil habent. Quamobrē me dilapso vos de facili euadetis.
Cui quidam ex militibus suis ait: Tu nos è patria exire compulisti, tu fidē no-
bis suastisti, tu ad hoc iter nos cōegisti, tecum ergo parati sumus dimicare, tecum
vincere (si contingat) vel (si fortuna non faueat) tecū mori viriliter. Nō (inquit)
ita in præsentiarum facietis, & mox calcaribus vrgens sonipedem fugere æsti- 40
mabat. Quare multi qui cum eo venerant execrantes eius meticolositatem, ad
dandum dextras dominis parauerunt. Erat ibi tunc dictus Thomas Molinevvs
qui se præparauit ad pugnam (quia nondum domini cuncti conuenerant ad il-
lum locum, sed vnus tantum, filius ducis Lancastriæ Héricus comes Detbeye,
qui cū aliquandiu pugnasset, fessus & desperans, flumē quod propē erat in-
gressus est. Inter multos verò Thomas de Mortuomari miles hortabatur vt as-
cenderet, vel sine dubio cū in flumine sagittis perforaret. Si (inquit Thomas) as-
cendam, vis ne seruare vitam meam? Non hoc promitto (ait miles) sed vel as-
cendas vel occumbes mox. Cui ille: Si sic (inquit) necesse est, finas vt ascen-
dam, vt tecum vel quocunque vestrum pugnem, vt moriar sicut homo. In as-
cendendō

*Dominus exeūt
obuiam duci
Hiberniæ.*

*Dux Hiber-
niæ verba fa-
cit ad suos.*

cendendo autem cepit eum miles per cassidem, & de capite suo traxit, & mox
 extracto cuthello daggardo eius cerebrum perforauit. Interea dux Hiberniæ *Thomas Moñe*
 fugiens, peruenit ad flumen, sed cum transire ad pontem veller, confectum re- *newes occidi-*
 petit. Ad alium verò pontem dum peruenisset, architenentes inuenit, qui eius *tur.*
 transitum prohiberent. Igitur diuertens ab eis, & vadum quarens, equum
 compulit intrare flumen, in quo mox ex equite natator factus, ad aliam ripam
 venit. Nox autem erat, & ideò non sunt secuti fugientem serui procerum, eò
 maximè quòd diuerticula patriæ nesciebant. Equus tamen eius, cum casside,
 & cum chirothecis pectorale, in sortè peruenit dominorum. Vnde ex post ma-
 10 gno tempore submersus fuisse putabatur. Quadrigam eius insuper cum eli-
 tellis proceres interceperunt, in quibus plurima repperunt, & præcipuè regis
 ad ipsum literas, in quibus continebatur, vt venire festinaret ad eum Lōdonias,
 cum potestate magna, & rex paratus esset, & cor apponeret ad viuendum &
 moriendum cum eo. Qui apices magnam fidem fecerunt dominis de regis in-
 constantia & mutabilitate.

Michael Atte Poole per idem tempus timès animaduersionem in eum futu- *Atta Miubat-*
 ram, latèter fugit Calesiam, ducente eo quodam milite V Vilhelmo Atte Hoo. *lis Atte Poole.*
 Quo cum peruenisset, mutato habitu, & rafa barba, portabat altilia velut ad
 vendendum, donec venisset ad fores castelli Calesiæ, cuius capitaneus erat do-
 20 minus Edmundus Atte Poole frater eius, à quo (licèt difficulter cognitus prop-
 ter vestem sordidam, & rasam barbam) rogauit vt eum occultaret & tutaretur,
 narrans quòd propter quosdam æmulos quos timebat, Anglia excesserat. Cui
 ille, Frater meus es (ait,) sed noueris quòd pro vlla consanguinitate nolo de-
 prehendi falsus regno Angliæ, nec te admittere sine scientia vel consilio domini
 V Vilhelmi de Bello campo, qui est capitaneus huius villæ, quia credo & vera-
 citer conijcio, quòd sine magnis offensis non fugisti. Militergò ad V Vilhel-
 mū Beauchamp, nunciens fratrem eius aduenisse, non tam mirabiliter, quàm
 miserabiliter, & orans vt sibi liceret recipere eum, & exhibere, donec idē V Vil-
 helmus decerneret eum remittendum. Quod ià factum est: Nam reductus ad
 30 regem fuit, sed permisit illum rex ire liberè quocunque veller, paruipendens
 verbum proprium, quo promiserat eum exhibendum cum ceteris parlamento
 futuro. Fugerunt eo tempore Archiepiscopus Eborac. & Robertus Trysilian,
 irā (quam metuerant) procerum metuentes. Regressis dominis à conflictu qui
 fuit iuxta Burford propè Babbelake, vbi militibus qui cōuenerant cum Duce
 Hiberniæ, & armigeris, redonatis armis & equis, & secum detētis, sed plebanis
 equis, arcubus, sagittis, spoliatis & domum remissis, magna fiebat in communi
 vulgo letitia de hostibus regni stratis. Sed hanc letitiam temperauit euasio du-
 cis Hiberniæ, quia quid de eo fuit actum nesciebatur.

Accidit eo tempore, vt quidam nuncius regis Franciæ caperetur, Lustratus *Capitur nun-*
 40 nomine, qui detulerat apices, in quibus licencianit rex Franciæ, regem An- *cina regis Fran-*
 gliæ, & Ducem Hiberniæ, & quosdam alios (sub hominum certo nume- *corum.*
 ro) venire Boloniam, vbi rex Franciæ (collecto exercitu) aduentum Regis
 præstolabatur, vt eum susciperet cum magna pompa, & ab eo reciperet pos-
 sessionem in Calesia, & omnibus munitionibus quas rex Angliæ in illis par-
 tibus possidebat, pro quibus omnibus rex Franciæ persoluisset. Et rex Angliæ
 pro Vasconia homo ligeus regis Franciæ deuenisset, proceres autem hæc re-
 ticētes, festinauēre Londonias properare, vbi rex natale dominicū celebraturus
 erat, non apud V Vestmonasteriū, sed in turri, quia putabat locum (siquid sini-
 stri emergeret) se posse tuēri. Collecto ergo exercitu propè ad quadraginta mil-
 liū valentiū bellatorū (eò libentius aduentantiū, quo sperabāt Lōdinēses spoli-
 andos)

*Amasius con-
cluser.*

andos.) In crastino natalis dominici Londonias peruenerunt, & se in campos ubi videri poterant à turri per bellicas acies demonstrauerunt. Et quia res digestus usque ad hoc tempus, hic erit elapsi finis anni. Transit annus iste frugifer, fructiter, & salubris mediocriter: Angliæ turbulenter, (præter id, quod vina captâ per comitē Arundeliæ lætificauerunt corda multorum:) Hispaniæ lætus de recessu ducis regnum vendicantis, & suorum interitu miserando: Franciæ tristis & lugubris, propter non solum vina perditâ, sed vasa cum viris: Flandriæ moestus, propter vina perditâ cum bonis communiter Gallicorum.

*Acta inter re-
gem & Lon-
dinenſes.*

ANno dominicæ incarnationis M. CCC. lxxxviiij. fuit rex ad natale Londonijs in turri (vt præfertur) (hic est annus vndecimus regni eius) ad quē locum collecti sunt proceres cum plebe sua, hospitatiq; sunt in suburbijs vitantes fallacias vrbanoꝝ. Erant tunc in magno metu Londinenſes, librantēs diuerſa pericula, ſcilicet iram regis, ſi proceribus aperirent, ſi verò illos excluderent, indignationem indiſcreti vulgi, quod cum illis venerat, & præſto fuit ad infringēdum muros vel fores ciuitatis, ſi vel minimè exacerbaretur. Reſtabat & aliud ſatis graue periculum, quia niſi maiores dominis aperirent, cōmunes ciuitatis & pauperes (qui plus affectabant ſeditionem quā pacem) parauerunt ſe ad introducendum dominos cum plebe ſua, & diripiēdum quicquam in domibus diuitum præcioſum. Habita tādē deliberatione, Maior Londoniarum exijt, & dominis hoſpitia intra vrbem, & omnia neceſſaria bona fide (ſi acceptare vellent) promiſit, & vinum cum ceruiſia, caſeumq; cum pane diſtribuit in exercitu vniuerſis, quod non paruum commodum poſtea vrbis fuit. Rex interea audiens, & ſciens hæc omnia, diſſimulabat, tanquam collectam multitudinem paruipenderet, & dominos non timeret, dicens Archiepiſcopo Cantuarienſi, & alijs qui intercurrerant pro pace faciendâ. Sinantur (inquit) hic iacere cum turba ſua, donec expenderint omnia bona ſua, & tunc demū vacui reuertentur, & egentes in domos ſuas, & tunc loquar cum eis iudiciū ſigillatim. Cū hæc audiſſent domini, valdè commoti iurauerunt ſe nunquā reſſuros donec cum eo ore ad os colloquium obtinerēt. Et mox miſerunt qui fluuiū Tamēſim cuſtodirēt, ne rex laboretur à manibus eorū, & poſtea ſubſannaret eos. Tunc videns rex ſe vndiq; circūcluſum, nuncijs loqui cepit, & iuſſit renūciari dominis, ſe vellē tractare cū eis. Qui poſtulauerūt vt in crastino veniret ad VVeſtmonaſteriū, ubi voluerunt ſibi depromere vota ſua. Non ait rex volo tractare cum eis apud VVeſtmonaſteriū, ſed hic in turri. Cui domini renunciauerunt hunc locū ſuſpectū fore, eò quòd poſſent illic ſtrui inſidiæ, & eis pericula præparari. Ad hæc rex, mittant (inquit) ducentos vel quot de ſuis voluerint & præuideant cuncta, ſcrutentur vniuerſa, ne lateat vllus dolus. Quod ita factum eſt. Tunc dux Glouerniæ cū ſocijs ſuis intrant turrim, & habito palam cum rege, ſed breui colloquio (poſtulate rege) cameram intrauerunt, ubi coram eo, eius cōſpirationem qua indiſcreti ſunt recitauerunt, & litteras ostendē-
runt quas miſerat duci Hiberniæ, vt exercitum cōgregaret in perniciem eorū-
dem. Apices quoq; regis Franciæ (quas interceperant) exhibuerunt, quibus vel conſeſſus fuit regi conſeſſus in Franciam veniendi, vel cætera firmandi, quibus eius honor decreſceret, poteſtas fateſceret, & fama periret. Quid tunc rex ageret (iſtis viſis) neſciuit, præcipuè quia nouit ſe notabiliter depreſſum. Tandem conſuſum & lachrymantem (licentia tunc petita) reliquerunt, ea conditione, vt crastino veniret ad VVeſtmonaſterium auditurus plura, & tractaturus de neceſſarijs negotijs regni ſui. Quod ipſe promiſit, retinens ſecum in pignus amoris ad cœnam comitem Deſbenſem: ſed antequam iret cubitum, agentibus ſuſurronibus, & dicentibus nō eſſe decens regi, tutū, nec honorificū, vt illic

ut illic pergeret, propositum mutauit. Procures cum hac nouissent tristes effecti, & amaro animo, renuntiauerunt ei, nili venire maturaret iuxta cōdictum, quod eligerent alium sibi regem, qui uellet & deberet obtemperare consilijs dominorum. Quo telo rex percussus, ad Westmonasterium, in crastino remigauit. Cui (post paucos tractatus) dixerunt procures pro honore suo, & regni sui cōmodo, oportere, ut proditores, susurriones, adulatōres, & malefici, detractores, & inutiles a suo palatio & comitijs eliminarentur, & alij substituerentur loco ipsorum, qui scirent, & uellent, sibi magis honorifice & fidelius famulari. Quod ubi rex concessit (licet moriens) cōsuerunt ascendos a curia Alexandrū Neuile Archiepiscopū Eboracēsem, Iohannē Fordā episcopū Dunelmensem, fratrem Thomā Rushok regis confessorem (de ordine prædicatorū) episcopū Cicestrensem, sed ipse sibi conscius fugā iniit, & Eboracēsis lateribus requisit. Expulerunt præterea dominos de Souche, de Haryngvorth, de Burnel & de Bemond, Albredū de Veer, Baldviniū de Beresford, Richardū Adderbury, Iohannē VVorth, Thomā Clifford, & Iohannē Louiel milites: nō ut omnino dimissos, sed parlamento proximo parituros. Expulsa sunt & dominæ tanquā inutiles curiæ, scilicet de Ponyns, quæ fuit uxor domini Iohannis VVorth, de Mouven, & de Molyng, quæ cunctæ manicipia sunt obijcendis in proximo parlamento responsuræ. Arrestauerunt insuper Symonē Burley, V Vilhelmū Elinham, Iohannēm Beauchamp de Holte regis Seneschallū, Iohannēm Salisbury, Thomā Triuet, Iacobum Berneys, Nicholaū Dagvorth, & Nicholaū Brambre milites. Cæperunt & clericos, Richardū Clifford, & Iohannē Lincoln, Richardū Morford, & Nichol. Lake, decanū capellæ regis, cuius uerba multa fiebant incuria, & Iohannem Blake iuris apprenticiū, quos omnes milites & clericos diuersis carceribus transmiserunt sub arcta custodia cōseruandos, usq; ad parlamentū futurum quo suis astituri erant responsis.

Milites arrestantur.

Clerici arrestati.

Post festum Purificationis inceptum est parlamentū Lōdonijs, licet rex uoluisset omnino subterfugisse dictū parlamentū ea vice. Ad quod procures cum sufficenti cōuenerunt exercitu, ad cōpescendum si emergerent motus rebelles, & cōtinuatū est istud parlamentū usq; ad festū Pētecostes cū magna multorū sollicitudine & expectatione. In quo primò captus est Robertus Trysilian, satis infortunatē sibi, quia mox tractus est, & ad furcas suspensus. Cōsequēter iudicio dominorū processum est contra Nicholaum Brambre militem, qui eidē damnationi subiacuit, licet plures habuisset intercessores. Hic (ut fertur) nomē nouæ scilicet paritæ Troiæ, cuius uerbis & nominis ipse dux creatū statuit & nominari, ad perducendum ad effectum facilius cogitata, tabellos sine rotulōs conscribi fecerat, in quibus plura millia nominū suorum ciuium exarata fuerāt, quorū in hac parte resistētiā uerebatur, qui oēs repente ingulati fuissent, sed tamē ante suspensionem est (ut præfertur) quā ad effectum perduceret meditata. Post hæc Iohannes Salisbury, & Iacobus Berneys, ambo milites, ambo iuuentis, sed ambo proditores, tracti sunt Parlamenti iudicio & suspensi. Deinde Iohannes Beauchamp de Holte regis Seneschallus, (ab antiquo fallax & fraudulentus & tam domino Edwardo de VVindesore regi quā filio suo Leonello quondam duci Clarentiæ infidelis) eiusdem parlamenti decreto tractus & suspensus est. Suspensus est consequenter Iohannes Blake leuiter qui in consilio apud Northyngham steterat contra dominos infasta hora. Nouissimè decollatus est Symon Burley quamuis comes de Derby omnes vires apposuisset eius ereptioni. Ob quā causam magna dissensio orta est inter eum & ducem Glouerniæ, sed citò (laudes deo) sopita. Hic in cunctis locis ubi incedebat nō suæ fortunæ militem, sed in omni apparatu ducem uel principem se ipsum exhibebat.

Parlamentum Londini.

Capitur Robertus Trysilian.

Suspensio militum.

Decollatus est Symon Burley.

Eratque custos castelli de Doueria quod ad nutum regis cōfenserat Gallicis vendidisse: fueratque intollerabiliter superbus & arrogans, oppressor pauperū, osor Ecclesiarū, mœchus & adulter. Damnati sunt insuper in præmissis parlamento Iusticiarij, Robertus Belknap, Iohannes Holte, Rogerus Fulthorp, & VVilhelmus Burgh exilio, concessa certa pecunia ad vitam singulis pro sustentatione sua quotidiana: deinde exactum est iuramētum à rege ad standum regulationi procerum, & non solum à rege, sed à cunctis regni incolis idem iuramētum est expetitum.

Profectio comitis Arundelensis.

Post festum Pentecostes, Richardus comes Arundeliæ, cum valentium turba profectus est ad mare, & hinc inde velificans hostes ubique quasiuit, tandem hostium rates reperiens, configit & vincit: & naues octoginta vel mergit, vel capit, vel incendit. Insulam de Beas ingreditur, quam despoliat & comburit. Insulas insuper de Vs, & de Ree, de Lemustre & de Rochele, de Olum & de Olorum, (vbi leges marinæ conduntur) inuadit, capit, & deprædatur. De quibusdam redemptionem percipiens, quasdam verò igne deuastans, Gallicos siue Britones qui resistentiam parauere vincens conuertit in fugam. Pactoque cum summa felicitate negotio rediit ad regnum.

Gallici ingressi terras ducis de Gelre.

Eodem tempore Gallici (de pace fastidiosi) cum magno numero armatorū terras Ducis de Gelre sunt ingressi, vt ei inquietudinem suscitarent, eò maxime quod erat Anglis fidus amicus: sed mox dux occurrens eis cum quibusdam Anglicis, docuit quàm periculosa fuerat excitare canem dormientē, occidēs ex eis plurimos, multosque captiuans, paucis per fugā dilapsis: sensitque in hoc conflictu damnum Francia, quantum non senserat à diebus antiquis. Flandrēses per idem tempus & ipsi occurrentes Gallicis magnam stragem fecerunt ex ipsis: nec immerito cum summa superbia grauique tyrannide Galli eos perante oppresserant & vexarant. Eodem anno Scoti (quietis nescij) considerantes Anglicos nihil moliri contra illos, præparauerunt se vt mox expirantibus treugis essent omnes parati ad inuadendū partes boreales. Factūque est vt cū grandi exercitu regnū intraret antequā Anglici quicquā disponderēt contra eos. Igitur (nullo resistente) progressi, agebant cedes & rapinas ubique, multos captiuantes, villasque conflagrantes quæ fuerunt in eorū itinere (nisi quas domini de eisdē pecunia redemissent. Perueneruntque cū magno fastu propè nouum castrū super Tynam, & nō procul indē sua tētoria posuerūt. Erat tunc in villa prædicta Henricus Percy iunior, & Radulphus frater suus, ambo milites, ambo glorię militaris cupidi, ambo Scotis infestis: sed Henricus præcipuē, qui pro suę strenuitate personę, à Scotis maxime timebatur. Hic Henricus indignē ferēs, quod Scoti tam impune bacchabātur, & eò maxime quod prouocatus fuisset ab eis ad pugnā, repromisit se proculdubio aduerturū ad cōserendū cum illis infra tridū, quāuis omnino foret impar multitudini eorū. Superuenit ergo repente iuxta cōdictum, irruens super eos in tentorijs cōstitutos, & magnā stragē faciēs de eisdē. Dux Scotorum præcipuus VV. Douglas (qui & ipse fuit iuuenis ambitiosus) videns Anglos præualere, Henricum Percy videlicet intra castra, alacriter equitat contra eum. Erat ibidē cernere pulchrum spectaculū, duos tam præclaros iuuenes manus conserere, & pro gloria decertare, & quāuis neutri virilis deesset animus, tamē fors contulit Henrico victoriā, qui Scotū, Scotorum maximū, suis manibus interfecit. Superuenit comes de Dūbarre cum excelsu Scotorū numero, & ipsum Henricū cū fratre suo cepit, occisus ex Anglicis ibidē multis, sed & ipsi Scoti damnū irrecuperabile pceperunt de suorū potētissimorū strage facta per Henricū & paucos qui secuti sunt eū ad hāc pugnā. Interea dum proceres se disponunt ad obuiandum Scotis, Scoti humiliati p hoc dedecus illis illatū, de regno

Douglas perimitur & Henricus capitur.

de regno fugiunt cum captiuis quos ceperant, expectare aduentum procerum non audentes, & sic vnus Henrici videlicet probitate (licet captus esset) totum regnum fuit tam metu, quam Scotis penitus vacuatum.

Post festum natiuitatis sanctæ Mariæ, factum est parlamentum Cantebri-
giæ, in quo noua statuta sunt ordinata, de stipendijs famulorum: de mendicis:
de armis non portandis: de ludis non exercendis præter ad arcum: de stapula re-
ducenda de Middelbourgh ad Calestiam: de laboratoribus non recipiendis in a-
liena villa, nisi cum sigillo hundredi: de prouisoribus quod regnum non exeant
ad acquirendum beneficia cum cura vel sine cura, nisi habeant ad hoc licen-
tiā ex ore regis, & si fecerint, eo ipso rex excluderet eos à sua protectione: mul-
ta fuerunt & alia ibidem statuta, quæ hic omitto scribere, propter id maximè,
quod eadem perante sæpius sunt statuta, sed nullatenus obseruata. Tandem fi-
nis parliamenti erat taxa leuanda ad opus regis, id est decima de clero, & quinta-
decima de populo laicali. Tempore parliamentali cum dominus Thomas Try-
uet cum rege sublimis equitaret ad regis hospitium, (quod fuit apud Berne-
uuelle) dum nimis vrget equum calcaribus, equus cadit, & omnia penè interio-
ra sessoris dirumpit: protelauit tamen vitam in crastinum, quod tempus ut puto
datum fuit sibi ad penitentiam, si ille veller acceptare. Facta est in eius morte ma-
gna letitia plurimorum, cum quia superciliosus nimis extiterat, tum quia (ut di-
cebat) Norvvycensi episcopo infidus in sua protectione cū cruce signatus fue-
rat, & præcipue quia cōtra proceres cū rege steterat, cōsulens ut rex eos perime-
ret anno transacto. In eodem parlamento dominus Iohannes Holond, frater
regis ex parte matris, qui nuper redierat de Hispania, vbi duci Lancastriæ mi-
litauerat, creatus est comes Huntingdoniæ.

Per idem tempus Urbanus Papa (ut erat semper varius) ad loca varia tran-
stulit se frequenter, tandem cum de Pijlis latenter voluisset se transtulisse Nea-
polim, Romani cum armatis obuiae sibi, ut eum per vim violentiamq; deti-
nerent Romæ, si ibidem noller morari sua sponte: sed cum propinquassent sibi,
viderūt se multo inferiores militia, quam ea quæ cum Papa venerat, & ideo de-
posito verborum supercilio, eum pacifice salutarunt. Qui sciscitatus est ab eis,
ad quid venerint cum tanta manu? qui mox finxerunt se venisse in eius obse-
quium, ut (si sibi videretur expediens) eum deducerent quocunq; veller: ipse
verò commotus respondit, se non egere eorum conductu, quinimo sub bene-
dictione sua Romam remearent: illi autem artem arte deludentes, accepta li-
centia regressi sunt. Sed mox aduentum Papæ Abbati de Monte Cassino signi-
ficare curarunt (hic erat quondam Cardinalis Reatinensis (ut præmittitur) sed
degradatus fuerat per Papam præfatum:) hic illico collecta manu militari, ex-
plorauit aduentum Papæ, quem oportuit omnino transire per illum. Qui cum
venisset ad partes eius, ei restitit, & eius transitum prohibebat. Papa vero quem
nimis amor soli patriæ detinebat, confectis bullis de restitutione sua ad Car-
dinalatus dignitatem, & gradum doctoratus, nec non Abbatiæ Cassini mon-
tis honorem, destinauit sibi hæc omnia, tamen ut permetteret eum transire reui-
sere natale solum. Cui Abbas respondit se quidem non egere bullis suis, ad resti-
tutionē dignitatum quibus & donatus & inuestitus fuit à prædecessore suo, cu-
ius temporibus nō erat schisma in Ecclesia, qui & cognitus est vniuersaliter pro
Papa Romano, de isto verò dubium fuit si futurus esset Papa viuente Clemente
suo aduersario, & ideo remisit nuncios cum bullis Papalibus, iniungens ut ei
dicerent ex parte sua, ut Romam rediret mundi Metropolim, & ibidem inter
Romanos versaretur, ut Papa Romanus, quia procudubio non expediebat
sub sua iurisdictione constitutis eum querere tam remotè, ut ad mare magnū
proficis-

*Parliamentum
Cantebriæ.*

*Triuet casu
equi casus.*

*Abbas mon-
tis Cassini proe-
biter transitu
Papæ.*

*Translationes
Episcoporum.*

*Annalis con-
clasio.*

*Tractatus de
treugis.*

*Obitus Abbas
monasterii
Edmundi.*

*Obitus Episcopi
Roffensis.*

proficiscerentur, qui eius perfrui benedictionibus affectabant. Redijt ergo Papa vellet nollet Romam, ubi à ciuibus summo cum honore receptus est. Eodem anno Papa transtulit dominum Thomam Arundel Episcopum Eliensem ad Archiepiscopatum Eboracensem, Alexandro Neuille proditore & susurrone translato ad Episcopatum sancti Andree in Scotia, quanquam non habiturus esset eum, quia Scoti pro tunc fuere schismatici: Iohannem verò Fordam de Dunelmensi fecit Episcopum Eliensem, magistrum VValterum Skirlovv de Bathoniensi fecit Episcopum Dunelmensem, magistrum Radulphum Ergon de Sarum fecit Episcopum Bathoniensem & Iohannem VValtham clericum de priuato sigillo per prouisionem contulit Episcopatum Salisburiensem. Transiit tunc annus iste frugifer, & fructifer abundanter, proditoribus lugubris, fidelibus regionis hilaris: Francis dispendiosus propter vasa perita inuasiōe comitis Arundelie: Hispanis qui tunc tractantibus de pace: Scotis varius, & insauus: (quanquam Henricum Percy eo tempore captiuassent) domino Papae inuisus & odibilis, quia non consecutus est arbitrium voluntatis.

ANno domini millesimo, trecētesimo, octuagesimo nono, qui est annus regni regis Richardi à cōquestu secundi duodecimus, fuit idē rex ad natale cū Anna regina apud VWestm. Hoc anno missi sunt nūcij ex parte regis Angliæ, pro pace vel saltem treugis petendis à rege Franciæ, Magister VValterus Skirlovv Episcopus Dunelmensis, & Iohannes Clambovve, ac Nicholaus Dagvorth milites: qui diu perendinantes Calesiæ, & nunc istac, nunc illac, transmare discurrentes in pronuntiandis vel accipiendis treugatum condicionibus, tandem pro finali receperet responso, quod Gallici non consentirent ad treugas nisi Hispani, & Scoti, sub dictis treugis, quiete simili congauderent. Diu igitur suspensum fuit pacis negotium, eo quod nostri affirmabant Scotos esse ligēcos homines regis Angliæ, qui pacem, regis sui enormiter conturbauerant, & ideo debere eos vt transgressores legum, iuxta voluntatem regis & procerum regni puniri, nec fas esse, vt rex suis obiectis (sed tamen transgressoribus) tamen præstaret, vt absq; vindicta cum eis taliter conueniret. Hac occasione treugæ dilatae sunt, sed & Scoti interim paruipendentes ampullosas minas nostras, irruerunt in Northumbriam, facientes magnam stragem, ex hominibus plures abducentes captiuos, & prædas maximas in suam patriam reuehentes. Eo tempore missus fuit cū armata manu, dominus Thomas Moubray comes Buckinghamiæ, mare scallus, vt Scotorum obuiaret improbitatibus: sed quia non erat par tantis exercitiis, nihil fecit, quippe qui non ultra quingentas lanceas secum duxit, contra triginta millia aduersariorum.

Circa dies istos obiit dominus Iohannes Timvorth, quōdam Abbas sancti Edmundi de Bury, cui successit per electionē, dominus V Vilhelmus de Stratfeld, monachus eiusdem loci, qui Romam pergens, cōfirmatus est à Papa, promissione prius petita (sed non concessa neq; soluta) de certa pensione annua persoluenta de domo sua, Edmundo de Brumfeld: per cuius ambitionem (vt præfertur) idem monasterium varia sustinuit detrimenta.

Eodem tempore, dominus Thomas Bruton Roffensis Episcopus concessit in fata, cuius morte comperta, mox Papa contulit Episcopatum illum, fratri Iohanni Boltesham (de prædicatorum ordine) qui fuit Episcopus Landasensis. Edmundum verò præfatum, creauit Episcopum Landasensem: & sic exonerata est domus de Bury, de pensione petita, ratione videlicet beneficii sibi collati. Elegerant autem Roffenses in Episcopum vnanimiter, magistrum Iohannem de Barner: sed Papa cupiens vtriq; personæ præstare gratiam, Iohanni (scilicet quia secum permāserat in temptationibus suis tempore quo apud Luceriā fuit obfessus)

obsessus) & Edmundo (eò quòd carceres & damna sustinuerat in causa Papæ quando sibi prouidit Abbathiam de Bury) cessauit electionē factam de dicto Iohanne Barner, vt sic vtriq; liberius prouideret, Edmundo videlicet & Iohanni.

Eodem anno rex, ductus quorundam consilio susurronum, conuocatis pro-
ceribus & multis regni valentibus, subito subintrauit domum consilij, vbi pro-
ceres eius præstolabatur aduentum. Et sedens, requisit ab eis, quot annos æta-
tis habebat. Respõsum est, quòd iam viginti annos peregisset. Ergo (inquit) ple-
næ sum ætatis ad gubernandum domum & familiam, necnò regnum meum,
iniustū enim mihi videtur vt cõditio mihi imponatur infra regnū. Nemp̃e qui-
libet hæres regni mei, cūm vicessimū attigerit ætatis annū, defuncto parente,
liberè propria sua negotia tractare permittitur. Cur ergo mihi negatur, quod
cuiuslibet alteri gradus inferioris iure cõceditur? Cūmq; Barones ad hæc attoniti
responderēt, nihil iuris sibi debere subtrahi, sed eum habiturum regimen regni
sui sibi de iure debitum: ita ait: Ecce nostis quòd diu regulatus fuerim per tu-
tores, nec licuit mihi quicquam vel minimum facere sine illis, iam enim de cæ-
tero illos de consilio meo ammoueo, & vt hæres ætatis legitimæ, quos voluero
ad consilium aduocabo, & negotia propria pertractabo. Et idē iubeo vt in pri-
mis Cācellarius sigillum mihi resignet. Cūmq; Ebōracēsis Archiepiscopus si-
gillum reddidisset rex illud recollegit in sinum, & repēte surrexit, & exijt, &
post pusillum redijt, & resedit, tradiditq; sigillum Episcopo Vintoniensi, do-
mino V Vilhelmo V Vykhām, faciens eum Cācellarium, quamuis plurimum
renitentem. Creauitq; nouos officarios plurimos, antiquis depositis, in omni-
bus vtens proprijs arbitrio & potestate. Ducēq; Glouerniæ, & comitem V Var-
uicensem, aliosq; multos valentes amouit à consilio, adhibitis alijs qui suis o-
culis complacebant. Sub eodem tempore rex creauit iusticiarios nouos quinq;.

Interea quidam detractores, regem circumuoluentes, tantum profecerunt,
vt crederet auunculum suum ducem Glouerniæ, collegisse turbas ad intestandū
eum: sed tandem rex (acceso duce) & cõperta fama mendace, confusus eru-
buit. Aderant tunc præsentēs quidā qui hoc mendacium seminauerant, contra
quos cūm dux loqui voluisset, & eorum perfidiam publicè declarasse, rogauit
rex sub obtestatione suæ dilectionis, ne vltius procederet in materia prætaxata.
Acquieuit ergo dux roganti facilius, quòd bene nouit iā regi suam innocentia
deklaratam: sed cūm recessisset ad sua, succreuit vtrobiq; suspicio, susurronibus
interponentibus partes suas.

Circa festum natiuitatis sancti Iohannis Baptistæ, firmatæ sunt treugæ triē-
nales, inter regna Angliæ & Franciæ: Iohanne Clanbovy milite, & Richardo
Rouhale clerico, suscipientibus in Francia iuramentum ex parte regis Franciæ,
& paulò post (scilicet circa festum sancti Laurentij) venit in Angliam comes
sancti Pauli (qui desponsauerat sororē regis Angliæ Matildam de Courtenay)
cum alijs honorabilibus, ad suscipiendum iuramentum de treugis seruandis
fideliter ex parte regis Angliæ, qui cum honore maximo susceptus est. Eo tem-
pore quidam ex nuncijs, qui de regno Francorum venerant, missi sunt in Sco-
tiā ad dandum Scotis optionem sub certis condicionibus, vel includi inter
treugas datas inter reges, vel omninò de protectione Franciæ regis excludi.
Maiores Scotorum responderunt, se libenter treugas & conditiones admissu-
ros, sed tamen bene scire durum fore hæc communi vulgo persuaderi, cūm iam
parati essent iterum cum abundantiori militia Angliam ingredi, & sperarent
de tali ingressu lucrum multum, præcipuè cūm iam antea paucioribus qui au-
debat resistere nullus fuit: & vt se monstrarent obediētes regi Frāciæ, rogaue-
runt vt nuncijs cum illis accederent, & viderent simul & præparationem pugnæ
quam

*Rex vendit
liberale regni
iure heredita-
rio dispositum
nem.*

*Rex seducitur
& contra dus
cem irascitur
sine causa.*

*Treuga fir-
mata.*

*Nuncijs dissi-
nantur ad
Scotos.*

quam Scoti fecerāt, & audirent quæ cōmunitas nuncijs respondere vellet. Gallorum ergo nuncij cū venissent ad Scotorum exercitum, repperunt eos pulchrè per turmas dispositos, fulgidè & decenter armatos, & quasi ad prociētum praelij pręparatos. Quibus cū innotuisset causa aduētus iudiciorum Franciæ, indisciplinatum vulgus reclamauit procaciter, se nolle tantum apparatus deferre, tantos sumptus perdere, quos ad regnum Angliæ inuadendum comparasset: præcipuè cū domos & pecunias, prædia & suppellectiles ad hunc finem inuadiasset, & se multipliciter depauperasset. Nuncij nihilominus hijs auditis, nunc minis & terroribus, nunc pollicitationibus & blandicijs id egerunt cum populo, ut armis depositis, in pacem consentirent. Iuuitq; multū ad animos sedandos rebellium, & assertio procerum Scoticorum, qui omninò iurauerunt se nolle eis præbere ducatum in Anglia, sed si omninò decernerent capta continuare, ipsi proprio periculo pergerent, & ex seipsis duces eligerent pro eis. Sicq; factum est ut improbi Scoti pacem susciperent, & treugis acquiescerent, non sine improprio Anglicorum.

*Miraculum
de Ely.*

Sub eisdem diebus apud Ely beata Etheldreda, virgo perpetua & regina, apparuit cuidam iuueni, docens eum cauere pericula sibi imminencia, & instruens eū de periculis maximis, quæ regno superuenirent, nisi pius deus placatus orationibus pijs fidelium, manum suspenderet à vindicta. Quapropter monet, ut Priorem & monachos adeat, & eis mandata sua deferat, ut pro salute gentis exorent dominum, & precentur ut auertat iram indignationis suæ à populo Anglicano. Spondetq; (beata virgo) suas etiam preces oblaturam domino, pro causa præmissa: cunctanti verò iuueni, nec audenti iussa perficere, signum dedit dicens: Contractus, & claudus eris, & omninò inutilis, qui modò sanus & sospes esse dinosceris, usque ad diem festū depositionis meæ. Quo die deportatus ad memoriam meam consequeris integram sanitatem. Prodit ergo iuuenis quæcūq; viderat, & ad credendum dictis suis, suæ contractionis pœna multos inuitat. Et ne fictum videretur, vel humano adinuentum ingenio quod in ipso factum fuerat, consumptis carnibus, tibiæ exinanitæ fuerant, ut tantum pellis hæteret ossibus, & poplices ita constrictæ, ut tali natibus inseparabiliter iungerentur. Accurrerunt ergo multi, illecti fama facti, ferroq; pungunt tibiæ seu pedes iuuenis, sed caro consumpta, pellis mortua nil sensere: tentant tibiæ contractas à tergo retrahere, sed minimè proficere. Statuunt igitur operiri diem præfixum, in quo vel fama mendax, vel omninò vera probaretur. Illabente die gloriøsæ virginis, & reginæ, iuuenis ad ecclesiam deportatus, primò cepit obdormire, & mox excitatus à somno resiliit. Audiebanturq; neruorum crepitus, & sequebatur membrorum distentio, & iuuenis exilire cepit, & coram multis memoriam sanctæ virginis circuire. Et quia per ante dictus iuuenis, multa iussu sanctæ virginis Etheldredæ secreta de multis prædixerat, (quæ suo parochiali sacerdoti sub sigillo confessionis reuelauerat) quæ omnia vera fuisse comperta sunt, fidem fecerunt indubitabilem de cunctis quæ ventura prædixit. Prædixit enim plura pericula imminencia, inter quæ prophetauit astatem feruidissimam affuturam, cuius feruor plumbum ecclesiarum liquefaceret, nisi deus manus apponeret adiutrices. Feruorem utiq; sensimus aliqualem, intollerabiliorem subituri ut credimus (nisi preces fidelium obstitissent) plumbum ecclesiarum per ignes cælestes eo tempore liquefactum est, cū in Southsexia in villa de Maunfelde Ecclesia collegialis Cantuariensis Archiepiscopi conflagrata est, cum omni penè villa, & quædam prædia in Eastsexia nauesq; cum nautis quibusdam in locis, ictibus fulminum sunt consumpta.

Fidem fecit huius visionis & miraculi, alia visio citò subsequuta, manifesta-
taquē

taquē decrepitæ mulieri, & octogenariæ, cui videbatur beatam reginam & virginem Etheldredam, astitisse sepius, & eadem, vel plura commemorasse superuentura pericula, nisi deuotis supplicationibus omnipotens placaretur. Adiecitq; beata virgo se cum populo preces domino porrexisse, vt malum subtraheret quod proposuit terræ immittere pro peccatis. Monuitq; vt Priori & conuentui atq; plebi ex parte sua mandaret, continuare processiones, multiplicare deuotiones, facere incessanter orationes, vt deus auerteret gladium imminētē. Sciantq; proculdubio (inquit Sancta) quod ego precum mearum instantia, minas varias & ruinas ab eis auerti. Iussitq; gloriosa domina, vt mulier hæc vniuersa publicè profiteretur, & in festo sanctæ Mariæ Magdalene se deferri faceret ad eius tumbam, ibidem contractionis & inualitudinis consecutura coram populo sanitatem. Nempè per triennium ita confecta fuerat tibiæ in-
 10 tollerabili passione, vt immobilis semper vno iaceret in loco, nisi quando miseratione vicinorū cōpatientium de vno loco ad alium portabatur. Igitur in festo memorato, vetula in sporta ad feretrum beatæ Etheldredæ deferretur, vbi in somnum resoluta, videt gloriosam virginem prodientem. Quæ accedens apprehendit eius tibiæ, & in longum protaxit, neruiq; tibiæ (pluribus de populo assistente audientibus) crepuerunt, & mulier mox sana surrexit, quæ prius ægra, veterana fuerat, & contracta: tumbamq; tribus perlustrauit vicibus,
 20 illam deuotè deosculās, & agens deo gratias, & gloriose dominæ Etheldredæ.

Per idem tempus, Canteburgiæ in festo commemorationis Sancti Pauli, occurrebat & festum dedicationis sanctæ Mariæ ibidem, ad quod festum amplius honorandum, in processione per parochiam deferrebat corpus dominicum super duos humeros sacerdotum, in feretro nō ponderoso, sed tam leui vt à septenni puero, sine vexatione portari tota machina potuisset. Procedebant igitur, & præcedebant dicti præbiteri, supportantes corpus domini per dictam villam, donec venirent ante locum fratrum Augustinensium (qui situati sunt iuxta mercatum villæ) vbi repente feretrum quod equaliter vtriusq; humeris acclius erat, se subrigens, nitebatur quasi quadam virtute inpercepibili, ab eorum humeris
 30 resiliere, efficiebaturq; adeo ponderosum, vt sacerdotes vix neq; possent sufferre tantum pondus, neq; feretri fines humeros iterum detrahere & applicare: torquentur proinde, & sudant, & anhelant præ labore nimio, laicorum auxilium flagitantes. Accurrunt laici, manus supponunt, sed (quod mirabile fuit) nihil poteris persenserunt. Cumq; pertransissent omnem loci situm, dictorum fratrum feretrum iterum repente super illorum humeros equaliter requieuit. Sed tunc quidam ineptus, & verè miser, incompósito motu corporis cepit saltare siue tripudiare coram Eucharistia, quem incōtinenter apprehendit terribilis valdè vindicta. Nam inter iocandum repente corruit, & post pulillum spiritū exhalauit. Horum causa mirabilium, à multis multipliciter est interpretata, quam iudicare
 40 nos prætermittimus, malentes alijs iudicium derelinquere, quàm de nobis incognitis incōsultè aliqua definire. Hoc tantum audemus adijcere, quod magna & formidabilis pestilentia extemplo subsecuta est Canteburgiæ, qua homines subito (prout dicebatur) sospites correpti mētis frenesi, moriebantur sine viatico, sine sensu. Eodem tempore, in manerio regio de Schene, repente tot cini-
 Pugna inter
 ciuises.

Per

Fratres deli-
rant.

Obijt Michael
Atte Poole.

Papa constituit
iubileum.

Miraculum
apud sanctum
Albanum.

Lolardi Lo-
lards creant.

Per idem tempus in Francia fratres prædicatores antiquam suam opinio-
nem reassumendo de conceptu beatæ Mariæ virginis, & prædicantes illam fu-
isse in originali peccato conceptam, in tantam efferati sunt superbiam, ut Epif-
copis illi indigentibus huius rei silentium, noluerunt obedire. Postremò nec
regi & proceribus id iubentibus parere volebant. Quapropter extra protectio-
nem regiam facti sunt, & inhibiti circuire per patrias more solito, ne fortè com-
mune vulgus ducerent in eiusdem erroris deuium, & seducerent innocentes:
iussi sunt etiam intra propria se habitacula cohibere, de labore manuum sua-
rum infra loca sua viuere, egredi nusquam præsumere sub pænâ capitali. Præ-
ceptumq; est eis ne de cætero quenquam ad ordinem suum admitteret vel re-
ciperent, sub pænâ præmissa. Sed ipsimet ita facerent, ut post hos qui modò
viuunt, nullus esset qui eorum ordinem continuaret. Hac ætate perfidiæ prom-
ptuarium, sentina auariciæ, auriga produtionis, archa maliciæ, odij seminator,
mendacij fabricator, susurro nequissimus, dolo præstantissimus, artificiosus
detraCTOR, patriæq; delator, Michael Atte Pole quondam comes Southfol-
chiæ, regniq; cancellarius, sed nequam consiliarius, concessit in fata Parilius,
merito perfidum euomens spiritum in terra peregrina. Cuius opes quas sibi
habuit suo cessere collegæ Roberto de Veer (quondam duci Hiberniæ) qui illuc
fugerat cum eodem. Dominus Papa per id temporis considerans vires homi-
nū, & ætates imminutas, constituit Iubileum fieri, qui inciperet à natali sequente, 20
& in æternum postea semper reuolutis triginta tribus annis, cunctis christicolis
volueretur, indicans videlicet annos ætatis plenitudinis christi mysticos & ido-
tæos ad renouandum iubileum. Eo tempore mulier quædam Agnes nomine,
de Londonijs, quam tristitia amentem effecerat, ita ut penè nulli qui solebat
frequentare Londonias incognita foret eius dementia, præ famositatem sui cla-
moris & operum: admonita erat per visum, sanctum adire Albanum Anglo-
rum prothomartyrem, apud eum consecutura sanitatem & sensum. Quæ mox
ut paruit visioni, perfectè pristinæ est restituta saluti. Lolardi sequaces Iohan-
nis VViclif, per idem tempus in errorem suum plurimos seduxerunt, & tan-
tam præsumpserunt audaciam, ut eorum presbyteri more pontificum novos 30
crearent presbyteros, asserentes (ut frequenter supra retulimus) quemlibet sa-
cerdotem tantam consecutum potestatem ligandi atq; soluendi, & cætera eccle-
siastica ministrandi, quantam ipse Papa dat vel dare potest: exercuerunt autem
istam perfidiam in diocesi Sarum. Et qui taliter ordinati sunt ab hæreticis, sibi
cuncta licere putantes, missas celebrare, diuina tractare, & sacramenta confer-
re minimè timuerunt. Proditæ est hæc nequitia per quendam ab eis ordinatum,
qui stimulatus conscientia, Episcopo Sarum confessus est errorem, apud mane-
rium suum de Sunning. Eodem tempore, dicti hæretici prædicauerunt per-
egrinationes non debere fieri, & præcipuè apud Walsingham, & crucem de
Northdore apud Ecclesiam sancti Pauli Londonijs, ubi nihil erat numinis, sed 40
tantum putridè stipites, scaturientes vermibus, per quas imperitum vulgus se-
ductum idolatrare manifestissimè cogebatur. Audierunt & viderunt atque sci-
uerunt hæc vniuersa pontifices, sed abierunt alius in villam suam, alius verò in
negotiationem suam, dimiserunt oues expositas luporum rictibus, sed nullus
erexit baculum ad abigendum. Iam plena erat omnis turba, non solum lupis, sed
ipsis rapacibus, quorum morsus inuitabiliter virulenti atq; lethales, sed nullus
oblattor qui saltem voce terreret fures, præter antistitem Northvvy censum, sic
nomen eius benedictum in sæcula, quia non permisit plebem suam infici tanta
labe. Iurauit nempe & non penitebit illum, quòd si quisquam de secta peruersa
prædicare præsumeret in diocesi sua, vel ignibus traderetur, vel capite priuare-
tur.

tur. Nullusq; fuit de rāta sequela, qui hijs cognitis, vellet ad martyriū pperare, propter quod in Episcopatu suo hactenū fides & religio inuiolata permansit.

Sub eodem tempore (diuinitate procurante vt putamus ad confirmandū *Miracula apud Wymundham.* *ham.*) iuxta prioratū de VVymundham noua succreuerē miracula apud quandam crucem erectam in via publica, quæ meritō & miracula dici possent & credi.

Eo tempore in prioratu Canoniorum de Bridlington qui est in diocesi Eboracensi ad tumbam Iohannis quondam Prioris ibidem, tanta (namq; manifestata) fiebant miracula, vt penē totam Angliam ducerent in stuporem: de quo *Miracula de Bridlington.* *10* ferunt quod in vita sua super aquas ambulauerit, mortuum suscitauerit, & in horreis domus suæ tam manifestata quā mirabilia per orationes frugum fecerit, vt quæ vix per mensem familiæ putabātur suffecturæ, prece sua sufficerēt toto anno, prærogatiua sanctitatis eius, humilitas & misericordia super afflictos.

Per id temporis Archiepiscopus Cantuariensis magister VVilhelmus de Courtenay suam prouinciā visitauit, qui cū venisset Exonias, nissus est nigrorū monachorum habitationē visitare, misso prius mandato, quod omnes interessent die visitationi statuto. Sed dictum mandatum non fuit præsentatū Priori monachorū ibidem, ipso existentetunc Glasconia. Turbātur ergo scholares de tam nō exemptis monasterijs, quā exemptis, eō maximē quod nunquā vide- *Visitatio Archiepiscopi Cantuariensis.* *20* rant vel audierant simile mandatū visitationis. Abbas ergo VVestmonasterij qui arctius ista cepit cordi, deliberauit cū suo cōsilio, vt Abbas sancti Albani qui ab omnibus venerabatur, & colebatur præ ceteris Abbatibus nigri ordinis, destina- ret literā magistro Symoni de Southery cōmonacho suo (Priori nigrorum monachorum ibidē) præceptorā in virtute obedientiæ, vt omnibus postpositis, eō celerius quo posset se trāsferret ad monasterium suū, ad habendū colloquiū cum Abbate suo, pro certis causis monasteriū cōcernentibus. Et quod ista literā præsentaretur corā testibus magistro Symoni supradicto, pridie ante diē visitationis præfixæ, hora vespertarum, & super istius literæ præsentatione ac receptione fieret publicum instrumentū: & quod dictus magister Simon statim post *30* receptionē literæ sui Abbatis, cōstitueret procuratorē ad allegandū causam suā absentia, corā Archiepiscopo vel eius cōmissario sedēte pro iudicio: prædicto Symone per præconē citato, & non cōparente, procurator ipsius, nō vt procurator sed vt amicus duntaxat eiusdē diceret, quod prædictus magister Symon mandatum Archiepiscopi non recepit, nec sibi fuit præsentatum. Qua quidem excusatione acceptata & reputata pro vero, effectus dicti mandati totaliter expiraret. Et si tunc Archiepiscopus, vel eius commissarius, inquireret à cursore suo, in iuramento sibi præfato, si mandatum Archiepiscopi præsentauit præfato Simoni, & ille respōderet quod sic, tūc oporteret probare cōtrariū per obliquū, & tunc si dicatur quod mādātū Archiepiscopi fuit sufficiēter ostensum & pro- *40* mulgatū, tunc idē procurator nō vt procurator adhuc, sed vt amicus allegabit, quod prædictus magister Symon nō potuit comparere dicto die statuto, propter præceptū sui Abbatis, in litera sua cōtentum, & si forte tunc Archiepiscopus vel eius commissarius peteret quare responderet pro dicto Simone, in iudicio imponendo sibi silentium, tunc primō diceret quod esset procurator eius. Et si oporteret demonstrare procuratorium, quo demonstrato, exhiberet literam domini Abbatis de sancto Albano, per quā claretur quod dictus magister Simon die statuto non potuit cōparere coram Archiepiscopo vel eius cōmissario. Et ita foret practica, siue magister Simon mādātum Archiepiscopi recepisset, siue nō, siue virtute illius mandati aliquos citasset, siue non: hoc tamen prouiso, quod nullo modo literas certificadorias exhiberet de mandato. Prouisum est

etiā per eūdem dominū Abbatem VVestmonasterij, & suū consiliū, vt vnus Monachus studens Oxonijs prouocaret pro se & omnibus alijs sibi adherere volentibus pridie ante diem visitacionis. Et ratio est, quia oporteret quod oēs sibi adherere volentes adhererent infra decem dies, & quia bonum erat vt eo minimē infra id tēpus curreret, idē pridie ante diem visitacionis prouocaret, pro se, & alijs sibi adherere volentibus, & hæc practica pro primo die ad euacuandum mandatum & si contingat quod Archiepiscopus nouum mandatum dirigeret Priori studentium, vel Monacho singulari, prouisum erat vt mitteretur forma mandati festinanter ad dominum Abbatem VVestmonasterij ad videndum quid deberet fieri quoad illud. Ista tamen nullius fuere valoris 10 quia non isto modo ad euacuandum visitacionem processum est. Sed modo qui sequitur dominus Archiepiscopus ab executione visitacionis spōte recessit. Abbas sancti Albani scripsit domino Archiepiscopo, rogans & consulens vt à visitacione studentium desistere dignaretur, cōmemorans multa quæ tã sibi quàm dictis scolaribus forent dispendio, si propositum suum exequendum putaret. Cuius literas dominus Archiepiscopus hilari vultu lætoq; corde suscepit, & monachū sancti Albani literarū baiulum, ad prandiū humanissimē inuitauit. Et post prandiū ad se vocato monacho, asseruit quod pro domino Abbate sancti Albani amico suo speciali quicquid posset (saluo iure ecclesie suæ) libentissimē faceret, veruntamē à visitacione Prioris, & nigrorū monachorum Oxoniæ 20 studentium, dicebat se saluo iure ecclesie suæ nullo modo posse desistere, etiā si rex Angliæ pro prædictis instaret: & addidit, ibi inquit est collegium, nunquid (ait) nō habetis priorē qui potest tenere capitolium & viuere in cōmuni? Ad hoc Monachus sancti Albani respōdit, quod non fuit ibi collegium, cū ibi morantes sigillum cōmune nō habeant, nec locus sit dotatus tēporalibus & spiritualibus: & alia plura desint quæ ad collegium requiruntur. Cui Archiepiscopus, volumus inquit venire & videre, & inquirere qualiter stat vobiscum. Ad hæc monachus: domine (ait) si veneritis ad illū locū non habetis iurisdictionem inquirendi de talibus nisi in non exēptis, & ipsi sunt visitati in proprijs monasterijs per vos, ergo secunda vice nō sunt visitandi. Cui Archiepiscopus, certū est (inquit) quod 30 in proprijs monasterijs per me nō fuerunt visitati, immo Abbates illorū excusauerunt eos, pro eo quod fuerunt in scholis, quare in scholis eos intēdimus visitare. Tunc quidam doctor legis peritus, monachus Cantuariæ, qui cum Archiepiscopo venerat, volēs ampliare iurisdictionē eius ait: etiā domine (ait) potestis visitare exēptos quamdiu in scholis steterint, cum sunt ibi sub iurisdictione cancellarij. &c. Respondit Albanensis, quod exempti ibi ita sunt priuilegiati, quod vbicunq; fuerint, non sunt sub iurisdictione alicuius Episcopi, nisi Romani pontificis, vel legati à latere missi. Ad hæc Archiepiscopus benignē respondit, quod si ita foret nec potuit nec voluit eos in aliquo molestare. Die sancti Bricij magister Simon de Southreye Monachus sancti Albani (qui dū hæc agerentur 40 absens fuerat) cōparuit corā Archiepiscopo, supplicans vt à visitacione præmissa desisteret, sed Archiepiscopus noluit aliquo modo illud sibi concedere illa vice. Dominica verò sequente præsentauit se dictus Simon, cū omnibus Monachis exēptis, & non exēptis, post occasum solis coram Archiepiscopo in ecclesia sanctæ Fred. svvidæ. Quos videns dominus Archiepiscopus, petijt an ad submittēdū semetipsos aduenissent, cui respōsum fuit, quod ad captandam eius beneuolentiam aduenerūt. Respondit benignē dominus Archiepiscopus: Et ego vos habeo excusatos, nec vnquā intendo vos grauare, & hic finis negotij supracti.

*Obijt Urbanus
Papa sextus.*

Eodem anno mense Octobris, Papa Urbanus sextus diem clausit extremum, vir cuius capitolitas multis fuit exitio, & sibimet (vt ferunt) damno, arctē

arctē tamen viuere dicebatur, ita vt mores Carthusiensium & consuetudines quantum res patiebatur imitaretur. Rigidus erat sibi, sed suis multo rigidior, ita vt delinquentibus nunquam ignosceret, aut eorum ærumnis aliquatenus compateretur, probat hoc pœna suorum Cardinalium, ferociter inflata, & æterna damnatio carceris subsecuta. Cuius loco electus est à Cardinalibus, Cardinalis dictus Neapolitanus qui Bonifacius nonus est vocatus.

Circa principium mensis Nouembris dominus Iohannes dux Lancastriæ *Dux Lancas-
trie redijt in*
de partibus VVasconia in Angliam transfretauit, postquam in Hispania & *Angliam.*
10 Aquitania, siue VVasconia moram fecisset triennalem, qui in Hispania infortunia passus primò, postremò ad summam felicitatem perductus est, non viribus hominum, nec in numero bellatorum, sed manifesto diuino fauore. Enim uerò cum primò peruenisset ad partes Hispaniæ, cum manu satis valida, deficientibus victualibus, cepit plebs Anglicana primò fame, postea dissenteria interire, ita vt nonaginta milites famoli de exercitu miserabiliter morerentur. Quapropter residui, urgente necessitate, ducem in campo deferentes, transferunt ad exercitum Gallicorum, qui ibi aderat in adiutorium regis Castellæ, ob-
tento prius conductu ab exercitu memorato. Qui eorum condolentes miserijs, humanissimè eos tractauerunt, & de suis victualibus refecerunt. Nempè mos
20 est utriq; genti, Angliæ scilicet atque Galliæ, licet sibimet in proprijs sint infesti regionibus, in remotis partibus tanquam fratres sibimet subuenire, & fidem adinuicem inuiolabilem obseruare. Rex verò Portugaliæ qui tunc cum quatuor milibus bellatorum affuit, videns Anglos sic recessisse, allocutus est ducem dicens. Ecce (ait) Anglici vestri qualiter te deferentes, ad hostes recedunt, qui cum refocillati fuerunt tibi & mihi infestissimi (vt reor) erunt, vadam ergo & manus conferam, & nullum ex eis in vita relinquam. Cui dux: nequaquam domine rex fiet ita, scio quòd sola victus necessitate, & non ex perfidia hoc fecerunt. Et mox dux inclinans caput (vt erat æquus) amarissimè fleuit super equum, tacitè fundens preces omnipotenti Deo, commemorans in corde suo, quòd antea in felicitate & rerum opulencia nec Deum vt debuit cognouisset, nec vt de-
30 cuit coluisset. Tacitus ergo subortis suspirijs implorat pro gratia, precatur pro misericordia, spondens in posterum correctionis vitæ practicam, & apud cordis oculos futuram iugem Dei sui notitiam: cuius videns lachrymas, qui Mariæ peccatricis quondam suscepit suspiria, dedit ex insperato à die illo, & deinceps sibi, cuncta prospera, cuncta leta. Nam aduersarius suus rex Castellæ non viribus humanis territus, nullius nisi Dei solius timore compulsus, quippe qui inter suos securus habitans, & vidit & scivit nostratum miseras, tractare cepit cum duce de forma pacis habendæ inter illos. Et ventum est ad istud, vt acciperet rex Castellæ filio suo, ducis filiam in vxorem, quorum posteritas
40 Hispaniæ regno gauderet. Et si nulli liberi prouenirent inter illos, hæreditas volueretur ad filium ducis Eboraci, qui frater erat ducis Lancastriæ, & desponsauerat filiam regis Castellæ, quondam Petronis iuniorem, & si contingeret eum discedere sine prole legitima, vis regni reuolueretur ad sobolem inter ducē Lancastriæ & Constantiam filiam Petronis antedicti procreatam. Quibus pactis firmatis, dux accepit à rege Castellæ pecuniam multam nimis pro tunc, & pro securitate soluendi residuum, obsides nobilium filij dati sunt ei, in posterum verò omni anno (dum idem dux viueret) pactus est rex Castellæ sibi soluere decem millia librarum, & eius vxori dominæ Constançiæ tantum, pro qua pecunia soluenda, fideliter quatuor bonæ villæ assignatæ sunt dominæ Constançiæ suprascriptæ.

*Consiliū apud
Reding.*

Eo tempore, apud Redingum rex Angliæ proceres ad consilium cōuocauit, ad quod dux Lancastriæ eò celerius properauit, quò percepit regem non rectis oculis quosdam de proceribus velle respicere, & metuit orituras eo tempore similitates, quas omninò sedare disposuit in aduentu suo, neq; frustra quidem laborauit, sed id effecit, vt & pacem cordi regis, pacemq; magnatum pectoribus, infunderet graciosè, sicq; dictum consilium dissolutum fuit, & vniuersi cū pace ad propria discesserunt. Transit annus iste mediocriter frugifer, sed satis abundanter fructifer: luctuosus Northumbrensis propter mala per Scotos illis illata, modestè latus cæteris regni partibus propter miracula reuouata: regnis Angliæ & Franciæ satis cōmodus, pro treuga firmata; sed multis multum formidabilis pro pestilentia prouincijs diuersis immissa.

*Comes Pen-
brochiæ hosti-
ludio obiit.*

A Nno gratiæ millesimo trecentesimo nonagesimo (qui est annus regni regis Richardi à conquestu secundi tertius decimus) tenuit idem rex natale cum Anna regina apud Manerium suum de VVodestoke. Dux verò Lancastriæ fuit ad natale in Castello de Herthforde. Sub eisdem diebus comes Penbrochiæ dum ludum hastilium attemptare cupit, percussus est in inguine, à milite sibi occurrente, dicto Iohanne de sancto Iohanne, quo videlicet ictu eius viscera sunt dirupta, & mors est illico subsecuta, cuius interitus luctum indicibilem non tantum magnatibus, sed & cunctis communibus generauit. Fuerat nempe liberalis, affabilis cunctis, humilis & benignus super omnes novos dominos eius ætatis qui fuerunt in regno. De cuius antecessoribus illud mirabile contigit, quod ab Aymero de Valence comite Penbrochiæ qui fuit vnus de assessoribus & iudicibus super mortem Thomæ de Lancastria vsque ad istum Iohannem de Hastynge, nullus vnquam comes Penbrochiæ patrem suum vidit, sed nec pater filij visione lætatus est. Hoc quoque anno sanctus Thomas de Lancastria canonizatus est.

Die lunæ proxima post festum sancti Hillarij, factum est parliamētum Londonijs in quo constanter à communibus est petiitum, vt signa dominorum quæ gestabant, & eorum famuli deponerentur, eò quòd iam tales per prouincias qui adepti fuerant signa talia, effecti fuere tiranni, malefactores, & malefactorum sustentatores, sed post multas altercationes quia proceres noluerunt eorum signa deponere, saltem ad id consenserunt, vt nulli gestarent eorum signa nisi qui forent de priuata familia, & perciperent de magnatum marsupio certum aliquod annuatim. In eodem parlamento quidam noui insurrectores de Cantio capti, tracti sunt & suspensi. Statutum est in eodem insuper parlamento vt de cætero nullus transfretaret ad obtinendum prouisiones in ecclesijs, vel ecclesiam, & si quis contrarium faceret, si posset apprehendi caperetur vt regi rebellis & incarceraretur. Statutum est præterea vt nullus occultus iugulator (quales murderers appellant Anglici) de cætero chartam de regia gratia obtineret, & si vllus dux præsumeret pro huiusmodi preces facere, condemnabilis esset regi in centum libris, si comes in centum marcis, si Archiepiscopus in centum libris, si Episcopus in centum marcis. Cōcessum est autem regi in hoc parlamento, vt habeat de quolibet sacco lanæ quadraginta solidos, de quibus quadraginta solidis, decem applicarentur in præsentis regis vsibus, & triginta seruantur in futurum in manibus thesaurariorum constituendorū per parlamentum, non expendendi nisi cum belli necessitas instare videretur. Similiter rex habebit de libra sex denarios, quatuor seruandos ad vsum præfatum per dictos thesaurarios, & duos iam percipiendos, & expendendos ad voluntatem regis. Hoc anno dominus Laurentius quondam monachus de Bello, & expositi domini Papæ penitentiarius, postremò Episcopus Asslauiensis, cōcessit in fata, cuius loco

loco electus est alter, qui mox virtute statuti parliamēti, postulauit ab Archiepiscopo Cantuariensi consecrari. Eodē anno in parlamento præscripto, dominus Iohannes dux Lancastriæ factus est dux Aquitanniæ, per virgam & pileū præbitis manu regis. Eo tēpore filius & hæres ducis Eboraci, creatur comes de Rutland. Quinto die Martij ventus magnus, terribilis, atque nociuus, testa dilacerans, domos subuertens, animalia conterens, arbores prosternens, spirauit in Anglia incommodo generali. Hoc annō magna pestis inualuit in hac terra, iuuenum præcipuē, & puerorum, qui passim moriebantur per ciuitates & villas numero incredibili & excessiuo. Quam Epidemiam mox secuta est frugum caritas, ita vt modius frumenti in quibusdam locis viginti tribus denarijs venderetur. Eodem tempore dominus Adam Cardinalis Anglicus, qui dedecorose depositus & priuatus fuerat per Vrbanum Papam, suo gradui per Bonefacium restituitur cum honore. Ferunt siquidem quod cum Vrbanus tyrannizare disponderet, hunc maximē propter profunditatem sensus, & scientiæ plus cunctis metuerit: & ideo ne per eum eius conātis impedirentur, eum satis iniuste cōprehēdit & extorsit & in carcere reclusit. Quod factum in morte sua satis indē doluit publicē pænitendo, & protestando hunc reum nullius criminis exitisse. Huius adeo petitione declaratum est per Papam Bonefacium, quod Bullæ de indulgentijs plenarijs concessæ quibuscumque, in extremis tantum valent eas obtinentibus, in confessione quæ mortem immediatē præcedit, qui licet multoties propter diuisa pericula confiteantur, & conualuerunt, vsque ad extremum articulum nullum sortiuntur effectum.

Dominus Hentius comes de Derby per idem tēpus profectus est in le Pruys vbi cum adiutorio Marecalli dictæ patriæ, & cuiusdam regis vocati VVytot deuicit exercitum regis de Letovve, captis quatuor ducibus, & tribus perēptis & amplius quā trecentis de valentioribus exercitus supradicti pariter interceptis. Ciuitas quoq; vocatur VVill. in cuius Castellum rex de Letovve nomine Skirgalle, confugerat, potēti virtute dicti comitis maximē, atq; suorum capta est. Namq; qui fuerunt de familia sua primi, murum ascenderunt, & vexillum eius super muros, cæteris vel torpentibus, vel ignorantibus posuerunt. Captaq; sunt ibi vel occisa quatuor millia plebanorum, fratre regis de Poleyn inter cæteros ibi perempto, qui aduersarius nostri fuit. Obsessumq; fuit castrum dictæ ciuitatis per quinq; hebdomadas, sed propter infirmitates quibus vexabatur exercitus, magistri de le Pruys & de Liffand noluerunt diutius expectare. Facti sunt christiani de gente de Letovv. viij. Et magister de Liffand duxit secum in suam patriam tria millia captiuorum. Transiit annus iste vernaes opes reddēs fraudulentē, quia nec copiā fructuum protulit, neq; frugū, quamobrē sequens annus multo difficilior existeret. Odibilis erat hic annus non solū Romanis Romaneq; curiæ, sed Anglicis infinitis, qui curiā propter prouisiones & beneficia sequebantur, suspectus prælatis & religiosi, quia metuebant censuras vel interdictū regni futurū, propter statutū præmissum, factum cōtra Romanā ecclesiā, quāquam ipsi prælati parliamētū tunc exiuerunt, & protestati fuerint se nihil cōmune scire cū illis in hac parte qui statutū illud proponere voluerūt.

ANno gratiæ millesimo, trecentesimo nonagesimo primo (qui est annus regni regis Richardi à conquestu secundi quartus decimus) fuit rex ad natale cum Anna regina. Camberlanus regis Franciæ missus à rege suo, Francorumq; proceribus, venit in Angliam, proferēs pacem desiderabilem, & diutissimē concupitam. Post cuius recessum missi sunt in Franciam de nostris quidam, vt rei veritatem certiùs explorarent. Qui à rege Franciæ cum honore suscepti, cum magnis muneribus sunt dimissi. Asserebant siquidē Gallici, se peroptimē

*Nonus dux
Aquitaniæ.*

*Declaratio in
indulgentiæ.*

*Gesta Henrici
comitis de
Derby.*

*Annalis comitis
clausio.*

*Aduentus nū-
cij regis Fran-
ciæ.*

nosse fore insufficientes ad regnum Angliæ deuincendum, & Anglicos nullo modo fore tam fortes ut Franciam subiugarent, & in talibus inutilibus expeditionibus utrumque regnum fore multipliciter onerandum. Quapropter dicunt se velle omnino dimittere, nec ulterius attemptare, quod constat eos nullo modo posse perducere ad effectum, & altercationibus vanis & damnosis positis, velle modis omnibus pacem querere, pacem petere, pacem tenere, nisi per Anglicos steterat, quod minus tantis commodis perfruantur, ut ergo pax stabilior, conditio firmitior, tractatus honoratior habeatur, rex Franciæ tam per suos, quam per nostros petijt à rege nostro colloquium personale, quod iuxta Calesiam fieri postulauit. Rex autem Angliæ, licet multis suspectus foret omnis tractatus Francorum, illuc proficisci decreuit. Et quia sublimis & honorabilis ibi apparere debuit, misit per singulas regni Abbatias pro equis nobilibus, quales regem decuit insidere. Milit insuper ad eadem loca (ne minus viderentur equos dedisse regi suo) pro magnis summis pecuniæ sibi mutuo concedendis, ne pacis negotium per religiosos impediri videretur, si sibi quod rex ab illis petijt negaretur. Ut autem de alijs taceam, de monasterio sancti Albani equum habuit precij viginti quatuor marcarum, & nihilominus ab Abbate petijt mutuo quingentas marcas. Quam summam quia pro tunc impossibile fuerat persoluisset, Dux Lancastriæ Iohannes charitatis intuitu promisit thesaurarijs se regi velle satisfacere pro eisdem: ita duntaxat, ut Abbatem sancti Albani quietum redderent in hac parte. Dederat nempe regi mutuo, quinque millia librarum parum ante, & ideo factus est audacior in nostra intercessione. Nec minus pepercit rex ciuitatibus regni siue burgis, qui à singulis peteret in hoc negotium singulas summas, & acciperet, quamuis plurimi murmurarent. Sub eisdem diebus de consensu regis regisque consilij proclamatio facta fuit Londonijs, ut omnes beneficiati existentes in Romana curia, redirent in Angliam citra festum sancti Nicholai, sub pena perditionis omnium beneficiorum suorum: & non dum beneficiati, redirent per idem tempus sub pena forisfacturæ. Anglici audito tanto tonitruo, in remotis metuentes ictum, deserta curia fugiunt ad natale solum. Papa vero tanto sonitu conturbato, mittit nuncium sub celeritate quendam Abbatem, videlicet qui causas exploret harum rerum omnium, simul & statuti parliametalis nuper editi, de prouisoribus contra consuetudinem ecclesiæ Romanæ. Adueniens dictus Abbas, salutauit regem ex parte Papæ, commendans regis deuotionem, & suorum predecessorum erga ecclesiam, eod quod semper veris summis pontificibus adhaeserit. Deinde subintulit quod Papa precepto per literas regis quod statuta sic edita fuerat, mirabatur, & ut bonus pastor salutem animarum desiderans, sapientius admonuerat & obtestatus fuerat statutos ut huiusmodi statuta de medio tollerent, in quantum ledebant ecclesiasticam libertatem. Dixit etiam quod Papa non intendit minuere coronam regis, nec tollere, quin statuta condere valeat, (non facientia contra ecclesiasticam libertatem) quin immo paratus est conservare (pro posse) regis honorem, prout ad hoc se cognoscit multipliciter obligatum. Dixit etiam dictus nuncius, quod Papa diutius expectans non sensit obtemperatum fuisse suis monitis, & tamen nihil innouando nec processus aliquos faciendo, expressit quæ iura statuunt contra statuentes contra ecclesiasticam libertatem, & propulsatus à pluribus, pronuntiavit illa irrita fore in quantum faciunt contra ecclesiasticam libertatem. Et quia Papa, si non sensit statuentium animas immutari, cum magna mentis amaritudine intelligens hæc in denigrationem famæ regis redundare, misit prædictum nuncium, per quem exhortatur, rogat, & requirit, quod rex statuta illa tolli & de capitularibus faciat aboleri: maxime statuta Quare impedit, & Præmunire facies, & his similia. Et Papa offert, quod si statutarij velint con-

*Renouatio
Angliorum à
curia Romana.*

*Legatio Boni
facij. 9. ad regem
Richardum.*

queri de aliquo, si mittant ad Papam legatos, erit promptus quantum cum deo poterit, regi & regno complacere. Et si statuentes non tollant, &c. salvo honore Ecclesie, & animarum salute, non potest illa dissimulare. Item dominus Papa significat regi per predictum nuncium, qualiter rex Francie & Antipapa pacta inierunt, hinc inde videlicet, quod idem rex per fortitudinem ducem Burgundie expellet, & inuestiet ducem Turonie de omnibus terris ecclesie in partibus Italie, & quedam alii promisit coronare regem Tuscie & Lombardie, & ducem Andexacie firmare in regno Sicilia. Quare Papa exhortatur & rogat, quod rex ad defensionem fidei & Sancte matris ecclesie se exponat. Item

20 Papa exponit pericula, si Antipapa & rex Francie preualerent, quantumq; Papae Gallici iura regni Anglie conati sunt deprimere. Et si Gallici usurparent imperium, consequentur totum mundum, & sic finaliter Angliam usurparent. Ideo Papa consulit quod rex Anglie videat & provideat de remedio opportuno. Item Papa significat, quod Gallici tractabunt cum Anglicis, ut concordia inita possent libere usurpare premissa, & ut subtiliter (fractis tandem conventionibus) possint Angliam finaliter usurpare: quare Papa suadet quod cum sint schismatici, ex nulla alia causa communicatio sit cum eis, nisi pro reducendo eos ad fidem & obedientiam debitam. Item in casu quo tractatur de pace cum Gallicis, Papa hortatur & rogat, quod nulla fiat consensio nisi pactio roboretur penis vallata, quod rex Francie non mittet gentes in Italiam, nec permittet suos subiectos illic in occasione premissa, & de factis Romanae ecclesie, & Romani imperij, vel Italie, nullatenus intromittet, & quod non fauebit Antipapae in partibus Italie, sub penis appositis, alias pax intelligatur esse fracta. Item Papa desiderat, quod rex Anglie mittat Legatos ad imperatorem, ut pro honore ecclesie & imperialis dignitatis, concurrat cum rege Anglie in premissis. Item quia dicitur quod gentes parate sint ad inuadendum, ut supra, Papa exhortatur, & rogat ut ad defensionem ipsius, rex Anglie praestet subsidium, cum alijs subuenire volentibus, ad resistentiam Gallicorum. Ex premissis patet quantae reuerentiae, quanti nominis rex noster pro tunc fuerit, cuius ope potissimum Papa se sperabat posse protegi & defendi. Rex noster ut filius obedientiae, auditis premissis, & conceptis sensibilibus, subuenire decreuit & parere singulis, quo expediebant maxime vel licebant. Iussit ergo Papali nuncio ut expectaret parliamentum futurum, in quo de comuni consilio responsum de singulis sibi daretur. Expectauit igitur non inuitus, eo quod liberalitatem perante senserat Anglicorum.

Eodem tempore Dux Glouernie, dominus Thomas de VVodstocke, multis moerentibus iter apparauit versus le Spruys, quem non Londinensium gemitus, non communis vulgi moeror retinere poterant, quin omnino proficisci vellet. Nam plebs communis tam urbana quam rustica metuebat, quod eo absente aliquod nouum detrimentum succresceret, quo presente, nihil tale timebatur, siquidem in eo spes & solatium totius patrie reposita videbantur. Ipse vero mox ut fines patrie suae transiit illico, aduersa agitata fortuna, nunc hac, nunc illac turbinibus procellosis circumfertur, & in tantum destituitur, ut de vita etiam desperaret. Tandem post Daciam, post Norvvagiam, post Scotticam barbariem non sine mortis pauore transcursum, peruenit Northumbriam, & ad castellum se contulit de Tynnemutha, velut asylum antiquitus notum sibi, ubi per aliquot dies recreatus, iter assumpsit versus manerium suum de Plashy, magnum apportans gaudium toti regno, tam de eius euasione, quam de aduentu suo.

Hoc anno in aestate. 7. idus Iulij sol apparuit rubeus, per nebulas spissas, fœtiditas interpositas, & quasi nihil praestans luminis à meridie usque ad occasum. Et exposit ferè per sex hebdomadas nebulae superabundabant temporibus meridiana.

ridiānis. Quædam verò per totum diem & noctem durabant, nullatenus euā-
nescentes. Eo tempore mortalitas tanta succreuit in Northfolchia, & multus
alijs comitatibus, vt non impar magnis pestilentijs cēferetur. Siquidem vt de a-
lijs ciuitatibus & villis taceam, apud Eboracum infra breue tempus vndecim
millia cadauerum sunt elata. Eodem anno dominus Henricus Percy, comes
Northumbriæ reuocatus est de Calesia, & factus est custos marchiarū Scotiæ, &
dominus Robertus Moūbray factus est custos Calesiæ.

*Parliamentum
Londini.*

Sub eisdem diebus, scilicet feria sexta proxima sequente commemorationem
animarum, inceptum est parliamentum Londonijs, in quo tractatum est de
Papali negotio, quoad statutum nuper editum contra prouisores, & quāquam
rex ipse & dux Lancastriæ viderentur, Pape deferre, tamen milites parliamen-
tales nullo modo consentire voluerunt vt liceret Romipetis impunē acquire-
re ibi beneficia sicut prius, sed ne viderentur nullum honorem Papæ, vel regi
derulisse, hoc tollerauerunt, vt per regis gratiam liceret eis acquirere vsque ad
parliamentum futurum. In hoc parlamento concessa fuit regi dimidia decima,
& dimidia quintadecima, quæ pecunia deseruiret tractatui habendo pro pace
cum Gallicis, quem tractatum dux Lancastriæ prosecuturus erat. Concessa est
ipsi regi conditionaliter plena decima, & integra quintadecima, si videlicet ip-
so anno moueret expeditionē aduersus Scotos: & hic finis & fructus parliamē-
ti prædicti. Transit annus iste pauperibus & mediocribus multum durus & 20
difficilis, propter caritatem iam biennio continuatam, vnde contigit vt venien-
te tempore nucū, pomorum, & cæterorū huiusmodi fructuum, plures pau-
peres de eorum esu percepta dissenteria morentur. Fuisse quæ validior pestis
ex fame, si non laudabilis diligentia Maioris Londoniarum communibus sub-
uenisset. Qui iugianimo id prouidit, vt semper de transmarinis partibus fru-
menta Londonias deportarentur, aliās sine dubio nec patria ciuitati, nec ciui-
tas patriæ suffecisset. Autumnali tempore veniente, *Rex gaudens vario fundit mu-
niscula fætu, Cùm bene vernales reddidit & annus opes:* Cæpitq; minorari precium frumen-
torum. Fuitq; præsens annus multis in locis (vt prædicitur) pestilentialis: An-
gliæ & Franciæ quietus à bellis: sed Romanæ curiæ propter Anglorum reuo- 30
cationem, & statutariorum indurationem odibilis & inuisus.

De Delphine.

ANno gratiæ M. CCC. xcij. qui est annus regni regis Richardi à conquestu
secundi quintus decimus, tenuit rex natale magnificum cum Anna regina
& quatuor Episcopis, & tot comitibus, & vno dūce, videlicet Eboraci, multisq;
proceribus, & quindecim dominabus apud Langley iuxta sanctum Albanū.
Ipso die natalis Delphin de mari veniens, lusit Londonijs in Tamesia, per-
ueniens vsque ad pontem, præfagiens fortassis tempestates, quæ mox infra heb-
domadam sequebantur. Qui à ciuibus visus & insecutus, sed difficulter in-
terceptus, reuectus est Londonias, multis præbens spectaculum de sui corpo-
ris vastitate, nempe qui habuit in longitudine decem pedes. Sunt autem Del- 40
phines marinæ belluæ, quæ voces hominum sequuntur, & gaudent cantibus
tibiarum, & ad simphoniam solent gregatim aduenire. Hi quando prælu-
dunt in fluctibus saltu præcipiti, tempestates præsignant. Quibus nihil velo-
cius, nihil agilius continent maria. Nam plærunque salientes transuolant ve-
la nauium. Cùm coeunt coniuges euagantur: Catulos edunt. Decimus men-
sis mensuram partus facit, partum æstiuus dies soluit, vberibus tectus alunt
teneros, & iuuenes in faucibus receptat: circa inualidos sollicitatur: vsq; ad tricesi-
mū annū viuūt: quod exploratū est in experimentū caudis amputatis. Ora ha-
bent loco quo ceteræ belluæ, sed in vtribus cōtra naturam aquatiliū soli linguas
suas mouent, aculeatæ sunt pinnæ dorsuales, cū irascuntur inhorrescunt pinnæ,
cum

cum animi conquieuerint quibusdam receptaculis operiuntur. Spirare eos in aquis negant, sed vitales auras non nisi in aëre supero spirare dicunt: pro voce gemitus est illis similis humano, certum hoc vocabulum. Quo accepto vocantes sequuntur: nam propriè Simones vocantur, voces hominum cum ventus est in Aquilone celerius audiunt. Econtra flante austro, auditus illorum obstruuntur. Sub Augusto Cæsare puer quidam, primò fragmentis panis Delphinum allexit, & in tantum cōsuetudo valuit, vt ad manum pueri alendus veniret, mox puerilis audacia in tantū prorupit, vt super dorsum eius ascenderet, & puerū Delphinus per aquarum magna spacia vectitaret. Hoc tamen diu gestum est
 10 per annos plurimos, donec alsiduo spectaculo desineret esse miraculū. Sed mox vt puer obiit sub multorum oculis, desiderij mœrore Delphinus interiit. Apud Hipponem in Affrica Delphinus à ciuibus pastus est, qui & se manibus tractandum præbuit, & multos dorso impositos frequenter gestauit. Apud Iasum urbem Babylonie Delphinus puerum adamauit. Quem dum post assuetā colludia impacientiū sequitur recedentem, à renis inuectus hæsit, vbi & mortuus est. Alium puerum similiter insidentem dorsum Delphini cum vndosior fluctus necauisset, Delphinus ad terram reuexit, & velut fateretur reatum, pœnitentiam suam morte multauit, nec reuerti voluit amplius in profunda. Hec de natura delphinorū curauimus istuc inserere, vt delectet quos latuit, & quos
 20 non latuit non fastidiat.

Hoc anno Iohannes Dux Lancastrie transfretauit in Franciam, ad colloquiū regis Francie, tractaturus de pace finali, quam rex Francie summopere affectauit, missus illuc videlicet per regem Anglie, totumq; regni consilium, pro negotio memorato. Cuius aduentui rex Francie non minora parari fecit, quā pro aduentu imperatoris cuiusq; maximi prouidisset. Nempè suis sumptibus suscepit eum, & Episcopum Dunelmensem, cum penè mille equis, & exhibuit à Calesia vsque dum perueniret ad ciuitatem Ambianensem, nemine de ducis vel pontificis familia solitante de quibuslibet victualibus prouidendis, Regis Francie prouisoribus & ministris cuncta comportantibus ad manus famulorum ducis, & præsulis, quæ necessaria videbantur. Cumquē ad regis præsentiam dux accessisset, Rex eum vltra quàm credi potest honorauit, & gloriabundus semetipsum extulit: quod colloquio ducis sapientissimi, honorabilissimi, atque potentissimi cum perfrui conuigisset. Occurrerunt Ambianis iussu regis ea vice duces illius regni, Comites & barones ad deliberandum de tractatu & de pace componendum, vt quò abundantior adisset in tractatu nobilium numerus, tantò rei fœlicior esset effectus. Tandem finito tractatu, Dux rediit Angliam, treugas vnus anni reportans, vt per idem tempus deliberaret regni Anglie collecta potestas, vtrum expediret paci finali manus dare potius, quàm negotiā dubia belli tractare. Idcirco Stanfordiā accessere vocati non solum regni domini, sed & de qualibet ciuitate quidam, prout ad parlamenta solent accedere, deliberaturi de tanto negotio quod agendum, sed tamen nihil profuit ea vice tanta collectio, præterquam quod treugas susceperunt per anni circulū duraturas, ad quas seruandas inuolabiliter vterque rex scilicet Francie, corporale præstitit sacramentum: Seneschallo Francie, huc accedente ad capiendū regium iuramentum, & quibusdam de nostris militibus destinatis in Franciā ad idem exigendum de rege: quod & factum est.

Eo tempore venit in Angliam dux Gelrie, cognatus regis, vir clarissimus, Anglie vnus in militia, Anglis honorabilis, & Francis formidabilis, qui strenuè Francorum superbos motus compresserat in terra sua. Hic magna animositate qua vixit, consulit regi nostro, ne pacem cum Francis aut Scotis faceret,
 nisi

De transfretatione ducis Lancastrie, & magnificæ eius susceptione per regem Francie.

Aduentus ducis Gelrie.

nisi quam deceret regiam maiestatem, promittens se paratum fore in auxilium regis (siue in Franciam transfretaret, siue in Scotiam arma moueret) cum nobiliori militia terræ suæ, quamobrem à rege multipliciter honoratus, laudatus, muneribusq; donatus, ac ducibus Lancastriæ & Glouerniæ regniq; nobilitate pari modo respectus, cum fauore cunctorum permissus est ad propria remeare. Eodem tempore, (sed non eodem anno) venit in terram istam comes de Ostris-
Aduentus co-
mitis de Ostris-
ans.
Nouum festū
Mariæ & Es-
lizabethe.
 ans tanquā amicus, pacisq; mediator inter regna, qui sarcinatus donis varijs citò recessit. Hoc anno rex Mauritaniæ intrauit terras magni Catayæ, & nō modicam stragem fecit ibidem, & non multò post intrauit terras regis Hungariæ, sed ibi repperit obstaculum exercitæ militiæ, rege viuaciter eum cum suis omnibus repellente. Circa dies istos dominus Papa Bonifacius nonus, ordinauit nouum festum, celebrandum in Ecclesia, de salutatione beate Mariæ, qua salutauit Elizabeth cognatam suam, componens lectiones & historiam competentem, plenam misterijs, refertam indulgentijs, excitatiuam deuotionis. Nam & pares indulgit remissiones interessentibus diuinis illis officijs, in vigilia, & in die, ac infra octauas, & in octauis, indulgentijs festo corporis Christi præcōcessis per Vrbanum quartum. Voluitq; hunc diem haberi celebrem septimo Calend. Iulij, id est in crastino festi natiuitatis sancti Iohannis Baptistæ, quia eo tempore sancta Maria mansit cum Elizabeth & ministravit ei. Sub eodem tempore misit rex ad ciues Londoniariū petens ab eis mutuo mille libras, cui pro-
De transgres-
sionibus Lon-
donensium &
ira regis.
 caciter & ultra quā decuit restiterunt. Sed & quendam Lombardum volentem accommodare regi dictam summam, malè tractauerunt, verberauerunt & paulominus occiderunt. Quæ cum rex audisset, iratus est valdè, & conuocans omnes regni penè maiores, apperit proteruiam ciuium Londoniarum, & de præsumptione conqueritur eorundem. Qui omnes infesti ciuibz propter diuersas causas, consulunt vt reprimatur citius eorum insolentia, & superbia destruat. Erant quippe tunc inter omnes ferè nationes gentium elatissimi, arrogantissimi, & auarissimi, ac malè creduli in deum & traditiones auitas, Loldorum sustentatores, religiosorum detractores, decimarum detentores, & cōmunis vulgi depauperatores. In tantumq; excreuit eorum superciliū, vt aude-
 rent leges condere, quibus aduentantes de circumiacentibus villis, vel prouincijs, cōtra rationem omnem humanā, Deum, & iusticiam, molestant, grauarent & fatigarent. Prætereo eorum inhumanitatem, sileo rapacitatem, reticeo infidelitatem, transeo malignitatem, quam indiscipline in aduentantes populos exercuerunt. Qui si vellem cuncta describere quæ perpetraverunt hoc tempore, volumen credo maximum conficeret. Obiecta sunt eis igitur quæ contra regem fecerant, & suæ maiestatis notoriam læsionem; obiecta sunt quæ in prouinciales commiserant ad regis ac dominorum regniq; populi detrimentum: quæ si vellent inficiari præsto erant accusatores è patria, qui sacramento suo eorum probare cuperent acta praua. Londonienses ergo in medio miseriarum
Londonenses
submitunt se
regis gratia.
Maior & vi-
cecomites ara-
restantur.
 subito constituti, & velut versati inter cudem & malleum, cum non esset locus excusationis, decreuerunt se potius submittere regis gratiæ, quā succumbere veridicto vel iudicio duodenæ. Regis ergo iudicio arestatu est Maior Londoniariū, & vicecomites, cum quibusdam de maioribus, cæteris domū redire permisis. Maior autem missus est ad Castellum de VVindeshores, cæteri ad diuersa castella destinata sunt, sub arcta custodia conseruandi, donec rex cum consilio deliberasset quid faceret de eisdem. Ibiq; decretum est, ne de cætero, Londonienses Maiorem eligerent vel haberent, sed rex de suis militibus prouideret aliquem qui rector foret, & custos ciuitatis vocaretur, & esset (quem alio nomine vocamus vulgariter Gardianum) ibi subsequenter: & eorum sunt priuilegia

legia reuocata, libertates annullatę, & leges quas vel condiderant, vel à diebus habuerant abrogatę. Tunc primò rex constituit custodem ciuitatis, abrogato Maioris vocabulo, quendam militem dictum Edvardū de Dalyngrygge, qui & ciues regeret, & iusticię cunctorum æquę prospiceret: sed is citò fuit per regem depositus, quia conuictus est ciuibus fecisse iuramentum, vel de eorum consuetudinibus defendendis, vel certè pro posse suo, subtiliter reuocandis. Fuerunt qui dicerent eum ex industria hoc fecisse, plursq; regis cōmodo quàm ciuium in hac parte prospexisse. Quod cū regi fuisset cognitum, pœnituit eum militem beneuolum sic tractasse. Nihilominus rex & alium militem loco suo constituit nomine Baldeuvinum de Radyngton, virum certè prouidum & discretum, qui sciret delinire mœrorem ciuium, & eorum mentes erigere ad spem bonam. Nam ciues præ tristitia contabuerant & dolore.

Interea multis medianibus (sed præcipuè duce Glouerniæ insistente) rex factus animi æquioris paulatim discedit à sui rigore propositi, reducens ante mentis oculos honores varios, quos per Londinenses acceperat, & magnifica dona per eos præstita: vnde decernit mitius cum eis agere, & eos ad spem aliquam *Londinenses ad Wyndesore* gratiæ reuocare. Mittit nempe mandans Londinensibus, vt ad castellum de *vocantur.* V Wyndesore conueniant, demonstraturi privilegia, libertates ac iura ciuitatis noua & vetera coram eo, consilio quoque suo, vt ibi decerneret quæ seruanda forent in ciuitate, vel quæ penitus abolenda. Quibus ostensis, quędam ratificata, quędam permissa, quędam damnata fuere, Maioris tamen nec personam, nec dignitatem ea vice recuperauere, neque plenam regis gratiam, donec satisfecissent regi de damnis & iniurijs quæ vel sibi, vel regis plebi antea intulissent. Equidem ea vice conuenit inter regem, & dominos ne eorum satisfactionem acceptaret, nec cum eis quouismodo componeret sine consilio dominorum. Nempe rex cū primò contra eos incanduisset (propter causas quas supra notauimus) meditatus est exercitum congregasse, & in ciuitatem irruisse cum impetu, & ciues de sub cœlo deleuisse. Quod tamen propositum ducis Lancastrię oratione mutatum est, qui censuit eos (vt præmittitur) euocandos, & (vt præfertur) castigandos, vel (si obstinati fuissent) tunc iuxta regis propositum obsidendos, & de terra viuentium disperdendos. Rex autem in hac collectione apud V Wyndesore, dominos temporales regni cunctos, & Episcopos penè omnes, necnon exercitum talem contraxerat, qui merito terrori Londinensium posset esse. In quos omnes incredibiles fecit expensas, pro quibus certum erat Londonienses soluturos. Ipsi verò non ignorantes quòd horum finis esset expositio argenti & auri, submiserunt se & sua regi, voluntarię ei decem millia librarū vadiantes, dimissi tamen sunt domum redire, incerti quid soluerent, donec regis consilium & formam satisfaciendi, & summam soluendi definisset. Cumq; & ciues regressi fuissent: & proceres qui cum rege fuerant, ac reliquus populus *40* ad propria remeassent, Rex audiens Londinenses in tristitia constitutos, & mēte lapsos, ait suis: Vadam inquit Londonias, & consolabor ciues, nec patiar eos vltra de mea gratia desperare. Quæ sententia mox vt cognita fuit in ciuitate, incredibili iocunditate repleuit omnes, vnde omnes & singuli ei generaliter statuerunt occurrere, & non minores expēsas facere in xenijs, & donatiuis quàm fecerant in eius coronatione. Rex igitur vt venit Londonias, tanta gloria, tanta pompa, tanta varietate diuersorū apparatū est susceptus, quanta suscipi regem aliquem triumphantē decuisset. Nam equos & phaleras, tabulas aureas & argē- *Dona regi* reas, pannos aureos & holosericos, pelues & lauatoria de fuluo metallo, aurum *data.* in pecunia, gemmas & monilia, tam ditia, tam nobilia, tam speciosa donauerunt eidem, vt cunctorum valor & precium, non posset facile æstimaueri.

Sicq;

Sicq; recuperauerunt ciues consuetudines & libertates antiquas, quæ saltem ciuitati possent esse fulcumento, nec extraneis detrimento. Indultumq; fuit eisdem, vt Maiorem possent eligere sicut prius. Credebant autem Londonienses quod per hæc dona domigerium euassent, & in posterum quieti fuissent: sed sefellit eos eorum opinio, qui coacti sunt ex post soluere regi decem millia librarum, de communitate collecta in amaritudine mentis magna: proceres vero regni qui regis consilio interfuerant, audientes quod rex contra pactum indulsisset Londoniensibus, offensi sunt valde inter se, regis leuitatem & instantiam condemnantes. Nemo tamen palam regem redarguit de præmissis. Finemq; cepit turbaciuum isto modo, quam Delphinus præludens in thamisi 10 Die natalis domini ultimo præterito, forsan signauit eminus affuturam.

Dux Glouerniæ profectus in Hiberniam reuocatur.

Eodem tempore, cum dux Glouerniæ recepisset pecuniam stipendiariam eundem cum exercitu in Hiberniam (cuius insulæ rex dudum creauerat eum ducem, & iam paratus & instructus esset ad proficiscendum, sine causa subito reuocatus est, ad magnum tam Angliæ quàm Hiberniæ detrimentum, nam aduentus eius fama cognita, cuncti penè reguli Hibernienses se ei deliberauerant submisisse, sed præualuit penes regem malignorum consilium, quod tamē (proh dolor) commodum impediuit. Hoc anno rex Fræciæ (vt fertur) maleficatus incurritamentiam, & freneticus est effectus, dum expeditionem moueret contra ducem Britanniæ, vt dicitur minus iustam: perdurauitq; in eo hæc infirmitas 20 quamdiu durauit calor æstiuus: hyemali tēpore mitigabatur passio, & ipse redditus suo sensui videbatur: nunquā tamē tam plenè cōualuit, quin ex post semper eo anni tempore, quo prius incurrerat istud incommodum destitueretur sensu suo. Eodem anno Robertus de Veer quondam comes Exoniæ, qui per multos gradus saltauerat ad nomen ducatus Hiberniæ, in Londonia diem clausit extremum in mentis angustia rerumq; penuria miseranda. Qui equidem iuuenis aptus fuerat ad cuncta probitatis officia, si in pueritia non defuit ei disciplina.

Parhamum fuit.

ANno domini millesimo trecentesimo nonagesimo tertio, post natale factū fuit parliamentum Vintoniæ in quo concessum fuit regi per clerum dimidia decima, & dimidia quintadecima per communes, pro expensis ducum 30 Lancastriæ & Glouerniæ, qui fuerant profecturi in Franciam ad tractandum de pacis negotio inter regna. Eo tempore rex Franciæ dum tripudiaret in aula sua cum quatuor militibus de familia, & esset disfiguratus in Siluestrem hominem, habens strictum vestimētum resina piceq; linitum, vt lini stuppa quæ fixa fuerat in veste stricta, hæreret tenacius, & representaret euidentius, fuisset repente in cineres cōbustus, nisi gratia affuisset dolo fratris sui ducis, qui à tempore suæ infirmitatis aspirauit ad regnum: nempè rege cum socijs ducēte choreā, quidam ad hoc subrogatus, inclinato torticio, submisit ignem in stuppa, inusto 40 quo, corpora eorum fuere exterius cooperta, qui ardens vsq; ad vestimentum quod strictum & consutum erat corpori, vbi inuenit materiā picis & resinæ inextinguibiliter arsit vsq; ad corpus: videns tamen periculum quadam domina, accurrit & regem rapuit de chorea. Rex verò hoc modo saluatus fuit. Sed quatuor socij eius nullo ingenio potuere saluari donec semiuistis pellibus atque carnibus expirassent. Hoc anno Bancus regius & Cancellaria trāsata sunt de Londonijs Eboracum, vel odio Londoniensium (vt fertur) vel fauore Eboracensiū, eo quod Cācellarius, qui fuit Archiepiscopus Eborac. cuperet profectum ciuitatis suæ. Sed non longo tempore durauit hæc nouitas, quia ea facilitate qua trāsportabantur Eboracum, eadem Londonijs reportabantur. Isto quoq; anno domin⁹ Albredus de Veer, factus est comes Exoniæ. Eodē anno in festo Cathedre sancti

sancti Petri obiit subitò Iohannes de Enros miles, Constabularius Douerie, & regis Seneschallus, cui successit in officium Seneschalli, dominus Thomas Percy (qui fuerat prius Subcamerarius regis:) in constabulatum Douerie, dominus Thomas de Beamond successit: & dominus V Vilhelmus Scrop subcamerarius, vir quo in humano genere de facili non inueniretur nequior aut crudelior. Circa presens tempus, idem V Vilhelmus Scrop emit de domino V Vilhelmo de Monte acuto comite de Sarum, insulâ Euboniæ, cum corona. Nem- *Præses insulæ*
pè dominus huius insulæ rex vocatur, cui etiam fas est corona aurea coronari, *Man coronatur.*
hæc insula vocatur in vulgari, insula de Man, quæ inter Angliam & Hiberniâ

10 situatur. Hoc anno duces Lancastriæ & Glouerniæ transfretarunt in Franciam, pro fine faciendo treugarum prælocutarum, vel pacis finalis inter regna. Sed tamen nō dum finis, quia rege Franciæ iterum infirmato non potuit finis esse.

Per idem tempus dominus Henricus Percy iunior constitutus est custos Burdegaliæ. Mense Septembris fulgura, choruscationes, & tonitrua in multis regni partibus multa damna fecere, sed præcipuè in comitatu Cantebriagiæ, ubi domos & blada iuxta Lollevorth, & in ipsa villa terribiliter cremauerunt.

Aquarum etiam inundantia non multò post irruit, quæ apud Bury aream im- *Aquarum inundatio.*
pleuit ecclesiæ, & apud Nevvmarket domorum parietes diruit, & vitis illic ac mulieribus penè periculum demersionis intulit, mense Octobri. Eodem anno

20 multi moriebantur in Estsexia ingruente pestilentiâ, mense Septembri. Ipso anno dominium villæ de Cherburgh reuolutum est ad pristinum possessorem, regem Nauarriæ, quod oppignoratū fuerat regi Angliæ per certos annos, pro viginti duobus millibus marcarū de rege Angliæ mutuo susceptarum. Eodem anno dominus Thomas de Roos dum reuerteretur à terra Sancta, in Insula de Cypro ciuitate Papho, tactus aëris regionis incommodo, diem clausit extremum.

A Nno domini M. CCC. xciiij. (qui est ann^o regni regis Richardi à cōquestu secūdi. 17.) Morettus de Turcia, vallauit obsidione ciuitatem Constantinopolitanam, sed obsessorum probitate repulsus est. In octa. S. Hillarij factū
30 fuit parliamentum Londonijs, in quo petitum fuit regi subsidium, volenti in *Parliamentū Londini.*
Hiberniam proficisci, ubi Cletus concessit ei plenam decimam si transfretaret, si verò non laboraret, medietatem tantū decimæ concessit eidem. Tempore istius parliamenti suborta est grandis discordia inter Ducem Lancastriæ, & Comitem Arundeliæ: Imposuit nempe dux comiti, quòd circa festum Exaltationis Sanctæ Crucis, iacuerit cum armatu manu in partibus Cestriæ, id est, in castello suo de Holte, eo tempore quo patria illa insurrexerit contra eum, Ducibus Nicholao de Clifton, suisquè complicitibus in subsidium rebellantium vt putauit. Quod comes negauit expressè, & se satis euidenter excusauit, sicq; pro tempore tempestas magna cessauit.

40 Circa festum sancti Iohannis Baptistæ redijt è Francia dux Lancastriæ, qui profectus ad tractatum fuerat mense Maio, reportans quatuor annorū treugas, in quibus & Scoti comprehendi debebant, si vellent subijci regi Anglorum, vt de iure solebant. Dum Dux agebat in Gallijs (vt præfertur) obiit in Angliâ coniux sua domina Constantia, domini Petri quondam Regis Castellæ filia, mulier super feminas innocens & deuota. Et ne sola venirent funera lamentanda eo tempore, cōcessit in fata Maria comitissa de Derby, vxor domini Henrici comitis de Derby, filij ducis Lancastriæ supradicti. Obijt quoq; Anna regina, quæ apud V Vestmonast. est sepulta, cuius exequiæ quāto celebriores fuerūt in expensis, tāto notabiliore infamijs: quia rex polluit locū sanguine comitis Arundeliæ in principio officij funeralis. Eodē anno obiit domina Isabella ducissa Eborac.

foror vterina ducissæ Lancastriæ, mulier mollis & delicata, sed in fine (vt fertur) satis pœnitens & conuersa. Hæc sepulta est iussu regis apud Langley suum manerium, inter fratres. Hoc anno etiam obiit ille toto mundo miles notissimus I. Haukevwood, cuius gesta tractatum exigunt specialem. Circa mensem Augusti proclamatum est per totam Angliam, vt omnes Hibernici redirent ad terram propriam, contra festum natiuitatis beatæ Mariæ, præstolaturi in Hibernia aduentum regis, sub pœna capitali: dicebatur nempe quod venerat in Angliam spe lucri, tanta multitudo Hibernicorum, vt terra illa viris penè vacuaretur. Vnde contigit quod meri Hibernici, Anglicorum aduersarii, partem insule quæ paruerat regi Angliæ vastauerunt, nemine resistente. Cum verò rex Angliæ illustris. Edvardus tertius à conquestu illic posuisset bancum suum, atque iudices cum Scaccario, percepit annuatim ad regalem fiscum triginta millia librarum de terra illa. Et modò propter absentiam personarum, & hostium potètiâ irrefrenatam, nihil inde venit, sed per singulos annos de suo marsupio soluit triginta millia marcarum, ad sui dedecus, & ciuitatis detrimentum grauissimum. Circa festum natiuitatis sanctæ Mariæ, rex Angliæ transfreta-
uit in Hiberniam, & cum eo dux Glouerniæ, comitesquæ Marchiæ, Notinghamiæ, & Ruthlandiæ. Hibernici de tanto apparatu territi, quia palam non audebant occurrere, clandestinis irruptionibus frequenter regis exercitum fatigarunt. Coacti tamen (Anglicis prævalentibus) se regi submittere plures reguli illius terræ, quorum quosdam rex secum detinuit, ne noua aliqua molirentur: morabatur autem rex in Hibernia vsque post Pascha.

Per idem tempus venerunt ad eum de Anglia Archiepiscopus Eboracensis, & Episcopus Londinensis, cum alijs nuncijs misis per clerum, vt quancitò in patriam remeare dignaretur, ad succurrendum fidei & Ecclesiæ, quæ iam per Lolardos, & eorum fautores incredibiliter affligebatur. Nam ad hoc vacabant solummodò, vt imaginaretur qualiter totius Ecclesiæ possessiones tollerēt, & quod peius fuit, cunctas canonicas destruerent sactiões. His audiis rex inflammatus diuino spiritu, quancitò potuit in Angliam est reuersus, arbitrans magis necessarium fidei periclitanti succurrere, quàm circa regna temporalia de-
certare.

ANno domini M. CCC. xcv. (qui est annus regni regis Richardi à conquestu secundi. 18.) rex tenuit natale in ciuitate Dubliniæ, Hiberniæ Metropoli: & post natale fecit parliamentum ibidem, ad quod conuenerunt tam ligei, quàm illi qui dudum submiserant se eidem. Eo tempore post octa. Epiphaniæ vocante custode regni Angliæ, domino Edmundo regis patruo, Duce Eborac. factum est parliamentum Londonijs, ad quod accessit (missus de Hibernia) dux Glouerniæ, qui coram cunctis exposuit regis necessitatē, qui iam exhausti thesauri sui inter Hibernicos facultatem. Cuius legatio tantum valuit, vt Clerus vnā decimā, & quintamdecimā plebs cōmunis daret, (facta prius protestatione, quod ad hoc concedendum non tenebatur restricto iure, sed sui regis affectione.) Eo tempore Lolardi cum suis fautoribus in omnē maliciam efferati, fixerūt publicè super ostia ecclesiæ S. Pauli Londonijs, & VVestmonast. abominabiles cleri accusationes, & hætenus inauditas conclusiones, quibus nitebatur destruere personas Ecclesiasticas, & ecclesiæ sacramenta, animati (vt fertur) nimio fauore quorundā procerū & militū Anglicorū. Inter quos cāpi ductores fuerūt Richardus Scury, Lodouicus Clifford, Tho. Latymer, Io. de Mōte acuto, qui instigabāt & cōfortabāt hæreticos ad cōfundendum (si posse daretur) præcipuè religiosos. Rex igitur (vt præfertur) cōceptis lolardorū malicijs, festinauit in Angliam, vt dissiparet eius intuitu tāta mala. Quo cū puenisset feliciter, quosdā de proceribus

proceribus obiurgauit acriter, cōminās eisterribiliter si de cetero lolardis fauerēt, vel eos in aliquo cōfortarent. De Richardo quoq; Stury accepit iuramentū, quōd de cetero opinionēs huiusmodi non teneret. Quo facto, dixit rex: Et ego iuro tibi, si tu vnquam violaueris iuramentum, morte turpissima morieris. Audientes ceteri tantum rugitum, cornua retraxerunt, & hactenus delinuerūt. Eo tempore imago crucifixi cum stigmatibus sanguinolentis apparuit in Gallia supra campanile cathedralis ecclesie Landunensis, per mediam ferē horam, cernentibus Episcopo, clero & populo manifestē. Quo anno Morectus ille barbarus, cum trecentis quinquaginta millibus paganorum, confligit contra Priorē sancti Iohannis de Rodes, aliosq; christianos, sed dei virtute conuictus est, ventum millibus de exercitu eius interfecit. Et quia fortuna non praeualuit sibi cāpestri praelio, nauali bello statuit experiri fortunā, sed qui terrē mariq; dominatur, eius conatus enervauit, & cū cōfusione maxima fugere cōpulit iterato. Ciuitas quoq; Constantinopolitana (quā supra diximus obsessam eius exercitū velut infinito) superueniente imperatore Constantinopolitano cum paruo Christianorum numero liberatur, quingentis millibus de gente pagana miraculosē peremptis. Eo anno sensit Anglia graue damnum per piratas reginae Denmarchie qui nautas & mercenarios depredabatur, p̄cipuē tamen viros de Norfolkia, qui ausi sunt cōgregata multitudine congregari cum eisdē: sed hostibus praeualētibus, multi perempti, plurimi verō ad redemptionē grauissimam sunt seruati, amissis viginti millibus librarum, quas ad mercandizandum comportauerant. Eodem anno V Vilhelmus Cantuar. Archiepiscopus, nō cōsiderata depressione ecclesiastica qua iugiter premebatur per tallagia pēdenda regi annis singulis, plus p̄ctās suū priuatū cōmodū quā cōmunitatis incōmodū, impetravit bullā ab apostolico gratiosam, vt leuaret per totam suā prouinciā quatuor denarios de quolibet libra omnium bonorum ecclesiasticorum, tā exemptorum quā nō exemptorum, uulga praetensa causa vera nec legitima. Cuius bullae fuerunt constituti executores, Archiepiscopus Eboracēsis, & episcopus Lōdinēsis. Multi verō cēsuras timentes tā sublimiū executorum, maluerunt summā cōtinuō soluere, q̄ dubijs litibus cum iactura forsitan subiacere: nōnulli sedē apostolicā tāquam à grauamine appellantes, suam causam nitebantur defendere, & dictum subsidium tanquā illegitimum quomodolibet reuocare, quorum animosiores, & p̄cipuē fuere Lincolnenses, sed tātis motibus finē imposuit mors Archiepiscopi citō postea subsecuta. Hoc anno obiit Io. de VValthā episcopus Sarū & regni thesaurarius, qui tantū regi cōplacuerat, vt etiā (multis licet murmuratibus) rege iubente apud V Vestmonasteriū inter reges meruit sepulchrā: huic successit in officio thesaurarij dominus Rogerus V Valden, prius regis secretarius & Calesie thesaurarius. In episcopatu verō I. de Mytford Cicestrēsis episcopus, ad cuius episcopatū Dublinensis Archiepiscopus est trāslatus, quia maior pontificatus, in seculari substantia minor erat. Obijt etiam Exoniensis episcopus V Vilhelmus, post quem successit regis instantia magister Edmundus de Stafford, portator priuati sigilli. Obijt quoq; dominus Henricus de V Wakefeld episcopus V Vigornie, cui successit ad preces regis, Papali permissione, quidā monachus Cicestrēsis, regis Phycus dict. Rob. Tydeman, sp̄reta & cassata magistri Iohannis Grene electione legitima. Hoc anno mense Nouembris rex Angliae apportato de Londona corpore quondam dilecti sui Roberti de Veer, quem creauerat ducem Hiberniae (felix quidem si non aspirasset ad gradus sublimes, sed propter extollentiam infelicitati subacti) fecit apud Prioratū de Colae in Estsexia solennes exequias, ibidem exhibens suam praesentiam, magnificans officium funerale. Curauitquē thecam cyprissinam, in qua corpus balneo delibitum iacebat,

iacebat, aperire faciem, considerare, digitoquē tractare, & publicē monstrare dilectionem defuncto, quam impēdiderat prius, iaceo, viuo. Erāt ibi cum rege mater defuncti, comitissa Oxoniæ, Archiepiscopus Cantuariæ, plurimiq; episcopi, cum Abbatibus & Prioribus, alijsq; religiosis, sed proceres pauci, quia nō dum digestum erat odium quod conceperant contra illum.

ANno domini. M. CCC. xvj. dux Lancastriæ, cui rex donauerat ducatum Aquitaniæ, cū iā inæstimabilem summā thesauri expendisset in illis partibus pro adipiscenda patriotarum beneuolentia, consecutusq; fuisset propositum, subito per mandatum regium reuocatur. Qui nihilominus reuocanti paruit & rediit in Angliam, peruenitq; Langleyam, vbi rex natale domini tenuit isto anno, susceptus est à rege (prout decuit) cum honore, sed vt iudem asserunt, nō amore: licenciatus proinde à rege, recessit à curia, & properauit Lincolniam, vbi Catherina de Svynforde tunc morabatur, quam post octa. Epiphaniæ (cunctis admirantibus facti miraculum) desponsauit, quia fortunā talis scēminæ tantæ sublimitatis error minimē competeat. Hoc anno Papa scripsit regi Angliæ, orauitq; vt assisteret prælatis ecclesiæ in causa dei, & ipsius regis & regni, contra Lolardos, quos declarauit non solum proditores ecclesiæ, sed & ipsius regis, rogauitq; obnixus, vt quos prælati declarassent hereticos condemnaret. Alias eo tēpore direxit bullas ad reuocandū religiosos, qui capellanas obtinuerant vel ab ipso papa, vel à quoquā alio nūcio vel legato, quas bullas (quasi munus gratissimum) amplexati sunt ordines Medicantium, sed fratres Minores, præcipuē qui confestim fratres suos qui per exemptiones capellanatus ab eis segregati fuerant, rapere, capere, domumq; reducere satagebant. Eo tempore iuxta pacta inter reges Angliæ & Franciæ prius firmata, conuenerunt dicti reges, ad locū vltra Calesiam eorum colloquio designatum, vbi ambo regum tentoria magnificē fixa fuēre. Qui ante tractatū, pro pacis verē fidei securitate, corporale præstiterunt coram omnibus huiusmodi iuramentum. Nos Carolus rex Franciæ, iuramus in verbo regali, super euangelia pro nobis & omnibus nobis subiectis, amicis, & affinitate nobis iunctis, & beneuolentibus, quod non faciemus, nec patiemur fieri, per nos nec per supra nominatos damnū, nec disturbancem vllō modo per tēpus nostrę conuentionis, nec per octo dies ante conuentionē, & septē dies sequētes, nostro filio regi Angliæ, nec alicui de suis subiectis, amicis, affinibus, nec beneuolis, ante dictū tempus. Et si casu aliquo insolentia vel litigiū per aliquos de nostris supradictis (quod absit) emerferit: Nos permittimus in verbo regali, & per securitatem prædictā, quod faciemus hæc debitē emendari, & sine dilatione reformari, & iuramus vlteriū super securitate prædictā, quod si aliquis vel aliqui qualicunque statu vel conditione extiterint, voluerit, vel voluerint contrairēdictā nostrā securitati, nos erimus in auxilium nostri filij, pro nostro posse ad resistendum maliciæ malefactorū prædictorum, & conseruandū nostrū dictū filium, & suos, per modum quem nos & nostri scimus. Et ad tenendū omnia, & prosequendū sine fraude vel malo ingenio, ad hoc iuramus & promittimus vt supra. Die. 26. mensis Octobris rex Angliæ equitauit de Calesia versūs castrum suū de Guynes, & cum eo dux de Berry, qui missus fuerat ad recipiendū sacramētū regis nostri. In crastino obuiauerunt reges pariter, ducentibus regē Angliæ, dominis Franciæ. sc. quatuor ducibus, de Berrey, Burgūdiæ, Aurelianensis & Burboniæ: comite Sauter, vicecomite de Maleyn: episcopo de Valeins, domino de Bushy. Econtra de parte nostra missi sunt ad cōducendum regem Franciæ duo dūces. sc. Lancastriæ & Glouerniæ, comites Derby, & Ruthlandiæ & Northumbriæ, habueruntq; colloquium duo reges, & assensu mutuo fuit ordinatum, vt construeretur in eodem

Duci nuptia.

*Iuramentum
de pace.*

*Congressus
duorum re-
gum.*

dem loco amborū sumptibus in memoriā sempiternā vna capella. Quæ capella
nostre domine de pace vocaretur. Die sabbati in festo apostolorū Simonis & Iu-
dæ, rex Angliæ & Franciæ collocuti sunt de certis articulis tractatus sui, quo fa-
cto, iurati sunt per Euangelia de pactis seruandis. Tunc rex Angliæ rogauit re-
gem Franciæ vt pranderet cū eo die sequente. Die Lunæ venit rex Franciæ ad
tentorium regis Angliæ. Ea hora regina fuit adducta ad tentoria regis nostri. Rex
Franciæ donauit eam regi nostro, quam rex noster cepit per manū, & oscula-
batur eam, regitatio patri suo regi Franciæ de dono tam honorabili & gratio-
so, asserens se eā sub cōditionibus accipere factis inter eos, vt per istā affinitatem
10 possit vterq; rex viuere in pace & tranquillitate, & peruenire ad bonum finem
& conclusionem pacis perpetuæ faciendæ inter regna, & ne sanguis Christia-
nus effundatur, cuius effusio possit similiter euenire, si istā affinitas inter eos nō
fieret ista vice. Commendata est igitur regina ducissæ Lancastriæ & Glouerniæ,
& comitissis Huntyngdoniæ, & Staffordiæ, alijsq; dominabus quæ aderant,
quæ conduxerunt eam Calesiam cum maximo apparatu hominum & equo-
rum, habuitquē cū ea duodecim currus plehas dominabus & domicellis. Qui-
bus ita gestis, reges accesserunt ad prandium in tentorio regis Anglorum: rex
Franciæ confedit in dextera parte aulae, cui seruitum fuit regaliter more suæ pa-
triæ. i. de omnibus cibarijs primi cursus simul in magna perapside, & de secun-
do cursu eodem modo. Regi verò Angliæ seruitum fuit patriæ suæ more. Post
prandium reges osculati sunt pariter, & ascenderunt equos, duxitquē rex An-
gliæ regem Franciæ in viam suam, & tandem iunctis manibus super equos
discesserunt ab inuicem, rex Franciæ equitauit ad Arde, rex autem Angliæ ad
Calesiam se conuertit, vbi filiam regis Franciæ duxit vxorem, pusiolam sep-
tennem vel octennem. Fuit annus iste regum apparatus grandis & sumptuo-
sus in donarijs & expensis. Nam præter dona quæ rex Angliæ dedit regi Fran-
ciæ, alijsquē proceribus illius regni, quæ superauerunt summam decem mil-
lium marcarum, rex expendit (vt dicitur) trecenta millia marcarum & am-
plius ea vice. Rediit igitur eiū post in Angliam saluus, & vxor sua, sed auersa
30 tempestate perdidit tentoria sua, & magnā partem suppellectilis domus suæ.
Hoc anno valescit mundo magister VVilhelmus Courtney Archiepiscopus
Cantuariensis, cui successit postulatione communis capituli, dominus Thomas
Arundell frater comitis Arundeliæ, regniquē Cancellarius, qui mox Cancel-
lariæ dimisit officium, & illius sollicitudinē per regis assensum Magistro Ed-
mundo Staffordo commendauit. Eodem anno decessit totius Monasticæ reli-
gionis pater & speculum, dominus Thomas Abbas monasterij sancti Albani.

ANno gratiæ. M. CCC. xviij. (qui est annus regni regis Richardi à con-
questu secundi vicesimus) post natale Domini factum fuit parliamen-
tum Londini, in quo dux Lancastriæ legitimari fecit sobolem quam suscepe-
rat de Catherina Syvynforde. In eodem parlamento fuit ordinatum, vt Iu-
sticiarij de cætero non habeant assessores. Item Thomas Benforde filius Ducis
Lancastriæ, & dictæ Catherinæ (nam sic censuit Dux cognominari filios eiū-
dem C. quos sibi genuerat) creatus est comes de Somerset. Eo tempore con-
cessa fuit regi per clerum medietas vnius decimæ, soluēda ad duos terminos in-
fius anni. Hoc anno Richardus rex Angliæ, contra iuramentum quod præ-
stiterat, reuocauit de Hibernia Iusticiarios, quos olim de consensu suo proce-
res propter defectus eorum notabiles constituerunt exulare. Eo tempore in-
crebuerunt rumores (licet vanæ) quod videlicet rex Angliæ fuisset electus im-
perator, vnde rex elatus (vt fertur) ab eo tempore sapere cepit aliū quam solē
bar, vulgus apporpare, grandes summas pecuniæ de quibuscumque mutuari, in
tantum

Parliamentum
Londini.

Rumores re-
gem Angliæ
futurum impe-
ratorem.

tantum quòd nullus prælatus, nulla ciuitas, nullus ciuis notatus locuplex in toto regno se potuit occultare, quin de sua pecunia mutuo regi daret. Anno præsentu cùm iam sibi regnum Angliæ summa videretur pace gauisurum, propter nouas nuptias regales & diuitias per easdem accumulatas, & treugas annorum triginta firmatas, & præsentiam tot nobilium dominorũ, quot & quales nulla externa regio poterat exhibere: repenti regis astutia cunctaturbanur, dum inopinatò capit auunculum suum ducem Glouerniæ vi & armis, (nihil tale verentẽ) apud Plasby in Estsexia, & vsq; ad Calesiã deduci facit, carcerali custodiẽ mancipadum. Comitẽ quoq; VVarvici ipso die quo eũ inuitauerat ad conuiuium fecit arestari, & protinus incarcerari, quamuis ei peropimum 10 vultum monstrasset eodem die, & insuper sibi bonum dominum futurum & magnam amicitiam promississet. Comitem quoque Arundeliæ deceptũ blãdis persuasionibus, qui satis potens erat, & se saluasse, & suos amicos deliberasse, scilicet ducem Glouerniæ, & comitem VVarvici, se reddentem pacificẽ, misit in insulam Væstem, pari modo in carcere detinendum. Et ne fieret communis vulgi commotio pro captione dictorum procerum (quam maximẽ verebatur) proclamari fecit per regnum, quòd ista dominorum captio, non erat facta pro quibusquã antiquis transgressionibus, sed pro nouis commissis contra regem, quæ propalarẽtur in parlamento futuro. Sed hæc proclamatio ficta fuit, prout rei exitus comprobauit. Rex verò (nescitũr quid metuẽs) per idẽ tempus me- 20 tuit ne pontifices, alijsuẽ prælati facerent processiones, siue deuotiones pro causa præmissa, vel procerum ereptione tantorum. Et paulò post apud Noiynghã fecit indictari dictos dominos de prodicione, subornauitq; appellantes, qui eos appellarent in parlamento futuro scz. Edvvardum comitem Ruthlandiæ, Thomam Mounbray comitem Mareschallum, Thomam Holand comitem Cantij, Iohannẽ Holand comitẽ Huntingdoniẽ, Tho. Benford comitem de Somerset, Iohannem de Monte acuto comitem Sarũ, Thomam dominum de Spencer, & VVilhelmum Scrop regis Camberlanum. Quibus sic gestis, fecit rex proclamari per totum regnum, quòd domini arestati proditores erant, & pro prodicione detenti. Interea rex sibi metuens, conuocauit ad tutelam sui corpo- 30 ris multos malefactores de comitatu Cestriæ, qui noctium vigilias dierumquẽ seruarent & diuiderent circa illum. Circa octa. natiuitatis beatæ Mariæ factum est parliamentum Londonijs, ad quod venerunt omnes regni proceres armati cum suis retinentijs, ducti timore regis: fuerunt autem præcipui prolocutores huius parlamenti milites valdẽ cupidi, & ambitiosi & tumidi, I. Bushy, VVilhelmus Bagot, & Henricus Grene. Hi importunis clamoribus petierunt, vt chartæ pardonationum in primis reuocarentur & annullarentur, super quibus requisiti prælati de facile indicarunt, chartas tales fore reuocabiles, non attendentes quòd huius gratiæ reuocatio, personæ regis maximẽ repugnabat, cũ misericordia sit solij regalis confirmatio, & qui tollit à rege misericordiã, tollit solij re- 40 galis firmamentum. Consequenter domini temporales videntes assensum clerici, censuerunt & ipsi huius chartas annullandas, magis timore regis dicti, quã mentium ratione. Exactum etiam fuit à prælatis, vt constituerent laicum procuratorem pro eisdem, vt quia illi non poterant interesse iudicio sanguinis, procurator eorum (si necesse foret) huius negotio consentiret. Altero die cùm Archiepiscopus Cantuariensis de regis mandato, & consilio quem credebant amicissimum se absentasset de parlamento, qui sibi iurauerat quòd nihil attemptaretur in eius præiudicium, absente ipso contra omnem iusticiam adiudicatus fuit exilio, cum adiecto quòd non remaneret in regno vltra sex hebdomadas ab eod die proximo computandas. Quo taliter condemnato, misit rex clam ad curiã

Romanam

Romanam pro translatione eiusdem, effecitq; vt Rogerus de VValdene regni pro tunc thesaurarius, pro eo Archiepiscopus ordinaretur. Qui quia cubile patris sui viuentis ascendere præsumpsit, post biennium deiectus est auctoritate Papæ præfati. Die sancti Mathæi datum est iudicium cōtra Richardum comitem Arundeliæ, allegantem & exposcentem suffragia chartarum, & pardonationis regis, sed nihil in hac parte proficientem, nam adiudicatus est tractioni, suspensioni, exentricationi, combustioni interiorum, decapitationi, & quarte-
 10 rizationi. Sed prolata sententia modificata est de regis gratia, vt condonatis pænis cæteris, subiret tamen capitalem sententiam, cuius executio mox facta est.

Sed comes nec cū respōsis astitit, nec cū sententiam domini tristem subiit, nec cū de loco iudicii ad locum transiit supplicij, neque cū iam flexo poplite præstolabatur istum gladij, vultu concidit, sed seruans semper faciei colo-
 rem vniformem, non plus palluit quàm si fuisset ad epulas inuitatus. Præcessit autē eum, & sequebatur satis feralis turba Cestrensiū, armata securibus, gla-
 dijs, arcibus & sagittis: educebant eum & vrgebant ad mortis metam Comites Marecallus & Cantij, quorum alter gener eius erat, alter nepos ex filia, & Comes Huntingdoniæ frater regis. Intuens ergo suos affines & necessarios comites, scilicet Marecalli & Cantij perurgere negotium decollationis suæ, verē
 20 inquit decuisset vos præcipuē absentes fuisse, & ab isto negotio subtraxisse, sed veniet in breui tempus, quando tot mirabuntur de vestris infortunijs, quot de meis casibus nunc mirantur. Deindē data lictori venia, rogauit ne torqueret eū diutius, sed istu vnico caput eius amputaret, tentauitq; suis digitis mucronis aciem quo fuerat ferendus: satis inquit acutus est, fac citō quod facturus es, qui eum istu vnico decollauit, cuius corpus cum capite inter Augustinenses Londonijs est humatum. Post cuius mortem rex diuersis imaginibus in somnis est turbatus: videbatur nempē vmbra comitis (mox vt dormire cæpisset) ante oculos suos volitare, minariq; sibi, & eum indicibiliter detertere, quasi diceret cum
 30 poëta: *Nunc quoq; factorum venio memor vmbra tuorum, Ius quoq; & vulnuscum ossa forma tuos.* Quibus rex pauefactus imaginibus, pæ timore medios somnos interrūperet, maledixit diei in quo nouit comitem memoratum. Auxit quoq; mentis insaniā quō laudiuit vulgus cōmune comitem reputare pro martyre, peregrinationes fieri ad corpus eius: vndē die decimo sepulturæ eius, rex misit circa decimam noctis horam duces & comites qui corpus eius effodi facerent, & aspicerent si caput corpori esset iunctum (prout fama communis erat) qui effosso corpore, cū famam mendacem reperissent, omnia regi renunciarunt. Ille nō contentus experimentis huiusmodi, iussit vt fratres signa deponerent & quæ circa corpus eius fixa fuerant, & locum sepulturæ suæ sub pauimento protinūs occulta-
 40 rent. Post mortem comitis Arundeliæ productus fuit comes VVarvici ad stādum iudicio parliamentali, sed defuit illi cōstantia quæ comitem Arundeliæ comitabatur. Nempē requisitus quid respondere vellet ad equitationes factas cū duce Glouerniæ, mox fatebatur cum lachrymis se proditorem eo facto: data igitur mortis sententia contra ipsum, quam mox temperauit misericordia regis, condonans sibi veniam atque vitam, qui mox missus est ad insulam Eubonię, quæ pertinebat domino VVilhelmo Scrop, vbi sub custodia carcerali residuū transigeret vitæ suæ. Interea (quia non videbatur tutum regi, vt dux Glouerniæ responsis astaret) princeps propter fauorem populi qui ei nimis afficiebatur, rex iussit comiti Marecallo, vt eum occultē occideret, qui missis iniquitatis minist-
 45 tris, fecit eum suffocari superiectis culcitris, & lectis pluma refertis super os eius: sicq; mortuus est ille vir optimus, regis filius, & regis patruus, in quo posita fuere spes & solaciū totius regni cōmunitatis. Postea rex astutē fecit illud

parliamentum differri vsque post natale domini, quod reincipitur vel potius continuaretur apud Salopiam in confinibus VValliarum.

ANno. M. CCC. xcviij. post natale, in parlamento cōtinuato Salopix, procurauit rex subtiliter fecitq; concedi de cōsensu omniū statū regni, vt potestas parlamenti remaneret penes certas personas, septem vel octo, quibus liceret determinare (dissoluto parlamēto) certas petitiones in eodem parlamento porrectas, pro tunc minimē expeditas. Cuius concessionis colore personæ sic deputatæ processerunt exposit ad alia generaliter parliamentū illud tangentia, & hoc de voluntate regis in derogationē status parlamenti, & incōmodum totius regni, & perniciosum exēplū. Rex autem super hoc factō, vt videretur habere 10
colorem & auctoritatem, fecit rotulos parlamenti mutari & deleri cōtra effectū concessionis prædictæ. Tunc assumpsit rex sibi nomen principis Cestrix, & Comitē de Derby creauit ducem Herfordiæ, comitem Marcellū ducem Northfolchiæ, comitem de Ruthlande ducem Albemariæ, comitem Cantij ducem Southreyæ, comitē Huntingdoniæ ducem Excestrix, comitissam de Norfolk ducissam Northfolchiæ, comitem de Somersete marchionem ibidem, dominū de Spencer comitē Gloucestriæ, dominū de Neuile comitem VVestmerladiæ, dominum VVilhelmum Scrope comitem de VViltshire, dominum Thomā Dercy Senescallum regis, comitem VVygornie: proinde rex mutauit arma sua, addiditq; scuto suo arma sancti Edvardi regis & confessoris. Eo tem- 20
pore rex contulit nouis creatis suis ducibus & comitibus magnam partem terrarum ducis Glouerniæ, comitumque Arundeliæ & VVarvici. In hoc parlamento continuato apud Salopiam rex dominorum cōsensu Iohannē dominū de Cobham misit in exilium ad insulam de Gernsey, & dominus Reginaldus de Cobham condēnatur, quia fuit vnus ex deputatis sibi pro suo consilio & tutela per dominos anno suo vndecimo. Annullaturq; per parliamentum tentum eodem anno. Et vt robur obtinerēt perpetuæ firmitatis, ordinationes & iudicia facta lata in præmisso parlamento, impetrauit rex literas Apostolicas, in quibus graues censuræ proferebantur contra quoscunq; qui dictis statutis in aliquo contrauenire præsumperint, quas promulgari fecit Lōdonijs ad crucem 30
sancti Pauli, & alijs celeberrimis regni locis. Circa præsenstempus appellauit dux Herfordiæ ducem Northfolchiæ, de quibusdam verbis per eum dictis quæ in regis dedecus redundabant. Ob quam causam indiū fuit eis duellum apud Coventre. Tandem cum listas intrassent tam animosē quā magnificē, rex in manu sua causam suscepit, & fecit proclamari quod dux Herfordiæ debitum suum honorificē adimplet. Sed tamen velut immediatē postea rex sine causa, quacunq; legitima dictum ducem Herfordiæ ad decennium relegari fecit, & mandauit, contra iusticiam, & iura militaria, & consuetudines huius regni. Ducem quoq; Northfolchiæ perpetuo damnauit exilio, immisericorditer statuens sub penis grauib; quod nullus rogaret, vel apud ipsum regē intercedere præ- 40
sumeret, pro gratia faciēda ducibus supradictis. Facta sunt hæc eo die, ad annum, quo idem dux Northfolchiæ ducem Glouerniæ fecerat suffocari. Hoc anno Papa Iohannem Lincolniensem episcopum transtulit ad Episcopatum Cestrix, tunc vacantem. Et dedit Episcopatum Lincolnix Henrico Beuvford, vni de filijs domini Iohannis ducis Lācastriæ, & Catherinæ de Svvinford, ob ducis reuerentiam & amorem. Episcopo verò Lyncolnix veteranus noluit hanc admittere translationem, sed ea spreta, cōtulit se Cantuariā, & in Ecclesia christi inter monachos finem vitæ fecit. Confessor regis (quidam frater de ordine Predicatorum) de Episcopatu Landasensi translatus est ad Episcopatum Cestrensem. Rex eo tempore fecit conuocari clerum, vt determinaret si liceret Papæ tales

Comitum creatio.

Duellum inditum.

tales facere translationes pro arbitrio suæ voluntatis. Ad quod fuit responsum, non directè, sed modo supplicationis porrectæ regi ex parte cleri, vt dignaretur Pape scribere, vt à talibus translationibus cessaret pro commodo totius Ecclesiæ Anglicanæ. Rex verò cum audisset responsum tale, velut offensus licentiæ Papæ, iurauit quod si clerus restitisset constanter Papæ in isto negotio, ipse manus apposisset in auxilium eorundem. Eo tempore venit in Angliam domini Papæ nūcius Petrus de Bosco Aquensis Episcopus, ad commonendum regem, vt permitteret ligeos suos prouisiones acquirere de manu Papæ, & reuocaret statutum editū contra prouisores: & illud breue Quare impedit, multa; similia: 10 Sed quod min⁹ obtinuit de suo negotio, rex accumulauit suo marsupio, donās ei iocalia magni pretij & valoris. Sub hoc anno Romæ repertus est thesaurus Helenæ, matris Constantini imperatoris, sub quodam pariete ruinoso: ipsa verò moneta aurea signata fuit Imaginibus dictæ dominæ, habens in circulo nomen eius scriptum, & valuit vna Petra. xx. s. de nostra moneta: cum quo thesauro postea Papa fecit reedificari capitolium & castellum sancti Angeli. Hoc anno serè per totum regnum Angliæ lauri veteres aruerunt, & expositi contra multorum opinionem reuiruerunt.

A Nno gratiæ M. CCC. xcix. in die circumcisionis domini, propè Bedefordiam aqua profundissima quæ decurrit inter villas de Suelleston, & Hare- 20 vvode, repētè restitit & se diuisit sic quod per tria miliaria alueus siccus remāsit, præbens quibuslibet ingressum siccum. Quod prodigium visum est pluribus significare proprii diuisionem, & à rege defectionem, quæ contigit eo anno. Eo tempore Rogerus comes Marchiæ, dum nimis fidit in virtute propria, ab Hibernicis in Hibernia est peremptus. Cuius morte cognita, rex statuit vindicare personaliter mortem eius, Hibernensesq; domare, non attendens quantum odium sibi accumulauerat ligeorum suorū, & quàm amarum animum vulgus commune gerebat cōtra eum. Fecit igitur præparationem maximam per totum 30 tempus quadragesimæ, & sic deinceps vsq; ad suum transitum extorquens pecunias, exigens equos & quadrigas, victualia pro profectioe sua rapiens, nihilq; soluens, vnde factus est suis subditis odibilis & inuisus. Per idem tempus venit in Angliam episcopus Calcidonēsis, cum literis Apostolicis comminatorijs, vt regni fideles de bonis conferrent imperatori Constantinopolitano, qui infestabatur nimium per Tartaros, & ducem eorum vocatum Morectū. Vt autem prouiores efficerentur regnicolæ ad offerendum huic negotio, concessit Papa benefactoribus (verè contritis & confessis) plenam remissionem. Inuoluitq; amaris censuris omnes impediētes huius negotio conferre volētes, attendens quod licet imperator esset schismaticus, christianus tamen erat: & si ipse per incredulos opprimeretur, imminabat toti christianitati ruina, habens in mente illud Poëticum: *Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet.* Hoc tempore 40 obiit Iohannes dux Lancastriæ, cuius corpus in Ecclesia sancti Pauli Londonijs est humatum, post cuius mortem rex dominum Henricum filium eius, quem relegauerat ad decēniū, exulare decreuit imperpetuum, reuocans suas patentes litteras generales quas sibi prius cōcesserat, quod in absentia ipsius dū fuerat relegatus, generales attornati sui possent prosequi pro liberatione sibi faciēda de quibuscunq; hæreditatibus, siue successiōibus ipsum ex tunc cōtingentibus, & quod homagium suum respectuari posset pro fine rationabili faciēdo. Quo facto, cōstabat manifestiūs regem sincerè diligere ducem Herfordiæ, nec eum relegasse, nisi pro dissensionibus, quæ potuissent oriri inter familias suas, & ducis Northfolchię, vt præsum fuerat, sed occasione bona ducibus occupandi vt multi dicebant. Circa præsens tempus obiit nobilis fæmina, do-
mina

mina Margareta ducissa Northfolchiæ, cuius corpus in Ecclesia fratrum Minorum Londonijs tumulatur. Interea rex cepit mutuo grandes pecuniarum summas, de quampluribus dominis, tam temporalibus quàm spiritualibus, alijsq; personis regni, promittens eis bona fide sub patentibus suis litteris, quòd pecunias illas sic mutuatas resolveret termino limitato, quas tamen nūquam postea reddidit creditoribus supradictis. Eodem anno grandiores summas exegit pecuniarum, à. xvij. regni comitatibus, metū mortis imponens eis quòd contra eū steterunt cum duce Glouerniæ, comitibus Arundeliæ & VVarvici, &c. quare paratus erat super eos equitare tanquam super hostes publicos. Quamobrem recepit à dictis comitatibus novam securitatem sub iuris iurandi firmamento, 10 Quo facto, misit certos episcopos cum alijs viris honorabilibus ad dictos comitatus, qui inducerent tam dominos spirituales, quàm temporales, & omnes dictorum comitatum personas mediocres, ut se regi submitteret, & semetipsos recognosceret proditores, per litteras sigillis signatas eorundem. Hac occasione coacti sunt regi concedere clerus, & commune vulgus, dominiq; temporales dictorum comitatuū, importabiles summas pecuniæ pro benevolentia sua recuperanda. Cupiens (ut fertur) populum regni sui subpeditare & opprimere, direxit patentes litteras ad omnes regni comitatus, & per terrores induxit ut ligei sui quicunq; tam temporales quàm spirituales, iuramenta insueta præstarent in genere suo, verisimiliter causare possent destructionē plebis suæ finale, 20 coëgitq; ligeos suos ipsa iuramenta sub litteris eorum & sigillis roborare. Ad albas chartas insuper eosdem ligeos apponere sigilla sua compulsi, ut quotiens grassari vellet in eos: facultatem haberet eosdem singillatim, vel insimul opprimendi. Fecit præterea ut vicecomites, per totum regnum nova iuramenta præstarent ultra solita: quòd videlicet obedirent omnibus mandatis regijs, quotienscunq; directa fuissent eisdem sub magno priuatoq; sigillis, ac etiam litteris illis directis sub signeto suo. Et in casu quo idem vicecomites scire possent aliquos de balliuis suis (cuiuscunq; conditionis essent) aliquod malum dicere, siue loqui, publicè vel occultè, quod cedere posset in dedecus aut scandalum personæ regis, ipsos incarcerarent donec de rege aliud susciperent in mandatis. Vnde 30 dē cōtigit, quòd quamplures ligeorum suorum maliciōsè accusari, quòd debuissent dixisse quicquam publicè, vel occultè, quod cedere posset in vituperium, scandalum, siue dedecus personæ regis, capti fuerunt & imprisonati, & ducti corā Constabulario, & Marefcallo Angliæ, in curia militari, nō excusandi aliter, nisi per eorum corpora commissa Monomachia, se iustificarent & defenderent, nō obstante quòd accusatores & appellatores eorum essent iuuenēs fortes & sani, & illi sic accusati pro magna parte senes impotentes, mutulati & infirmi. Vnde nō solū destructio magna regni, sed omnium & singularum personarū cōmunitatis eiusdē verisimiliter timebatur. Circa festum Pentecostes, rex relinquens regnum (ut præfertur) turbatum multipliciter, nauigauit in Hiberniam 40 cum suis Cestrensibus, & quibusdā regni magnatibus, ducibus videlicet de Almarie, de Excestria, alijs quoq; multis. Duxitq; secum nobiles pueros, filios ducum Glouerniæ & Herefordiæ, quorum affines præcipuè verebantur. Episcopos etiam traxit secum multos, cum Abbate VVestmonasterij, qui quotiens vellet parliamenta facere (prout prius constituerat) cum consensu octo personarum, præsto forent ad cōfirmandum pro parte sua quæ fuerant statuenta. Thesaurum præterea & reliquias aliq; iocalia regniq; diuitias, (ab antiquis dimissas in Archiuis regni pro honore regni) secum abstulit in Hiberniam profecturus, sine consensu statuum regni sui. Cūq; venisset in Hiberniam, videbatur primò quidem prosperari, & super inimicos suos confortari, non tanē exinde

- exinde multum lætabantur regnicolæ, qui semper de eo sentiebant deterius, & per eum adhuc grauius opprimi metuebant. Interea dux Henticus, olim Herfordiæ, sed nunc Lancastriæ, paterno iure, grauius ferens relegationem suam, sed multo grauius exilium suum, & exheredationem, & cōsiderans regem iam iniustum cunctis suis ligeis propter causas præfatas (nacta oportunitate de regis absentia) Angliam redire disposuit, ad petendum hæreditatem suam. Assumptisq; secum domino Thoma de Arundel (quondam Archiepiscopo Cant.) & filio comitis Arundeliæ & hærede, qui iamdudū sibi adhæserant, mare intrauit cum familia mediocri, quippè qui secum non amplius habuit quàm vt vsu vulgari quindecim lanceas, licet in multo fortiozem manum potuisset habuisse: tantum fidebat de sua iusticia populiq; fauore, noluit tamē recto cursu terram ingredi, nec repente: sed nunc apparuit patriotis in vna parte regni, nunc in alia, vt videret si contra eum iuxta littora resistentia pararetur. Audiens dominus E. dominus dux Elboraci (regis patruus) cui custodia regni commissa fuit in regis absentia, quòd dux Lancastriæ iam mare teneret, essetq; paratus ad ingrediendum regnum, vocatis regni Cancellario, domino Edmundo Stafford episcopo Cicerestrēsi: & thesaurario, V Vilhelmo Scrope comite de V Viltshire: & militibus de regis consilio, Iohanne Bushy, V Vilhelmo Bagot, Henrico Grene, & Iohanne Russel, quæsiuit sup̄ isto negotio quid esset agendum.
- Qui consuluerunt vt de Londonijs se transferret ad sanctum Albanum, præstolaturus ibidem manum bellicam, quæ possit duci resistere venienti, sed quàm inane fuit eorum in hac parte consilium rei exitus declarauit. Nam aduenientes illuc de multis prouincijs protestabantur se duci Lancastriæ nolle nocere, quem nouerant iniuriōse tractatum fuisse. Dicti verò nequam cōsiliarij Iohannes Bushy, V Vilhelmus Bagot, Henricus Grene, cum thesaurario V Vilhelmo Scrope, cognoscētes iam cōmunitatem adhærere velle duci Lancastriæ, relicto regni custode, atque Cancellario, fugerunt ad castrum Bristolliæ festinanter. Et dux Lancastriæ circa festū sancti Martini translationis applicuit prop̄ locum vbi quòdam fuit villa de Rauenesmere, nemine resistente. Cui occurrit comes Northumbriæ dominus Henricus Percy, & dominus Henricus eiusdem filius, Comes V Vestmerlande dominus Radulphus Neuile, alijq; domini, qui timebāt regis tyrānidē plures valdē. Factusq; est in breui exercitus, quasi sexaginta millium pugnatorum, qui omnes vno voto statuerunt in primis persequi regis malos consiliarios antedictos. Venerūt Bristoliam celeriter, & obsederūt castrum, quia parauerūt restitisse, vbi tandem capti sunt Thesaurarius V Vilhelmus le Scrop, Iohānes Bushy, Hēricus Grene, qui statim in crastino ad clamorē communiū sunt decapitati, solus ex eis V V. Bagot euasit in Hiberniam nauigando. Non enim cum socijs suis Bristoliam se contulerat, sed apud Cestriam fugat & se occultaret.
- Richardus rex cū audisset in Hibernia de ducis aduentu: mox curauit filium ducis Glouerniæ, & filium ducis Lancastriæ in castro de Trym recludere (quod est in Hibernia satis forte) & confestim ad nauigium conuolauit, cum ducibus Albemarlæ, Exoniæ, & Southreyæ, & Episcopis Londoniensi, Lincolniesi, & Carleoleni, multisq; alijs, vt duci occurreret cum armata manu, priusquam ipse auxiliarios congregasset. Sed cū Angliam attigisset, & cognosset de ducis apparatu, pugnandi dimisit animū, pro certo tenens quòd populus contra eum cōgregatus, citius mori vellet, quàm cedere, tam propter eius odium, quàm timorem. Dimisit igitur familiam, monens per Senescalum dominum Thomam Percy, vt se reseruarent ad tempora meliora. Ipse verò rex quærens diuorcia, huc illucq; contulit, multis diebus semper eum duce

cum

*Rex dedit se
duci.*

*Rex cedit re-
gno.*

*Regis deposi-
tionis forma.*

cum exercitu insequente. Tandem apud Castellum de Conevey constitutus, petijt habere colloquium cum domino Thoma Arundel, quem expulerat de Archiepiscopatu Cant. & comite Northumbriæ, cum nulla spes esset ulterius fugiendi. Quibus indicauit se velle regno cedere, si sibi victus honorificus viteq; securitas octo personis (quas nominare vellet) fide interposita donaretur. Quibus concessis & firmatis, venit ad castrum de Flynt, vbi habito breui colloquio cum duce Lancastriæ, mox ascensis equis venerunt ad castellum Cestriæ ea nocte cum exercitu: (qui ducem secutus fuerat numerosus valde) reddidit autem se rex duci vicesimo die mensis Augusti, & quadragesimo septimo die ab ingressu ducis in Angliam, thesaurus regis, cum equis, & alijs ornamentis, & vniuersa domus suppellectili, venit ad manus ducis: sed familiares regis magnates, domini, & mediocres, per VVallicos & Northumbrenses despoliati sunt. Rex verò perductus est Londonijs conseruandus in turri, vsque ad parliamentum proximo celebrandum. Interim directæ sunt breuia ad personas regni, qui de iure debeant interesse parlamento, sub nomine regis Richardi, vt conuenirēt Londonijs apud VVestm. in crastino sancti Michaelis. Quibus cōueniētibus, ipso die sancti Michaelis coram Archiepiscopo Cant. Thoma de Arundel, Archiepiscopo Ebor. Richardo le Scrop: & Iohanne Episcopo Herfordensi: nec non domino Henrico duce Lancastriæ: Henrico comite Northumbriæ: Radulpho comite VVestmerlandiæ: Hugone domino de Burnele: domino Thoma de Berkeleye: Abbate VVestmonast. Priore de Cantuar. domino de Roos, de VVilby, de Bergenney: VV. Thirnynges, & I. Makeham iusticiarijs: Tho. Stoke, & Iohanne Burbache legum doctoribus: T. Herpingham, & T. Gray militibus: VVilhelmo de Ferby, & Dionysio Lopham notarijs publicis: in turri Lodoniarium, rex Richardus gratanter (vt apparuit) & vultu hilari, perlegit distinctè formam cessationis suæ, & absoluit ligeos suos à iuramento fidelitatis & homagij, & relaxauit ab omnibus alijs iuramentis quibuscunq; & suis dominijs renunciauit & cessit, iurauit talia dixit, & protulit in legendo, & manu propria subscripsit, prout in forma cessationis plenius continetur. Et mox adiunxit, quod desiderauit vt dux Lancastriæ succederet sibi in regno, sed quia hoc in potestate sua non erat, Archiepiscopum Eboracensem, & Episcopum Herfordensem pro tunc suos constituit procuratores, ad declarandum & intimandum cessationi. Sede regali tunc vacua, absq; presidente quocunq; procuratores regis Richardi, Archiepiscopus Ebor. & Herfordensis renunciationem dicti regis, & cessionem, omnibus statibus regni tunc adunatis ibi publicè declararunt. Quam quidem renunciationem & cessionem singuli singillatim super hoc requisiti vnanimiter & concorditer admiserunt: tunc fuit expositum publicè, quod fuit expediens ac vtile regno prædicto, pro omni scrupulo & sinistra suspitione tollendis, quod plura crimina & defectus per dictum regem circa malum regimen regni sui frequentius perpetrata, propter quæ (vt idem rex asseruit in cessione sua) facta per eum, & esset ipse meritò deponendus à populo legeretur, quodq; essent populo declarata. Lecti sunt igitur articuli numero triginta duo, qui omnes violationes iuramenti regalis finaliter cōcludebāt. Et quoniam videbatur cunctis regni statibus super dictis articulis singillatim ac etiam cōmuniter interrogatis, quod illæ causæ criminis erant sufficientes, & notoriæ ad deponendum eundem regem, ordinati sunt commissarii ex parte statuum & cōmunitatis eiusdem regni, ad ferendum depositionis sententiam cōtra dictum regem sub forma quæ sequitur. In dei nomine amen. Nos I. Episcopo Assaunensis, I. Abbas Glasconienfes, Thomas comes Gloucestriæ, Tho. dominus de Berkeleye, Th. de Erpingham, Th. Gray milites, VVilhelmus Thirnyng iusticiarius,

ciarius, per pares & procures regni Angliæ spirituales & temporales, & eiusdem regni communitates, omnes status eiusdem regni representantes, commissarii ad infra scripta spiritualiter deputati pro tribunali sedentes attentos perurijis multiplicibus, ac crudelitate alijsquæ quampluribus criminibus dicti Richardi, contra regimen suum in regnis & dominijs supradictis, pro tempore sui regiminis commissis & perpetratis, ac etiam dictis statibus palatii & publice propositionibus exhibitis & recitatis, quæ adeo fuerunt & sunt publica, & notaria, manifesta & famosa, quod nulla poterant aut poterunt tergiversatione celari: nec non confessione post dicti regis recognoscentis, & reputantis, ac veraciter ex certa scientia iudicantes, se fuisse & esse insufficientem penitus, & irrationabilem, ad regimen & gubernationem regnorum & dominijs predictorum, & partium eorundem, ac propter demerita notaria, non inmerito deponendum, ac per ipsum Richardum prius emissa, ac de voluntate & mandatis sui coram dictis statibus publicata, eisquæ notificata, & expōita in vulgari præhabita, super hijs & omnibus in ipso negotio actitatis coram statibus antedictis, & nobis diligenti vice, nomine, & auctoritate nobis in hac parte commissa, ipsum Richardum ex abundantia & ad cautelam, ad regimen & gubernationem dictorum regnorum, & dominijs iuriumquæ & partium eorundem fuisse & esse inutilem, inhabilem, & insufficientem penitus & indignum, ac propter præmissa, & eorum prætextu ab omni dignitate & honore regis (si quid dignitatis & honoris huius in eo remanserit) merito deponendum pronunciamus, decernimus & declaramus: & etiam simili cautela deponimus, per nostram definitiuam sententiam in hijs scriptis. Omnibus & singulis dominis, Archiepiscopis, Episcopis & prælatis, ducibus, marchionibus & comitibus, baronibus, militibus, vassallibus quibuscunque ac cæteris hominibus dictorum regnorum, & dominijs, & aliorum locorum, ad dicta regna & dominia spectantium, subditis ac ligeis suis quibuscunque ipsorum de cætero inhibentes expressè, ne quisquam ipsorum de cætero præfato Richardo tanquam regi, vel domino regnorum, aut dominijs predictorum pareat quomodolibet, vel intendat, volentes præterea dicti status quod vel desit quod valeat aut debeat contra præmissa requiri, superindè singillatim interrogari personas easdem prius per commissarios nominatos, constituerent procuratores suos communiter & diuisim ad resignandum & reddendum dicto regi homagium, & fidelitatem prius sibi facta & ad præmissa omnia huius depositionis & renuntiationem tangentia, si oportuerit intimandum. Et contestim vt constabat de præmissis & eorum occasione regnum Angliæ cum pertinentijs suis vacare: præfatus Henricus dux Lancastriæ de loco suo surrexit, & stans erectus vt videri posset à populo, & muniens se signo crucis in facie, & in pectore, inuocato christi nomine, regnum Angliæ sic vacans (vt præmittitur) cum corona, ac omnibus membris & pertinentijs vendicauit in lingua materna: sub hac forma veterum.

IN dei nomine Amen. Ego Henricus de Lancastria, vendico regnum istud, cum corona, & omnibus membris illi pertinentibus, tanquam per regium sanguinem veniens de rege Henrico, & per iusticiam quam deus de sua gratia mihi misit, cum adiutorio consanguineorum meorum, & amicorum, ad recuperandum illud: quod regnū erat in puncto perditionis propter defectum gubernationis, & legum violationem. Post quam quidem vendicationē, tam domini spirituales, quàm temporales, & omnis regni status, concesserunt vnanimiter, vt dux præfatus super eos regnaret. Tunc Archiepiscopus Cantuariensis

Mm.

apprehen-

apprehendens manum eius dexteram, posuit eum in sede regali, assistente sibi Archiepiscopo Eboracensi, & vniuerso populo applaudente. Et confestim dominus Archiepiscopus assumpto themate prædicauit, cuius thema fuit: Vir dominabitur in populo. i. regū. 9. &c. Posthæc de mandato noui regis fuit proclamatum publice in magna aula, quod die lune proxima post festū sancti Michaëlis, parliamentum teneri ac celebrari deberet. Et quod die lune ex tunc proximo sequente, videlicet in festo sancti Edvvardi, coronario regis fieret apud VVestmonasterium. Quibus ita peractis, rex de sede sua surgens, & populum vultu hilari & benigno respiciens, recessit ad albam aulam, vbī eo die conuiuium solemne celebrauit. Die Mercurij proxima sequente, dicti procuratores (vt præmittitur) deputati ad præsentiam dicti Richardi (nuper regis) infra turrē existentis, prout eis iniunctum fuerat, acceperunt & per os domini VVilhelmi Thiroing admissionem renunciationis, ac modum, causam, & formam depositionis huiusmodi eidem Richardo notificarunt, & vice omnium regni statuum homagium & fidelitatem eidem Richardo nuper regi factam (vt præmittitur) reddiderunt & resignarūt: ita quod nullus dictorum statuum siue populi ab hoc tempore & deinceps sibi portaret fidem nec obedientiam tanquam regi suo. Ad quæ solum respondit istud, quod non respexit post talia: sed posthæc omnia (inquit) spero quod cognatus meus vult esse mihi bonus dominus & amicus.

20

Rex Henricus in hoc parlamento fecit secundum filium suum dictum

Thomam, Angliæ Senescallum: procreauerat siquidem masculini sexus ex filia domini Humfridi Boun comitis Herfordiæ iuniore, quatuor liberos, & duas fæminas, primogenitus vocabatur Henricus, secundus Thomas, tertius Iohannes, quartus Humfridus.

De



De tempore regis Henrici post Con-
questum quarti.

401



In translationis sancti Edvardi regis & confessoris, coronatus est rex Henricus quartus apud Westmonasterium, per manus domini Thomae Archiepiscopi Cantuariensis: ipso videlicet die, quo fuerat in exilium relegatus anno reuoluto, non sine diuino miraculo (ut putatur) & in auspiciu vberioris gratiae sibi futurae (prout creditur) vnctus est illo caelesti vnguento, quod olim beata Maria mater dei commisit beato Thomae martyri Archiepiscopo Cant. dum esset in exilio, conseruandum; praedicens eidem, quod reges Angloru qui vngerentur hoc vnguento, pugiles essent Ecclesiae, & benigni. Hoc vnguentum in aquila aurea, & ampulla lapidea conseruatum latuit per multa tempora, sed tandem miraculose manifestatum. Dum dominus Henricus primus dux Lacastriae bella gereret regis sui in partibus transmarinis, ipsi nempe tradita fuit praedicta aquila per quendam sanctum virum, qui illam inuenerat reuelatione diuina. Qui dedit eam nobilissimo principi Ed-

vardo (primigenito Edvardi illustris regis Angliae) ut in ea vnctione post mortem patris vngeretur in regem. Qui posuit in turri Londoniariu vnguentu praefatu, recludens in cista multis firmata securis, latuitq; ibi vel per obliuionem, vel per negligentia, vsq; ad tempus Richardi regis filij principis memorati.

Anno domini praedicto millesimo trecentesimo nonagesimo nono, praedictus rex Richardus curiosè persequutus res à progenitoribus sibi relictas, inopinatò reperit aquilam & ampullam, & scripturam siue prophetiam beati Thomae martyris cum eisdem. Et cum didicisset virtutem talem vnctionis, rogauit dominum Thomam Cant. archiepiscopum, ut eum denuò vngeret hoc vnguento. Qui hoc facere omninò recusauit, dicens sibi sufficere quod semel per manus suas sacram suscepit in coronatione pristina vnctionem, quae habere nõ debuit iterationem. Hanc aquilam etiam ampulla rex Richardus portauit in Hiberniam, profecturus & denuò rediens in hanc terram. Quam petenti Archiepiscopo apud Cestriam tradidit, dicens se iam patienter clarescere quod non fuit voluntatis diuinæ, ut vngeretur illo vnguento, sed alteri deberi tam nobile sacramentum. Archiepiscopus verò reseruans tanta iocalia sub veneranda custodia, ea tenuit vsq; ad tempus coronationis regis moderni, qui primus regum Angliae vnctus est tam precioso liquore. Durante parlamento, creauit rex filium suum primogenitum Henricum, cum consensu omniu regni statuū, principem Valliae, addens ducatum Cornubiæ, & Cestriae comitatum. Expost in eodem parlamento creauit eum ducem Aquitaniae, & heredem proximum regni Angliae. In hoc parlamento fuit ordinatum, ut statuta, &c. facta in parlamento tento in festo exaltationis sanctae crucis. 21. anno Richardi regis apud Vest. & postea dilato Salopiam (in quo certa potestas commissa fuit per auctoritatem dicti parlamenti, certis personis, ad procedendum in certis articulis in rotulo parlamēti, qua occasione diuersa statuta, iudicia, ordinationes & confirmationes erroneae, facta fuerunt in exheredationem finalem, destructionē, & extirpationem plurimorum honorabilium dominorum, & aliorum ligeorum regni & heredum eorum imperpetuū cum suis circumstantijs vniuersis) annullentur, reuocentur, irrita habeantur, & cassentur. Item ut parliamentum tentum

Mm.ij.

apud

*Iudicium in
Dominos.*

apud VVestmonasteriū, anno Richardi regis. II. firmiter teneatur pro honore
& commodo totius regni. Item vt domini alijq; personæ, qui fuerunt foris iu-
dicati in parlamento anno. 21. Richardi regis, & eorum hæredes qui mortui
sunt, restituantur integraliter suis possessionibus, sine alia prosecutione aut libe-
ratione facienda, excepto quòd dicti domini & alij nihil habebunt de exitibus
receptis medio tempore. In eodem parlamento rex dedit comiti Northum-
briæ insulam Euboniæ, tenendam de rege, per seruitium deportationis gladij
cum quo intrauit Angliam: dedit & Comiti VVestmerlandiæ Richemundiæ
comitatum. Item iudicium datum fuit contra appellantes ducis Gloucestriæ,
tali modo. Domini in præsentì parlamento regis assensu iudicant & decernunt
quòd duces Albemariæ, Surreyæ & Excestriæ, qui modò sunt præsentès & fue-
runt appellantes, amitterent ducum nomina & honores exindè pariter & dig-
nitates. Et quòd Marchio de Dorsete, qui præsens est, nomen amittat Marchio-
nis. Et comes de Gloucester qui præsens est, nomen amittat pro se & hæredi-
bus suis sicut & superiùs nominati. Et vt omnia Castella, prædia, dominia,
& cætera quæ habuerunt (de hijs quæ fuerunt eorum quos appellauerant) à
die arrestationis ducis Gloucestriæ, & aliorum dominorum, vel expost aliquo
tèpore simpliciter, & absq; gratia & misericordia vlla perdant. Et vt omnia alia
castella, prædia, dominia, possessiones, & libertates (quæ tenuerant de dono re-
gis ipso die vel postea,) stent in regis gratia ab hac hora: & quòd omnes litteræ
patentes, & chartæ quas habuerunt, vel aliquis illorum habet dictorum nomi-
num, castellorum, dominiorum, possessionum & libertatum, sursum reddan-
tur in Cancellariam ibidem cancellanda. Et quòd omninò consistent in statu,
quem habuerunt nomine & possessione, ante dictum diem arrestationis præ-
dictæ. Et quod ipsi nec aliquis illorum dec. libratas vel signa, nec faciat retinen-
tiam hominum, nisi officiariorum intrariorum in suis domibus, & officiariorum
extra, ad gubernandum hospitia, terras, & possessiones eorum, & aliorum
intrariorum, prout rationabiliter pertinet dictarum statui personarum. Et vl-
teriùs domini temporales regis assensu iudicant & decernunt, quòd si isti post-
dicti domini, dux de Almarle, & cæteri, siue illorum aliquis, vnquam adhæreat
Richardo (qui fuit rex, & est depositus) ferendo consilium, adiutorium, vel
confortamen sibi contra dictam depositionem, iudicium, ordinationē, vel af-
firmationem in præsentì parlamento tangentem personam dicti Richardi, vt
sint in pena proditionis, & pro talibus habeantur & teneantur. Et insuper,
quia fuit & est clamor & tumultus magnus in communi populo, quòd quidam
dictorum dominorum famuli fecerunt grandes extortiones, iniurias, & op-
pressiones in communi populo, per causarum manu tenentiam domini supra-
dicti regis assensu, iudicant & decernunt quòd fiant proclamationes, & cætera,
quòd si vllus velit conqueri de dictis dominis, vel de aliquo de sua familia qui
cum illis est aut erat hijs temporibus, scilicet de extortionibus, iniurijs, vel op-
pressionibus sibi factis per eosdem, veniat & grauamen insinuet, & remedium
fiet ei. Post iudicium datum contra dominos prædictos, ortum est murmur
maximum in communi populo contra regem & Archiepiscopum Cantuar.
comitemq; Northumbriæ, aliosquē de regis consilio, quòd vitas saluassent ho-
minū quos vulgus sceleratissimos & morte dignissimos reputabat. Rex vt de-
monstraret cunctis gentibus in circuitu constitutis, quo iure, quo titulo, quo
fauore coronam regni susceperit, misit ad curiam Romanam ambasiatores,
Episcopum Herfordensem, Magistrum Ioh. Treuenant, I. Cheyne militem,
& Ioh. Cheyne scutiferum: in Franciam misit Episcopum Dunelmensem,
magistrum VValterum Skirlovy, & comitem VVygornię dominū Thomam
Percy,

Percy. In Hispaniâ Episcopum Asslaensem, magistrum I. Trehor, & dominum V Vilhelmum Par militem destinavit. In Almaniâ misit Episcopum Bangorensen, cum alijs quorum nomina non tenemus. Scoti per tempus parliamenti nacta occasione de dominorum absentia Borealium, & quia partes Angliæ Boreales per illud tempus premebantur grandi pestilentia, partes illas hostiliter intraverunt, & castrum de VVerk, quod deputatum fuerat custodiæ domini Thomæ Gray militis, qui pro tunc in parlamento stetit pro comoditate gentis suæ, ceperunt, & per tempus aliquod tenuerunt, quod tandem despoliaverunt & funditus deiecerunt, aliq; multa mala fecerunt in terra. Thomas de Moubray (quondam dux Northfolchiæ) diem clausit extremum in terra peregrinationis, cuius mors fuisset toti regno deflenda merito, si in ducis Glouerniæ necem minime concessisset. Item hoc anno cecidit in fata domina ducissa Glouerniæ, quæ (parum fausto omine) filium suum & heredem amiserat (Humfridum vocabulo) subtractum sibi pestilentia, cum fuisset Hibernia reuocatus. Sub hoc tempore Romæ, imagines crucifixi & beatæ virginis Mariæ, humorem sanguineum sudauerunt. Quo tempore nobiles penè totius Italiæ, cum plebe comuni, noua deuotione tacti, induti pannis lineis, cum crucibus insertis in eisdem, ferentes cruces in manibus, & vexilla habentes, etiam imaginem crucifixi deportatam coram eis, fecerunt processiones, circumeuntes stationes die noctuq; & nudatis corporibus vsque vmbilicum, flagellabant se, cantantes pios cantus in vulgari & in latino, sed deuotius & frequentius inter ceteros, stabat mater dolorosa iuxta crucem, lachrymosa dum pendeat filius, & clamabant sapissimè misericordiam & pacem in suo vulgari. Fuerunt autem in vna comitiua quadraginta millia: in alia verò viginti millia: in alia quoque decem millia: vt autem vna comitiua compleuit Romæ suam deuotionem, accessit & alia, faciens per omnia sicut prior, & non dormierunt in lectis pro tempore peregrinationis suæ, nec carnes aut lactinia comederunt, & diebus Sabbati generaliter ieiunauerunt.

30 **A** Nno gratiæ millesimo, quadringentesimo, (qui est annus regni regis Henrici à conquestu quarti primus) comites Cantij, Salisburie, & Huntingdoniæ ingrati regis beneficijs, qui vitas eorum saluauerat, contra vota cunctorum regni communium, ac multorum procerum congregantes iniquitatem sibi, per conuenticula facta varijs locis, & coniurationes, statuerunt super regem irruisse repente in Castello de VVyndeshore, sub simulatione ludorum natalitiorum, & eum cum filijs suis crudeliter peremisse. Regemq; Richardum requisitum regno restituisse, & per tanta facinora nomina ducum atque possessiones quibus priuati fuerant recuperasse. Sed rex graciosè prænosceus præstructos dolos, de loco recessit, & Londonias se contulit festinanter. Illi verò (scilicet comes Cantij, & comes Sarum) putantes regem latere suam conspirationem, dominica proxima post festum circumcisionis domini, id est in octauis Innocentiū, in ipsius noctis crepusculo præfatum facinus perficere sunt aggressi: peruenieruntq; ad castellum cum armata manu circiter quadringentorum virorum, sed cum cognouissent regem præmonitum, conturbati sunt valde, diuorcia requirebant, veneruntque cursu velocissimo ad Sunninges (quoddam prædium iuxta Radingiam) vbi regina tunc temporis morabatur. Ingressusque Comes Cantij, cum prædicto Comite Sarum (dissimulata tristitia in præsentia familiæ reginæ sibi occurrentis) eleuata ad frontem dextera, signauit se: Benedicite (inquit) quid accidit quod dominus Henricus de Lancastria sic à facie mea fugit, qui tantum de sua strenuitate & militia se extollebat? Et mox subiunxit: Domini (ait) & amici, noueritis quod

Henricus de Lācastria (me persequente) fugit ad turrim Londoniarium, cum filijs suis & amicis. Et meæ intentionis est adire Richardum, qui fuit, & est, & erit verus rex noster, quia iam euasit de carcere, & iacet ad Pontem fractum cum centum millibus defensorum. Vt autem fidem faceret dictis, detraxit signa regis, scilicet collaria de collis quorundā quos vidit ibi habētes signa talia, cū despectu, dicens nō esse gestandum de cetero tale signū. Detraxit insuper de brachijs domicellorum signa crescentium & abiecit. Sicq; lætificata regina (licet inaniter) recessit, tendens primò VValingsfordiam, deindē Abyndoniam, commonens populum per omnes vias, vt arma caperēt, & occurrerent regi suo Richardo. Peruenit tādē Cirecestriam cæca nocte: viri verò dictæ villæ suspectū 10 habentes tantum apparatus, & putantes (prout erat) rumores eorum mendaces, præstrinxerunt omnes aditus & exitus hospitij eorundem. Cūmq; media nocte temptassent latēter discedere, villani arcubus & sagittis armati, eos egredi nō sinebant. Comites verò cognoscētes sibi imminere periculum, & ipsi ad arma conuolant, putantes villanos leui negotio superandos. Pugnatum est igitur, hic, & ibi, à noctis medio vsq; ad horam diēi tertiam. Tandem fatigati, manus dederunt cōmunibus, obnixē præcantes vt saluarentur à morte donec cū rege colloquium habuissent. Si non quidam præbyter de eorum familia ignem misisset in quasdam domos villæ, hac intentione, vt occupatis cōmunibus circa extinctionem ignis, domini possent habere euadendi occasionem, sed frustra, nam 20 cōmunes relictis domibus in cōflagrationis periculo, maiori furia cōcitabantur ad vindicandum in dictos dominos incēdij damna prædicti: perduxerūt igitur eos de Abbathia, & in ipso noctis crepusculo decollauerūt. Comes Sarum (qui Lolardorum fautor in tota vita fuerat, & imaginū vilipensor, contemptor canonum, sacramentorumq; derisor, sine sacramēto cōfessionis (vt fertur) vitam finiuit. Comes Huntingdoniæ dominus Ioh. Holand, non erat cum prædictis dominis apud castellum de VVindesore, sed expectauit Londonijs rei finem. Qui cū nouisset rē versam contra vota: fugere nitebatur in schapha, sed vento flante cōtrario repulsus est. Quamobrem equo vestrus, peruenit Ełstexiam, cum quodam milite dicto Ioha. Scheuele. Tentauit igitur per mare fugisse ab 30 illis partibus, sed quotiens voluit mare ingredi, totiens repulsus est vi ventorum, donec omninō desperans de Neptuni suffragijs, desistit ab inceptis. Tandē reuersus in terram ad domum cuiusdam amici, qui dum sederet in cæna cum milite supradicto, captus est per cōmunes patriæ, & ductus primò ad villam de Chelmeffordia, deinde ad portalicium de Pleshy, custodiendus ibidem tanquā loco securiori. Quo cōfluentibus regionis communibus, die sancti Mauri circa solis occasum productus est, & in loco quo dominus eorum dux Glouerniæ quondam arestatus fuit per regem Richardum, decapitatus est, confessus prius lachrymabiliter, se peccasse in deum suum multipliciter, & in regem suum, quia sciens cōsilia dictorum dominorum, regem exindē minimē præmonuisset. Per 40 idem tempus dominus Tho. le Spencer qui dicebatur comes Gloucestriæ, dum fugisse proposuerat, repentē captus, ductus est Bristoliam, vbi iuxta vota communium decollatus est. Capti sunt quamplures alij huius cōspirationis conscij, & morte mulctati sunt, quidam Oxonijs, quidam Lōdonijs. Dammati sunt nempe Londonijs clerici, I. Maudeleyn Mavvde & VVilhelmus Ferby, qui tractione, suspensione & capitis detractione finierunt vitam. Bernardus Brokays, & Ioh. Scheuele milites, alij quoq; plures acceperunt similem mortis sortē. Episcopus Carleolensis imperitus de cōiuratione, dānatus est, sed tamē regis misericordia reseruatus. Richardus (quondā rex Angliæ) cū audisset hæc infortunia, mente cōsternatus, semetipsum extinxit in ædia voluntaria (vt fertur) clausitq;

clausitq; diem extremum apud castrum de Pontefraeto, die sancti Valentini. *Richardus*
 Cuius corpus per loca celeberrima quæ inter iacent à dicto castello vsque Lon- *mors.*
 donias, vbi contigit pernoctare, monstratum est post officium mortuorum, &
 in crastino post Missam peractâ. Cumquæ in ecclesia Sancti Pauli Londonijs
 celebratæ fuissent exequiæ, rege præsentè, & Londoniarum ciuibus, confestim
 corpus reportari iubetur ad Langley, tumulandum in ecclesia fratrum prædi-
 catorum, perfeceruntq; ibidem supremum officium Episcopus Cestrensis, ab-
 bas sancti Albani, & Abbas de VValtham, sine magnatum præsentia, sine po-
 pulari turba, nec erat qui eos inuitaret ad prandium post laborem. Eodem an-
 10 no sub æstiuo tempore fuit Epidemia quæ multos hac luce priuauit. Eo tempo-
 re per viros de Lemnia, captæ sunt quædam naues Scotorum, quarum Admi-
 ralius fuit dominus Robertus Logon miles Scoticus, qui pactus fuerat destru-
 xisse nauigium Anglicanum, & præcipuè piscantes apud Aberdenam. Sub eo-
 dem tempore nostrates insulas Orcadum quasdam deprædati sunt. Mox etiam
 rex (congregato exercitu) profectus est in Scotiam, sed Scotis se subtrahenti-
 bus, nec facientibus belli copiâ, rex vastata patria reuersus est. Interea VVallici *Wallorum re-*
 naçta occasione de regis absentia, (duce quodam Ovveno de Glendour,) re- *bellio.*
 bellare ceperunt. Hic primò apprenticius fuit apud VVestmonasterium, deinde
 20 dum Grey de Ruthyn, pro terris quas asseruit sibi iure hæreditario pertinere,
 cum rationes suas & allegationes paruipensas cerneret, primò in dictum domi-
 num de Grey hostilia commouit arma, vastans possessiones eius per incendia,
 & ferro perimens plures de sua familia nimis crudeliter & inhumanè. Quem
 proinde rex prosequi statuens, tanquam pacis patriæ turbatorem, cum armata
 manu VValliam est ingressus, sed Cambri cum duce suo montes Snovvdoniæ
 occupantes, intentata vindicta se protinùs subtraxerunt. Rex verò combusta
 regione, & quibusdam peremptis (quos fors pro tunc gladijs ænigmatis obtule-
 rat) cum præda iumentorum & animalium remeavit. Hoc anno obiit magister
 30 Radulphus Ergam Episcopus Bathoniensis, cuius loco regis intuitu electus est
 magister Henricus Boovvet. Sub eodem tempore imperator Constantinopoli-
 tanus venit in Angliam, postulaturus subsidium contra Turcas. Cui occurrit
Imperator in
Angliã venit.
 rex cum apparatu nobili, ad le Blackheth, die sancti Thomæ apostoli, suscepitq;
 (prout decuit) tantum heroem, duxitq; Londonias, & per multos dies exhibuit
 gloriose, pro expensis hospitij sui soluens, & eum respiciens tanto fastigio do-
 nativus. Papa transtulit episcopum Carleolensem ad Episcopatum alium, vn-
 de nec fructus perciperet nec prouentus, cui successit in Pontificatum Liguba-
 liæ magister VVilhelmus Strikelande.

ANno domini M. CCCCj. (qui est annus regni regis Henrici à conquestu
 quarti secundus) post Epiphaniam factum est parliamentum Londonijs, *Parliamentum*
 40 in quo statutum fuit editum de Lolardis, vt vbicunque deprehenderetur suam *Londini.*
 prauam doctrinam amplexantes, caperentur, & diocesano episcopo traderen-
 tur. Qui si perseverarint pertinaciter opiniones suas defendere, degradaren-
 tur, & iurisdictioni seculari committerentur: præfixataq; fuit hæc lex in pseu-
 do præbytero, qui apud Smithfield (multis aspectantibus) est combustus.

Rex de Lecto peremit in bello Balsak, filiū Balthasardan illustris (quem Ad-
 miratum vocant) destruxitquæ Hierusalem, & in circuitu regionem, & quia
 gratiose vicit eum, & inopinabiliter conuersus est ad christianitatis ritum, cum
 sexaginta millibus hominum sectæ suæ. His auditis rumoribus, imperator læ-
 tior recessit ab Anglis, honoratus à rege donarijs præciosis. Hoc anno. 6. idus
 Aprilis obiit dominus Tho. de Bello campo, comes VVarvvici, qui sæuâ for-
 tunam

tunam expertus fuerat sub rege Richardo. Eodē anno debita naturā soluit magister I. de Bottlesham, qui ex fratre de ordine Prædicatorū factus est episcopus Bethlemitanus ac deinde Rossensis, per Urbanum papam, cui successit I. eiusdē cognominis clericus de familia domini Cantuariensis. Sub hoc tēpore conditiōnibus iam inter regna firmatis, & omnibus profectioni reginæ necessarijs preparatis, reuecta est Isabella (quondam regina Angliæ) ad patrem patriamque suam Franciæ, non dum annorum plenē duodecim. Hoc tempore Ovvenus de Glendor, cum suis VVallensibus damna grauiā infert Anglis. Cū nocte quadam rex iturus esset cubitum (deo protegēte) euasit lethale periculum. Si quidem in stramēto lecti sui (cuiusdā proditoris ingenio) positum fuerat quoddam ferrum fabrefactum ad modū tricuspidis, habens tres longos aculeos subtiles, atque rotundos, pūctuum aculeis acutissimis, sursum erectis, tali ingenio, ut cū rex decubisset, & mole corporali stramenta pressisset, per eosdē aculeos vulneratus fuisset, vel forsitan interfectus: Sed (deo volente) rex inopinatō persensit instrumentum mortiferum, & periculum deuittauit.

ANno gratiæ M. CCCCij. (qui est annus regni regis Henrici à conquestu quarti tertius, Cometa apparuit mense Marcio, primò inter chorū & septentrionem, videlicet in circio flammās emittens, postremò comas in boream transferens, præsignans fortassis effusionē humani sanguinis circa partes VVallie & Northumbriæ expositā futuram. Eo tempore Ovvenus de Glendor vastauit terras domini Reginaldi de Grey, cui occurrens idem dominus, putans eum leui negotio superandum, inopinatō (versa mortis alea) captus est, & de suis plurimi trucidati, quod infortuniū VVallicos extulit in superbiam, & insolentiam auxit eisdem. Circa festum Pentecostes coniurauerunt quidam mortem regis, asserentes regem Richardum viuere, & quātotius in palam venturum, & suos fideles dignē remuneraturum. Huius conspirationis in parte metus euauit, capto quodam præbytero apud VVare, qui scripserat nomina multorum in matricula, qui futurę turbationis auctores vel adiutores fuissent. Iste iuxta conceptum proprium, nomina plurimorum inscripserat, qui nullatenus conscij fuerant huius facti, prout expositū patuit sua confessione, nempe 30 cū requisitus fuisset de certis personis coram eo constitutis, quorum nomina ipse irrotulasset, si nouisset eas, respondit quod nō, & cū interrogatus fuisset quare tales irrotulasset, dixit, quia opinabatur eos voluisse fecisse cōtra regē si complices inuenissent, quia per regem Richardum ditati quondam fuerant, & promoti. Hac occasione liberati sunt plurimi qui fuere suspecti, & sacerdos tractus & suspensus est. Non multò post Prior quōdam de Lavvne, qui pro malo prioratus sui regimine à beneficio & statu suo priuatus erat, sortem similē est expertus, non quia deprehensus aliquid ætitasse, sed quia confessus se maligni cōsiliij fuisse consciū, & hoc vtique concealasse. Hic erat quondam canonicus apud Dunstapliam, dictus VValterus de Baldok, qui (malo omine) relicto clau- 40 stro, peruenit ad regis Richardi curiā, & ibidem limitatus diuissimē cum fortuna, tandem dono regis, de Lavvne obtinuit prioratū. Eo tempore, sat iniquo sydere, quidā ex ordine Minorum de proditiōne pensantes, priusquā procedere potuissent capti sunt. Quorū vnus interrogatus quid facere voluisset, si rex Richardus viueret & adesset, respondit constanter, se pro eo velle decertasse contra quemlibet vsque ad mortem: data proindē contra eum sententia, tractus & suspensus est in habitu suo religionis. Sed confratres eius non ferentes tantum dedecus, æstimauerūt ut corpus defuncti supremis exequijs curarentur. Suspensus est etiā eo tempore miles Rogerus de Clarindon (filius ut dicebatur) nothus quondam nobilis principis Edvvardi, filij regis Edvvardi tertij, à conquestu) & cum eo

cum eo suus armiger, & valedictus, cō quōd accusati de proditiōe defecerunt in purgatione. Diabolica species apparuit in Estsexia apud Danbury, in festo corporis Christi, hora vesperarū in similitudine fratris Minoris intrantis ecclesiā, & insolentissimē debacchātis, vnde terrorem parochianis inculsit indicibilem. Eadem hora cum tempestatis turbine, & tonitruo perhorrendo, fragore fulgurum & choruscationum globis collucens, concavitas totius ecclesiæ confracta est, & medietas cancelli confracta & dissipata. Post dies aliquot capti sunt oſto fratres de Minorum ordine, & ad iudicium publicum dedecorose tracti, vbi examinati, & conuicti, quōd contra regem fecissent, London. tracti, *Demon species fratris.*
 10 suspensi & decapitati sunt. Eo tempore Ovvenus de Glendor, cum comitiua Cambrensiū, assuetis intendens irruptionibus, penē totam militiam Herefordensis comitatus prouocauit ad arma. Cuius comitatus viris congregatis, Edmūdus de Mortuomari prębuit ducatum, sed cū peruentū fuisset ad actum, (proditiōe mediāte) Edmundus captus & ceteri victi sunt, occisus de magnatibus amplius quā mille viris, vbi perpetratum est facinus seculis inauditū, nam scēminæ VVallensium post conflictum, genitalia peremptorum absciderunt, & membrum pendendum in ore cuiuslibet mortui posuerunt, testiculosquē à mento dependere fecerunt, nasosquē præcisos in culis presserunt eorundem, nec patiebantur, corpora peremptorum sine grandi prætio supremis
 20 exequijs commendari.

Hoc anno misit rex filiam suam cum grandi apparatū ad Coloniam Agrippinam, cui occurrit filius Imperatoris in apparatu, qui (vt decuit nomen tanti fastigij) nec paruerat in occursum venire tantæ virgini. Ibi tamen iuuenis duxit (more regionis) virginē in vxorem. Rex Angliæ ante festum assumptionis sanctæ Marię, collectis exercitibus, profectus est in VValliam, ad persequendū Ovvenum de Glendor, sed nihil profuit tātus armorum strepitus, cū VVallicus in nota latibula se recepit, quin potius (vt putatur) arte magica, regem penē perdidit, cum exercitu quem ducebat, per pluuias, niues, & grandines (vt creditur) arte diabolica conceitatas. In vigilia verō natiuitatis sanctæ Marię, cū
 30 rex in loco amœnissimo fixisset tētoria, ibi nihil formidans, sed summa requies sperabatur, repente in ipsius noctis prima vigilia flauerunt venti, & descendit pluuia tam excessiua, vt ipsum regis tentorium deicerent, & eiusdem lanceam euerterent impetu vehementi, & in regis armatura defigerent. Fuisset ipsa regi nox vltima, si non quicūisset armatus: nec meminerunt Anglici (licet assueti rebus bellicis) se vnquam tantum vexatos, periculis tantis expositos in illa expeditione fuisse. Fuerunt plures (si fas sit credere) qui dicerent hæc aduersa arte fratrum Minorum contra regem fuisse cōmentata, qui partu VVallici fauere dicebātur. Sed absit hoc ab hominibus tam sanctam professis regulam, vt cum
 40 demonibus tantam contraherent familiaritatem, & poneret in gloria sua maculam nullo sæculo detergendam. Rex autem (necessitate cogente) rediit in Angliam post incensam patriam & prædatam. Eo tempore, Scoti fastu solito cōcitati, satis hostiliter Angliam sunt ingressi, putabant nempe cunctos dominos transhumbranos in VValliarum partibus regis obsequijs fuisse detentos: sed comes Northūbriæ dominus Henricus Percy, & Hēricus eius filius, comesq; de Dunbarre, qui dudum relictis Scotis fidem fecerat regi Angliæ, cum armata manu, & copia sagittariorum, Scotis repatriare volentibus, post prædas & incendia restiterunt subitō, & repente præcludentes eis viam, sic quōd oportebat Scotos subsistere, & capere locum pugnæ. Elegerant ergo montem iuxta villā de VVoller, vocabulo Halvveden hil, in quo se cum suis armatis & architectis collocarunt. Quod nostrates cernentes, relicta via in qua constiterat
 contra

*Absit religio-
 sis cum demo-
 nibus familiaritas.*

contra Scotos, montem Scotis oppositum conscenderunt, nec mora, nostri sagittarij in valle constituti sagittas miserunt ad Scotorum cuneum, vt eos ad descensum quomodolibet prouocarent. E contra architenentes Scotici, in nostros sua spicula dirigunt toto nisu. Qui tamen vt senserunt grauitatem, & velut imbriferam tempestatem sagittarum nostræ partis, fugerunt. Comes Duglas cernens suorum fugam (nam & ipse erat campiductor Scotorum) ne belli desertor videretur esse, arrepta lancea, cū turba suorum animosè descendit, confidens nimirum in armatura propria, complicumq; suorū (iam per triennium elaborata) & super architenētes irruere nitebatur. Quod videntes sagittarij, retrocedendo sagittabant, tam viuide, tam animosè, tam graui ter, vt ipsos armatos omnino penetrarent, cassides terebrarent, gladios perforarent, lanceas funderent, & omnem armaturam leui negotio transuerberarent. Ipse quoque Duglas quinque vulneribus confossus est, non obstante sūptuosissima armatura. Reliqui de Scotis, qui nondum de monte descenderant, conuersi retrorsum à sagitta volante fugerunt. Sed fuga nihil profuit, dum insequerentur architenentes, quin se reddere cogerentur Scoti, metu spiculorum mortiferorum. Comes quoque Duglas captus est: sed ex his qui fugerant, multi capti sunt, sed multi rapacitate Tvedæ fluminis submersi fuere, dū vada nescirent, ad numerum (vt asseritur) quingentorum. In hac pugna nullus dominus, nullus miles, aut scutifer hostibus ictum intulit, sed solummodo Deus omnipotens architenentibus Anglorum victoriam miraculosè contulit, proceribus & armatis effectis belli spectatoribus otiosis. Eodem die flos Scoticæ militiæ captiuitati subactus est. Nempè cum comite Duglas, Murdak de Fyf (primogenitus Ducis Albanæ, & hæres apparens regni Scotiæ) captus fuit. Experti quoque sunt similem sortem Comes de Murryf, comes de Angus, comes de Orkeney: Et barones dominus de Montegomerito, dominusq; de Erskin, dominus de Gramme, cum multis alijs militibus ad numerum octoginta, præter scutiferos, & valectos, quorum numerum ignoramus. Interfecti sunt barones ibidem, dominus de Gurdon, & dominus Iohannes de Svvynton infidus vtrique regi: commissum fuit bellum istud die exaltationis sanctæ Crucis. Eo tempore Lolardi docuerunt conclusiones execrabiles, in occulto tamen, propter metū iudiciorū. Quæ sunt istæ: quod septem sacramenta non sunt nisi signa mortua, nec valent in forma qua eis vtitur ecclesia. Item quod virginitas & præbyteratus non sunt status approbati à deo, sed status coniugij optimus est, & ordinatus à deo. Quapropter omnino virgines & præbyteri, religiosique populi, si saluari desiderant, debent coniugari, vel esse in voluntate & proposito coniugandi, aliàs sunt homicidæ, & destruunt sanctum semen vnde consurgeret secunda Trinitas, & sic impediunt numerum saluandorum pariter & damnandorum. Item, si vir & femina conuenerunt in vna voluntate nubendi, ipsa voluntas sufficiens est coniugium sine maiori obedientia Ecclesiæ faciendū, & sic coniuncti plures quàm nos cognoscamus (prout dicunt). Item, quod Ecclesia nihil est aliud quàm synagoga Sathanæ, & ideo nolunt adire illam ad honorandum dominū, neque percipiendum sacramentum aliquod, & præcipue sacramentum Altaris, quia (vt asserunt) non est nisi buccella panis mortui, & turris siue pinaculum Antichristi. Item, si haberent puerū modò natum, non baptizaretur per manus præbyterorū apud Ecclesiam, quia puer iste est secunda Trinitas non contaminata peccato, & peior esset si deueniret in manus eorundē. Item quod nō habemus aliquem diem sanctificatum vel sanctum, sed nec diem dominicum, sed quilibet dies est eiusdē libertatis, ad operandum, comedendum & bibendū. Itē quod nō est purgatorium post hanc vitam, neq; quod oportet agere maiorem poenitentiam pro vilo peccato, (quanquam vilissimo) sed tantum vt

Scotorum
strages.

Lolardorum
opinionēs.

scilicet Lolardi
opinionēs.

commit-

committentes illud deserant, & apud se poeniteant, quia (vt dicunt) in fide stat quicquid est. Sicut Mariæ Magdalenæ dixit Christus, fides tua te saluam fecit. Has conclusiones Lodouicus de Clifford miles (qui iamdudum Lolardis fautor extiterat,) diu sub terminorum inuolucris palliatis, sed iam denudatas Archiepiscopo Cantuariensi patefecit, vt videlicet se ostenderet, non ex pertina-
 10 ci malitia, sed simplicitate cordis & ignorantia, communicasse cum impijs. Dedit etiam nomina Cantuariensi, dictas dogmatizantium prauitates. Eliæses per hoc tempus pares esse cupientes Norwvicensibus, qui in festo Trinitatis, & Bu-
 riensibus qui in festo sancti Edmundi indulgentias impetrant, à sede Apostoli-
 ca obtinuerunt (peregrè aduentantibus) & ecclesiæ suæ beneficientibus. In festo
 Trinitatis à primis ipsius vespers, vsque ad posteriores vespers, feriæ martis
 in hebdomada Trinitatis verè contritis, & confelsis, plenam remissionem. Eo
 tempore Edmundus Mortimer obiit, iuuenis quem retulimus ante captum ab
 Ovveno Glendor, vel tædio diuæ captiuitatis, vel metu mortis, vel ex alia qua
 nescitur causa, conuersus retrorsum cum Ovveno, contra regem Angliæ se
 sentire professus est, dum nuptias satis humiles & suæ generositati impares cō-
 trahit, cū filia dicti Ovveni. Huius (vt fertur) natiuitatis exordia, dira comita-
 ta sunt prodigia: quia nocte qua in lucem profusus est, in hypodromo paterno
 omnes equi patris sui reperti sunt in alto cruore stetisse vsq; ad tibiaturum demer-
 20 sionem, quod tunc interpretati sunt plurimi sinistrorsum. Parliamentum Lon-
 donijs factū in crastino Sancti Michaelis per septem hebdomadas perdurauit.
 cuius finalis effectus fuit concessio decimæ & medietas à Clero, & à Burgis
 decima & quintadecima de regni communitate.

ANno domini M CCCC. iij. post festum Purificationis, Regina venit in
 Angliā de minori Britannia ad maiorem, de ducatu ad regnum, de gente
 feroci ad populum pacificum, & vtinam fausto pede. Hæc fuerat prius coni-
 uigata nobili viro domino Iohanni de Monteforti duci Britannia, de quo tulit
 vtriusque sexus liberos: sed de rege Angliæ Henrico cui iam nupsit, omnino
 nullos. Vicesima verò sexta die mensis Ianuarij, Londonijs apud V Vestmo-
 30 nasteriū fuit magnificè coronata. Aestate secuta iuxta villas de Bedford, & de
 Byckesvorth frequenter visa sunt monstra manè & meridie de syluis emer-
 gentia, sub colore vario, in similitudinem hominum bellatorum, quæ sibi met
 occurrentia videbantur inire dira bella. Quæ etsi conspici poterant à remo-
 tis, appropinquantibus inueniri minimè potuerunt: sicque dicta fantastica vel
 fatalis apparitio sepius delusit plurimos accedere cupientes. Eodem tempore
 dominus Henricus Percy iunior (cui fortuna semper hætenus blandita fuerat,
 & in quo spes erat reposita totius populi) repente hostis regis apparuit. Cui cō-
 tra cūctorum opinionem, iunxit se dominus Thomas Percy comes V Vigor-
 niæ patruus Henrici prædicti. Hic repente deserens domū Principis, regis pri-
 40 mogeniti, cuius rex curam sibi commiserat in speciali, recessit ad nepotem, au-
 gens eidem vires & animū rebellandi. Quorum vt excusabilis esset coniuratio,
 scripserunt provincialibus vbilibet constitutis, propositum quod assumpse-
 rant, non esse contra suam ligeantiam, & fidelitatem quam regi fecerant, nec
 ab aliunde exercitum congregasse, nisi pro saluatione personarum suarum, &
 reipublicæ meliori gubernatione. Quia sensus & tallagia regis concessa pro
 salua regni custodia, conuertebantur (vt dixerunt) in vsus indebitos, & inu-
 tiliter consumebantur: præterea quærebantur quod propter æmulorum dilatio-
 nes pessimas, rex eis insensus fuerat, vt non auderent personaliter venire ad e-
 45 us præsentiam, donec prælati regni quæ barones regi supplicassent pro eisdem,
 vt coram rege permitterentur declarare suam innocentiam, & per pares suos
 legali-

legaliter iustificari. Plures igitur visis his litteris, collaudabant tantam virorū solertiam, & extollebāt fidem quam erga rempublicam prætendebant. Sed rex vt fraudem comperit, turbatus nimirum, cogitabat quibus medijs communitati posset satisfacere, & eorum ficta cōmenta pessundare. Scripsit ergo personis quibus ipsi scripserant, dicens se mirari quāmaximè, quod cū comes Northūbriæ & Henricus eius filius pcepissent partem maximam summarum sibi concessarum per clerum seu cōmunitatem Anglię, pro tuitione Marchiæ Scotię, vt posset euidenter ostēdere vndē cōcepissent materiā tāte nō solūm quærimonię, sed detractionis manifestæ. Scripsit insuper, quod intellexerat comitē Northūbriæ, filium quoque suum, necnon & comitē VVigornię certifikasse multis se non audere propter æmulorum dilationes ad regis venire præsentiam, sine mediatione præuia prælatorum & procerū, quare supplicabant, vt partes interponerent, vt de regis gratia venire possent ad allegandum pro se, & sua innocentia declaranda. Quamobrē scripsit eidem comiti. &c. sub sigillo regio possunt accedere sine damno, saluoq; recedere sine periculo siue dolo: sed effrenata temeritas sprete lenitate regali, rigorem rebellionis induit, & Salopiam properauit, sperans (vt putatur) in auxilio Ovveni Glendor & Edmundi de Mortuomari, quorundamquē Cestrensiū & VVallicorū. At rex vt persensit induratum iuuenilē malitiā (nā pater eius non excefferat limites patriæ suæ) decernit occurrendū fore festināter Henrico, patri quoque suo, domino Thomæ Percy, priusquam conflasset exercitum fortio- 20 rem. Nempè hi, & eorum complices, publicari fecere per patrias, regem Richardum viuere, & apud eos esse, cuius nomine siue causa bella sumpserant contra regem. Quem si videre vellent incun-ctāter, accederēt armis instructi, & in castro Cestriæ viderēt infallibiliter diu regē. Quę quidē quāuis dolosa denūciatio, varios multorū mētibus motus effecit, & fluctuare coegit plurimos, vt ignorarēt cui parti foret tutius adherendū. Multi reuera afficiebantur regi Richardo, & præcipuē qui familiares eius quondā fuerant, & ab eo donati feodis vel alijs donatiuis. Rex Hēricus præmissa prudēter attendēs, cū esset manu fortis & audax, cōgregauit quos potuit, instigāte eum comite de Dūbarre Scoto maximè, qui monuit omninò ne moras necleret, 30 commemorans illud Lucani, *Tolle moras, nocuit differre semper paratis, Dum trepidant, nullo firmata robore partes.* Facit rex vt Scotus monuit, & inopinatò peruenit ad partes vbi rebelles bacchabātur. Hēricus autē subitò cōspecto vexillo regio, cū iam instaret effringere villam Salopiæ, mox destitit ab infestatione villanorum, dicēs suis: Desistere nos (inquit) oportet ab inceptis, & arma vertere in eos qui contra nos veniunt, videtis certē signū regiū, nec vacat quærere licēt vellemus diuor- tiri. State proindē corditer, quia dies hic aut nos omnes promouebit si vincim⁹, de statu regali liberabit si victi sum⁹. Nā pulchrius est in bello cadere p̄ republica quàm post bellum mori hostis nostri sententia. Cōueniūt in hoc votū subitò qui sequebātur Hēricū, ad numerū quatuordecim milliū lectissimorū hominū 40 qui sepsituros ad statū vltimū cū Hērico promittunt. Præoccupauerāt autē illis campū magis accōmodum. Pax verò cōstitit cum suis tenēs campum ad eorum oppositum. Cūq; pars vtriusq; pugnatōres signum belli præstolarentur, Abbas Salopiæ, & clericus de priuato sigillo pro parte regis legatione fungebātur, vt offerrent Henrico pacē & pardonationem si desisteret ab inceptis. Quorum persuasionebus Henricus effectus mansuetior, cum illis direxit ad Regem patrum suum dominum Thomam Percy, qui sibi tantę turbationis causas exprimeret, emendas exigeret cum effectu. Ferunt autem quod cū rex omnirationi cōdescendisset & humiliasset se (secūs quàm personā regiam decuisset) idem dominus Tho. Percy cū redisset ad nepotem, cōtraria referens respon- sis

sis regis, exacerbauit mentem iuuenis, & ad bellum impulit, etiam non volentem. Igitur architenentes Henrici praelium inchoarunt, nec erat ad terram iaculis locus sed in corpora ferrū omne ruit, caduntq; de parte regis ad instar foliorum decidentium brumali tempore post prunam: nec minus regij sagittarij suum peregrē negotium, sed imbrem asperrimum spiculorum in aduersarios emisere. Cadūt proindē vtrinq; plurimi, velut cū poma ruunt in Autumno, cū mouentur ab Africo, multaq; simul millia de loco belli fugiunt, putantes regem sagittis occisum. Ipse verō campi ductor Henricus partis aduersæ, comesq; Douglas Scotus (quibus animosiores nullus vnquam reperisset) spretis iaculis emissis de parte regis, spretis armorum confertis cuneis, contra solam personam regiam vires excitant, arma vertunt, ipsum pro decem millibus computantes stratis requirunt obuijs, infestis lāceis & gladijs perferuantes. Comes de Dunbarre cū comperisset istorum propositū, regē subtraxit à statione sua. Quod factum salutare fuit regi ea vice, quia & signifer regius à furentibus est prostratus, vexillumq; deiectum, circumstantes occisi. Inter quos comes Staffordiæ, & dominus VValterus Blunt milēs regius cecidēre.

Princepsquē (regis primogenitus) pertentans praeliandi primitias, ictu sagittæ vulneratur in facie. Interea domin⁹ Henricus Percy dū præcedit suos in prelio, dū incōsultō penetrat hostes suos, inopinatō cōcidit, interēptus dubiū cuius manu, quo cognito, fugere partis aduersæ defēsores, quib⁹ fugiēdi copia est pmissa: sed comes de Douglas captus est hic bina vice hoc anno, pugnās aduersus Anglicos aduersā sēper expertus est fortunā. Nā in proximo bello traiectus caput amisit oculū, in secundo verenda transfixus perdidit paulominus loculū, & sub iugum venit captiuitatis secundæ. Captus est etiā comes VVigornia dominus T. Percy, inuentor (vt dicitur) totius mali, & causa præsentis infortunii: cū domino Richardo Vernon, Baroneq; de Kindertō cū multis alijs. De parte regis ceciderunt decem milites, multi scutiferi, plures valecti, & ad numerum triū milliū sunt grauitē vulnerati. Ex parte rebellium corruit maior pars militum & scutiferorū comitatus Cestriæ, ad numerū ducetorum, præter domicellos & pedites, quorū numerū nō tenemus. Cōmissum fuit hoc praliū in vigilia sanctę Marię Magdalene, quo nunq; (vt putatur) vllū acius gestū fuit. Die lunę sequēte (nā sabbato cōmissū fuit antedictū bellū) iudiciali sentētia decollati sunt apud Salopiā Comes VVigornia, Baro de Kindertō, & dominus Richardus de Vernōna. Die etiā Lunę secuta proximō, dū comes Northūbria in manu robusta & brachio extenso versūs filiū suū properat, vel versūs regē (vt putatur) pro redintegrādo pacis negotio, Comitē VVestmerladię & Robertū VVatertōne progredere habuit impedimēto. Hij nēpe exercitū grādī collecto obuiare sibi subitō disponebāt. Qui neutrum horū putans sibi beneuolū, frena reflexit, rediens ad castellum proprium de VVerkvvortha. Eo tempore nuncij missi in Franciam reportarunt inducias & vacationem vsque ad diem primum mensis Martij, videbanturquē magnam rem fecisse in tanta rerum turbatione. Compositis rebus Salopiæ, rex progreditur Eboracum, vbi constitutus literaliter mandauit cōmunitati Northumbriæ, vt sibi occurreret. Dimissa turba venit Comes ad Regis monita in crastino sancti Laurentij cū parua familia, non tamen susceptus est familiaritate solita, sed potius more supplicis gratiā requirētis. Cui rex vitam cōdonauit, & victui necessaria, decernens conseruādū secura custodia. Reuersus rex de partibus borealibus, disposuit adire VValliam ad compescendū insolentiā VVallicorū qui multa damna irrogauerant patriæ post recessū suū. Sed tamē retinuit eū rei familiaris inopia, cō quod destitutus esset pecunia pro exercitu conducendo. Astutere sibi tunc milites & scutiferi

*Plimmouth
incensa.*

*Gallorum in-
statio inanis.*

*Taxa inso-
luta.*

*Insulanorum
de Dortmund
gesta.*

magis idonei, Martis lauernæ, quàm Palladis, qui censuerunt Episcopos qui tunc illic fortè conuenerant equis & auro spoliandos, domūq; pedites remittēdos, vt familiarium regis egestas ipsorum abundatā leuaretur. Affuit tamen graciosus dominus, qui respōdisse fertur vnus pro omnibus satis alacriter: milites improbos, non spoliaturos de suis aliquem, nisi prius ausus temerarios luerent duris ictibus, & spolia verberibus nundinarent. Rex interea segerens moderatiùs, aucupabatur quodammodo beneuolentiam prælatorum, vnde contigit quòd dominus Cantuariensis conuocato clero, sibi de vna decima cum cōsensu præsulum prouideret. Britones Armorici duce domino de Cast. villā de Plimmouth inuadūt inuicē & succendunt. Mox classis occidua sub ducatu 10 V Vilhelmi de V Vilford scutiferi in partibus prædictæ Britanniae, cepit naues quadraginta, refertas ferro, oleo, sopo & vino de rupella, ad numerū mille doliōrum. Redeundo verò, cremauit naues quadraginta, & apud Penarch applicans idem V Vilhelmus cum suis, combussit villas & prædia ad spaciū sex leucarum. Villam quoq; sancti Matthæi vlticibus flammis dedit, & tria milia in giro diætæ villæ. Paucis diebus ante natale domini, Galli stipati bellatorum turba, ascenderunt terram in Vesta insula, iactantes se celebraturos natalis Festū illic etiā inuito rege. Cūq; mille de Gallis intrassent insulā, & greges ac armēta fugassent, vt ad mare reueterēt cū præda nō modica, superueniente subito auxiliatorū copia, coacti sunt prædas dimittere, & ad nauigia cum dedecore fe- 20 stinare, non sine damno suorum. Sicquē contigit, vt qui prius instanter ab incolis petierant rerum redemptionem, vix euadere potuerunt publicam interuentionem.

ANno domini. M. CCCC. iiii. in parlamento tento London. post octa. Epiphaniæ, comes Northumbriæ restitutus est suæ dignitati pristinæ, bonisq; mobilibus & immobilibus integraliter, & hæredes sui. In hoc parlamento concessa fuit regi taxa insolita, & incolis tricabilis & valdè grauis. Cuius modum præsentibus inseruissē, nisi concessores ipsi, & authores dicti tallagij, in perpetuum latere posteros maluissent: nempe sub ea tantū conditione concedebatur, ne traheretur posterius in exemplum, nec seruarentur eius euidentie 30 in thesauraria regia, nec in scaccario, sed scripturæ vel recordationes eiusdem protinùs post datum compotum cremarentur. Nec emitterentur breuia seu cōmissiones contra collectores vel inquisitores huius negotij de melius inquirendo. Gallici circa tempus illud venerunt ante Vestam insulam cum magna classe, miseruntquē de suis quosdam qui peterent nomine regis Richardi & Isabellæ reginæ tributum, vel speciale subsidium ab insulanis. Qui responderunt regem Richardum fuisse defunctum, Reginam quondam suam coniugem remissam pacificè ad parentes & patriam, sine conditione tributū. Quapropter responderunt finaliter se subsidium non daturōs, sed si belli voluntas tenet Gallos, iusserunt vt ascenderent, sine cuiusquam impedimento, & 40 daretur illis spaciū refocillationis post ingressum insulā sex horarum, & expleto tempore supradicto, daretur infallibiliter eis bellum. Quo audito, Galli nullo perfectō negotio recesserunt. Per idem tēpus dominus de Cast. Britannicus satis se trahentibus, cum multitudine Gallorum & Britonum apud Dortmund, cum intollerabili fastu terram scandit, putans fortunam secuturā sicut prius apud Plymmouth: sed secūs accidit quàm sperabat. Nam ab his quos maximè habebat contemptui, scilicet ruralibus, est peremptus. Et qui post ipsum terram scanderunt, mox oppressi à rusticis, capti sunt protinùs, vel occisi. Fæminæ quoque fraudari non debent huius facti præconio, quæ fundarum missilibus hostes diris strauerunt ictibus. Vnde contigit plures à

fœminis

foeminis, plures à rusticis sterni vel captuari. A rusticis occidebantur multū quia nescierunt eorum linguam, quamuis grandes pro sua redemptione summas obtulissent: sed rurales rudes alia pro alijs interpretantes, putabāt eos cōminari, quādo pro vita sollicitē supplicabāt. Capti tamen sunt eo die tres domini & milites nominati viginti, pessondeditquē Deus eo die arrogantiam superborum, & essefecit victoriam rusticorum. Prosecuti sunt igitur captiuos suos rustici ad regis vsque præsentiā, postulantes aliquod cōmodum praeda suā. Cū quibus rex ipse libetē cōuenit & eorū crumenis suffarcinatis fuluo metallo abire permisit ad propria, retinens captiuos penes se grauiori censu in posterū redimēdos. Mēse Aprili concessa fuit regi per clerū vna decima cōditionaliter, sed ne quis promisor de cætero capiat bona vel careagia de ecclesiasticis cōtra voluntatē eorū. Sed tamen appensa pecunia, neglecta mox fuit conditio interposita. Anno præsenti quinto Idus Martij clarescentibus miraculis circa corpus sancti Iohannis (quondam Prioris Canonicorum de Brydelyngton) de mandato domini Papæ translatus fuit corpus eiusdē sancti Iohannis, per manus honorabilium virorum, scilicet Eboraci Archiepiscopi, & Dunelmensis, atq; Carleolensis Episcoporum. Per omne tempus ætatis præsantis Ouenus Glendor cum suis VVallicis prædatur, incendit & destruit regiones sibi contiguas, & nunc dolis, nunc insidijs, nunc aperto Marte, multos captuat. Plurimos perimit Anglicorum, castellaquē nonnulla capta complanat: quædā sibi conseruat integra pro tutela. Iohannes Grenor episcopus Assauiensis, cernens rem prospicere in manu VVallici, cōuersus est in virum prauū, factus transfuga ad Ouenum. Eo tempore Flandrenses & Britones ceperunt quasdam naues nostratū, onustas mercibus, & nautas gladio vel suspendio peremerūt. Per idem tempus comitissa vetula (quondam Oxoniæ mater Roberti de Veer ducis Hiberniæ quē exulatum diximus, & mortuum Lonarne) fecit per se suosq; familiares diuulgari, per omnes fines Estfexiæ, regem Richardum viuere, & in proximo fore venturum, & honorem pristinum vindicaturum. Fecitq; fabricari ceruos argenteos, & auratos plurimos (signa videlicet quē rex Ric. cōferre solebat suis militibus scutiferis & amicis) vt his vice regis distributis, facilius allicerentur in vota sua milites illius patriæ, ceteriquē valentes. Urgebat nanq; plurimos ad putandum, quod rex Richar. viueret, fama; quotidiē ferebatur ē Scotia, regem Richardum inibi constitutum, expectare solummodò tempus accommodū, quocum fortī brachio Francorum atq; Scotorum posset recuperare regnum. Auxit errorē istum cuiusdam Serlonis, quōdam cubicularij regis Richardi cōmentū, qui falsò sinnerat priuatū sigillum nomine dicti regis Ric. & destinauerat litteras cōsolatorias, simul & cōsonatorias, multis in regno de dicti Richardi quōdam familiaribus, in quibus & continebatur eius incolumitas, & ipsius in breui cernenda prosperitas. Hac occasione multi dederunt fidem dictis & scriptis ipsius dominæ comitissæ, in tantum, vt crederent eius mendarijs & religiosi quidam Abbates illius patriæ, qui ex post, eò quod cum Comitissa sensisse videbantur, de mandato regis tenti sunt & carceribus mancipati. Comitissa verò, (confiscatis bonis suis omnibus) arctæ custodiæ mancipantur. Clericus verò qui præmissa fallaciter auribus multorum instillauerat, tractatione & suspendio muneratur: nam & ipse diligenter eundo per patrias, præeinentes personas nitebatur ad credendum allicere, Regem Richardum non solum viuere, sed in proximo palam cunctis fore, adiiciens se dictum regem nuper allocutum fuisse, locotali, tali denique apparatu. In festo Sancti Iohannis Baptiste (vocante rege) comes Northumbriæ venit ad Pontemfractum, nepotes suos, & filiorum suorum filios secum ducens. Quo factō mitigauit

Rumores Richardum viuere.

corda complurium, qui putabant eum rebellionis iuuenibus præbuisse consilium. Venit & cum comite dominus VVilhelmus de Clifford miles, trahens secum Serlonem inuisum toti regno (de quo supra fit sermo) quæ parum ante ceperat cautelose. Quo facto, penes regem meruit excusari, quod vltra placitum tenuisset Bervvici castrum: propter quod reus læsæ maiestatis extiterat. Viso Serlone, seruebat omnis ætas in domo regia, sciscitari, scire, vel audire, quibus modis, quibus medijs, quibusve socijs illum inclitum regis filium, regis auunculum, Ducem Glouerniæ iugularit. Ille verò iam actum de se non ignorans, hoc solum fatebatur quod dignus fuit mille mortibus propter hoc scelus. Qua confessione, simul & plenitudine, multorum ita demulsit animos, ut gratis promitterent se pro eius anima præbyteros conductores, qui suffragia spiritualia quotis diebus ferrent. Requisitus cur dementare voluerat multos, ut putarent regem Richardum viuere, respondit se hoc odio Regis fecisse, ut alienaret ab ipso corda suorum, retulitque se beatum fuisse potuisse, in aula regis Franciæ, quàm in aula regis Scotiæ, si non defuisset gratia. Sed cum bene sibi fuisset in domo regis Franciæ, audito quod rex Richardus viveret, in Scotiam se transtulit, ut probaret si veridica fama foret. Quod cum peruenisset, & inuenisset quandam personam similem, sed non ipsum quem quærebat, nihilominus tamen ut illuderet Scotis & Anglis, affirmavit hunc esse Richardum regem proculdubio, præseruatam ab æmulis diuino miraculo. Sed ex post cum comperisset commentatam fallaciam patefaciendam, & ipse iam incurrisset rei familiaris inopiam, peruenit Bervvicum ad dictum VVilhelmum Clifford, putans se per ipsum pecuniali præsidio releuandum, quo redire in Frâciam potuisset: sed in hac parte sua spe frustratus est. Nâ VVilhelmus captum detinuit, vsus consilio satis callido, ut regis gratiam nundinaret huiuscemodi mercimonio. Igitur Serlo finali iudicio tractus est in qualibet villa præcipua inter Pontemfractum & Londonias, inchoans pœnas meritas in ipsa villa regia de Pontefracto. Eo tempore rex indigens (ut fertur) pecunia, conuocauit regni proceres ad parliamentum tenendum Couentre, circa festum sancti Fidis virginis, non considerato quod ipso anno tempore quadragesimali parliamentum celebrauerat apud VVestmonasterium, quod inutiliter ut multis videbatur per duodecim hebdomadas fuerat protelatum. Direxit ergo breuia vicecomitibus, ne quosquam pro comitatibus eligerent quouis modo milites, qui in iure regni vel docti fuissent vel apprenticij. Sed tales omnino mitterentur ad hoc negotium, quos constaret ignorare cuiusque iuris methodum: factumque est ita. Qui convenientes in vnum & in idipsum, cum propositum fuisset pro parte regis quo premebatur rei familiaris incommodo, instantibus propè Scotis & VVallicis, procul Britonibus, Flandricis & Gallicis, selecti milites parliamentales pro releuando rege non aliud inuenire potuerunt remedium, quàm conficiendi Christi per totum regnum patrimonium, scilicet ut Ecclesia generaliter de bonis temporalibus priuaretur. Hinc orta est inter Clericos & laicos grandis altercatio, militibus regis asserentibus se pro rege, atque cum rege profectos sapius citra rebelles & hostes, non solum sua expendisse profusus, sed corpora quoque multis periculis exposuisse, siue laboribus: Clericis interim domi otiose sedentibus, & in nullo regi suffragantibus. Contra quæ dominus Cantuariensis respondit, Clerum semper tantum Regi contulisse, quàm Laici, dum decimas ipsi frequentius darent regi, quàm ipsi quintas decimas, & insuper tenentes sui non minori numero regem sequebantur ad bella vel pericula, quàm tenentes feodi laicalis. Et super hæc omnia nocte dieque Missas & orationes facerent, pro eodè & omnem sibi famulantiū prosperitate. Et cū ad hæc prolocutor

Serlo tractus.
Parliamentum
indotum.

tor militum vultu, voceque prætendisset publicè se preces ecclesiæ pauperum
 dere, iam (inquit dominus Cantuariensis) video manifestè quorsum tendit
 regni fortuna, exclusis vilipensisq; suffragiis, quibus diuinitas placari solet.
 Certe nunquam fuit diu regnū stabile quod vacauit à precibus & deuotione.
 At tamen tu qui vilipendis cleri religionem, nec te putes impunè direpturum
 Ecclesiæ possessionem, quia si viuus Cantuariensis, malo tuo rapies quicquam
 de suis. Erat autem prolocutor Miles, dictus Iohannes Cheyne, qui (vñ fer-
 tur) militiam sortemque Christi deferens, in sortem Martis apostatando tran-
 siera. Nam (prout dicunt) Diaconus fuerat ordinatus, nulla tamen vt resili-
 ret dispensatione licenciatus. Archiepiscopus inter hæc regem nutantem con-
 siderans, surrexit, genu flexo coram Rege, rogauit vt attenderet primiti-
 uum propositum suum, quod cuiuslibet seruaret iura propria pro posse suo, at-
 tenderet, & in iuramentum quod non inuitus præstiterat, videlicet quòd Ec-
 clesiæ & ministros eius honoraret, foueret & defenderet, attenderet & pe-
 riculum iuramenti, siue dedecus violati, & ecclesiæ gaudere promitteret suis
 privilegijs & libertatibus, quibus gauisa est antecessorum suorum temporibus,
 vereretur offendere regem, per quem reges regnant: vereretur & censu-
 ras quas incurrunt qui res Ecclesiasticas deprædantur: quo omnes constat ex-
 communicationis sententia innodati. His à Cantuariensi porlatis, rex præcepit ei
 20 repetere sedem suam, asserens voluntatis suæ fore ecclesiā in adeo bono statu di-
 mittere sicut eam inuenerat, vel potius meliori. Archiepiscopus concionatus
 militibus dixit: Vos (inquit) & vestri similes, consilium dedistis domino no-
 stro regi moderno, & antecessoribus suis, vt confiscarent bona cellarum, quæ
 Gallici vel Normanni possederunt in Angliā, dicentes eis per hæc diuitias ac-
 cumulandas in magna copia, & quidē (prout valent) multa fului metalli millia,
 sed tamen constat hodie regem non ditiozem dimidia quidem marca, vobis vel
 extorquentibus, vel emendicantibus de manu sua & vobismet appropriatibus
 dicta bona. Vnde potest conijci vos non pro legis utilitate, sed pro vestra cupidi-
 tate temporalia nostra petere. Quia proculdubio si rex (quòd absit) vestro fa-
 30 tiffecisset execrando proposito, non esset opulētior vno quadrante sequenti an-
 no. Et certè prius hoc caput exponam gladio, quàm ecclesia destituatur mini-
 mo iure suo. Milites hac sententia, simul & Metropolitanis repersus constan-
 tia, conticuere: Archiepiscopus verò (vt Argus) sibimet ex omni parte perspi-
 ciens, cum comperisset milites perstituturos in petitione temporalium, dominos
 temporales quosdā allexit in partē suā, qui constanter affirmauerunt sanctā eccle-
 siā nunquā sua voluntate, suis temporibus spoliandam, & in hac parte reddētes
 Archiepiscopo & prælatis gratiā, pro gratia quam sibi prius præstiterant, quan-
 do milites petierunt ad opus regis restituī quæcunq; dicti domini de corona te-
 nebant, vel dono regis nunc, vel antecessorum suorum regum Edvvardi & Ri-
 40 chardi, cui scilicet petitioni dominus Cantuariensis obnixius restitit & præ-
 lati: sic quòd factū est vt de exactiōe temporalium nulla fieret mentio in po-
 sterum. Sed & milites ipsi qui importunè perstiterant in hoc errore, domino
 Cantuariensi supplicabant, vt illis ignosceret, fatentibus malitiam & reatum
 suum, & gratias agentibus, quòd animositate sua sub hac tempestate respi-
 casset Ecclesia commemorantes illud Ethnici ita dicentis: *Tu sub principe diro,*
temporibusque malis, ausus es esse bonus. Præter multa quæ concessa fuerunt regi in
 hoc parlamento, laici concesserunt duas quintas decimas, ea conditione, vt do-
 minus de Furniual. &c. reciperent omnem sensum illum, & expenderent in
 vverris regis. Reuocata sunt etiam patentes regis præconcesse personis varijs
 de sustentatione sua annua per reges Edvvardum & Richar. militibus parla-
 menta-

mentalibus ea consentibus, licet id in regis dedecus redundaret. Clerus concessit regi unam decimam & dimidiam, non obstante quod medietas unius decimae ultimo concessit in festo sancti Martini fuerat persoluta.

*Aquarum dis-
lunium.*

Eo tempore tanta repente ruptis limitibus irrupit aquarum influentia in terram domini Cantuariensis, & aliorum in Cantio, quanta nunquam fuerat illi ante visa, qua submersa sunt animalia numero & precio excessivo: Nec solummodo defleuit Anglia damna talia, sed (ut fertur) Selandia, Flandria, & Hollandia per undarum excrementa innumerabilia sensit dispendia eo anno.

*Wickamifun-
dationes.*

Hoc in tempore vir grandaeuus dominus V Vilhelmus V Viekhām V Vintoniensis episcopus vivere mundo desijt, cuius sumptibus & industria quotidie

*Bonifacy. 9.
mors.*

*Innocentius. 7.
papa.*

Clerus Anglicanus augmentatur & crescit. Nam in V Vintonia constituit collegium novellis Grammaticis, & in Oxonia subtilioris scientiae clericis fundavit domum. Exhibentur autem in utroque loco centum personae de sumptibus prouisis per eundem. Mense Octobris primo die mensis obiit Romae Papa Bonifacius nonus, cui successit Episcopus Bononiensis, & vocatus est Innocentius septimus, alias dictus Cosmatus gentilis, vir per omnia dignus nomine & gradu tanto.

A Nno domini millesimo quadringentesimo quinto, circa festum sancti Valentini rapti sunt filii comitis Marchiae & abducti. Sed citò post recepti de castro de V Vyndesfor, faber ferrarius qui clauis finxerat, per quas patebat ingressus ad eos, truncatione manuū atque capitis est multatus. Domina de Spencer (relictā domini Thomae de Spencer, nuper occisi Bristolie) dum fugit (ut fertur) ad Ouyenum Glendor cum filio octenni capta est, & cunctis thesauris spoliata, perque regios ad regem redacta, custodiae arctioris subiit noxia. Post festum Purificationis rex (accesit Londonias regni baronibus) tractabat cum eisdem de regni regimine, deque pecuniali subuentione sibi ferenda, sed proceres regis votis tunc minimè paruere. In quadagesima verò sequente rex conuenire fecit apud sanctum Albaniū clerum, regni que barones pro praemisso negotio. Sed proceribus renitentibus nil actum fuit. Discesseruntque cuncti velut in concordia discordia, penes regem in vigilia palmarum. Sub his diebus Comes Mareschallus Thomas Mounbray, armis instructus accessit ad Archiepiscopum Eboracensem Magistrum Richardum le Scrop, dubiū an voluntate motus propria, an pontifice sollicitatus ut veniret. Eoque tempore dominus de Bardolf, Thomas adiuit Comitem Northumbriae dominum Henricum Percy, eo animo ut molestarent regem, ut exposit apparuit manifestè. Sed Archiepiscopus atque comes, Mareschallus non diu celare propositū quin mox palam facerent intentum suum. De comitis nempe Northumbriae dominique de Bardolf (ut fertur) consili solatio, Cives Eboraci cum multis alijs euocauerunt in magno numero, ut starent cum ipsis pro regni commodo, communiumque salute, & promptiores redderentur ad praesens negotium, finxerunt articulos in ostijs monasteriorum & Ecclesiarum vrbis, scriptos in Anglicis, pro quibus oportuit eos voluntariè in armis esse. Lectis ergo articulis, milites, armigeri, plebs urbana & rustica, intellexto pio proposito in magno valde numero pontificem constipauere, quem cunctis commendabant, & aetatis grauitas, & vitae praecedentis sanctitas, & incomparabilis literaturae scientia, & cunctis amabilis ipsa persona. Comes V Vestmerladi qui cum filio regis Iohanne tunc propè fuit, audito rumore praecedentium, congregatis copijs, festinat occurrere Pontificali turbe, priusquam multiplicata facillè vinci non posset. Sed frustra: nam manus Archiepiscopaliū multò fortior erat gente sua. Misit ergo qui peterent causā tantae conglobationis, & cur

*Archiep. Ebo-
rat. insurre-
ctio.*

contra

contra pacem regiam adessent armati. Archiepiscopus respondit se nil moliri contra pacem regiam, quin immo cuncta pro pace tranquillitateque facere, armari verò siue vallari hominibus tantum ob metum regium, ad quem alloquendum tutum non haberet accessum sine multitudine assentatorum. Propositum verò suum regis & regni fore commodum, si fortè noscere vellent illud: demonstrauitque schedulam, qua articuli continebatur. Quam cum legisset comes VVestmehndiæ, verbo vultuque laudauit palam præfatis pium sanctumque propositum, spondetque se velle prosequi cum suis propositum Archipræfatis, vnde petit ut accedat cum paucis in medium, secum habiturus colloquium, & ipse cum paucis obuiaret sibi, adequato numero personarum. Antistes gaudius credit verbis comitis, persuadet comiti Marefcallo, (etiam nolenti) secum procedere ad locum colloquio deputatum. Ad quem cum pari numero conuenissent, cum perlecta fuisset charta de articulis, mox comes & qui cum eo erant præbuerunt assensum dictis & fauorem. Tunc comes astutior cæteris, ecce inquit finis operatus assumpti laboris, iamdiu est quod populus perseueravit in armis, renunciet ex vestris aliquis genti vestræ, ut domum redeant, arma dependant, & solitis occupationibus operam dent consuetam. Nos interim in signum concordie bibamus pariter, cernente populo partis utriusque. Nec mora (dati dexteris) miles emittitur de parte præfatis, qui renunciet pacem populo, iubeat vniquemque depositis armis sua reuifere, quoniam iam partes in vnâ sententiam conuenere. Illi verò videtes signa pacifica, proceresque combibentes, fessi ex insueta militia, læti lora vertere, sic quod factum est ut (illis recedentibus) cresceret ex condito paulatim aduersorum numerus, nec prius intellexit Archiepiscopus se seductum, quam per manus fuit comitis arrestatus cum multis alijs per eundem. Quibus omnibus indemnitas est promissa, sed nullatenus obseruata, quia tam præfatus, quam comes decollatus fuit, postea veniente rege ad Eboracum in crastino Pentecostes. Quò facto patuit illud febricitantis Bridelintoni vaticinium fore verum, prædicentis satis obscure præfens factum, sub hijs versibus.

30 *Pacem tractabunt, sed fraudem subter arabunt,
Pro nulla marca, saluabitur ille jerarcha.*

Archiepiscopo decapitato qui satis constanter necem tulit, martyrio pulchro finitus, ut vulgares opinabantur, qui etiam asseuerabant miracula quædam facta fuisse, tam in capto quo decollatus, quam in loco quo sepultus est, illièd vulgus promiscuum cepit omnixè colere cineres antitistis iam defuncti, quem dilexerant perante viuentem, donec per quosdam regales prohibiti, præfatis monumentum reuifere metuebant. Corpus verò domini Thomæ Munbray comitis Marefcalli, permissione regis sepultum est in Ecclesia Cathedrali, multis dolentibus vicem eius. Sed caput eius fixum in stipite, stetit supra muros vrbis longotempore, expositum feruori atque pluuiæ. Quod tandem cum rex annuisset ut conspelteretur corpori, ferunt inuentum fuisse in nullo fluxum, in nullo marcidum, nec penitus decoloratum, sed eundem prætulisse decorem, quem viuens obtinuerat. Rex post hæc ciuibus Eboracensibus multis ad libitum qui cum Archiepiscopo senserant, promouit exercitum ad persequendum comitem Northumbriæ & dominum Thomam Bardolf, omne præparamentum belli secum contrahens & exercitum. xxxvij. millium pugnatorum. Comes Northumbriæ comperto regis proposito, Barvicum se trāstulit. Eo tempore nuntij regis Daciæ, Norvvagiæ & Suauia, venientes in Angliā, petiere regis filiam in coniugium domino suo: horum præcipuus fuit Episcopus Solucensis, qui cum scriptore præsentis chronice de vita sancti Albani (cuius per opum è nouit & comunicauit

municauit historiam, eò quòd in Danemarchia martyr noster celebris habetur.) Interea rex firmans faciem contra comitem Northumbriæ, venit Barvvicum: comes verò à facie formidinis eius fugit in Scotiam, & dominus de Bardolf cum eo. Quos dominus David Fleming Scotus in fide sua suscepit. Rex autem cùm cognouisset fugam comitis, mandauit hijs qui erant in castello ut illud sibi redderent. Quod cùm illi præcisè negarent, intendit Guhnam magnā, cuius vnico iactu deiecit partem vniusturris, & inclusos tantum terruit, ut maluerit obijcere se sponte gladijs, quàm expectare secundum iactum. Redditum est ergo castrum regi, & de defensoribus partim fuere decollati, partim carceribus mactati. Quo recepto, & pro votis disposito, castrum de Alnevyk & cetera castra comitis reddita sunt facili ter in manus regis. Quibus successibus rex elatus, rediit incunctanter Valliam, vbi è contrario nil sibi celsit prosperum, sed velut infortunatè omnia gerebantur. Quapropter nullo perfecto negotio reuersus est, currus, cæctas, & plaustra perdens numero quinquaginta (pro ut fertur) cum thesauro maximo & coronis suis, per aquarum inundationes superuenientes improuise. Venit ergo VVygorniam, & accersitis Archiepiscopo & alijs Episcopis, patefecit eis infortunium quod acciderat, petens sibi succurri per eosdem, cui respondit Archiepiscopus se cum clero super isto negotio tractaturum. Medio tempore Gallici venientes in succursum VVallici. i. Ovveni Glendor, cum centum quadraginta nauibus applicuerunt in portu de Milleford, amissis primò præ penuria recentis aquæ penè omnibus equis suis. Dominus de Berkle & Henricus Pay combusserunt ex eisdem nauibus quindecim in eodem portu. Dicti verò Galli obsederunt urbē Kaermerdyn, & ceperunt, concessis prius defensoribus omnibus bonis mobilibus, cum licentia se transferendi quocunque vellent. Sub eodem tempore captæ sunt naues. xiiij. per supradictos dominum de Berkle & dominum Thomam de Svvinburne, ac Hæricum Pay, dum velificarēt versùs Galliam ad auxiliandum Hovveno. In quibus senescallus Franciæ, & alij. viij. capitanei capti fuere. Villa de Royston cōflagrauit in die translationis beati Martini. Comes Arundeliæ duxit London. in vxorem, filiam regis Portugalie notham, satis magnificè, præsentibus rege Angliæ, & regina, in crastino sanctæ Catherinæ. In festo conceptionis sanctæ Mariæ, domina regis filia præconis voce proclamata est regina Dacie, Norvagiæ, Suauie, siue Suefiæ, in præsentia nuntiorum qui eam venerant petaturi.

ANno domini. M. CCCCvj. (qui est annus regni regis Henrici à conquestu quarti septimus) dominus Rogerus de VValdene debitum naturæ soluit, qui varia fortuna vectus, expertus est sub breui tēpore quam sit inconstans, incerta, volubilis, ipsa, errans, instabilis, vaga, quæ dum stare putatur, Occidit & Waldeni varia falso mentitur gaudia vultu. Nempe per hanc ex pauperculo, factus est regni thesaurarius, & mox Cantuariensis Archiepiscopus, quo iure mundus nouit, viuentē Thoma de Arundelia. Et ilico deiectus & priuatus per longa tempora, tandem leuatur iterum in Londoniarium thronum venerandum, quo tamen non est permissus gaudere per annum. Huic successit dominus Richardus Bobvyth. Hoc in tempore dominus Papa peremptores Richardi Scrop quondam Eboracensis Archiepiscopi publicè excommunicauit. Eo tempore inchoatum est parliamentum, quod protelabatur inutiliter ferè per annum. Quia postquam parlamentales milites distulissent diu concedere regi subsidium, in fine tamen fracti, concessere taxam petitam, cōmunitatis damno. Nam propter hanc dilationem expensæ militum equiparabant penè subsidium postulatū. Per clerum autem noua taxa regi conceditur, leuanda de presbyteris stipendiarijs, & fratribus mendicantibus, ac alijs religiosijs qui annalia celebrabant, ut horum quilibet

Gallorum ap-
pulsus in
Wallia.

Waldeni varia
fortuna.

bet dimidiam marcam regi daret in releuationem cleri, sed qui semper onus portauerat pro eisdem. Per idem tempus comes Northumbriae & dominus de Bardolf monitu Dauid Fleming fugerunt in Valliam. Patefecerat nempe illis conspirationes Scotorum, qui conspirauerant illustrare regi suo pro quorundam captiuorum commutatione. Ob quam causam Dauid à Scotis occiditur & Scoti prouocantur ad intestina bella, in tantum ut inualecente discordia, treugas annales petere cogerentur. Quibus firmatis in terra, Scoti misere per aquora filium regis sui & heredem, ut coalesceret & informaretur in Francia de facie linguaque Gallica. Quem quidam nauae de Cley in Norfolchia cepere fortuito, & quendam Episcopum Comitemque de Orkeney, quibus commissus fuerat à patre suo, & ad Angliam deduxerunt, regique dederunt. Rex verò resolutus in iocos dixit: Certè si grati fuissent Scoti, hunc misissent mihi iuuenem instituendum, nam & idioma Franciae ego noui. Missique sunt ad turrim Londoniarum dictus iuuenis, & comes Orcadum, episcopo per fugam lapso. Eo tempore dum Galli properant in succursu Ovveni Glendord cum ratibus. 38. capte sunt ex eis octo naues armatis referte, reliquis in Valliam euadentibus meticulose. Non multo post captae sunt naues quindecim, portantes vinum & ceram, per mercatores nostros ad maris custodiam deputatos. Papa contulit Archiepiscopatum Eboracensem magistro Roberto Alum Cancellario Oxoniensi, tunc in curia existenti. Sed rex Angliae indignatur & contradicit. Hac aetate rex & regina perduxerunt virginem Regis filiam, ex priore coniuge procreatam, ad villam de Lenna, ut inde transfretaret in Daciam ad sponsum suum regem. Hanc comitabantur nobiles, inter quos Episcopus Bathoniensis erat, & dominus Richardus frater ducis Eboraci. Qui redeuntes expleto negotio, parum vel nihil boni de patria retulerunt. Circa finem autumni dominus Henricus de Spencer Episcopus Norwicensis ingreditur viam patrum, vir qui & militis suo tempore consummauit officium, & pontificale non neglexit debitum. Cuius loco monachi Norwicensis elegerunt Alexandrum commonachum & Priorem suum. Adhuc durante parlamento, restitutus est dux Eboraci dignitati pristinae, qui putabatur à multis obiisse in carcere. Comes Cantij duxit in uxorem filiam domini de Mediolano. Hoc anno die sancti Clementis (apostolica vacante per obitum F. Re. Innocentij Papae Cardinales 7. considerantes Christianae religionis infamiam contractam ex pestifero schismate (quod tantis propter dolor) temporibus perdurauit) conuenerunt, voverunt deo ac eius matri Mariae, & sanctis Apostolis Petro & Paulo, totique caelestis curiae iurauerunt, & ad inuicem unus alteri, & è conuerso se obligando solenniter, promiserunt quod si quis eorum assumptus foret ad apicem summi apostolatus, renunciaret effectualiter iuri suo & papatui, si & quando antipapa qui est, & pro tempore fuerit consimiliter renunciaret, accederet, & ante cardinales sic conuenire ac concordare vellent cum eisdem dominis & sacro collegio, sic quod ex his duobus collegijs sequeretur iuste canonica electio vnus Romani pontificis, ac etiam promitteret se facturos & curaturos, quod si quis ex dominis absentibus vel extra collegium per eos assumeretur in Papam, eandem faceret obligationem. Quodque nullus eorum à praedictis promissione, voto, & obligatione, absolutionem, peteret vel impetraret. Et ad maiorem praemissorum firmitatem, quilibet ex dominis de collegio supradicto manu sua subscripsit. Elegerunt itaque dominum Anglicum tituli S. Marci, praesbyterum cardinalem Constantinopolitanum, & vocauerunt Gregorium. 12. Qui eodem die post electionem, votum, sacramentum, & promissionem (prout superius continetur) in praesentia dictorum Cardinalium & testium manu propria subscripsit. Ego Gregorius

Innocentij
mors. 7.

Cardinalium
vota.

418 420
 gorius hodiē die vltimo mensis Nouembris, anno domini M. CCCCVj. assumptus in Romanum pontificem, iuro, voneo, & promitto, ac confirmo omnia supradicta, &c. Coronatus est autem die sancti Andreae Apostoli vir annorum circiter octoginta. Circa festum sancti martini cum rates Anglicaē versus Burdegalam cursum tenderent, & infrequētatum mare nostris haētenus attemperarent, quatuor naues de villa de Lenna nauigantes incautus incederunt subito in caribdim, quā dicitur esse in mari Hispanico, & cernētibus socijs absorpti sunt. Nam illic dicitur esse mare vertiginosum, quod occultis gurgitibus naues sorbet. Ter enim in die stringit fluctus & ter vomit. Aquas itaq; accipit vt vomat, vomit vt accipiat, vnde Naso. *Euomit epotas dira charibdis aquas.* Doctē sunt 10 ergo reliquae priorū periculo vela reflectere de tam pernicioso pelago, venerēq; saluō Burdegalim, sed numero diminuto. Appropinquāte natali dominico, exactum est instantius vt regi prouideretur de pecuniali subsidio. Sicq; tandem concessa fuit ei quintadecima de cōmuni populo.

Ducis Aureliae turpis discessus.

An. Do. 1407. soluta est obsidio facta villarū de Burgh, & de Bloys in Gasconia, facta per ducē Aurelianēsem, qui cū quinquaginta millibus venerat ad subuertēdū illas. Sed deo dispēsante, qui superbos humiliat, nulla dies per octo hebdomadas illuxit ei sine tēpestate pluuiarū, niuis, & grandinis mixta cū ventis & fulmine, quā tam homines ad mortem compulsi quā iumenta. Quibus infortunij fertur sex milia hominum perdidisse, & quī in aduentu suo supra fortunam suam nimis ambitiosus, fecerat deportari supra caput suum à quatuor militibus pannum aureum, iam reuertēs inglorius, gaudebat ab imbribus iam cessare caelum. Per idem tempus Henricus Pay & quidam de quinq; portubus, cum nauibus quindecim, in mari Britannico centum viginti naues anchorātes, onustas ferro, sale, oleo, vinoq; de rupella ceperunt. Episcopus Sarum Richardus Mitford seculo valescit. Eo tempore fixae sunt scedulae multis in locis Londonijs, quibus continebatur quōd rex Richardus viueret, & in proximo vēturus esset in magnificentia, & gloria, accipere sibi regnum. Sed non multō post captus est & punitus ausus tam temerarij stultus cōmentor, & ex mēdatio multorum conceptam latitiam temperauit. Hac æstate ex aëris corruptione tanta 30 pestis humanis est infusa corporibus, quanta non est visa per annos plurimos in hac terra. Ita (vt ita dicam) *Letiferis calidi spirarunt aëribus aëstri, Pests et in*

Pestis.

magne dominatur manibus vrbis. Nam & Londonijs consumpsit infra breue tempus ad triginta millia sexus vtriusque: in villis verō ruralibus peruenit ad miseros damno grauiore colonos, vt multae domus quondam frequentibus latae familijs, penitus vacuarentur. Eo tempore prout videbatur in vnam conuenere sententiam Papa Romanus, & antipapa per litteras directas adinuicem, attamen non dum finis. Sub hoc tempore Gallici ceperunt munitionem de Eye, & destruxerunt, ac bona inibi reperta rapuerunt, vnde dolentes stipendiarij Calestiae, ceperunt & ipsi castrum de Pouile, & ibidem bona reperta copiosa valde 40 Calestiam comportarunt. Propē medium mensis Iunij, cum Papa Gregorius se parasset ad proficiscendum Sauoniam, iuxta conditum inter ipsum & antepapam gratia vnionis faciendae in Ecclesia dei, repentē dāmonis instinctu, superuenit rex Neapolis, & ante portam sancti Laurentij consedit cum exercitu, vnde dominus Papa confugit cum cardinalibus in castellum sancti Angeli. Et accersito nobili viro Paulo Vrsino, iussit vt cum manu forti militari valida opem ferret. Qui commissa pugna peremit septem milia de hostibus Ecclesiae, nobilibus multis captis. Rex verō mœrore plenus aufugit, & inglorius Neapolim repedauit. Hac occasione retardatum est negotium vnionis & pacis in ecclesia sancta dei. Circa festum assumptionis beatæ Virginis, dominus Robertus

Neapolis rex Papa obfuit.

bertus Knolles diem clausit extremum. Cuius arma regnum Franciæ sensit, & *Knolles mori-*
expauit infesta ducatus Britanniae, verebatur Armorica, atq; pertimuit gens ci-
terioris Hispaniae. Qui præter laudem quam sibi peperit in gestis Martijs, cō-
struxit pontem vltra flumen de Modevvey iuxta Roffam, prouexitquē domū
fratrum Carmelitarum Londonijs, fundauitq; collegium secularium clericorū
apud Pontemfractum, & alia multa laudabilia consummauit. Eodem
anno Guido de Mone, Meneuensis episcopus, præsentis lucis sensit eclipsim,
qui dum vixit magnorum malorum causa fuit.

10 Sub eodē tempore, magister Henricus Bovvet ad instantiam regis translatus
est ab Episcopatu Bathon, ad Archiepiscopatum Eboracensem, & Magister Ro-
bertus Alun cui Papa prouiderat de Archiepiscopatu Eboracensi, thronum cō-
scendit Sarisburiensem, vacante per mortē magistri Clickhole. Magister verò *Episcoporum*
Richardus de Clifford, de Pontificatu VVigorniae transijt ad sedem Londinē-
sem. Thomas quoque Peuerel ab Episcopatu Landaffensi transfertur ad
cathedram VVigornensem. Hac ætate dominus Henricus Princeps VValliae
cepit per obsidionem castrum de Abrustvich, sed non multo post Ovvenus
Glendor fraudulenter illud intrauit, & novos custodes imposuit. Mense No-
uembri factō parlamento Londonijs, facta fuit leuatio pecuniae toto regno.

20 **A**nno domino millesimo. CCCC.vij. (qui est annus regni regis Henrici
à conquestu quarti octauus) fuit hiems asperrima, ex niuium abundantia, *Niuis asperis*
durans per menses Decembris, Ianuarij, Februarij, atque Martij, vnde conti-
git penē cūctas volucres de genere Mauistorum vel Merularum, fame frigore-
que perire. Eo tempore rege tenente consilium grande Londonijs cum regni
magnatibus, comes Northumbriae, dominusq; Thomas de Bardolf (fatis ini-
quis vrgētibz) in Angliā rediēre. Qui post longam equitationem, cūm perue-
nissent ad villam de Thrisk, proclamari fecerunt, vt quisquis libertatem cupe-
ret, arreptis armis eos alacriter sequeretur. Igitur secuti sunt eos plurimi, pu-
tantes sibi cūcta pro votis accedere. Vicecomes verò de Euervvike, cum mili-
tibus patriæ illis occurrēs, iuxta Horselvwood commissio graui pralio comitem
30 interemit. Cuius caput illicō præcisum est, dominus de Bardolf ex vulneribus *Insurrectio*
acceptis saucius, capus est viuus, sed citò postea defecit in mortem. Acta sunt *D. Percy.*
hæc quantum ad bellum. 11. Cal. Martij. Completaquē putabatur prophe-
tia quæ præmissa prænuiciauerat sub hoc inuolucro. *Stirps Percitina periet con-*
fusa ruina. Nempē dominus iste stirps fuit cūctorum de nomine Percy super-
stitum, & aliorum plurimorum varijs cladibus finitorum. De cuius infortu-
nio vulgus non parum doluit, recolens viri magnificentiam, famam, & glo-
riam, applicans sibi Lucani carmen ligubre sic dicentis:

40 " Sed nos nec sanguis, nec tantum vulnera nostri

" Affecere senis, quantum gestata per urbem

" Ora ducis: quæ transfixo deformia pilo

" Vidimus.

Nam caput eius veneranda decoratum canicie, pilo superpositum, per urbem
Londoniarum publicē deportatum, super pontem confusibiliter est locatum.
Pontifex Bangorientis captus cum prædictis dominis donari vita meruit, eō
quod inermis captus fuit. Post mortem prædictorum procerum, vires assump-
sit inuidia, succreuitq; delatorum turba in Boreali patria, quæ patriotas accusa-
re studuit de impenso fauore dictis dominis. Quorum clamore rex excitus,
perrexit Eboracum ad faciendum iudicium transgressorum, vbi cū multis
damnasset, plurima cōfiscasset, patriam pacificasset, suspenso Abbate de Hayles
(qui cū præfatis dominis armatus steterat) redijt ad partes australes. In crastino
sanctæ

*Dux Aurel.
quomodo ca-
sus.*

Pluuia.

*Legatio à
Papa.*

*Littere cleri
ad Papam.*

sanctæ Mariæ Magdalenæ, in consilio cleri celebrato Londonijs, assistentibus doctoribus vniuersitatum Cantebrigiæ & Oxoniæ, tractatum est de censu, & obedientia Papæ subtrahendis vel non subtrahendis, qui contra votum & iuramentum præstitum, se subtraxit à loco, vbi iuxta pacta, de cessione pro parte sua procedendum fuerat ad vnionem in Ecclesia faciendam. Eo tempore dux Aurelianensis dum scortis, stupris, incestibus vacat & adulterijs in regno Franciæ, peremptus est à quodam milite cuius coniugem adulterare consuevit. Dux Burgundiæ quia præsumpsit factum defendere militis, proscriptus & multis affectus incommodis, Franciam dereliquit. Sed expositus captus & incarceratus: solutus est sub pacto Calæsiæ capiendæ. In vigilia natiuitatis beatæ Mariæ tanta fuit inundatio pluuiæ, quantam senes veterani antea non viderunt. Sanctus Thomas comes Cantij dum obsidet castrum de Briant in Britânia spiculo balistæ vulneratus in capite, cepit tamen castrum & destruxit funditus, nec multò post (putrefacto cerebro) mortem incurrit. Circa festum omnium sanctorum venit in Angliam cardinalis Burdegalensis, (vir potens in opere & sermone) missus à Collegio cardinalium, ad informandum regem, regniq; clerum, de inconstantia Papæ Gregorij (prout prius edocuerat regem Franciæ & incolas regni eius) quatenus hij duo reges qui censebantur in orbe præstantissimi, manus apponerent adiutrices, ad inducendum dictum Gregorium ad seruandum iuramentum præstitum, vt ipsorum duorum regum auctoritate magnifica, vnio fieri posset in ecclesia. Cui negotio rex Fræciæ lubens annuerat: & solennes Gregorio nuncios destinauerat, licet tergiuersanti & indurato. Quamobrem rex Franciæ, secutus consilia doctorum vniuersitatum, Parisiorum, & Bononiensium, Aurelianorum, Tholosanorum, & montis Pessulani, ad euitandum pænas fautoris schismatis, neutri de papatu contendenti decreuit obedire, donec pax haberetur in ecclesia dei. Rex Angliæ cum intellexisset propositionem Cardinalis, exhiberi sibi iussit omnem humanitatem, offerens sumptus sibi largifluos quamdiu cuperet in Anglia commorari.

Anno domini M. CCCC. ix. (qui est annus regni regis Henrici à conquestu quarti nonus) post Epiphaniam conuocauit dominus Cantuar. regni clerum Londonijs, ad eligendum personas idoneas, quæ proficiscerentur Pisas, ad consilium generale. Inter quas electi sunt Magister Robertus Alin Sarisburiensis Episcopus, & præmiserat ante rex Angliæ ambassiatores ad Papam Gregor. & Cardinales, dominum Iohannem Coluile militem, & magistrum Nicholaum Rixton clericum, cum litteris exhibendis eisdem. Et quidem in littera Papæ directâ, inter cætera scribit ita. Beatissime pater, si sedis apostolicæ dignaretur attendere providentia, quanta quasi per vniuersum orbem pericula, prætextu schismatis emerfere, & potissimè de strage populi christiani (quæ vltra ducenta millia personarum (vt assertur) ex guerrarum fremitibus in diuersis mundi partibus exortarum, & iam pridem ad numerum. 30. milium) ratione dissentionis habitæ super Episcopatu Leodiensi inter duos, vnū scilicet auctoritate Dom. veri pontificis, & aliū auctoritate antipapæ titulo cōtendentium, in bello campestri (quod dolenter referimus) fuerant interfecti, pro facto iam dicto anxietur in spiritu, & in isto dolore torqueretur in mente, distantq; bona cōscientia, potius apostolicæ sedis honorem relinqueret, quàm huiusmodi detestanda cōiugia de cætero sub dissimulationis clamide tolleraret, exemplum sumens de vera matre, quæ coram rege Salomone contendens, cessionem potius elegerat, quàm filij sectionem. Et quamuis ex illa noua creatione nouem Cardinalium, contra iuramentum vestrum (vt aliorum verbis utamur) vltimò per vos facta (de qua vehemens admirationis clausa consurgit) possit

possit aliquatenus (præsertim prout verissimile est censendum) intentionem vestram ad finem schismatis non intendere. Absit tamen à seculo semper, quòd sedes vestra circumspècta, de tanta mentis inconstantia notaretur ab aliquo, vnde nouissimus error priore deterior haberetur. Hæc descripsimus de epistola quam rex direxit Papæ, vt cunctis liqueat quàm sobriè, quàm modestè temptauit Papam inducere ad votum, iuramentumq; soluendum, ne per eum stare videretur quò minus in Ecclesia vnitas reformaretur. In epistola verò directâ cardinalibus, inter cetera scripsit sic. Cupientes ostendere quem zelum habuimus, & habemus, vt pax detur Ecclesiæ de consensu statuum regni nostri, domino summo pontifici literas nostras trāsmisimus (iuxta seriem copiar præsentibus interclusæ) effectualiter exequendas: vestrum itaq; venerabilem cætum affectuose precamur, quatenus si contingat eundem Gregorium (interessendo generali consilio apud Pisas, & cedēdo Papatui, iuxta votum & iuramentū per ipsum vicibus iteratis emissum) acquiescere votis vestris & nostris (prout cupimus, & tenemus ipsum facturū) pro statu suo totaliter ordinare velitis, vt præcipuè deus exinde placeat, & tam ipse Gregorius, quàm nos qui nō immeritò suum honorem & commodum ex affectu diligimus, vobis & singulis vestrum meritò teneamur ad gratiarum vberes actiones.

20 **A** Nno domini millesimo, CCCC. x. iuxta conditum conuenēre Pisas domini Cardinales vtriusq; collegij, videlicet Gregorij, & Benedicti, vt super reformatione vnionis tractarēt tam effectualiter quàm finaliter, occurrentibus ad eundē locum penè totius orbis Latini prælatis, & viris venerabilibus electis ad suffragandum cardinalibus in hac causa: sic quòd factus est ibidē numerus maximus mitrarum. Qui inuocata spiritus sancti gratia, conuenerunt in vnā personam, ac elegerūt vnum qui caput esset totius ecclesiæ, duobus alijs abdicatis, vocaueruntq; nomē eius Alexandrum quintum, licet Gregorius, & Benedictus (qui se de cōsilio prædicto sponte subtraxerant) procaciter obgrunnirēt. Hic Alexander in primordio suæ creationis, concessit omnibus verè confessis & cōtritis, qui manus adiutrices apponerent ecclesiæ siue prioratui sancti Bartholomæi Canonorum de Smithfeld Londonijs, scilicet die Cæne domini, die Perasceues, siue sancto Sabbatho Paschæ, ac etiam in festo Annūciationis beatæ virginis à primis vesperis vsq; ad secundas vespèras, & quolibet istorū dierū plenā remissionē omniū peccatorum. Creati sunt hoc anno dominus Thomas Beufort in regni Cancellarium, & dominus Henricus Scrop in thesaurariū. Facto parlamento Londonijs, sub diebus quadragesimæ, quidā laicus, arte Faber, dū pertinaciter defendit hanc hæresim, quòd videlicet non est corpus Christi quod sacramentaliter tractatur in ecclesia, sed res quædam inanimata, peior butone, vel aranea, quæ sunt animalia animata, nec vellet opinionem istam deferere, traditus est iudicio seculari. Cumq; dānatū esset, & in Smithfeld includendus dolio, dominus princeps Henricus (regis primogenitus) qui tunc affuit, ad eum accessit, consuluit, monuit vt resipisceret: sed neglexit (perditus nebulo) tanti principis monita, & elegit potiùs se cōburendū, quàm sacramēto viuifico deferre reuerentiā. Quapropter dolio includitur, affligitur à deuorante flāma, mugitq; miserabiliter inter incēdia: clamore cuius horribili dominus princeps motus, iussit ignis materiā ab eo subtrahi, ardorē longiùs ammoueri. Cōsolatur penè mortuū, promittens nunc etiā victurum se, & cōsecuturū veniam, ac singulis diebus vitæ suæ (si resipisceret) de fisco regio tres denarios percepturū, sed miser (refocillato spiritu) respuit tantæ dignationis oblationem, (nō dubiū quin maligno spiritu induratus.) Quāobrē iussit dominus princeps, cū iterū recludi dolio, gratiā nullā cōsecuturū de reliquo, vnde cōtigit quòd illic ad fauillas arsit

ardalio, miserabiliter mortuus in peccato suo. In hoc parlamento milites parlamentales, (vel vt dicamus verius satellites pilatales) in maligno positi, nulli commoditati regni studentes, ad vnum solummodo scelus vacant, vt Ecclesiam dei per Angliam spoliarent, huiusmodi schædulam regi dantes: Excellentissimo domino nostro regi & omnibus proceribus in præfenti parlamento constitutis omnes communes fideles demonstrant humiliter, dicentes veraciter quòd dominus noster rex potest habere de bonis temporalibus per Episcopos & Abbates, ac Priores occupatis, ac superbè vastatis in regno, quindecim comites, mille quingentos milites, sex mille ducentos armigeros, & centum xenodochia plura quàm sunt, bene & fideliter sustentata de terris & tene-
 10 mentis nunc inutiliter & superbè vastatis. Sed cum niterentur ostendere de quibus locis tam grandes summae leuari possent, vnde præmissi dotarètur siue ditarentur, defecerunt scrutantes scrutinio, & dum diligunt vanitatem, quæsiuere mendacium. Serenissimus autem princeps, abhominatus tantam Lolardorum malitiam, prohibuit ne de cætero præsumerent talia commentari. Cumq; cæcus execrabilis Lolardorum militum videret se nò posse progredi in præmeditata malitia, petierunt cum instantia, vt clerici conuicti de cætero nò traderentur ergastulis Episcoporum, sed carceribus regijs, & temporalium dominorū: sed nec hoc quidē consecuti sunt. Petierunt etiam vt statutum factū de Lolardis (in quo cauetur vt vbicunq; forent deprehēsi dogmatizare doctrinas erroneas,
 20 caperentur sine breui regio, & proximo regis carceri manciparentur:) vel mutaretur, vel modificaretur. Et acceperunt responsum se nò habituros huius petitionis propositum, quin potius statutum super huiusmodi negotio aggrauandum. Rex verò in præfenti parlamento petijt vt quotannis dum viueret, sine parlamento tenēdo, decerneretur sibi de clero vna decima, & de laicis vna quintadecima, sed non obtinuit. Protelatum est ergo parlamentum ab octauis sancti Hilarij ferè in medium mensis Maij. Tandem de laicis concessa fuit illi vna quintadecima, non sine grandi murmure cōmunitatis. Hoc tempore dominus Thomas Benford comes Surrey concessit in fata. Circa nonum mensis diem
 30 Aprilis, incensa est villa de sancto Audomaro, cum Abbathia, vbi reconditus fuit apparatus execrabilis per ducem Burgundiæ, qui pactus fuerat villam Calesiæ, vel destruere, vel Gallorum arbitrio subiugare. Ibi machinarum hætenus nullibi conspectarum multitudo maxima, ibi vasorum venena continentium (quæ proijcienda præordinauerat in dictam villam) magna nimis abundantia seruabatur. Collegerat siquidem serpentes, scorpiones, bufones, & alia venenorum genera, & incluserat in paruis cadis, vt dum computruissent illic noxiorum carnes animantium, & in tabem resolutæ fuissent, facta obsidione circa Calesiam, cados emissos è machinis in villam proijceret. Qui dum fracti fuissent iactus violentia, factore pestifero strangularent inclusos, armatos
 40 contactu inficerent, & vbique vicos venena sparsa fædarent. Interea iuuenis quidam ductus auri cupiditate, vel affectæ villæ regię, petijt à rectoribus quid mercedis meretur, qui villam è tanto metu vacuaret & omnem apparatus quē formidabant incenderet. At illi summam fului metalli taxant, qua contentus, digreditur adolescens, & immisso igne, non solum combussit dictam materiam sed penè cum monasterio totam villam.

Alexander Papa quintus electus in consilio Pisis celebrato, diem clausit extremum, cui successit Balthazar Bononiensis Archiepiscopus, consensu vtriusque partis Cardinalium, qui vocatus est Iohannes vicesimus tertius.

ANno domini M. CCCC. xj. hostis humani generis inuidens incrementis orbis Christiani, non solum graue scandalū, sed & magnum scandalū intulit


tulit Christianis. Siquidem rex de Krakon tactus affectu Christianæ professionis, baptizatus est in nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis. Qua de causa cuncti noti & amici sui qui remanserunt in perfidia Sarasenica, se elongauerunt ab eo, & conspirauerunt ut ipsum peruerterent, aut certe bello delerent. Quorum ut comperit molitiones, tanquam chrislicola à vicinis christianis contra hostes suæ fidei subsidium expetiuit. Erant autem sibi contemini proceres & rectores de Le Pruvys, qui priusquam Christianus effectus esset consueverunt terras suas inuadere, & exinde prædas opimas Martio iure referre. Sed iam ratione religionis cessare necesse fuit. Nihilominus Prusientes heroes, comperto quod affines sui persequerentur eum, ut afflictum magis affligerent, non verentes domini vindicem, bellum sibi crudeles indicunt, quamuis ipse ab eis suffragia contra Sarasenos primitus implorasset. Itaque constitutus inter incudem & malleum, quo se verteret ignorabat, sed tandem animatus (ut creditur) & indutus virtute ex alto, quo maius imminabat periculum se conuenit. Et licet hostes præstarent & numero, & apparatu, inuocato rex Neophitus christi nomine commisit cum Prusiensibus & fecit stragem magnam. Quo successu non solum sibi subegit hostes, sed & omnem regionem eorundem. In hoc tamen præ consulens subiugatis, ut permitteret eos suis auitis gaudere privilegijs, & mercimonia prout solui fuerant exercere. Hoc anno Burdegalia, ex dysenteria penè quatuordecim millia hominum periit. Tantumque pestis inualuit in Aquitania & VVasconia, quod vindemiares & vuarum calcatores in patria detecerunt. Iohannes Prendergest miles, & VVilhelmus Long pelagus præseruantes à piratis, mare pacatum reddidere. Sed non tolerauit hoc maleuolorum supercilium, quin viros accusarent de furtis, de rapinis, de prædationibus rerum inconcessarum. Quapropter miles VVestmonasterij petiuit asilum, non domum tigurium (vel ubi caput reclinare possit) obtinere potuit metu regis, sed in vestibulo sancti Petri (explicatis tentorijs) sibi necesse fuerat repansare, abhibitis lateri suo custodibus, propter timores nocturnos, qui sibi ab æmulis parabantur. Remansit interim VVilhelmus collega sua in pelago, donec admiralius qui tunc fuit naues armasset, & ad eum personaliter accessisset & impunitatem sibi (fide interposita) spondidisset. Qua conditione relictis nauibus secutus est eum: sed tamen (non obstantibus promissis pollicitationibus) reclusus est in turri Londoniarum. Dominus Cantuariensis dum nititur visitare vniuersitatem Oxoniarum repulsam passus est. Guerra mota est inter ducem Burgundiæ & ducem Aurelianensem (filium ducis Aurelianensis nuper occisi) factione ducis Burgundiæ supradicti, suffragantibus duci Aurelianensi regibus Nauariæ & Arragoniæ, ducibus Bituriæ & Britanniæ, cum VVasconis & Aquitanis, necnon comitibus de Huys, & de Armanak, & multis alijs. Dux Burgundiæ (cui fauit rex Franciæ, & eius primogenitus (dictus rector Franciæ) cum multis alijs) videns partem contrariam robore fortem, populositate numerosam, diffidens suis viribus, misit ambasiatores in Angliam, petens per eos regis suffragia contra ducem Aurelianensem, offerens plurima, pluraque promittens, inter quæ nuptias filiæ suæ promisit principi, simul cum maxima summa sului metalli. Cui rex fertur tale dedisse responsum. Consulimus ne cum hoste vestro præsumatis in hac causa congregari, qui iuste vos infestare videtur pro nece per vos procurata parentis sui, sed quantum in vobis est animum iuuenis exasperati mitigare studete, satisfactionem rationabilem iuxta consilium partis vtriusque promittentes. Quod si nec sic à persecutione cessare decreuerit, secedite in partes tutiores vestri dominij, & illic vires aggregate quæ sufficiant ad repellendum suam violentiam. Si verò

posthac bellum contra vos mouerit, ad congregandum cum eo iustius mouebimini. Et in tali causa fauorem vobis quem petitis exhibebimus. Transmissi sunt ergo comes de Arundel, comes de Kyme, dominus de Cobham, Iohannes Oldcastell: & quidam alij cum armata manu, & architenentibus in numero copioso. Qui cum summa gratulatione recepti sunt per ducē Burgūdiæ, sufficienterq; conducti: sed cum moram Parisius diuturnam protraxissent, & iam macellarij carnes solito cariùs venderent, statuerunt nostrates egredi, & (si fortuna faueret) ab hoste quærere victum sibi. Iacuit tunc non procul Aurelianensis comes in loco quodam forti, cum priuata familia, propè villā de Seynclo, in qua magna pars exercitus sui constituta fuit, quasi media via inter virosque. 10
Profecti sunt ergo Anglici pabulum, proq; sua necessitate providendum. Cumq; villam de Seynclo proponunt inuadere, cōperiunt pontem fractum ab hoste. Cui tabulas licet strictas, longas tamē, hostes superstrauerāt, vt egredientes ab ingressu villę nostros arcerent, & si necesse foret (iuxta qualitē negotij) reuerti possent. Pugnatum est ergo, & Franci fugati. Qui dum meticolosè fugiunt, per arctitudinē tabularū cadētes in flumine dimerguntur. Occisi feruntur ibidē mille, trecenti ceterisq; in villam ad ducē fugientibus, casumq; referētib; cū ploratu. Qui cōscitū fugiens ē diuersa parte, salutē suę cōsuluit. Nostri proindē villam de Seynclo depradantur, captiuos multos secum trahunt, Parisius reuertuntur. Reguli & nobiles cum vidissent manum magnam quam exerce- 20
rat dominus super hostes per manum nostratū, deum pro successu nouo laudare, nostrisq; gratias retulere. Sed quia captiuos secum traxerant, qui rei lesę maiestatis extiterant, eosdem captiuos Galli mox iudicialiter punire temptabāt, contradicunt nostrates, eò quòd pacta redemptione saluassent eos iuxta leges armorum, & timebant perdere summas pactas. Quapropter bile repleti, dum nituntur saluare quos tueri ceperant, de Parisiensibus plures morte plectunt. Sed tandem recepta pecunia pacta pro redemptione captiuorum de fisco regis & ciuib; permisere Francos gaudere suorum mortibus. Quorum quidam decapitantur, quidam tormētis varijs iuxta morem patrię mori coguntur. Par- 30
liamentum celebratur Londonijs in crastino animarum.

ANno domini millesimo. CCCC. xij. dux Aurelianēsis, qui se putabat insuperabilē, accepta plaga per Anglos inflata, mox disperquisiuit media per quæ regem Anglię, nec non & procures, ac commune vulgus, in affectum sibi posset allicere. Initoquē consilio super isto negotio, scripsit procuratorium sub his verbis. Iohannes regis Francorum filius, dux Biturię, & Aluernię, comes Pictanię Stamparum Bolonię & Aluernię &c. Carolus dux Aurelianensis & Valesij, Comes Blesensis, & Belli montis, & dominus Conciati. Iohannes dux Burbonię, comes Clarimontis & Forestarum, & dominus Belli ioci, & Iohannes comes Alekonię, de Armanak & de Pertica, & dominus Filgeriatum. Notum vobis facimus vniuersis quòd nostrum quilibet de probi- 40
tate, & fidelitate, circumspectiōe, & prudentia Falconeti &c. ad plenum confisi, ipsos & eorum quenilibet presentium tenore nostros procuratores fecimus certos, indubitatos, & irreuocabiles, ac nuncios & legatos speciales, ad tractandum & concordandum & concludendum cum serenissimo principe domino Henrico dei gratia rege Anglię, & illustrissimis eius natis, &c. super restitutione & traditione reali ducatus Aquitanię, cum suis iuribus, & pertinentijs vniuersis, quę ad serenissimum Dominum regem Anglię hereditario iure (vt asseritur) pertinent, per nos eidem fiendis, &c. Postquam legati suum procuratorium exhibuissent, obtulerunt quę in subscriptis articulis denotantur. Primò obtulerunt sua corpora exponēda pro seruitio do-
mini

mini regis Angliæ in omnibus suis causis & actionibus (salua semper eorum fidelitate) scientes quòd aliter requirere nollēt. Secundò obtulerunt filios suos, filias, neptes, nepotes, & vniuersaliter omnes consanguineos suos pro coniugijs faciendis, ad complendum iuxta dispositionem regis Angliæ. Tertiò obtulerūt castra, villas, thesauros & alia bona in obsequium præfati domini regis. Quartò obtulerunt amicos ferè omnes, nobiles Franciæ, clericos famulos, ciues honestos, qui eis assunt vt de facto patebit. Quintò obtulerunt ducatū Aquitanie integrè, eodem modo quo eius prædecessores obtinuerunt, nihil excipiendo de pertinentibus ad præfatum ducatum. Ita quòd parati sunt recognoscere terras quas tenent à præfato domino rege, & tradere in manū sua quas possunt, ac residuas pro iuribus cōquiescant. Ipsi verò petūt recipere, quòd dominus rex Angliæ & successores eius eisdem dominis assint, cōtra ducem Burgundiæ, scilicet de crimine commisso in personam ducis Aurelianensis. Secundò petunt quòd dominus rex Angliæ assint contra ducem Burgundiæ & suos factores, vsque ad reparationem omniū bonorum quæ habuerūt illius & suorum occasione causæ. Tertiò petunt quòd assint contra ducem Burgundiæ pro restitutione damnorum, & reparatione offensarum, amicorum, vassallorum & subditorum suorum. Quartò petunt quòd eis assint pro pace regnorum quantū poterit &c.

- 20 Hoc anno libra Piperis quatuor solidis vendebatur. Circa festum assumptionis sanctæ Mariæ, cum rex decreto sui consilij statuisset opem præstare partibus ducis Aurelianensis, misit filium natu secundum Thomam ducem Clarenciæ, necnon Edvardum ducem Eboraci, dominumquē Thomam comitem Dorsetanū, plurimosq; valentes cum manu valida, vt duci præfato ferrent auxilium contra ducem Burgundiæ (nondum reuersis in Angliam cunctis qui iamdudum cum comite Arundeliæ transfretauerāt ad roborādum partes Burgundionis) vnde succreuit multis admiratio, qualiter tam repentina facta sit mutatio, vt sub temporis tantilli spatio contingeret Anglos velut duo contraria cōfouere. Profecti sunt tamen prænotati procures, & in Neustria applicuere,
- 30 vbi cum dux Aurelianensis iuxta conditum, tempore statuto non occurrisset, incenderunt villas suas, prædati sunt vicos, & municipia multa cepere. Tandem licet serò conuenerunt ad colloquium ducis Clarenciæ, & Aurelianensis. Habitusq; est tractatus inter eos, vt nostrates desisterent ab hostili equitatione, & à prædationibus temperarent. Quo concesso, recesserunt duces nostri in Aquitaniam illic hiematuri, Aurelianensis ad propria se conuertit. Medio tempore dominus de Heyle Marefcallus Franciæ, cum multis magnatibus, hominibusq; de armis ad numerum quatuor millium pugnantorum, obsedit quoddam municipium in Aquitania, quod erat in custodia domini Iohannis de Blunt militis, qui cum trecentis auxiliarijs fugauit & subdidit totum exercitum Gallicorum, captis de nominatis viris duodecim, & alijs generosis ad numerum centum viginti.
- 40



¶ De tempore regis Henrici post Con-
questum quinti.



Nno domini M.CCCC.xiiij. rex Henricus tenuit natale apud Eltham, valetudine graui pressus sic quod quandoq; mortuus videbatur. Resumpsit tamē vires deo volēte, & dies natalicios iocunditate qua potuit celebrauit. Post natale conuocauit regni proceres ad parliamētum tenendū Londonijs, in crastino Purificationis sanctæ Mariæ, sed tamen finem parliamenti nō expectauit, fato prauentus, die vicēsimā mensis Marcij, cum gloriose regnasset annis tresdecim & dimidio, præter quinque dies. Sepultusquē est in Ecclesia Christi Cantuariæ.

Eodem anno coronatus Londonijs Henricus primogenitus regis Henrici nuper defuncti quinto idus Aprilis dominica in passione domini. Quo die fuit tempestas niuis maxima, cunctis admirantibus de temporis asperitate, quibusdam nouelli regis satis impingentibus aeris turbulētiam, velut ipse futurus esset in agendis frigidus, in regimine regnoq; seuerus. Alijs mitius de persona regis sapientibus, & hanc aeris intemperiem interpretantibus omen optimum, quod ipse videlicet niues & frigora vitiorum faceret in regno cadere, & serenos virtutum fructus emergere, vt posset effectualiter à suis dici subditis: Iam enim hyems transijt, imber abiit & recessit. Qui reuera mox vt initiatus est regni infulis, repente mutatus est in virum alterum, honestati, modestiæ, ac grauitati studens, nullum virtutum genus omittens quod non cuperet exercere. Cuius mores & gestus omni conditioni tam religiosorum, quàm Laicorum in exempla fuere. Post festum paschæ tenuit rex parliamētū solenne Londonijs, in quo subsidium petijt & accepit. Circa præsens tempus redijt dominus Thomas dux Clarenciæ (frater regis) de partibus Aquitanniæ, quem directum diximus in auxilium ducis Aurelianensis contra ducem Burgundiæ. Sub hijs diebus magna pars ciuitatis Norwicensis, cum tota domo fratrum prædicatorum ordinis sancti Dominici, & omnibus eisdem pertinentibus, necnon & duobus fratribus ordinis eiusdem, repentinis ignibus conflagrauit. In festo sanctę Trinitatis celebrata sunt solēnes exequiæ regis Henrici à cōquestu quartū, Cantuariæ, præsentē rege Henrico filio suo & hærede. Eo tempore decretum fuit per cleri conciliū Londonijs apud sanctū Paulum celebratum, ad instantiā maximē regis nūc, vt festiuitas sancti Georgij martyris vt duplex festū de cetero celebraretur. Quod etiā die sancti Dunstani dominus Cantuariensis censuit faciēdum. Alexāder Episcopus Norwicensis qui de veterano Priore loci prædicti pontifex factus fuerat, curis sæculi valefecit. Cui successit per electionē magister Richardus de Cortunaco, dignus, qui genere, moribus, & scientia, cōquadraret hunc gradum. Eo tempore Lolardi qui doctrinam euangelicam & Apostolicā atq; propheticam deprauabant, fixerunt schedulas in valuis ecclesiarum Londonijs, quæ continebant centum millia parata, ad insurgendum contra cunctos qui non saperent sectam suam. Inuitabantur nempe viribus & ingenio cuiusdam qui dicebatur Iohannes Oldecastell, qui ob reuerentiam nuptiarum quas contraxerat cum affine nobilis viri domini de Cobham, cognomen dicti domini est sortitus. Erat iste Iohannes fortis viribus, operi Martio satis idoneus, sed hostis Ecclesiæ peruiacissimus. Regi propter probitatē charus & acceptus, sed

sed tamē propter hæreticā prauitatē valdē suspectus. Eo tēpore facta Londonijs Cleri conuocatione per dominum Cantuariensem, maximē iam causa prædicti Iohannis, repertum fuit quod idem Iohānes fuit & est principalis receptor & fautor, protector & defensor Lolardorum, & quod præsertim in diocessibus Londoniensi, Roffensi, & Herefordensi, ipsos Lolardos ab ordinarijs siue diocesanis locorum minimē licenciatos contra constitutionem prouincialem inde factam ad prædicandum transmisit, eorumq; prædicationibus nepharijs interfuit, & contraditores si quos repererat, minis & terroribus, ac brachij secularis potestate compescuit. Afferens inter cætera, quod Cantuariensis Archiepiscopus & eius suffraganei non habuerunt nec habent potestatem aliquam huiusmodi constitutionem faciendi, aliterquē sentijt & sentit, ac dogmatizat, & docet, de sacramentis altaris, & pœnitentiæ, peregrinationibus, & adorationibus imaginum, ac clauibus, quam Romana Ecclesia docet & affirmat. Qua re ex parte totius Cleri, dominus Cantuariensis fuerat requisitus, vt deluper præmissis contra eundem Iohannem procedere dignaretur. Qui tamen ob reuerentiam domini regis, cuius ad tunc idem Iohannes familiaris extiterat, & ob honorem ordinis militaris vnā cum omnibus Suffraganeis tunc præsentibus, & magna parte cleri, accessit ad præsentiam domini regis (tunc in prædio suo de Kennington existentis) declarans ei defectus eiusdem. Ad instantiam tamen domini regis cupientis eum sine dedecore reuocare, suspensum fuit negotium magno tempore: sed cum dominus rex circa reductionem eius longum tempus traxisset inaniter, significauit domino Cantuar. se circa eum inutiliter laborasse. Dominus ergo Cantuariensis dictum Iohannem de & super præmissis personaliter responsurum coram eo ad certū terminum decreuit euocandū, ac nunciū suū cum litteris citatorijs ad dictū Iohannem transmisit (tūc in castro suo de Coulyng degentem) mandans dicto nuncio, vt dictum castrum dicti Iohannis nullo modo ingrederetur, nisi licenciatus, sed per mediationem cuiusdā Iohannis Butler hostiarij cameræ domini nostri regis, ipsum dominum Iohannem requireret quatenus, vt daret dicto nuncio licentiam ingrediendi, vt citaret eundem, seu saltem extra castrum suū prædictum faceret sui copiam, vt sic citatione posset apprehendi. Qui tamen Iohannes Oldcastel dicto Iohanni Butler ex parte domini regis sibi præmissa exponenti, publicè respondit, quod nullo modo citari voluit, nec citationem ipsius aliquāliter tollerare. His auditis, dominus Cantuariensis decreuit eum citandum per edictum (in valuis Roffensis Ecclesiæ sibi vicinæ) publicè affigendum: vt compareret coram eo. ii. die mensis Septembris, super præmissis & alijs hæreticam prauitatem concernentibus personaliter responsurus. Quo die adueniente dominus Cantuariensis in capella maiori infra castrum de Ledes (quod tunc inhabitabat) sedēs pro tribunali audita & recepta relatione, quod idē dominus Iohānes se in castellaui & fortificauit in castro suo prædicto, ac opiniones suas defendit, clauēs ecclesiæ & potestatem Archiepiscopalem multipliciter cōtemnendo, fecit eum citari publicè ac præconizari. Qui cum diu expectatus nullo modo compareret, prout initio contumacē excommunicauit in scriptis. Et quia dictus Iohannes in defensionē erroris sui cōtra clauēs se ecclesiæ in castellaui, & fortificauit, dominus Cantuariensis decreuit iterato citare dictum Iohannem (si posset apprehendi) vel alias per edictum (sicut prius) vt compareret coram eo die sabbati proximo, post festum sancti Mathari Apostoli & Euangelistæ proximò futuro: causam rationabilem (si quam habet) quare contra eundem ad grauiora procedi non debeat, tanquam publicum hæreticum, schismaticum, & hostem & aduersarium vniuersalis ecclesiæ, quare etiam pronuciari non debeat, ac auxilium brachij se-

*Responsio. Io.
Oldcastle.*

cularis contra eum solemniter inuocari personaliter responsurus, facturus, & recepturus, circa omnia & singula premissa quod iustitia suadebat. Adueniente termino prefixo, dominus Cantuariensis sedente pro tribunali in capitulo sancti Pauli Londonijs, assidentibus sibi dominis, Richardo Londinensi, & Henrico Vintoniensi episcopis, dominus Robertus Murley miles custos turtis Londoniarum secum prefatum dominum Iohannem adduxit. Nam parum ante per regios ministros comprehensus fuerat, & in turri clausus. Cui dominus Cantuariensis recitauit processum memoratum, quomodo videlicet in conuocatione cleri detectus & delatus extiterat, quomodoque citatus & propter suam contumaciam excommunicatus, unde dominus Cantuariensis gratiose se obtulit & paratum fore promisit ad absoluendum eum: sed ille absolutionem domini Cantuariensis petere noluit, sed diuertens ad alia, dixit quod libenter recitaret coram domino Cantuariensi fidem quam tenet. Extraxitque de sinu suo schedulam indentatam, quam tradidit domino Cantuar. postquam legisset: Quam schedulam perlecta, dominus Cantuariensis dixit: Ecce domine Iohannes, in hac schedula vestra plura bona continentur, ac satis catholica, sed habetis terminum istum ad respondendum super alijs, errores & hereses sapientibus, quibus per contenta in hac schedula non est plene responsum. Et propterea vos oportet ad eadem respondere qualiter sentitis, & fidem vestram plenius declarare, videlicet an credatis & affirmetis, quod in sacramento altaris post consecrationem rite factam remaneat panis materialis vel non. Item an teneatis, credatis & affirmetis, quod in sacramento penitentiae necessarium fuerit, quod habens copiam sacerdotis confiteatur de peccatis suis presbytero per ecclesiam ordinato. Qui respondit expresse se nolle aliter predicta declarare, quam in dicta schedula sua continetur. Cui compatiens dominus Cantuariensis dixit: Cateatis domine Iohannes, quia ad hæc vobis iniecta, clare non respondeatis in termino legitimo vobis iam dato, poterimus vos denunciare & declarare hæreticum: sed dictus Iohannes, aliter respondere contempsit. Tunc dominus Cantuariensis declarauit ei quid sancta Romana ecclesia sequens dicta beatorum Augustini, Hieronymi, & Ambrosij, & aliorum sanctorum determinauit, quas determinationes oportet quosunque catholicos obseruare. Ad quæ dictus Iohannes respondit, quod voluit credere & obseruare quicquid sancta Ecclesia determinauit, ac quicquid voluit se credere & obseruare: sed quod dominus Papa & Cardinales, Archiepiscopi, episcopi, ceterique prelati Ecclesie haberent potestatem talia determinandi, noluit ad tunc aliquammodo affirmare. Unde dominus Cantuariensis sibi copatiens, sub spe melioris deliberationis sibi in Anglicis certis articulis, rogauit ut in die Lunæ proximò sequente, plene & clare suum daret responsum super eisdem. Quo die Lunæ videlicet. 25. die mensis Septembris, coram domino Cantuar. & ante dictos Episcopos, adiuncto illis Bangorensi episcopo domino Benedicto, comparuit dominus Robertus Murley custosturtis Londoniensis, ac prefatum dominum Iohannem secum duxit, ac coram domino Cantuar. & toto Clero pro tunc congregato statuit. Cui Archiepiscopus affabiliter & suauiter recitauit acta prioris diei, & quomodo excommunicatus fuerat, & est: ac rogauit & requisivit eundem ut peteret ac admitteret in forma debita ecclesie absolutionem. Quod se dictus Iohannes facturum negauit, sed à solo deo absolutionem petiturum. Consequenter dominus Cantuariensis suauiter & modesto modo rogauit & requisivit eundem, quatenus de & super contentis in dicta schedula determinationem ecclesie eidem transmissam de sibi oppositis elarum daret responsum. Et primum super sacramentum Eucharistie: Ad quem articulum inter cetera respondit: quod sicut Christus hic in terra degens

degens habuit in se diuinitatem & humanitatem, diuinitatem tamen velatam & inuisibilem sub humanitate, quæ in eo aperta & visibilis fuerat. Sic in sacramento altaris est verum corpus & verus panis, videlicet quem videmus, & corpus Christi sub eadem velatum quod non videmus. Ad fidem circa sacramentum huiusmodi in schedula prædicta per dominum Cant. transmissa sibi, perque sanctam Romanam Ecclesiam & doctores sanctos determinatam, expressè negauit, dicens quòd determinatio Ecclesiæ facta est contra sacram scripturam, postquam ecclesiam dotata est, & venenum infusum in ecclesiam & non ante. Quod etiam ad sacramentum penitentiae & cōfessionis, dixit & asseruit, quòd

10 si quis esset in aliquo graui peccato constitutus à quo ipse surgere nesciret, expediret & bonum esset sibi adire aliquem sanctum & discretum sacerdotem pro consilio ab eo habendo. Sed quòd confiteretur peccatum suum proprio curato seu alteri præsbitero, etiam si haberet copiam eiusdem, non est necessarium ad salutem, quia sola contritio peccatum huiusmodi delere posset, & ipse peccator purgari. Circa adorationem sanctæ crucis, dixit & asseruit quòd solùm corpus Christi quod pendebat in cruce debuit adorari, quia illud corpus solùm fuit & est adorandum. Et interrogatus quem honorem faceret imagini ipsius crucis respondit verbis expressis, quòd illum honorem solùm faceret sibi, quod bene mundaret eam, & poneret in bona custodia. Quo autem ad potestatem clauum, dominum nostrum Papam, & Archiepiscopos, & alios prælatos Dixit

20 quòd dominus noster Papa est verus Antichristus, hoc est caput eiusdē Archiepiscopi & Episcopi, nec non alij prælati sunt membra, & fratres cauda eiusdem. Quibus Papæ, Archiepiscopis, & Prælati, non est obediendum, nisi quatenus fuerint imitatores Christi, & Petri, in vita, moribus, & conuersatione. Et quòd ipse est successor qui est vita melior, moribus purior, & nullus alius: vterius dixit idem Iohannes alta voce, manibus expansis, alloquendo circumstantes. Isti qui iudicant & volunt damnare me, seducunt vos omnes, & seipsos, & vos ducēt ad infernum, & ideo caueatis ab eis. Quibus omnibus per eum sic dictis, dominus Cant. iterum ac sapius flebili vultu dictum dominum Iohannem al-

30 loquebatur verbis quibus potuit exhortando, vt ad vnitatem rediret Ecclesiæ, crederet & teneret quod ecclesia Romana credit & tenet. Qui respondit expressè se aliter non credere quàm superius expressit. Videns ergo dominus Cant. se in nullo posse proficere, cum magna cordis amaritudine processit ad prolationem sententiæ diffinitiuæ in hunc modum. In dei nomine Amen. Nos Thomas permissione diuina &c. in quadam causa siue negotio hæreticæ prauitatis, de & super diuersis articulis super quibus dominus Iohannes Oldcastell miles dominus de Cobham coram nobis in vltima conuocatione cleri nostræ Cantuariensis prouinciæ, in Ecclesia sancti Pauli celebrata, post inquisitionem diligentem ibidem inde captam, reperimus eundem Iohannem fore & esse hæreticum, hæreticis credentem, ac in fide & obseruantijs sacrosanctæ Romanæ & vniuersalis Ecclesiæ errantem, & præsertim circa sacramenta Eucharistiæ & penitentiae: ad quod tanquàm iniquitatis & tenebrarum filius in tantum obdurauit cor suum, vt nō intelligat vocem pastoris sui, nec velit monitionibus allici nec reduci blanditijs, vnde pensatis ipsius delictis & culpis per ipsius damnabilem pertinaciam aggrauatis, volentes quòd is qui nequam est fiat nequior, & alios inficiat sua labe, de consilio & assensu magnæ discretionis & sapientium virorū venerabilium nobis assistentium, præfatum dominum Iohannem Oldcastell militem, dominū de Cobham de & super huiusmodi detestabili reatu conuictū & ad Ecclesiæ vnitatem penitentialiter redire nolentem, hæreticum, ac in hijs quæ tenet, docet, determinat, & prædicat sacrosancta Romana & vniuersalis

40 Ecclesia

*Sentencia in
D. Ioh. Old-
castell.*

Ecclesia, & præsertim in articulis subscriptis, errantem iudicamus, declaramus, & concedimus sententialiter & diffinitiuè, in hijs scriptis relinquentes eundem ex nunc tanquam hæreticum iudicio seculari. Ipsumq; nihilominus hæreticū, omnesq; alios & singulos qui eundem de cætero in sui fauorem erroris receptauerint, defensauerint, seu sibi consilium, fauorē vel auxilium in hac parte præbuerint, tanquam fautores, receptatores & defensores hæreticorum, excommunicamus, & excommunicatos denunciāmus in hijs scriptis. Hijs itaq; peractis, dominus Cantuar. regem certificauit super præmissis viuæ vocis oraculo, postulans vt dominus rex dignaretur dicto Iohāni damnato iuridicè, gratiōsè cōcedere. xl. dies ad inducias. Nam tam rex quàm pontifex non eius interitum, 10 sed vitam cupiebant affectualiter, & pro salute sua laborauere nō segniter, vndè factum est vt ad turrim adduceretur, vbi sub induciarum spatīo sibi concessarum posset resipiscere, & gratiam tam Ecclesiasticam quàm regiam promereri. Sed ista specialis indulgentia facta fuit sibi malignandi copia, dum citra præfixum terminum elapsus ē custodia, congregauit iniquitatem sibi, nil aliud cogitans quàm de vindicta. Reuera clam destinatis literis ad sequaces suos tam milites quàm armigeros qui non pauci fuere, hortabatur vt & ipsi scriberent ad amicos suos, vt & ipsi se ad vindictam mutuò concitarent. Igitur per omne tempus illud quod fluxit ab euasione eius vsque ad circumcisionem domini, vel Epiphaniā, discurrēbant vndiq; Lolardorum nūrij, qui rurales & quoscunq; 20 poterant, (promissis amplis stipendijs) allestarent, quatinus in certum diem eis denunciandum parati forent ad stādum viriliter, & actus martios peragendū. Multis ignaris quærentibus causam pro qua vel in qua certare deberent, responsum fuit nō esse curandum, dummodo stipendia larga reciperent, & pro rebus bene gestis affluenter remunerandos proculdubio se sperarent. Sed de hijs omnibus in ordine præsentis historiæ posthac plenius referemus. Hoc anno plures Angli peste percussi vel epidemia viuere desiērē. Item hoc anno leuatū fuit corpus Richardi quondam regis Angliæ, quod humatum fuerat iuxta Ecclesiā fratrum prædicatorum de Langelea, & deportatum Lōdonias, ac apud VVestmonasterium regaliter tumulatum, non sine maximis expensis regis nunc, qui 30 fatebatur se sibi tantum venerationis debere, quantum patri suo carnali.

ANno domini millesimo, CCCC. xiiij. rex tenuit natale solenniter apud Eltham, vbi Lolardi (facta cōiuratione,) regē inopinatō cum fratribus suis & amicis cepisse vel occidisse statuerant. Sed deus omnipotens noluit innocentem, nocentum perire manibus neque periclitari, sed immisit timorem suum in corda quorundam conspiratorum, qui regem monuēre vitare periculum, & iam struētas insidias declinare. Vndè factum est vt sine strepitu rex modestē se transferret ad palatium suum prope VVestmonasterium, vbi & locus tutior & frequentia populi maior fuit. Lolardi verò cū iam completa esset eorum malitia, effutire parabant quæ mentē conceperant, gestientes experiri fortunam 40 quam suis votis fore propitiam putauere. Veneruntq; sub ipso noctis conticinio in campū (qui dicebatur sancti Aegidij, propē Lōdonias, vbi ferebatur corū campiductor Iohannes Oldcastel dominus de Cobham suos satellites operiri: videres per semitas, perq; vicos per cōpita concurrentium, turbas penē de cunctis regni comitatibus sollicitas magnis promissis confluere ad diem & horam iam instantem. Qui requisiti quamobrem sic festinabant & velut anhelī currebant, responderunt se properare ad dominum de Cobham qui eos conductos suis stipendijs acciuisset. Rex verò nō ignarus omniū præmissorum, sub eiusdē noctis articulo iussit suos in armis esse paratos, tunc primum suis intimans quid facere decreuisset. Fuerunt tunc plures cum rege qui laudauerunt in diem clarum

clarum protelandum negotium, quo decernere possent, qui cum rege vel contra dominum stare vellent. Alij verò consulere regem debere praestolari donec ad eum multitudo conuenisset exercitus, ne cum paucis hostes aggrediens, peiorè (quod absit) reportaret calculū. Sed neutris acquieuit rex, cō maxime quod audisset Lolardorum fore propositum, si praualuissent primitus destruendi Monasteria de VVestmonasterio, de sancto Albano, de sancto Paulo, & cunctorū fratrum Londonijs cōstituta. Quamobrem rex tantis malis se obijciens ingessit periculo, contra vota suorum in campum progrediens, paulisper transacta nocte media, vbi & cōstituit praestolaturus quid ventura pariat dies proxima, vbi
10 contigit vt multi de remotis partibus ad castra hostilia, prius intrarent per errorem castra regia, vbi requisiti quid quærent, responderunt dominum suum de Cobham. Quapropter contra spem capti sunt & carceribus mancipati. Peruenit rumor ille ad duces partis aduersæ, scilicet quod rex cum manu valida occupasset arua contermina, & de suis plurimos captiuasset. Consternatique sunt per amplius, quod neminem viderunt de Londonijs aduentare, vnde putabant millia ruitura in auxilium eorundem. Præceperat autem rex vt ciuitatis portæ clauderentur, & per armatos seruantentur arctius, vt nullis pateret egressus nisi hijs quos scirent ad signa regia properare. Et reuera nisi rex vsus fuisset hac calliditate nocte illa (prout fertur) exiissent de seruis & apprenticijs, simul cum
20 quibusdam de ciuibz eorundem magistris ad quinquaginta millia contra regē. Qui verò de Lolardis adunati fuere, vt audiueret regem iam in eodem campo suas acies statuisse, non habentes ultra spiritum, fugæ praesidia petiere, quos regales insequentes quosdam cepere, quosdam peremere. Quod verò diuerterit dux eorum, minimè scire potuit, licet dominus rex spondisset publica voce præconis, cuiusq; prodenti eum, de suo marcipio mille marcas, & ciuitatibus siue pagis qui illum detegerent, maximas libertates, vnde potest conijci penè totam patriam eius demētiam amplexatam fuisse, cū nullus inueniretur qui respectu tanti lucri eum voluerit publicare. Capti sunt tamen de suis affeculis plurimi, qui dicebantur conspirasse generaliter in destructionem regis, & procerū,
30 prælatorum, religiosorum possessionatorum, fratrum medicantium atque ciuium qui super hijs cōuicti, non solum tractioni & furcatum suspensioni sunt additi, sed post infelicia fata cremati. Inter quos quidam de Dunstapalia (negotio braciator) diues ad modum, dictus VVilhelmus Murle, qui arctius secutus opiniones Iohannis Oldcastell, Orthodoxorum plurimos supra cunctos sectæ suæ perfidæ molestauerat. Hic cū in campo fuisset, & regis praesentiam cognouisset, meticolosè ciuitatē repetijt, latebrasquē quaesivit. Præordinauerat utiq; (prout fertur) eo die suscepisse de manu Iohannis Oldcastel ordinem militarem. Cuius rei argumenta fuere dextrarij duo se sequentes auro phalerati, & deaurata calcaria quæ sinu suo recondiderat, exindè detracta quando captus fuerat. Quod & euenit paruo peractō spatio post fugā suam. Tractus ergo, suspē-
40 sus & combustus, finem quem meruit est sortitus. Repertus est autem rotulus præcentoris sancti Albani, continens cuncta monachorum nomina dicti loci in manica sua, quæ vel ipse vel sui furtim abstulerāt, quos (prout fertur) eliminasse proposuerat & eorum locum velut dominus & Comes Hertfordensis pagi dono ducis sui Iohannis Oldcastel obtinuisse. Fuerunt & plures alij tam sacerdotes quàm laici, qui capti, conuicti sunt & damnati, exituq; fiunt cōsimili, quorum plurimi nec quidem penitere curabant. De hijs prophetatum est apud Anglos per longa tempora antequam ista contingerent sub hijs verbis. *Inter petros sum fontem montemq; nodosum, Corruet Anglorum gentes perfida fraude suorum.* Constat veraciter inter hæc duo loca gentem perfidam contra regem venisse fraudeq; suorum

suorum illic corruisse, quia quidam de suis regi nunciauerant eorum conspirationes. Hoc anno cecidit eminentissima turris Ecclesie Anglicane & pugil inuictus dominus Thomas de Arundelia, morti soluens debita. x. Cal. Martij. Cui successit in Archiepiscopatu magister Henricus Chichele. Confessor regis magister Stephanus Patrington (frater de ordine Carmelitarum, vir eruditus in triuio & quatriuio) factus est episcopus Meneuensis. Rex copatiens Henrico Percy adolescentulo (qui per auum suum Henricum Percy, comitem Northumbriae, ductus fuit in Scotiam, post mortem patris sui perempti in bello apud Salopiā, cum adhuc esset paruulus) iussit suis necessarijs, ut pro eius euocatione sollicitarentur, cum non solum honorare statuens eius reuocatione, sed ut sublimiaret comitis Northūbrorum nomine & dignitate. Eo anno ad parliamentum Leycestriae, uenere nuncij regis Fraciae, ducisque Burgundiae, qui contra ducem Aurelianensem fortificari petijt, promittēs (ut fertur) plura quam prestare potuit. Missi sunt ergo per regem Angliae solennes nuncij ad utrumque. Inter quos duo pontifices, scilicet Dunelmensis, & Norwycensis, legationis principes extitere. Frequenter enim & hij in Franciam, & Fracorum legati directi sunt in Angliam, sumptusque maximi consumpti sunt utrobique, spe pacis omnino sopita. Hoc anno cepit rex Henricus fundare tria monasteria religionis, iuxta praedium suum (apud Schene vulgariter appellatum) unum de ordine monachorum Cartusienum, aliud monachorum qui Celestini vocantur: qui profitentes regulam sancti Benedicti, quam seruare se dicunt ad literam, & ulterius se astringunt ad reclusionem perpetuam. Tertium Brigittinorum, qui sancti Augustini profitentur regulam, quae cum alijs adiectis ceremonijs vocatur ab eis regula Saluatoris: hijs non licet habere proprium, non quidem obolum, nec pecuniam tangere quouis modo. In hoc monasterio iuxta regulam debent esse sorores sexaginta, sacerdotes. xiiij. Diaconi. iij. octo fratres laici, quibus omnibus computatis, tātus erit numerus personarum, quantus erat. xiiij. apostolorum, & septuaginta duorum discipulorum Christi. Hij non lineis, sed laneis semper utuntur: qui duo conuentus habebunt unam ecclesiam in communi, moniales habebunt superius sub tecto, fratres inferius ad terram. Et sunt utriusque conuentus separatim inclusi, quibus post professionem non licebit egredi, nisi de domini Papae licentia speciali. Isti duo conuentus debent habere ex regula sufficientem dotationem ad sustentationem personarum & seruientium, ac supportationem onerum tanti monasterij, ita quod absque indigentia & mendicitate, tam in anno sterili, quam fertili possint sufficienter & quiete subsistere. Postea uero si totus mundus possessiones & praedia eis offerret, quicquam omnino recipere non liceret. Antefestum omnium sanctorum annuatim computari debent & praesciri victualia, & necessaria anni subsequēntis, & quaecumque tunc remanent de victualibus, seu pecunia anni tunc instantis in crastino omnium sanctorum debet pauperibus erogari. Si uero aliquando victualia sequēntis anni videntur non sufficere, tunc de pecunia aut victualibus imminētis anni additur sequenti anno quantum necesse est, & non plus, si Abbatisa & generalis eiusdem loci confessor, periculum animae suae voluerint euitare. Et expost quicquid remanserit, egenis dari debet. Abbatisa cum consensu sororum & fratrum eligere debent unum de. xiiij. sacerdotibus in confessorem generalem monasterij, cui omnes fratres obedire debent, & contra praeceptum eius omnino nihil facere. Nullus secularium virorum, seu mulierum secularium, seu religionis, ingrediatur claustra monasterij monialiū. Hos ritus & plures alios obseruat huius nouellae religionis professores, quos ad praesens omittimus, ad alia festinantes. Ambasiatores nostri Dunelmensis, & Norwycensis episcopi, iam

secundo

secundò de Francia redeuntēs, Gallicos dolis hætenùs inferuisse declarat. Quã-
obrem rex irritatus cachinnos eorum temperare decreuit, & in derisores ani-
maduertere belli iure, & quantæ sit dementiæ suscitasse canem dormientem
factis ostendere. Circa festum Michaëlis iussit rex venire Londinũ ad consiliũ
cunctos regni proceres, & prælatos, consultaturus de negotijs arduis tangen-
tibus regnum suum. Quo quidem tempore Cantuariensis celebravit ibidem
grande consilium, in quo tractatum est de priuilegijs exemptorum per Roma-
nos Pontifices indultorum (quibus gauisi sunt hætenùs) annullandis. Hoc ini-
tium signorum fecit nouus Metropolitanus vt manifestaret bilem suã. In hoc
10 consilio sunt electi qui pro parte cleri Angliæ proficiscerentur ad generale con-
cilium celebrandum, apud Constanciam Germaniæ ciuitatem. Quò penè per
laudabilem solitudinem regis Romanorum, & Hungariæ (viri Christianis-
simi) qui electus in imperatorem Alemanniæ, recusauit coronam suscipere,
donec sibi constaret indubitanter quis esset præficiendus in Papam: totius chri-
stianitatis prudentissimi pontifices, & prælati cum alijs clericis velut innume-
ris confluxere. Vtquè de alijs taceamus, de regno Angliæ missi sunt ad consiliũ
viri valdè venerabiles, Sarisburiensis, Bathoniensis, Herefordensis episcopi, &
cum his Abbas VVestmonasterij, Prior VVigornia, & plures alij pollentes
ingenio, religione famosi. Horum cætũ honorauit multipliciter præsentia co-
20 mitis VVaruicensis. His ergo & collegijs Cardinaliũ (quondã Gregorij &
Petri de Luna) cum alijs prælatis & doctõribus præcipuis christianitatis, apud
Constanciã, Gregorius renunciauit Papatui, ita duntaxat vt idem faceret Petrus
de Luna qui in Arragonia, & Iohãnes qui in Roma, nomen sibi Papatus as-
sumpserat, sed Iohannes noster aliquandiu tergiuersauit, donec monitus &
inductus, per imperatorem, se renunciaturum sicut & ceteri aliquando conce-
sit. Quo factò, factum est indicibile gaudium, inter omnes qui aderant, putan-
tes iam finem disidij imponendum. Sed (pròh dolor) vbi sperabatur perfe-
ctionis & pacis initium, iam nouæ dissentionis surrepsit exordium. Nam Pa-
pa Iohannes infirmitate simulata, nocte repentè recessit cum duce Austriæ ad
30 quandam ciuitatem dicti ducis, se tamen excusauit literaliter penes imperato-
rẽ, quòd propter aërem sibi nocuum reliquisset Cõstanciam, sed nihilominus
quandocunq; imperator duceret eũ accersendum, paratus foret ad consilium
sine morã regredi, ad consummandũ & implendum quæcunq; promiserat. Cũ
verò post dies aliquot visum fuisset imperatori & cõsilio vt suam exhiberet in-
ter eos præsentia, per nuncios rogauerunt vt venire nõ deferret ad cõsiliũ prout
promiserat se facturũ, quod planè negauit se facere, & occultè disfiguratus, fugit
cum duce Austriæ in terram suam. Misit ergo imperator ad ducẽ, mādans vt eũ
reduceret, vel saltẽ reduci permitteret ad consiliũ memoratũ. Quod cũ dux su-
perfedisset facere, imperator terras eius ingressus est, coëgitq; ducẽ se submitte-
40 re, Papãq; reducere in eodẽ habitu quo eum abduxerat fugitiuũ. Reductus est
ergo, cõsilio demõstratus, nõ indumentis religiositatis redimitus, sed Bri-
gantiorum more semiuestitus, gestans ad latus sagittas breues, qualiter vtun-
tur equites illarum partium qui malendrini dicuntur. Derisus igitur à toto ce-
tu tam religioso, quàm seculari, missus est in carcerem sub arcta custodia cõser-
uandus. Moxq; cuncta bona sua mobilia direptioni patuẽre: fertur enim quòd
despoliatus sit de septuaginta quinq; millibus librarũ auri & argẽti, quibus au-
ditis in Anglia, pecunia collecta ad opus eius, & apud sanctum Paulum in cista
reposita, disruptis seris, extracta est melioribus vsibus destinata. In nomine sãctę
& indiuiduę Trinitatis patris & filij, & spiritus sancti amē. Sacrosancta genera-
lis synodus Cõstanciensis in Spiritu sancto cõgregata legitimè, inuocato Chri-
sti no-

sti nomine, solum deum præ oculis habens, visis articulis in hac causa contra dominum Iohannem Papam. 23. formatis, habita matura deliberatione super eisdem, per hanc sententiã diffinitiuam quã proferimus in his scriptis, pronunciat, decernit & declarat recessum per præfatũ Iohannẽ Papã. 23. ab hac ciuitate Cõstanciensi in dicto sacro cõsilio generali clãdestinẽ, & de nocte hora suspecta, in habitu dissimulato & indecenti factũ fuisse, & esse illicitũ ecclesiæ dei, & dicto consilio scandalosum, vacationis & vnionis ipsius ecclesię turbatiuum, & impeditiuum, schismatis inueterati nutritiuum, à voto, promissione, & iuramento per dominum Iohannem Papam, deo & ecclesiæ, & huic sacro consilio præstitis deuiatiuum, ipsumq; dominum I. Papam simoniacum notorium, bonorũ, 10 bonorumquẽ & iurium, ne dum Romanæ sed aliarum Ecclesiarum, & plurium aliorum piorum dilapidatorem notorium, malumquẽ spiritualium & temporalium Ecclesiæ administratorem, & dispensatorem fuisse & esse, suis detestabilibus inhonestisquẽ moribus & vita, Ecclesiam Dei & populum christianum notoriẽ scandalizantem, ante eius assumptionem ad perpetuum & post vsque ad ista tempora, ipsumquẽ per præmissa, Ecclesiam dei & populum Christianum notoriẽ scandalizasse & scandalizare, postquẽ monitiones debitas, & charitatuas, iteratis & crebris vicibus eidem factas in præmissis malis pertinaciter perseuerasse, sequẽ ex hoc notoriẽ incorrigibilem reddidisse, ipsumquẽ propter præmissa & alia crimina in processu dictæ causæ contra 20 eum deducta & contenta, tanquam indignum, inutilem, & damnosum, à papatu, & omni administratione spirituali & temporalis amouendum, priuandum, & deponendum fore, & dicta sancta synodus amouet, priuat & deponit, vniuersos & singulos Christicolas cuiuscunque status, dignitatis vel conditionis vt existant ab eius obedientia, fidelitate & iuramento absolutos declarando, inhibendo insuper vniuersis Christi fidelibus, ne eundem de cætero Papam nominent, nec illi tanquam Papæ adhæreant seu quoquomodo obedi- ant. Et nihilominus ex certa scientia, & de plenitudine potestatis supplet dicta sancta synodus omnes & singulos defectus, si qui forsan in præmissis, vel aliquo præmissorum interuenerint. &c. Item decernit, statuit, ordinat dicta 30 sancta synodus pro bono vnionis Ecclesiæ dei, quod nullo vnquam tempore reeligantur in Papam dominus Baltazar cõssa nuper Iohannes Papa. 24. nec Petrus de Luna Clemens. 13. nec Angelus corario, Gregorius. 12. in suis obedientijs sic nominati, & si contrarium fieret, id si ipso facto irritum & inane, nullus cuiusq; dignitatis, præheminentiæ, etiam si imperiali regali, Cardinalatus, vel pontificali dignitate præfulgeat eis, vel eorum alicui contra hoc decretum villo vnquam tempore obediat seu adhæreat, sub pœna fautoriẽ dicti schismatis & maledictionis æternæ, ad quas contra præsumptiones si qui in posterum fuerint, etiam cum inuocatione brachij secularis rigide procedatur. Sub hoc tempore cùm iam rex Angliæ comperisset Francos fallacijs & fraude, fictisquẽ promissionibus eum inaniter sollicitasse, naues conduxit, architenentes & armatos elegit, machinas & missilia, ac omnem apparatus bellicum preparauit: quibus posset hostes efficacius infestare. Iussitquẽ vt omnes secum profecturi parati forent in festo Natiuitatis sancti Iohannis Baptistæ, apud Hampton. Quo tempore accesserunt ad eum noui recentesquẽ legati Francorum, inter quos præcipuus fuit Archiepiscopus Senouensis, (vir verbosus & arrogans, sed parum disciplinatus, prout ostendit exposit, nimis petulanter se gerens in præsentia Regis & Procerum in peroratione suæ legationis. Finaliter tamen rex legatorum spreuit oblationes & promissa, quæ nec rationi fuerint cõsona, nec sibi honorifica: & Londonias remisit eos.

Dum rex suorum procerum qui cum eo transfretare debebant apud South-
hamtoniam præstolaretur adueniunt, tres viri potentes (in quibus præ cæte-
ris confidebat) in eius necem coniuraverunt. Quorum nomina si vellem sup-
primere, fama flagitij divulgaret (etiam me tacente.) Dicam ergo quod me dictu-
rum doleo, paricidarumque nomina non celabo. Primus & præcipuus domi-
nus Henricus le Scrop, in cuius fide siue constantia totus animus regius reque-
ritur. Qui sub hypocritici cuncta gerenda foris subpallians, & astutam vapido ge-
stans sub pectore vulpem, in cunctis agendis agnam simplicitatem publicè
præferrebat.

*Proditio He-
rici le Scrop.*

10 *Edidit (nempe) simulare fidem, vultusque minas
Protegere, & blando fraudem prætexere risu:
Plenus sentit, licetque cupidinis feruens:
Doctus & vniuersis odio turbare sodales.*

Hic tantæ fuit estimationis penes regem, ut si quando consilia priuata vel publi-
ca tractabantur, huius diffinitione terminabantur. Præfendebat namque tan-
tam grauitatem in vultu, tantam in gestu modestiam, tantam in affatu religio-
nem, ut quicquid ipse dictasset, velut oraculum ex celo lapsum, rex oportere fie-
ri iudicaret. Si legatio solemnitas emittenda foret in Franciam, ingenio vel per-
20 sona Henrici le Scrop exequi necesse putabat. Ille proinde tractabat cum ho-
stibus, ipse domino suo regi hostis occultus, mulcebatque regem vanis sponsio-
nibus, delusit consilium promissis inanibus, refertens vtriusque alia pro alijs,
fronte fauens suis, mente verò Gallis. Cumque rex innocens (propter mag-
nam confidentiam) huius se arbitrio in pluribus commisisset, & ei multa do-
naria specialia tribuisset, ille tantis beneficijs retributor iniquus, dominum suum
cum iam in procinctu foret professionis suæ, parata classe, & aggregatis mili-
tum copijs, repente vita priuare moliebatur. Sponderat ista Francis (ut fer-
tur) pacta sibi pro prodicione pecunia, qui iam ad sua regressi latificauere suos,
asserentes regem Angliæ mutato proposito, vel ad sua regressum, vel certe quod
30 verius putauere peremptum. Habuit consortes prodicionis Richardum comi-
tem Cantebriegiæ, fratrem scilicet ducis Eboraci: & Thomam Grey militem
Boriam. Quem quidem Richardum comitem rex creauerat, & multis bonis
ditauerat, & præ cæteris honorauerat ratione generis & parentele, sed nulla im-
pensa beneuolentia, nullum collatum beneficium proditores præuere pote-
rant, quin in necem tanti benefactoris mutuo se armarent. Atque priusquam
conceptum facinus possent ad effectum perducere, deo volente detecti sunt, &
iudicio parium suorum condemnati decapitationis sententiam subire, rege alias
pœnas de iure debitas perdonante (præterquam H. Scrop qui dicitur fuisse tra-
ctus) qui etiam rex desseuisset vices eorum fertur. Quamobrem nonnulli pro-
40 pter regis modestiam, compassionem, & pietatem, laudes Augusti in eum trās-
ferunt, quondam æditas à Nasone: eò quod sit

*Piger ad penas princeps ad præmia velox,
Quique dolet quoties cogitur esse ferax.*

Eodem tempore velut ex condito, & tanquam prodicionis præfatæ con-
sciëntia, Lolardi stimulari, è latebris emergere, & in regem blasphemias euo-
muere, loquentes grandia, minasque spargentes in scriptis, (quæ fixerunt
in valuis ecclesiæ & ecclesiarum Londonijs in multis locis) talibus se cohort-
tantes. Iam (inquiunt) princeps præbiterorum abiit, iam hostis noster ab-
scessit, iam nobis arrisit tempus accommodum, quo nostras impune lice-
bit iniurias vindicare, sicque se mutuo confortantes, scripserunt adinuicem

cem multa millia in sua vota venisse. Interea campiductor, & caput eorum Iohannes Oldcastel, cum latuisset propè Maluerniam, & accepisset à falso nuncio regem Angliæ transfretasse, ex eius absentia concepta audacia verba comminatoria misit ad dominum de Bergeyne, dicens in capite eius vlcisci velle sibi & suis illatas iniurias ab eodem. Qui prudenter sibi præcauens, cum circa noctis medium hæc audisset, illicò secretus egit nuncijs, ut manè diluculo occurrerent armati sibi apud castrum suum de Haneley, ex VVigornia perfora & Teukesburia, propè quinque millia architenentium & armatorum. Quo comperto, dictus Iohannes Oldcastel more solito latebras requisivit. Cepit tamen idem herus quendam præbyterum dicti Iohannes Oldcastel, & quosdam alios ex suis complicibus, quos sic arctatos questionibus examinavit, ut patefacerent locum quo dictus Iohannes arma sua cum pecunijs occultasset. Quæ cuncta congesta sunt in quadam domo inter duos parietes sic erectos, ut nullus sine indice dictæ structuræ fallaciam perciperet. Illic inuenta sunt signa sua cum vexillo, in quibus depingi sumptuosè fecerat calicem & hostiam in forma panis. Ibi etiam conspicienda fuere crux Christi cum flagris, lancea cum clavis, quæ depinxerat in vexillis ad seducendum simplices, si quando contigisset erigere signa suffultum populari dementia, sed cognito apparatu disposito contra se, demisit cornua quæ arroganter erexerat, suppressit minas fastuosas, & eo celerius atque meticulo-
sus latebras ut prius repetijt, eo quòd audiuit H. Scrop & suos complices apud Hamptoniam proditoris suæ poenas meritas exolvisse. Nec multo post captus est quidam (inuerteratus Lolardus) VVilhelmus Cleydon, qui in tantam mentem ruerat confidentia suæ sectæ, ut etiam filium proprium sacerdotem constitueret, & missam celebrare faceret in domo sua, die quo coniux eius à puerperio surgens, purganda ad ecclesiam processisset. Hic ergo captus, examinatus, legitimeque convictus de hæresi, Londonijs est combustus. Rex Angliæ punitis iustissimè (ut præmittitur) proditoribus, ascensis nauibus, mare fulcans, applicuit in Normanniam (in loco vocato Kedecans) nemine resistente. Traxit autem secum classem mille & quingentarum carinarum, ad negotia Martia sufficienter instructam: ut dum ipse cum suis villam de Hærfu obsideret per aridam, clasis in pelago coram villa constituta, villæ omne præsidium victualium præcluderet, & solacia quævis arceret. Nacta verò tellure, feria quarta in vigilia Assumptionis sanctæ Mariæ sequenti Sabbato obsidionem posuit circa villam, quam continuavit per quinque septimanas honorificè, usque ad dominicam proximam ante festum S. Michaelis, qua die dominica villa fuit reddita tali modo: feria nempe tertia proxima ante dictam dominicam, domini Gallici qui fuere custodes ipsius villæ, scilicet de Gaucort, dominus de Estuteuile, dominus de Hakeuile, & dominus de Clere, non ferentes crebras quassationes murorum & adificiorum
infra villam, aliaque pericula perpessa per gunnas regias, nam ab ipsis euolantia saxa ingenti verberis ictu obuia fregere quæque ruentes, nec tantum corpora pressa necabant, sed totos cum sanguine dissipant artus, & singula cesserunt armibus arma. Conturbati & conteriti coacti sunt nocte media quendam seruum ad arma ad ducem destinare Clarentiæ, domini regis fratrem, qui illorum vice precaretur obnixè dictum ducem, quatenus dignaretur ob honorem dei, regi supplicare ut eis concederet facultatem tractandi cum quibus-
cunque personis quas dominus rex duceret ad istum negotium emittendas. Nec mora, dux exequitur villanorum vota, cuius interuentu, & ob honorem dei præcipuè, rex inclinatus eorum precibus, misit comitem de Doreet, do-
minum

minum filium Hugonis, & dominum Thomam Erpinham, ad cognoscenda desideria obfessorum. Qui petière suppliciter, vt rex charitatis intuitu cessaret ab eorū debellatione, ab ea hora noctis mediæ, vsq; ad dominicam proximam post festū S. Michaëlis, nisi cōtingeret regem (vel Dolphinum eius primogenitum) per bellum oblidionem dissoluere. Aliās parati foret regi villam reddere, saluis vita & bonis omnibus eorundem: rex verò remandari iussit eisde, quod nisi villam in crastino redderent nulla conditione interposita, non tractarent amplius de materia memorata. Instabant adhuc Gallicani domini, & regis referendarios deprecabantur, vt apud regem insisterent quatenus inducias illis concedere dignaretur, ab illa hora vsque ad horam proximam post dominicæ subsequēntis. Qua hora promiserunt se cum proprijs militibus & scutiferis ad regem accessuros cum viris honoratioribus infrā dictam villam constitutis, quos omnes obsides darent regi vsque ad dominicam supradictam, & vltius prædicti proceres sponndere se iuratos super corpus dominicum, coram omni populo, quod si rex Francus, vel filius eius & hæres Dolphinus non accederent ad deliberandum eos infrā horam dictæ dominicæ prænotatam, ipsi se redderent sine conditione aliqua regi Angliæ, ad faciendum de corporibus & bonis eorum iuxta suæ beneplacitum voluntatis. Ita duntaxat vt permitteret eos dirigere nūcios regi Franco, & Dolphino, qui eis prætaxata pacta referret.

20 Cumq; rex acceptasset hanc oblationem, dedit eorū legatis litteras de saluo conductu, quorum principalis fuit dominus de Hakeuyle, quē sequebātur viri valentes ad numerū. xij. personarum. In crastino, scilicet feria quarta mane dicti dominicum. xxij. militibus, & armigeris, ac ciuibus notabilibus exiuerunt de villa, quibus occurrit processio solennissima, antecedens Eucharistia cum multis honorabilibus dominis, militibus, & armigeris, & populi frequentia magna valde, vbi expleto receptoq; publicè iusiurando, cuncti Gallici sunt introducti ad regale tentorium, vbi & comederunt die illo: dominum tamē regem nō viderunt. Post prandium disuncti sunt & diuersis dominis cōmendati, qui eos tractarent honorificè, vsque ad reditum suorum legatorum, quos destinauerant ad regem Francum, qui fidenter promissa complentes rediere statuta dominica, hora præfixa: sine quouis suffragio per regem Francum seu Dolphinum obseisis oblato. Quapropter qui intra villam erant cuncti se sine conditione regis gratiæ summisere. Remanserunt quē captiui regi Angliæ toti domini, cum militibus, & Armigeris atque generosis qui missi sunt à rege Franco ad custodiam villæ. Rex autem constituit illic Capitaneum dominum Thomam comitem Dorcetani, dans ei manum validam defensorum. Durante oblidione regali, plures ex esu fructuum, & algore noctium, fatorequē cadauerum diuersarum pecudum (quas mactauere per castrorum circuitum, & non operuerant cespitibus sine terra, nec iniecerāt in aquis fluuiialibus vt earum putridas exalationes tollerent) fluxu ventris vel dissenteria perire. Inter quos & in

40 primis vir venerandissimus Magister Richardus de Cartiniaco Norvvicensis episcopus, domino regi fidissimus, diem clausit extremum, cui successit in Episcopatu dominus VVakeringe: comesquē Southfolchiæ dominus Michael Atte poole simili sorte functus est, cuius loco ne familia sua gubernatore caret, creauit dominus rex filium eius comitem Southfolchiæ, sed & eius filium sæua nimis Atropos præcidit in bello: de quo inferius dicturi sumus.

Eodem tempore redierunt in Angliam aduersa cogente valetudine, dux Clarenciæ, Comes Marchiæ, Comes Arundeliæ, & Comes Marescallus cum multis alijs egrotantibus morbo præfato. Sed Arundeliensis (vt fertur) veneno, non multò post in fata concessit. Rex Angliæ compositis rebus

apud Hareflue, prout regem decuit, & victorē, terrestrem viam versūs Cale-
 siam cum paucis admodum arripere statuit, non amplius (vt fertur) quā oīo
 millibus architenentium, & armatorum, quarum magna pars infirmitate con-
 tracta apud Hareflue, (prout supra retulimus) vexabatur. Cum hac tam parua
 manu mirum est quod densissimam ausus sit aggredi Francorum siluam, sed
 multo plus mirandum quod eam perforauit tot obicibus pramunitam. Galli
 nempe per totum tempus obsidionis villæ de Harflue electos quosq; de semet-
 ipsis & conterminarum regionum fortissimos & audacissimos viros aduna-
 uerunt, & auxiliarios vndique conduxerunt, vt numerus eorum (prout fer-
 tur) excreceret ad centum quadraginta millia pugnatorum. Hij ergo se præ- 10
 parauerunt ad diem, tempus, & horam qua regem possent inuadere, & pusil-
 lum gregem suum iam fame, fluxu, ac febribus tenuatum. Cumque penē bis
 dominus rex equitasset per regnū Frāciæ, & hostes subtraxissent victualia, pri-
 usquam accederet ad castrametandi loca, defecit panis in exercitu, sic quod plu-
 res loco panis auellanis nucibus, & asis carnibus vterentur, potus aqua fuit
 cunctis inferioris fortunæ viris in exercitu, spacio penē decē & octo dierū. His
 lautitijs, his obsonijs athletæ regis Angliæ nutriti sunt & pasti, qui cum tot gi-
 gantum millibus fuerant congressuri. Adde, quod ab itinere fatigati, à vigi-
 lijs macerati, à frigoribus nocturnis debilitati, mirum quod subsistere potuē-
 re. Sed animauit debiles, inualidis dedit vires, qui voluit fortes pessundare per 20
 infirmos. Nempe cum rex non sine difficultate maxima pertransisset flumina
 interposita, quia Franci pontes destruxerant, per quos iter compendij habuisse
 poterat, mox glomerati festinauere cum suis militibus præcludere viam per
 quam de necessitate debeat transire Calesiam. Et vicesimo quarto die Mensis
 Octobris, in quadam villa substitere. Rex tamen imperterritus iter arripit
 constanter aggreditur: & eo vsque procedit, quo vterque exercitus velut in-
 fra spacium milliarij ipsa eadem consedit nocte. Erat tamen facies vtriusque
 exercitus varia, disparquē vultus, Gallis refocillatis victualibusq; refertis, An-
 glis fatigatis, infirmis, inediaquē confectis: quibus etiam nec copia aquæ fuit.
 Certum tamen erat Anglis in crastino se pugnuros, & cum tota nobilitate 30
 Franciæ manus confecturos. Quapropter ipsam noctem non tantum duxe-
 runt insomnem corpora confouendo, quantum votis & confessionibus ani-
 mabus proprijs consulendo. Iactauerant nempe Galli se nemini velle parce-
 re, præterquam dominis, & ipsi regi, reliquos immisericorditer perempturos,
 vel membris irrestaurabiliter mutilaturos. Qua de causa, nostri magis concita-
 ti, animos erexerunt, & contra casus omnes se mutuo confortarunt. Igitur
 Postera vix summo spargebat lumine montes, Orta dies: Cùm tuba sonitum procul ære canoro, Incre-
 puit de castris regijs, accelerantquē nostrates peruenire ad sui ducis præsentia-
 am, parati dupliciter ad prouocandum Martem, scilicet audacia & conscientiæ
 puritate. Rex cernens suos alacriter aduenisse, mox agmina producit in cam-
 40
 pum tritico recenter satum, vbi vix standi paulisper vel progrediendi facultas
 fuit propter salebras, soliquē mollitiem. Nec segnius summo manē Galli in
 eundem campum emittunt primam aciem, viris instructam fortibus, armis or-
 natam fulgentibus, equitibus hinc inde ex vtroq; latere præcedentibus in equis
 generosis, & nobilibus, (quibus (vt ita dicā) aurea pectoribus demissa monilia pendēt: qui
 insuper, Teſti auro fuluum mandunt sub dentibus aurum. Nō tamen voluere Franci pro-
 pter loci lutoſitatē procul in campū procedere, sed videre cupiebant quid Angli
 (quorum paucitatē maximē contemnebant) facere proponebant. Inter vtrunq;
 cuneum campus late patuit, ad spacium (prout fertur penē) mille passuum, sed
 nō vtrinq; pari procurrūt agmina motu, quia Gallis immobiliter primā seruā-
 tibus

Congressus
 Anglorum im-
 par cum Gal-
 lia.

tibus stationē, Anglis necesse fuit si cū hoste vellēt cōserere, spaciū mediū armis onustos pedibus emeriri. Rex interea Gallorum perpendens astutias, quōd sic perstabāt immobiles in vno loco, ne peditando per campū lutolūm fatigarētur,

Sublimi vēstus equo volat agmina circum, hortaturq; duces,

Et animos ad praelia firmat.

O fidissimi iniquiens socij, vadimus in campum, ad magnum virtutis opus, summosquē labores. En ipsam diem quam flagitauit saepius vestra virtus, totas ergo vestras effundite vires. Experiamini quid lancea, quid securis, quid gladius, quid sagitta valeat in manu potentis. Quisquis ergo census, honores aut
 10 prēmia cupit, istic reperiet, *Hæc nempe medio posuit deus omnia campo*, sic factus iussit conuelli signa. Quia (inquiens) hostes iniuriosi iter nostrum præcluderetemptāt, adeamus illos in nomine Trinitatis, & optima hora totius anni. Et erectis vexillis iussit suis ordinatē procedere, à dextris & sinistris fecit sagittarios anteire. Qui conspicientes eos qui pridē cōiurauerant in mortes vel mutilationes eorum, accensi indignatione, iniuria, omnis lassitudinis, omnis incommodi vel infirmitatis obliui sunt, & (vt ita fatear) turgescit in eis vitriabilis ira; vires, animūq; ministrat. Mirūq; in modum qui serō debilem arcum nequiuit tendere, iam fortissimum valuit sine difficultate pro voto trahere. Galli videntes nostros campum cum summo labore emensos fuisse, rati
 20 iam tempus arrisisse quo fatigatos inuaderent, quos putabāt nullo negotio captiuandos, horribiliter in campum ruunt, præmissis equitibus qui nostros architenentes, (pectoribus dextrariorū præferratis) obruerēt, & suorum caballorum pedibus conculearent. Sed (Deo volente) secūs accidit quā sperabant. Quia sagittarij hinc inde occurrentes equitibus, tot simul emisere iacula, vt illa procella grandinea primitus equites dissiparent. Nam regente deo, nusquam cassida manus, nusquam sine vulnere fugit missile, nullaquē fuit requies mittentis dexteræ, sed & omne sedet telum quia nulli fuere sine cadibus ictus. Vtergo primum sonipedes ferro transfixi sunt, sessores conuersis frænis in sua agmina præcipientes corruere, omnesquē equites qui euaserant campo cessere. Ex hinc vt
 30 acies conuenere, ingens noster clamor ad sidera tollitur, & impletur quodammodo vocibus vastus aër. Tunc iteratō volat vndique telorum nubes, & ferro ferē sonat, dum iacula constanter emissa, cassides feriunt, laminas, & loricas. Cadunt proindē de Gallis plurimi sagittis terebrati: hinc quinquageni, hinc pariter sexageni. Rex ipse non tantū regis, quantū militis exequendo vices, primus in hostes aduolat, crudeles ictus infert, & tollerat, exempla suis audendi fortia præbens in persona propria, stricto securi oppositas acies dissipando. Nec secūs militares viri æmulantes acta regia, totis viribus collaborabant oppositam illam siluam Francorum frementium ferro prosternere, donec tandem via vi facta, Galli non tantum cessere, quā mortui cecidere. Et reuera Franci cum prostratos in acie belli cernerent quos autumabant immobiles, eorū mox obstupuerunt animi, gelidusq; per ima cucurrit ossa tremor tā, vt immobiles, & sine sensu starent. Dū nostri secures ab eorū extorquerēt manibus, & eos mactarent velut pecudes cum eisdem. Perdidit indē modum cedes, & velut nulla secuta est pugna, sed iugulis bellum geritur, nec valent Angli tot prosternere. Quot perire possunt de aduersa parte. Sic ergo penē Fran-

*Architenentiū
virtus.*

*Gallia decus
prostratum.*

computatus. Capti sunt ibidem duces, Aurelianensis, & Burbonensis, comites verò de Evv. & de VVendone & Arthurus frater ducis Britanniae, qui se dicit comitem Richemundiae, & quidam Burdegaldus miles honoratissimus regni Franciae, & alij vt ferunt ad numerum septingentorum. De parte regis cecidere: dominus Edvvardus dux Eboraci, & dominus Michael comes Southfolchiae, quatuor milites & vnus armiger, dictus David Game, & de communibus viginti octo. Dum rex & sui bello detinerentur, contra gallo-
rum multitudinem pugnando cominus, vespiliones Francorum inuadentes à tergo dimissas sarcinas rapuerunt, & protinus abduxerunt. In quibus cum re-
perissent coronam regiam, inani gaudio latificauere suos, ita tamen vt ligna so-
lemniter pulsari facerent & canticum laudis, *Te deum laudamus*, cum summo tri-
pudio decantari. Ementiti enim fuerant regem captum, sine mora venturum. 10
Sed post pusillum cum ex tristi nuncio cognouissent veritatem rei gestae, versus est in luctum chorus eorum, & gaudium in maerorem. Rex autem omnes hos euentus prosperos ascribens deo, gratias infinitas egit ei qui sibi dedit inopinatam victoriam, & ferocissimos hostes subegit. Pernoctauit igitur in eodem loco, & in crastino, scilicet die Sabbathi versus Caesiam iter inceptum cōtinuauit. De-
inde 16. die Nouembris applicuit serò apud Doueriam in maxima niuis intem-
perie, vicesima verò tertia die dicti mensis venit Londonias ducens secum du-
ces & nobiles quos dudum captiuauerat, quorum nomina superius sunt ex-
pressa. Quali gaudio, quali tripudio, quali denique triumpho sit exceptus à Lō-
doniensibus dicere praetermitto. Quia reuera curiositas apparatus, nimietas
expensarum, varietates spectaculorum tractatus exigenter merito speciales.
Primo die Mensis Decembris iussu regis affuere Londonijs pontifices, & Ab-
bates in magno numero, vt interessent solemnissimis exequijs domini Edvvar-
di quondam ducis Eboraci, & aliorum tam Francorum quàm Anglorum qui
interierant in partibus transmarinis. Ad has etiam exequias venit ab Hareflu
capitaneus dictae villae, regis auunculus, comes de Dorcet, qui parum ante fecerat
equitationem in regionem conterminam & fugauerat octingentos ante se cap-
tios quos infra dictam villam strictae custodiae mācipauit. Hoc anno rex Por-
tugaliae fretus auxilio mercatorum Angliae quàm maximè, & Alemanorum,
vicit Agarenos in terra regis Betinatinorū, multis eorum millibus ad generum
Ceteris destinatis. Cepitq; ciuitatē eorum amplissimam supra mare sitam, vo-
catam Sunt eorum lingua: cinctā muro viginti millium passuum prout ferunt. 30
ANno domini millesimo. CCCCxvj. tenuit rex natale iuxta Londonias,
apud Lambetham, quo tempore delati sunt sibi rumores de conflictu ha-
bito inter Anglos & Gallos iuxta villam de Hareflu, in quo plures Gallici sunt
occisi. Circa festum purificationis septem Delphini luserūt in tamisia, quarum
quatuor sunt occisae: praenosticabant vt quidam volunt tempestatem maximam
ventorum & imbrium continuò subsequeretur. Feria quarta quatuor temporum
in initio quadragesimae, comes de Dorcet pugnauit cū comite de Armanak du-
ce Gallorum, in quo conflictu cecidere plurimi de vtraq; parte quia dictus co-
mes gentem nostram inuaserat inprovisò, fugati tum sunt Franci, & illo die
nostratis terga dedere, vno solo vsi solacio, quòd vispiliones eorum dum cū
nostris manus conferebant, equos Anglorum & sarcinas rapuerunt. Oporte-
bat ergo nostros prout erant in armis, reuerti pedites ad villam de Hareflu per
multa miliaria regionis. Itaq; peditando iuxta litus maris, vt hostes suos sem-
per ante faciem suam non à tergo constitutos haberent: incedebant armis onusti
per totam quintam feriam, noctemquē sequentem: mane verò sexta feria no-
strates leuantes oculos, viderunt in montibus Gallos relictos cum duce eo-
rum

*Gallorum in-
ane gaudium.*

*Reditus regis
in Angliam.*

*Delphini in
tamisi.*

*Delphini in
tamisi.*

tum comite de Armanak, paratos ad inuadendum eos: misit ergo comes de Armanak quendam armorum nunciū ad comitem Dorcetianum, qui diceret: Ecce conclusus es inter nos & mare, nec tibi superest euadendi facultas, quapropter ne pereas ore gladij, redde te mihi, tractaboq; te iuxta nobilitatem tuorum natalium, prout decet, rationabiliter redimendum. Ad hæc ille: renuncia sibi qui te misit, nunquam fuisse moris Anglorum hosti se reddere, ante præludia Martis & Bellonæ. Nec me reperiet ita vecordem vt manus illi dem, quem potest deus tradere in manus meas. His auditis, comes de Armanak furibundè cum suis equitibus pernici gressu per decliuum montis descendere conabatur. Quos ex-
10 cipientes nostri sagittarij, vel preuenter uol iaculis, vel peremerunt. Exinde creuit pugna inter reliquos, & utrobique gladijs & securibus diu res Martia gerebatur. Tandem (deo miserante) gens ieiuna, lassæ, famelica, somnique penuria fatigata, vicit dei virtute manifesta: nam cum non essent plures ex Anglicis in hoc conflictu quàm mille quingenti, gloriose vicerunt, & ad fugam coegerunt quindecim millia Gallicorum, duce illorum propè capto: ferunt (quod non obstante sacro quadragesimali tempore, ipsoque inuiolabili ieiunio quatuor temporum) carnes assauerant in castris suis, & meretriculas introduxerant, vt post suffarcinationem ventris, Veneris se spurcitijs macularent. Circa præsens tempus, oboli Ianuensium, quia debito carebant pondere, prohibiti sunt ab Anglis in mercaturis accipi siue dari. Septimo die mensis Maij venit imperator Londonias,
20 deductus in magnificentia & gloria per regem & regni nobiles, & hospitatus est in palacio regis iuxta V Vestmonast. rege recepto apud Lamherham. Rex autem cupiens deferre omnem humanitatem regi Romanorum, suspendit ad tempus cuncta parlamenti negotia, ducens eum secum V Vindeleshoram ad festum sancti Georgij, honoratus illic eum, & tantæ fraternitatis titulo, & religionis illius nobili vestimento, signumque regale imposuit collo suo, quod imperator exposit semper gessit in omni conuentu publico vel priuato. Ante festum ascensionis dux Holandiæ venit in Angliam, cum apparatu maximo, ad habendum colloquium cum rege nostro, regeq; Romanorum. In festo Trinitatis, & per sequens biduum, audita sunt horrida tonitrua, omnem modum ex-
30 cipientia, & velut sine interpolatione durantia, quæ præcesserunt terrificæ fulmina sine cessatione coruscantia, quæ multos strauerunt & occiderunt, arbores succenderunt, & ædificia diruerunt. Per totum tempus æstiuale putabatur, quod mediatione Imperatoris fuisset pax inter regna firmata, sed tergiuersantibus Gallis, suspensum fuit pacis negotium, eò maximè, quod Galli cōduxerant classem magnarum nauium Caricarum & Galearum, quæ regnum Angliæ molestarer, contra quos dominus Iohannes dux Bedfordiæ (frater regis) missus fuit cum manu potenti. Qui in die assumptionis beatæ virginis, commisit cum eis, & cepit tres Caricas, & vnā Hulkā, & quatuor Balingarias. Tres verò Caricæ fugere, vna verò de tribus inter fyrtes contracta submersa fuit. Alia magna
40 Carica submersa fuit coram Southhampton, cum qua perierunt ostingenti viri, quales light harneys vulgo vocamus. Imperator & rex Angliæ fœdus ad inuicem pepigere, videlicet, quod ipsi, & successores sui, boni & firmi & stabiles imperpetuum amici erunt, alligati, obligati, & confederati pro se & hæredibus ac successoribus suis, contra homines cuiuscunque gradus, status, dignitatis aut conditionis existat: & contra omnes homines qui viuere aut mori possunt, exceptis sacrosancta Romana ecclesia, & Romanorum pontifice &c. Rex Angliæ vt ostenderet se ex corde pacem cupere, personaliter transfretauit Calesiam ne Gallis vllam calūniandi ministraret materiam, quia dixerant non stare per eos quin ei offerrent largam pacis viam, vbi cum imperatore cōstitutus,
cum

cum nihil ab eis audisset procurari nisi dolos & fraudem solitam commenta spreuit eorum, & inter imperatorem ducemq; Burgundiae qui dissidebant, fecit concordiam atque pacem. Quibus ita gestis, dux fecit homagium imperatori. Posthac dux Glouerniae frater regis minimus, cum magna regis familia deduxit Imperatorem donec venisset ad villam de Doredranth, ubi cunctos Anglos remunerauit imperialiter à maximo ad minimum. Benedictus Vlleman ciuis Lodoniarum qui sperferat schedulas in multis locis errore plenas, captus, tractus, suspensus & decollatus est die Sancti Michaelis. Parlamentum quod diximus intermissum propter presentiam regis Romanorum, tenum fuit Londonijs circa festum sancti Luciae. In quo dominus Thomas Beauford comes de Dorset creatus est dux Exoniae, cōcessis sibi de fisco regio annuis mille libris, & xl. libris de villa Exoniae supradicta quas dominus rex de eadem villa percipere consuevit. In hoc parlamento requisiti proceres si ista sibi placerent, responderunt quod optimè, si donum regium tam exile non esset, nec correspondens meritis & virtutibus tanti viri. Cōcesse fuere duae decimae per clerum regi sub vnus anni spacio persoluendae.

ANno domini millesimo. CCCcxvij. rex celebrauit natale apud Kenelwortham, quo tempore structe sunt illi insidiae (prout fertur) per quendam scutiferum complicem Iohannis Oldcastell dictum. In crastino Natalis domini spersae sunt schedulae Lolardorum venenosa, impingentes contra cunctos status ecclesiae fere, in qualibet magna domo, vel hospitio villarum de sancto Albano, de Northamptona, de Radringia, auctorem nullo sciante.

*Decretum consilij Constantinien-
sensis de electione Papae
futuri.*

Ad laudem, & gloriam & honorem omnipotentis dei, ad pacem & vnitatem vniuersalis ecclesiae, ac totius populi christiani, vt electio futuri Romani & summi pontificis, proximè celebranda, firmiter auctoritate & plurimum roboretur assensu, & ne attentio statu ecclesiae super dicta electione in posterum vlla retractio, vllusue scrupulus in mentibus hominum resideat, sed ex illa sequatur vno certa, vera, plenissima & perfecta, sacrosancta generalis sinodus Constantinien-
sis comuni vtilitate pensata, de speciali & expresso consensu, ac voluntate concordi, sanctae Romanae ecclesiae Cardinalium in eadem sinodo personaliter existentium, & collegij eorundem, ac omnium nationum praesentis consilij ordinat, statuit, & decreuit, quod hac vice duntaxat ad eligendum Romanum pontificem summum, vna cum Cardinalibus sex praelati vel aliae honorabiles personae ecclesiasticae in sacris ordinibus constitutae, de qualibet natione in eadem sinodo pro nunc existente & nominata, quos seu quas qualibet ipsorum nationum pro se adhuc infra dies duxerit eligendos, seu eligendas, ipsis cardinalibus adiungantur, quibus omnibus eadem sancta sinodus eligendi Romanum pontificem, secundum formam hic expressam, quatenus opus est tribuit potestatem: videlicet quod ille absq; vlla exceptione ab vniuersali ecclesia Romanus pontifex habeatur, qui à duabus partibus Cardinalium in conclaui existentium, & à cuiuscunque nationis duabus partibus eisdem cardinalibus adiungendorum & tunc adiunctorum electus fuerit & receptus: quodque non valeat electio nec electus pro summo pontifice habeatur, nisi duae partes Cardinalium in conclaui existentium, & cuiuslibet nationis duae partes, cum Cardinalibus ad eligendum adiungendorum, & tunc adiunctorum consentiant & consenserint in Romanum pontificem eligendum. Statuit insuper & ordinat ac decernit, quod vota quorūcunq; in electione huiusmodi emittenda sint nulla, nisi vt praemittitur duae partes cardinalium, & duae partes cuiuslibet nationis adiungendorum, & tunc adiunctorum praedictorum principaliter aut per accessionem in vnum concurrant. Hoc etiam adiecto, quod praelati, & alij cum ipsis cardinalibus, ad electio-

nem

nem huiusmodi adiungendi & tunc adiuncti, omnes & singulas constitutiones etiam penales, circa electionem Romani pontificis editas, atq; consuetudines obseruare consuetas, quemadmodum ipsi cardinales obseruare teneantur, & ad illarum obseruantiam astringantur. Teneantur insuper iurare & iorent dicti electores cardinales & alij, antequam ad electionem procedant, quod in huiusmodi electionis negotio attendentes quod eis imminet cū de citacione agetur vicarij Iesum Christi successoris beati Petri vniuersalis ecclesiæ rectoris, gregis dominici directoris, puris & sinceris mentibus, & quam credet publicæ utilitati vniuersalis ecclesiæ proficere omni cuiuscūq; nationis peregrinæ, aut alio inordinato affectu, odio, gratia, vel fauore abiectis, procedet vt eorū ministerio de vili & idoneo vniuersali ecclesiæ prouideatur pastore. Ordinatur insuper, statuit & decernit eadē sancta synodus, quod infra decē dies ex nunc continuē numerādos, quos decē dies omnibus & singulis sanctę Romanę ecclesiæ cardinalibus presentibus & absētibz, & ceteris electoribus supradictis, attēta Romanę ecclesiæ vacatione notoria, ad intrandū cōclauē in hac ciuitate Cōstanciensi in maiori domo cōmunitatis ciuitatis eiusdē ad hoc iā ordinata prefigit & assignat, quod præfati electores cardinales & alij supradicti intrēt ipsum cōclauē ad electionē huiusmodi celebrandū, cēteraq; faciendum, obseruandum & prosequendum, quemadmodum in ceteris præter præmissa de cardinalibus & alijs in electione Romani pontificis iura decernunt, quæ omnia præmissa obseruata vult eadem sancta synodus in suo robore permanere. Hanc autem formam & hunc modum electionis approbat, ordinat, statuit pro hac vice, & ad omnem scrupulum remouendum vel summouendū, omnes & singulos in eadem synodo præsentēs & venturos qui eidem synodo adhærebunt ac omnes actus legitimos in eadē synodo agēdis actiue & passiue quatenus opus est habilitat & habiles esse declarat ceteris eiusdem sacri cōsiliij decretis semper saluis, supplens omnes defectus si qui forsan interuenerint in præmissis apostolicis & in generalibus cōsilijs editis constitutionibus, & alijs in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunq;. Vltimo die Mensis Octobris, episcopus Vinton. accessit ad cōsiliū, peregrinaturus Hyerosolimā, post electionem summi pontificis celebratam, vbi tantum valuit eius facunda persuasio vt & excitaret dominos Cardinales ad concordiam, & ad dilectionem summi pontificis se ocius præpararent. Quamobrem mox præparata fuit domus, quæ conclaue vocaretur, & essent cum lectis stratis honorificē pro dominis Cardinalibus, & electoribus adiungendis eisdem. Ordinatum nempe fuerat decreto cōsiliij, vt eligērentur ex omni natione quæ conuenerat sex personæ, ad intrandum conclaue cum cardinalibus, prout superius est expressū, vnde de Anglia ingressi sunt cōclauē episcopi Londoniēsis, Bathon. Norvvicensis, Lichfeldiēsis, Abbas Eboracens. & magister Thomas de Polton, Decanus Eboracensis. Quilibet autem natio scripsit nomina personarum suarum in schedula, & cera inuoluit. Preordinatæ proinde personæ conclaue sunt ingressæ, die quatuor coronatorum. Quibus intromissis, quædam persona laica, attulit omnes schedulas cera circumductas, ad vicecancellarium in conclaue. Qui nudatis brachijs vsq; ad cubitum, posuit omnes schedulas super mensam. Exindē decretum factum est quomodo reclusi ederent in conclaui, statutumq; fuit, vt haberēt panem & vinū, & vno die vnicū genus carniū, & altero vnum genus piscium, & singulis diebus vnum genus potagij, prout dies exigebat. Tunc Imperator, & tresdecim duces, ac maiores ciuitatis, Cōstanciæ, iurauere super librum, quod fideliter custodirent conclaue ab impeditoribus, & ne alia cibaria intromitterēt quàm statuta fuere. Quo facto, imperator personaliter perscrutatus est domū totam, & duabus

seris ostium post seclausit. In ostio domus illius, factum fuerat foramen quadratum, habens in lōgitudine & latitudine pedem vnum, per quod immitti deberent cibaria incluserū, omniquaq; die dū in conclaui fuerunt. Abbas sancti Edmundi de Bury, & prior sancti Iohannis de Clerkenueville, fuerunt assignati ad prægustandū cibaria Anglicorum. Mox verò vt seruitum fuit inclulis, dictum foramen clausum fuit tribus seris. Igitur illis conferentibus de iniuncto negotio, quidam nominauere Vintoniensem, quidā Londoniensem Episcopos: nonnulli verò cardinalem Francie, nihilq; fuit actū primo die vel secūdo. Die verò S. Martini primo mane episcopus Londoniēsis venit, & inter omnes cardinales protulit ista verba. Ego Richardus episcopus London. accedo ad dominū meum cardinalem de Colūnia. Audito præsenti sermone, repentē cū præsentes per dei gratiam in eandem cōsensere personam. Et illic exuerunt eū vestibus suis omnibus, & nouis eum reuestierunt, ac super altare posuerunt, & deosculati sunt manus eius & pedes. Hijs ita gestis, contestim vnus eorū qui inclusi fuerant, fregit foramen in pariete, & clamauit: *habemus Papam Martinum*, & tunc exiuerunt omnes in magnā ecclesiam cantantes, *Te deum laudamus*. In crastino Papa fuit factus presbiter, & die sequēti fuit sacratus episcopus, & celebrauit missam suam primam, cui misse interfuerunt centum quadraginta mitrati. Sequenti dominica dominus Papa fecit mane diluculo solemnem processionē, transiens per australem partem ecclesie versūs occidentalem, vbi constitutus fuit quidam clericus habens canabum, & stuppam, & combussit ea, dicens: *Ecce pater sancte sic transi gloria mundi*. Posthac eodem die fuit factum quasi quoddam solarium pro coronatione Papæ, in altitudine habens viginū pedes. Prior sancti Iohānis de Clerkenuevell tenuit diadema Papæ in officio coronationis. Ipso die post prandium Papa equitauit per medium ciuitatis Cōstancie, quem sequebantur in equis omnes episcopi mitrati, Abbates. Equus Papæ phaleratus cum rubeo escaerleto, equi verò eūctorum episcoporum phalerati fuere cādido panno bislino, & imperator in hac equitatione tenuit frenum Papæ. Cum autem peruenisset Papa ad locū fori, illic obuiauere sibi omnes Iudei ciuitatis, qui porrexerūt sibi (sicut mos est) ceremonias ac legē suā, quas acceptas, Papa proiecit post tergū suū, dicens: *Recedāt vetera, noua sunt omnia*. Papa (prout dicūt) prius vocabatur Paulinus, natus de illa nobili & antiqua gente Paulina Romæ.

Papa nouus.
Imperator Papa frenum tenet.

Hoc anno circa finem mēsis Iulij, rex Henricus cum magna classe mare sulcans, decimo nauigationis die saluus applicuit in Normannia, scilicet in festo sancti Petri ad vincula, vocatō in loco Tonque, vbi villa fortis est, & castrum nobile, quod reddere per annum solet octo millia coronarū. Quo in loco quingenti equites hostiliter occurrerunt ei, trāsitum prohibere volentes, sed perēptio per architenentes eorum capitaneo, & eius collegæ capto, ceteri meticolosē fugerunt. Nec multō post redditum fuit regi dictū castrum, & qui remanere volebant, accepere gratiam remanēdi, volentes abire, tulerunt secum de gratia regia pecunias & suppellectilem, relinquentes arma & instrumenta bellica, necnon & victualia dicto castro. Consimili modo reddita fuit regi villa de Aumberes cum castello, qua tempestate monachus quidam soliuagus captus à quodam de familia regis despoliatus est. Quod vt rex comperit, sollicitē quæsiuit a monacho si personam recognosceret quæ tulerat ab eo res suas. Qui cū diceret bene se personam noscere, si videret eam, tandem post aliquos in conspectu ductos, notauit vnum dicens illū bona sua rapuisse. Quem rex illic vehementer redarguit, dicens illum morte dignum, qui cū aliunde satisfacere potuisset suæ necessitati, ad res religiosorum manus extenderet, modō tamē gauisurum perdonationis titulo, si nihil tale committat de cetero. Fecitq; virum reddere monacho

monacho qui tulerat prius ab eo, monacho mādans vt domū repeteret, & consuetū seruitiū cū fratribus suis intrepidatē deo repēderet, asserēs se nō illuc aduenisse modo vespilionis vt res religiosorū raperet, sed potius more regis, vt corū bona à direptionibus seruaret. Nec mora pelamari fecit p exercitū, ne quis religiosum, clericū vel præsbyterū, nec vllū penitus ecclesiasticū despoliare seu quouis modo molestare præsumeret, nec ad res ecclesiasticas animo rapiēdi manus mittere, sub pœna suspēisionis & laquei. Qua proclamatione per plebanos *Rustici in clericali habitu,* vulgata, videres rusticos indumētis clericorū sumptis vagari per exercitū negotia tractare foralia, impunē accedere & recedere, Anglis astu piē deceptis. Nec
10 valebāt Anglici rei veritatē agnoscere, rustici coronas sibi radentibus, vt Anglos fallerēt efficacius, aspectu capitū abraforū. Cōsequenter insup fecit rex proclamari ne quis foeminā cōiugatā, viduā sine virginem cōtra voluntatē auderet opprimere, vel bona diripere plebeiorū, qui se regi sū miserant sub pœna prætata. Tertio decimo die mensis Augusti rex recessit cū exercitu de villa de Tōque, & pernoctauit apud villā Sancti Saluatoris de Tybe. Crastino die Sabbati pernoctauit apud villā de Grāuile, vbi cōmoratus est die dominica, videlicet in festo assumptionis beatæ Mariæ. Die lunæ pernoctauit apud Abbathiā de Fontenes, & in die Martis peruenit ad villam Destusteuyle: die verò Mercurij confedit cum exercitu coram villa de Cane, ex parte australi, propē monasteriū
20 Sancti Stephani, dux Clarentiæ ex parte boreali iuxta Monasteriū monialiū Sanctæ Trinitatis, comes Marefcallus sedit ex parte sinistra regis, & dominus de Matreuers iuxta eum. Iuxta quem domini Talbot, & Vmfreuile sunt locati, & consequenter domini de Neule, & V Villoughby. Ex parte regis dextera confedens, Comes de VVarvvike, & dominus Iohannes Gray, iuxta quos Comites de Huntingdon, & de Sarum, & dominus Iohannis Grecornyvayle. Dū sic esset dispositus regalis exercitus, & Abbathia sancti Stephani foret Frācis cōmunita, videntēsq; in monasterio pro tantamēto fore se impares regijs viribus, locū deserere festinabant. Et diripientes tam victualia, quā alia loci iocalia, latenter in villam commigrauerunt, notabiles sacrilegio manifesto, vbi cōstituti tractabant inter se qualiter dictum monasteriū flammis absumerent, &
30 turres ecclesiæ cōplanarent: per quas multa mala fieri posse non dubitabāt. Audiunt hæc insusurrari inter Francos quōd quidā monachus eiusdē loci, qui metuens sui monasterij destructionem, confidenter dedit se periculo, & sub illius noctis silentio, manibus reptās & genib⁹, & phostes, pignes, p arma, per gladios tādē puenit ad locū vbi dux Clarēcie frater regis obsidionis suę vigilias obseruabat. Et impetrato aditu, vidit vt recubuerat armat⁹ ad vnguē in horto quodā super herbā, supposito capiti suo saxo. Cui confestim flexis genibus, flebiliter supplicauit, vt loco suo succurreret, qui iam diuēdus erat nisi maturius subueniret. Vobis autē specialius cōuenit nostrū seruare mōasteriū, qui de regū linea descendistis in locū nostrū quē fundauerūt, extruxerūt, atq; dotauerūt. Quapropter
40 incunctatē vtamini duce p̄uio, & ego vos inducā, & gaudere faciam loco nostro. Nec mora fecit dux vt monuit, & arreptis scalis, puenit ad eā partē quam monachus bene nouit immunitam: nā pauci sed inualidi reliēti fuerāt, magis ad ostentationē, quā ad defensionē loci, quos aduētū suo territos, vel captiuauit, vel abire permisit, reputās eos indignos gladio suo propter rusticitatem & vilitatem personarū. Vnū tamen decollari iussit, qui confessus fuerat se res monasterij, scilicet ferramenta fenestrarum, & huiusmodi compilasse, dicēs ei: Si nos & nostros propter talia sacrilegia iusta mortē multaueris, multo plus tu p̄nā mereris qui patriæ propriæ sacella spoliare nō times. Dux ergo tali modo poritus loco, introduxit regē in crastino, gaudentē nimirū quod à telis & turribus monasterij valebat intueri quēcunq; gerebantur in villā, & illic figere vel locare gun-

nas suas, quas Galli canones vocāt, quibus validius villam infestare posset. Post hæc denunciatur diēs & hora quibus fieri deberet insultus ad villā. Interea sonāte terrifico lituorū & tubarum classico, obsessi semet cohortātes, ad muros alacriter cucurrere, telis armati, gladijs & missilibus, iaculis & pettarijs, ut vim vi repellant. De parte regis (ut ita dicam) *Induit aduersis contraria pectora telis, miles: ut aeternum sanguine nomen eruat.* Inter milites dominus Edmundus Springeus, qui dudum cum alijs militiæ cingulo donatus fuerat, muros Cadomæ armatus ascendit. *Et vulnera alterna datque, capitque manu. Sicut aper longe siluis latratibus actus, Fulmineo celeres dissipat ore canes, Mox tamen ipse perit:* sic & iste vir egregius dum multos muris deiicit, dum plures ense perimit, dum Martis acta peragit, lapsus pede 10 corruit in foramen muri, ubi sedendo pugnans peremptus est, quem mox inhumaniter ut erat armatus adhuc spirantem, tormentarij (circumiectis ignibus) cremauerunt. Non tamen destitit regales inimicis insistere, sed bili concitata propter infortunium tanti socij, fuerat nep̄e cūctis amabilis: insurrexerunt acius, & exarserunt cōtra tam improbos pollinitores, fatigātes illos sic ex parte, quod videbatur ipsis qui tuebantur oppidum ex parte altera necessariū, vti statione sua relictā, ad eā partē accurrerēt qua rex oppugnabat villā: sicq; rarefcente in dicta parte defensore, dux Clarenciæ (factis instrumentis in loco qui putabatur tutissimus) muros scādit, & post terga Gallorum desiliens, eos adeo repente terruit, ut ignorarent utrum iuuaret potius procedere cōtra regem, an reuerti & manus e- 20 rigere cōtra ducem. Facta est igitur strages magna Gallorū, obuiantibus à fronte regalibus, instantibus à tergo Clarencianis, omnēq; illis adimentibus spem salutis. Taliq; modo rex villa potitus est, castello nōdum rebellibus vacuato. Quapropter rex Gunnarū iactu sic castrum debilitauit, ut impossibile videretur inclusis se defendere locum posse. Proinde impetrato tractatu, obtinuerūt à rege libertatem abeundi, relictis armis, vidualibus, auro & argento atque iocalibus in castello. Sed ne inanes & vacui omnino recederent, rex indulxit eis ut milites quidam certam summam fului metalli secum ferrent, armigeri quoq; taxatam, & alij limitatam tollerent, & non amplius, sub pēna perditionis summarum cōcessarum, pariter & vitarum. Fœminas verò permisit ornamenta vel quēq; mo- 30 bilia secum ferre & indemnes abire. Quæ magnas auri summas (ut fertur) in vtribus abstulere. Hijs omnibus ingratū Franci beneficijs, regiæ munificentiae pessimè responderunt, & inuidentes eius cōmodis, aurum & argētum, & quicquid in castrum ad tuendum deportatum fuerat igne cōbusserunt, ut post recessum patuit eorundem. Post deditionē castrī Cane, quod obtinuerat condiciona- liter, scilicet si rex Frācus vel Dolphinus aut comes de Armanak bello nō dissoluerent obsidionem infrā nonumdecimum diem Mensis Septembris, reddiderūt se pacto consilij, ciuitas & ecclesia Baiocensis, cum alijs multis villis. Cū hæc agerentur in Neustria, Lolardi duce (I. Oldecastel) insanire ceperūt in Anglia, 40 qui Scotoscōcitauit tam prece, quā repromissa pecunia, ut intrarent hostiliter regnū in regis absentia, leui negotio (ut asseruit) subiugādum. Ferūt quod V Vilhelmu Duglas Scotum, apud Pontem fractum allocutus fuerat, grandē promittens auri summā, si gentē suam sollicitaret, & eū qui falsō dicebatur apud eos rex Richardus, venire cū eis faceret, & se ostētare tanquā regē. Scotus verò auri sacra fame coactus, nō multo post cōtribules suos cum magno strepitu venire fecit ad obsidendum castellum cum villa de Rokesburgh. Quo cū venisset, sufflores immiserunt ad subuertendum muros. Contigit eo tempore ducem Exoniæ dominum Thomam Beuford ad Brydelingtoniam venisse peregrinā- di gratia, qui confestim audito rei nuncio properauit ad partes, eundo colligens armatos & architenētes, hostibus occurrere festinādo. Ex alia parte custos regni dominus I. frater regis dux Bedfordiæ cū alijs regni nobilibus magnū constans exerci-

exercitū, ad easdē peruenit partes. Quod Scoti per exploratores cōperientes, ex-
pectare nō audentes diutius, turpia femineæ terga dedere fugæ. Nec mirū, quia
plusquācentum milia virorū conuenisse ferebantur ad repellendū eos. Et ne ru-
rales estimarētur, & inexperti qui cum dictis heroibus venerāt, vir valdē vene-
rabilis dux Exoniæ palā asseueravit se sciuisse ex illis cohortibus delegisse qua-
draginta milia virorū bellicosorum qui virtute præstarent, & animis, æq; cum
valētoribus, quasi regni totius, nō obstante quōd maxima multitudo cum rege
in Norinānia militabat. Eo tēpore dux Lolardorū I. Oldcastel dum diuersis in
locis requirit latibula, propē sanctū Albanum in domo cuiusdā rustici habētis i-
bidē idoneā mansionem, dominio Abbatis delituit multis diebus. Quo audito,
familiares Abbatis illuc nocte properātes, illum quidē nō inuenerunt, sed quos-
dā de suis specialibus asseclis tenuerunt & ad carcerē adduxerūt. Ipse verō dux
perfidorum hoc audito rumore, vehemēter ingemuit, dicens suum grāde pro-
positum eneruatum, captis præcipuis cōscijs votorum suorū. In præfato loco re-
perti fuerunt libri in Anglicis scripti litteris, & nōnulli libri quondā nobiliter &
Imaginibus sanctorū diuersorum decorati, quarum Imaginū capita iuxta for-
mā falsę doctrinę suæ, nebulones abraferant, & in letanijs omniū sanctorū no-
mina vnā cū nominibus beatę virginis aboleuerāt, vsq; ad hunc versum. Pree
nobis domine. Inuēta sunt insuper illic quædā scripta plena blasphemie in beatā
20 Mariā, quæ propter horrorē scribere supersedi. Librum tali rasura deformatū,
misit domino nostro regi dictus Abbas S. Albani, cum quibusdā alijs deliramē-
tis repertis ibidē, & dominus rex eundē librum Archiep. Cantuariensi remisit,
vt in sermonibus faciēdis ad crucē S. Pauli Lōdonijs ostēderetur, vt vel sic ciui-
bus innotesceret, quāta furia Lolardi vheebātur, qui nō dico Imagines, sed nec
ipsa sanctorū nomina in suis mēbranis inseri permittebāt. Rex Angliæ per idem
tēpus impiger in partibus transmarinis, cepit plures ciuitates & villas muratas,
cū castris & munitionibus plusquam cētum. Hoc anno quarto die mensis Sep-
tēbris, obiit magister Robertus Alin, Episc. Sarū, apud Cōstanciā, cōsilio non-
dum finito. Mense Decēbris rex Hēricus obsedit Phalesiā villā munitissimā,
30 refertā defensoribus, superbā suis opibus, instauratā machinis, cōfidētē mœnijs,
vt nec quidē portas cōtra regem initio claudere dignabātur, villa tamē leui nego-
tio terrore gunnarū reddita fuit regi. Sed castrū cum magno fastu detentū fuit,
ferē vsq; ad festū purificationis, medio tēpore multis hinc, inde, iactis cōuitijs.
Tandē obstinatione deposita, pænitiuit obsessos tādū perseuerasse in pertinacia,
& humiliter sapiēdo regis grāiā flagitabant. Non enim ferre valebant horridos
faxorū volatus, quos crebro circa se cernebant emissos, cuiuslibet formidandos, &
proindē maluerē semel vitā seruare quoquo pacto, quā quotidiē quasi mortē
metuēdo mori. Igitur post certas cōditiones assecrauerunt regi, se proprijs suis
sumptibus, damna castrī, villęq; ruinas reparaturos: præter illas, quas soluerēt
redēptionis suæ summas, quod idcirco illis imposuit, propter suæ fastuosæ de-
40 tentionis diuturnitatem, quæ fuit causa ruinæ magnæ dicti castelli. Circa præ-
sens tēpus captus fuit in Anglia ille vaniglorius, inueteratus dierum malorum,
primicerius Lolardorum, dux & princeps perfidorum I. Oldcastel, (quondā
dictus dominus de Cobhā) in terris domini de Povvisia, nō sine periculo lesio-
neq; quorundā qui ceperunt eum, sed nec ipse sine vulnere tētus fuit. Sub eodē
tempore vocati fuerāt ad parliamētū Lōdonias, oēs status regni, vt de pecuniali
suffragio regi ferēdo cōsulerēt, quo laborabat in partib⁹ vltiā marinis. Cūq; do-
mini & personę parliamētales, audissent quōd captus fuisset hostis publicus, pla-
cuit cūctis parliamētū nō dissoluendū donec interrogatus, & auditus fuisset in
eodē parliamēto. Missus est igitur dñs de Povvisia, qui deduceret eū manu for-
ti. Qui & adduxit eū Lōdonias, in lectica sauciū vnā cū clerico omniū secretorū
suorum

suorum conscio. Nec mora, cum constitutus fuisset in praesentia regni rectoris ducis de Bedfordia, & statum parliamenti, lectum fuit indictamentum coram eo de hostili insurrectione contra regem in campo sancti Egidij, & alijs offensis laesae maiestatis, qui partim tanguntur superius in locis suis. Quaesitum fuit ab eo qualiter se voluit excusare, & ostendere quare non merito sit adiudicandus morti, qui mox aliunde quaerens diffugia, assupra parabola, cepit praedicare de dei misericordia, & quicumque mortales dei imitatores esse vellēt, deberent semper misericordiam superexaltare iudicio, vindictam fore solius dei qui ab eius cultoribus non debuit exercei sed soli deo relinqui, & alia plura commemorauit redimendo tempus, donec summus regni iusticiarius regis vicarium monuit, ne pateretur eum inaniter tempus terere, & assistentes regni proceres molestare. Iussit ergo regni rector ut responderet conformiter ad obiecta, qui se videns constanter vrgeri, tandem post breuem meditationem soluto silentio respondit, dicens: Mihi autem (inquit) pro minimo est ut a vobis iudicer aut ab humano die. Et iterum impertinenter garrulare cepit donec summus iusticiarius iussit ut responderet finaliter, & doceret si posset quare mori non debuit, qui confestim cum summa superbia & abusione, respondit se non habere iudicem inter eos viuente ligo domino suo in regno Scotiae rege Richardo. Quo responso accepto, quia non opus erat testibus, sine mora iussus est trahi & suspendi super furcas, atque comburi pendens in eisde, ubi cum plures personae honorabiles huic spectaculo interessent, domino Thomae Erpingham (prout dicunt) nouissima verba locutus est: adiurans eum, ut si cerneret eum resurgere die tertia, pacem procuraret sectae suae. Tanta perditus fuit dementia, ut putaret se post triduum a mortuis resurrecturum.

Anno domini M. CCCC. xvij. tenuit rex natale in Normannia apud Baiocas, circa quod tempus redditum fuit sibi castrum de Phalesia, & ciuitas de Abrucis, id est Auerance se summisit. Post festum Paschae missi sunt per regem ad obsidendum monasterium de Bekke Herlevvim, dominus Thomas dux Clarencie: ad obsidendum villam de Cherburgh dominus Humfridus dux Glouernie: ad obsidendum castrum de Daunfront, dominus Richardus comes VVarvici: ad obsidendum castrum Nully le Vesque, dominus comes de Kyme. In die sancti Georgij rex apud Cadomum in castello celebrauit solemni ter idem festum. Circa festum trinitatis ad iussu regis profectus est in Normanniam dominus Thomas dux Exoniae regis auunculus cum quindecim milibus prout dicitur bellatorum. Mese Iunij Burgundiones nocte Parisium intrauerunt, & comitem de Armanak morte turpissima mutolauerunt. Nam (ut ferunt) eum crudeliter excoiauerunt, ex post crudelissime peremerunt. In illa ferali seditione iugulati feruntur plures nobiles, scilicet Cardinalis Baar Archiepiscopus Remensis, Episcopus Meulx, episcopus Constanciensis, episcopus de Liseux, Abbas sancti Dionisij, Abbas de Iormayle, cancellarius Francie, prepositus Pariseorum, & plures alij ad numerum quatuordecim millium personarum. Nec faciri potuit effrenata furia tanta caede virorum, quin & in feminas grassaretur. Nempē feruntur iugulata quinq; millia feminarum. Sub eodem tempore rex obsedit nobilem villam vocatam Loueres, quam fortiter expugnatam compulsi ad deditiōem sub certis condicionibus utrobique pactis. Reddita est ergo regi villa in vigilia sancti Iohannis Baptistae. Die vero Lunae sequente mouit dominus rex exercitum versus Pouit de Laarche. Eodem tempore dux Exoniae obsedit ciuitatem Ebroicensem Eueroyse. Ipso anno infra octauas assumptionis beatae Mariae, Iesus Christus ut putatur ob honorem gloriosae matris suae quam propensius veneratur rex Angliae, dedit ei in locis varijs tres miraculosas victorias in prouincia Normannorum: Prima fuit quod centum de suis Anglicis die Martis infra dictas octauas ceperunt tres magnos dominos apud locum vo-

earum Kylbenef & personas alias octoginta, & ter centum fugere cōpulerunt. Secunda fuit die Iouis, quadringēti nempē de hostibus, intrauerūt suburbana ciuitatis Ebroicensis, & vndecim ex Anglis fugauerunt eos, & ceperunt ex eis quatuor, & duodecim peremerunt, captis quadraginta dextrarijs eorundem. Tertia fuit die sabbathi sequente summo mane. Hostes reuera voluerunt cepisse villam quam rex ceperat in prima equitatione sua præsents anni, dictam Loueres, sed capitaneus dictæ villæ cum centum de nostris exiuit animosè contra mille, & deo volente vicit eos, & tradidit in manus hominū nostræ partis centum & octoginta personas generosas ex hostibus, per omnia benedictus deus.

10 Pridiē Kalendas Augusti capta fuit inopinatō, villa de Pounteyse, propē Parisium, probitate capitanei de la Bouche, summo mane, qui nocte non procul à villa delitescens, inter vineas cum nonnullis de domini regis familia, in vigilia matutina repentē scalarum scansione muros ascendit, vbi post diutinam dimicationem, occisis multis de defensoribus, & pluribus vulneratis, cū ciues cernerent numerum inuictum crescere inter eos, oppressi vecordia, portis apertis fugerunt quo fors quēque trahebat, fuerunt utique in ea villa præfortes homines constituti pro defensione mille, qui ferebant lanceas atq; scuta, & balistariorum duo millia, qui omnes sub festinatione versūs Parisium fugere contendebant, sed intercepti sunt & præoccupati per comitem de Huntingdonia, qui &

20 ipse destinatus fuit ad istud negotium, vt ipse ex vna parte aut altera muros ascendere moliretur, sed tamē retardatus fuerat in Marisco, nō inueniens exitum, vsque ad solis ortum. Occisa est ergo illa penē multitudo per comitem, villa per nostros detenta. In qua recōdita fuerāt omnis generis victualia ad duos annos, de cuius amenitate, diuitijs & vtilitate rex scripsit, quōd inter omnia quæ gelsit in transmarinis partibus, opus magis vtile non peregit. Hæc autem gesta sunt expirantibus treugis, in crastino postquam Franci regem suis fallacijs delussissent, & pacis vias quas res obrulerat refutassent: ferunt quōd dicta villa fuit instaurata sufficienter victualibus pro duobus annis. Die Lunæ proxima post festum sancti Mathæi apostoli, castrum Gisorcij recuperatum fuit per Anglos.

30 Et die Sabbathi proximo post idem festum recuperatū fuit castrum de Galiard per eisdem. Dux Burgundiæ vocatus ad Dolphini colloquiū, & suorum perfidorum complicum, proditiōsè peremptus est, licet perante pariter omnes pari sacramento se constrixissent, quod nullus alterum læderet eorundē qui ad colloquium conuenissent, filius ducis Burgundiæ (qui & hæres eiusdē) patris cupiēs vindicare iugulationē, destinatis humiliter ad regē nostram multis personis honorabilibus, præstitit sacramentum per eosdē de fidelitate seruanda sibi. Episcopus Surreyensis domini VVintoniēsis suffraganeus celebrauit solemnes ordines apud S. Hoc anno nouerçā regis, Anna regina, per quosdā infamata de quodam maleficio, quōd in læsionem regis commentata fuisset (amotis cunctis suis

40 famulis) commendata est custodiæ Pellam, qui adhibitis sibi nouem seruientibus, introduxit eam in castrum de Penenescye sub eius prouidentia gubernandam. Circa festum omnium sanctorum ducissa Clarenciæ cum multis alijs dominabus Angliæ in Neustriam transfretaui. Balthazar Cosla nuper dictus Iohannes Papa. 23. decreto concilij Constanciensis degradatus, & incarceratus, propter humilem summisionem qua se summisit Papæ Martino, liberatur à carcere, & ad Cardinalatus restituitur dignitatem. Dominus Humfridus dux Glouerniæ, frater regis minimus, factus est custos regni Angliæ, loco fratris sui domini Iohannis ducis Bedfordiæ, qui vocatus à rege, nauigauit in Neustriā cū valida bellatorū manu, postquā gloriōsè regimē regni tenuerat per duos annos. Hoc anno. 16. die Maij nostri pugnauerūt cū Gallicis, qui vene-

rant ad dissoluendum obsidionem villæ de Freney, quam comes Sarisburien-
 sis obsedit, & occiderunt ex eis penè quinque millia, captis sexcentis cum Ma-
 rescallo de Rovvs, & multis alijs nobilibus & honoratis viris. Ductores ex
 parte nostra fuere comites Huntingdoniæ, & Marchiæ: I. Greconnevayle,
 & Philippus le Leche. Capti sunt in hoc conflictu multa signa nobilium, in-
 ter quæ V Vilhelmus Douglas perdidit vexillum suū, occisis de Scotis suis plus-
 quam centum: signum V Vilhelmi Douglas rex iussit extendi in ecclesia sanctæ
 Mariæ Rothomagi. Dux Burgundiæ per hoc tempus, sollicitat, vt pax & con-
 cordia fiat inter reges, modo & forma sub certis condicionibus, quarum talis
 est effectus. In primis quod rex noster acciperet & habebit in coniugem puel-
 lam præclarissimam dominam Katherinam, regis Francorum Caroli filiam.
 Et quod per eum in odum illustrissimos consanguineos suos, regem Franciæ, &
 reginam, efficiet sibi patrem, & matrem, & eisdem vt patrem & matrem suos
 habebit & pro talibus venerabitur præ cunctis alijs personis mundi, & quod nō
 impediet quin consanguineus suus rex Franciæ teneat & possideat quoad vixe-
 rit coronam & dignitatem regalem Franciæ, & prouentus more solito, ad su-
 stentationem sui status, & onerum regni, & præfata consanguinea sua serenis-
 sima regina Franciæ conthoralis eiusdem regis Franciæ, etiam teneat quamdiu
 vixerit, statum & dignitatem reginæ, secundum morem regni prædicti &c.
 Quæ præmissa illustrissimus rex Angliæ se obseruaturum, facturum, & im-
 pleturum offert, dummodo per partem regis Franciæ ista promittantur, cōcor-
 dentur & fiant. Similiter in primis quod immediatè post obitum eiusdem con-
 sanguinei sui, & extunc deinceps, corona & regnum Franciæ cum eorum iuri-
 bus, & pertinentijs vniuersis, manebunt & erunt ipsius regis Henrici, & hære-
 dum suorum imperpetuum. Item quod pro eo quod præfatus serenissimus
 cōsanguineus suus Franciæ, tenetur vt plurimum aduersa valitudine, sic quod
 non potest cōmodè vacare dispendijs regni negotijs, idcirco ad vitam eiusdē
 consanguinei sui Franciæ, facultas disponendi reipublicam regni prædicti,
 & exercitium (cum consilio nobilium & prudentum eiusdem regni, eidem se-
 renissimo consanguineo obedientium, qui cōmodum & honorem ipsius regni
 dilexerint) penes ipsum dominū regem Henricum sint, & mancant, ita vt ipsam
 per se ipsum, & etiam per alios quos cum cōsilio præfatorum nobilium ad hoc
 duxerit deputandos, regere possit & gubernare secundum exigētiā iusticiæ, &
 æquitatis. Item quod procures, magnates, & nobiles, ac status regni prædicti,
 tam spirituales quàm tēporales, necnō ciuitates, & notabiles cōmunitates, ac ci-
 ues, & Burgenses villarum eiusdem regni, præfato consanguineo suo pro tem-
 pore obedientes, præstabunt iuramenta quæ sequuntur. In primis quod eidem
 domino regi Henrico (facultatem & exercitium disponendi & regendi dictam
 reipublicā gerenti) ac iussionibus suis, humiliter & obediēter in omnibus (ex-
 ercitiū regiminis dicti regni cōcernentibus) & per omnia parebunt & intēdent.
 Item quod ea quæ inter præfatum consanguineū, & consanguineam eiusdem
 regis, & ipsum regem, cum consilio eorum (quod ijdem consanguineus, & cō-
 sanguinea, & ipse dominus rex ad hoc duxerit adhibēdos) appūctata fuerunt &
 cōcordata, ipsi procures & magnates &c. quatenus eos simul & singulos eorū
 cōcernere poterit, in omnibus & per omnia, bene & fidelitèr obseruabūt, & pro
 posse suo facient ab alijs quibuscumq; obseruari. Item quod continuè ab obitu
 & post obitū dicti consanguinei sui Franciæ, erunt ipsi fideles homines & ligei
 præfati regis H. ac heredū suorū, ac ipsum pro domino suo ligeo, ac supremo,
 ac vero rege Franciæ, absq; oppositione, cōtradictione, seu difficultate recipiēt
 & admittent, ac pro tali obediēt, & quod (præterquam dicto consanguineo)

*Iuramentum
 commune re-
 gi Henrico.*

nulli

nulli vnquam posthac tanquam regi & regenti regni Franciæ obediens, nisi eidem regi, Henrico & hæredibus suis. Item quod non erunt in consilio, auxilio, vel assensu, quod præfatus rex Henricus perdat vitam, aut membrum, seu capiatur mala captione, aut quod patiatur damnum seu diminutionem in persona, statu, honore, seu rebus, verum si quid tale contra eum moliri seu machinari nouerint, illud pro posse suo impediunt, & eidem regi quam celerius poterint per seipsum seu nuncios vel litteris intimabunt. Item quod præfatus serenissimus consanguineus suus Franciæ, super præmissis omnibus & singulis, ac alijs quibuscumque inter ipsum consanguineum, & præfatum regem in hac parte concordandis, eidem regi Henrico, dabit, & faciet, ac dari & fieri faciet, suas litteras patentes, suo magno sigillo sigillatas, necnon litteras patentes approbatorias & confirmatorias, præfatæ serenissimæ principissæ, consortis suæ, ac illustris consanguinei sui ducis Burgundiæ, & aliorum procerum & magnatum dicti regni, eidem consanguineo suo Franciæ nunc vel in futurum obedientium (quorum litteras in ea parte ab eodem consanguineo dictus rex exigere voluerit) sub ita clavis, apertis & securis, modo, forma & verbis, sicut per consilia partium poterit aduifari, necnon omnimodas rationabiles securitates quas in hac parte velit idem rex Henricus. Et offert dominus rex Henricus, quod simili modo pro parte sua, dabit & faciet super eisdem suis litteras patentes, approbatorias & affirmatorias, præclarissimorum fratrum suorum & aliorum de sanguine suo regali, pro eorumque & magnatum sibi obedientium, necnon omnimodas securitates rationabiles, quas dictus consanguineus exigere velit in hac parte. Duce Burgundiæ suadente, rex Francus & regina consoboralis eius, necnon & magnates & proceres qui astabant eidem regi, gratanter admitterunt præscriptos articulos, & eos se obseruaturos fideliter promiserunt. Ac proinde rex Angliæ capit equitare cum exercitu versus regem Franciæ, qui perhædinavit apud Troys in Campania de Pontey, octauo die Mensis Maij, transiens per villam sancti Dionisij, ubi & obtulit & deuotiones fecit. Deinde transijt iuxta fossata Parisiorum (populo ciuitatis inspectante, & ut apparuit valde gaudente) peruenitque ad pontem de Charenton, super quem Turris habetur fortissima, & ex utraque parte turris est pons eleuabilis & tractabilis, sic quod nullus accedere potest ad Turrim, si isti pontes fuerint eleuati. In hoc loco rex dimisit dominum VVilhelhum Gascoyne, cum forti manu ad pontis custodiam donec rediret, sicque fecit in omnibus locis in quibus tales pontes habebantur. Tandem vicesimo die Mensis Maij peruenit ad Troys, ubi cum summa reuerentia pontifices qui fuerunt in villa, & Cancellarius Franciæ, cum toto clero & omnes qui aliquem gradum tenebant circa regem Francum, dux Burgundiæ cum multis proceribus & militibus, facti sunt in obuiam domino nostro regi ad spacium miliarij extra ciuitatem. In crastino partes conuenerunt ad Ecclesiam sancti Petri, rex videlicet cum quadraginta personis dominorum, militum, & armigerorum (ad istud negotium specialiter assignatorum) ducissa quoque Clarenciæ intrauit cum domino nostro rege: regina verò Franciæ venit illuc cum duce Burgundiæ, & quadraginta personis de suo consilio, & cum ea filia sua domina Katherina ducissa de Baire, & regina Angliæ mox futura. Obuiauerunt igitur rex & regina in medio ipsius ecclesiæ, & ascenderunt pariter ad maius altare, ubi coram utrisque partibus recitabatur omnes articuli & appunctiones præmissæ concordie quæ (partibus consentientibus) sigillatæ fuere sigillis amborum regum, & partes iuratæ de concordia sine fraude. Quibus ita gestis, dominus rex & Katherina fecerunt assecurationem fide interpolita per manus eorundem. Posthac dux Burgundiæ iurauit publice quod esset obediens

obediens domino nostro regi tanquam regenti Franciæ durante termino vite regis Franci, & quod post eius decessum deueniret illico ligeus homo regis nostri: proinde mox pax proclamata fuit, primò in parte regis Franci in lingua Gallica, & ex post in parte regis nostri in lingua nostra, vbi tunc recitati fuerunt articuli istius concordie, & publicati per totam ciuitatem & exercitum Anglicanum. Tertio die Mensis Iunij (scilicet in crastino Trinitatis) rex noster Henricus duxit in uxorem dominam Katherinam, & assignauit sibi ministros domus suæ valentes personas Anglicanas, nec remansit in eius obsequio quisquam Gallicus, exceptis tribus mulierculis generosis, & duabus ancillis quæ famularentur magistræ suæ. Acta sunt hæc anno gratiæ millesimo quadringentesimo vicesimo, & regni regis Franci quadragesimo, & regis Anglorum octauo. Quartodecimo die Mensis Iunij, facta fuit London. solemnis processio in qua & sermo de præmissis publicè dicebatur apud crucem sancti Pauli, vbi insuper diuulgabatur quod sigillum regis Angliæ cõfringeretur, & insculptio noua fieret in eodem quæ nomen regis præferret, adiecto titulo, quod rex noster in suis apicibus rex Angliæ vocaretur, & regens vel rector Franciæ, & hæres apparens regni prædicti.

Nuncijs itaque inter dominum regem Angliæ, & dominam Katherinam filiam regis Franciæ (vt præscribitur) solemniter celebratis, & pace reformatâ, rex Angliæ (vt potest rector & hæres Franciæ) se disposuit ad ciuitates sibi & coronæ Franciæ rebelles pro suis viribus subiugandis, cepit ciuitates de Saunz, & de Botreus per deditionem continuò sibi redditas: deinde ad ciuitatem fortissimam de Melon cum suis exercitibus se transtulit, & eandem per obsidionem fortissimam vallauit: fuerunt namque in ipsa obsidione reges Angliæ, & Franciæ, & Scotiæ, ducesquæ Burgundiæ, Bauariæ, Clarenciæ, Bedfordiæ & Excestriæ, comites verò Marchiæ, VVarvici, Huningdon, de Somersede, &c. Et alij domini, Barones, milites, & armigeri genere præclari, & armis validi, quorum nomina memoriæ non occurrunt. Durauit ipsa obsidio. xiiij. ebdomadibus, & quatuor diebus, videlicet à festo sanctæ Mariæ Magdalænæ vsque ad festum omnium sanctorum proximum sequens, nō sine quotidiano penè & valido cōflictu obsidentium cum obsessis, læsione, mutilacione, & interitu plurimorum: Interierunt namque de obsidentibus (vt asseritur) plures quàm mille & septingenti viri. Fuerat namq; dicta obsidio Anglicis, omnium obsidionum quas antea habuerant, magis nociua. Tandem deficientibus & absumptis cunctis victualibus obsessorum, regum Angliæ & Franciæ se gratiæ reddiderunt, de quibus plures quàm quadringenti de valentioribus castrorum diuersorum custodiæ sunt commissi, reliqui verò regis Angliæ pietate sunt dimissi. Habita igitur de suis rebellibus tam mortifera quàm gloriosa victoria, reges prædicti cum magna parte eorum exercitus, Parisius accesserunt, ibidem dies Natalicios & maximum parlamentum solemniter celebraturi.

ANno domini millesimo quadringentesimo vicesimo primo, regni verò Henrici quinti regis Angliæ hæredis & regentis Franciæ nono, tenuit idem rex Natale domini Parisius, in quodam loco munitissimo (castrum sancti Antonij vocitatum) in latere eiusdem ciuitatis situm, vbi in ciuitatem poterat respicere, & rebelles eidem (si necesse fuerit) de facili cohibere, non tamen sine vigilia sui exercitus, & custodia satis forti. Expletis diebus natalicijs, & solemnī parliamento ibidem, rex Angliæ Rothomagum transijt, ibiquè cum suis Normannis & Anglicis ligeis aliud parlamentū similiter celebrauit. Dispositis dehinc sufficenti securitate, & custodia (vt sibi videbatur) tam pro regno Fraciæ, quàm ducatu Normanniæ, Angliam properauit, & per Picardiam & Calesiam pertransiens

transiens, in vigilia purificationis beate Mariæ Doueriam, deinde Cātuariam, cum regina sibi nouiter nupta aduenit, domino Iohanne Cornevyayle milite reliquis in partibus transmarinis pro tutela perquisitorum & patriæ derelicto. Transactis quoque Cantuariæ paucis diebus, London. accessit, vbi à clero, ciuibus, & populo ludicris & vario apparatu (vt decuit) cū maximo gaudio receptus fuit. Dicta quoq; regina, (dominica prima quadragesimæ proximo sequente) præmissa equitationibus, & processionibus cōgruis, ad VVestmonasterium à turri London. cōducta, & ibidem ministerio Cantuariensis Archiepiscopi (& aliorum quibus competit) solemniter coronata. Coronatione itaq; 10 reginæ cum omni solemnitate & latitia (vt decuit) celebrata, & competenti familia eidem & eius hospitio deputata, rex cum regina per diuersa loca solēnia & celebria sanctorum pertransiens, & peregrinationes suas & vota adimplens, festum Paschæ apud Leycestriam tenuit, festum verò sancti Georgij non ipso eius die, sed vsq; ad dominicā post ascensionem domini apud castrum de VVindesore tenendū more solito prorogauit. Quo quidem tempore parliamentum per ipsum primitus limitatum Londini fuerat inceptum, & infra mensem fa- liciter expeditum. Nempè præter decimam à clero, & quintā decimam à popu- lo domino regi (in suarum guerrarum sustentationem & subsidiū) conceditur, multa alia sunt in clero & populo ad regis placitum reformata. Et præcipuè 20 in ordine nigrorum monachorum, illuc in maximo numero regis edicto insi- mul congregato. Fuerant vtiq; ibidem etiam sexaginta abbates, & priores con- uentuales etiam trecenti, & amplius monachi, doctores, & procuratores. De- latum namque fuerat reginæ Maiestati, à quibusdam falsis fratribus, Abbates cum socijs, multum deuiasse, religionem monasticam à suis primævis in- stitutionibus, & obseruantijs, fore dilapsam, & necessariò per eundem & non aliter posse reformari. Quæ quidem credibilior fuerat eò quòd maior pars præ- latorum ac seniorum eiusdem ordinis defecisset, & effrenata iuuetus eius tem- pore successisset, vnde idem rex cum quatuor solummodo personis valentibus, ad eosdem in capitulo VVestmonasterij insimul congregatis, satis humiliter 30 intrauit, & præmissa humili salutatione, collacionem ad hoc idoneam, per epis- copum Excestriæ (magistrum videlicet Edmūdum Lacy sacræ theologiæ pro- fessorem) auditurus consedit, post cuius terminationem, ipsemet eisdem allo- quebatur de pristina religione monachorum, & ob hoc suorum antecessorum & aliorum in fundatione & dotacione monasteriorum deuotione, ac de mo- dernorum negligentijs & indeuotione. Tradiditquē eisdem quosdam articulos, vt exposit se per eosdem corrigerent: suppliciter exorans vt ad pristinam re- ligionem se retraherent, pro ipso & statu regni eius & ecclesiæ indefinenter o- rarent, satis animosè & corditer affirmans, & si talia agerent, se ipsos nullum hostem penitus verituros, & se in eorum orationibus specialiter confidere, qui- 40 bus quidem articulis, & alijs, per dictum episcopum & alios ex parte regia ap- probatis per Abbatem sancti Albani (sacræ theologiæ professorem) & alios va- lentiores, & sapientiores dictæ congregationis, diligenter discussis: facere fue- rat super eisdē reformationē, prout tēpus, status, & imbecillitas hominū vide- retur permittere, per capitulum prouinciale proximum approbandum, & per dominum Apostolicum confirmandum. Quam qui voluerit aspicere in mona- sterio sancti Albani & alijs pluribus locis eiusdem religionis poterit inuenire. Statutum etiam fuerat in eodem parlamento, ad instantiam maximam domini regis (vt asseritur) per clerum, vt tertium beneficium collationi seu presentationi prælatorum & monasteriorum pertinens amodo per septennium vacaturum conferretur alicui clerico vniuersitatis Oxoniæ, seu Cantabrigiæ, secundum modum

modum & formam in quodam statuto inde plenius specificato. Ad petitionem insuper domini regis obtentum fuerat, quod portio hæreditaria de comitibus Northamptoniæ, Herfordiæ, & Essexiæ, ipsum concernens, paribus gauderent libertatibus aliis per Edwardum tertium regem Angliæ ducatu de Lancastrria primitus concessis. Plura quoque alia fuerant statuta quæ nostræ notitiæ non occurrunt, inter parliamentaria statuta plenius annotata. Præterea dominus Thomas frater regis (dux Clarenciæ) cum exercitu Anglicano satis valido in Franciâ progreditur, regis & regni rebelles subiiciens, & eorum bona sibi & suis diripiens, peruenit ad castrum fortissimum in partibus de Meyns; (Beuford nominatū) ubi à duobus Scotis per suos exploratores seu feriarios interceptus, relatus sibi fuerat exercitus Dolphini, ad numerū quatuor milliū pugnatorum per quatuor inde leticas propè ciuitatem nominatam reuidere: vnde supra modum ex hilaratus, & secus quàm decuit tantum principem, festinos transmisit nuncios ad capitaneos sui exercitus per patriam dispersos, ut ipsum illuc sequerentur indilate. Ipse quoque dux cum paucis ultra numerum non supputatum, inde progrediens peruenit ad quendam fluvium & mariscū quos (cum maxima difficultate, & non sine suorum tam hominum quàm equorum amissione) pertransiens, diuisim, & absque militari ordine incedens, in manus suorum inimicorum se intecit, à quibus ipse & alij plurimi de suis valentioribus fuerant interfecti, plurimi quoque intercepti, grauib; redemptionibus redimendi. Multi quoque plures cecidissent, nisi vox eorum conflictū præpedisset, larebant tamen suos aduersarios quos occiderunt, donec per duos haroldos (per ipsum ibidē interceptos, & super hoc stricto iuramento oneratos,) scrutiny facto corporum occisorū continuò inde certificati plenius extiterunt. Imposuerunt dictum ducis corpus in quodam vehiculo ad Dolphinum (qui tunc temporis Turonis aderat) cum cæteris captiuis deducendis, sed filius dicti ducis nothus, coadunato reliquo exercitu, illud de eorum manibus viriliter eripuit, & ad suam coniugem ducens in Normaniā transmisit, in ecclesia Christi Cantuariæ postea tumulatum. Cecideruntque ibidem dominus de Ros, & germanus eius, dominus Gilbertus Humfrevile factus comes de Kyme, & dominus Iohannes Gray factus scilicet per eundem comes de Tankerville in Normannia. Capti quoque fuerant ibidem comes dominus de Huntingdon, dominus comes de Somerset, & frater eius dominus Fitzvater, & dominus VVilhelmus Bovver. Ceperunt namque dicti regis aduersarii in eius absentia quandam ciuitatem munitā, primitus sibi redditā: eius capitaneo Anglicano cum omnibus alijs gladio trucidatis, de quibus victorijs elati, tantam conceperunt audaciam ut timeretur de rebellionē & redditu cæterorum superiūs sibi redditorū, vnde supplicarunt attentius domino regi sui fideles & ligei ut ad illas partes cum valida armatorum manu quantocius festinaret. Rex igitur omnibus regnum Angliæ, & guetras Scotiæ concernentibus, pro suo beneplacito dispositis, cum valida armatorum & Architenetium manu (ad mille & amplius supputatis) ad partes Gallicanas redijt, mortem sui patris & cæterorum pro suis viribus vindicaturus, sed noluit Dolphinus cum eo configere: licet aliter eidem suis nuncijs intimasset, & maiorem exercitum ut asseritur habuisset, & eidem iuramento astrinxerat si daretur oportunitas cum rege nostro Angliæ voluisse configere: sed se in longinquis tunc partibus tenuit, & patriam vndique deuastauit: vnde asseritur maiore suorum stipendiariorum armatorum parte ab eo recessisse, nec ei diutius militare voluisse. Rex itaque postquam per terras per ipsum Dolphinum primitus vastatas, cum magno detrimento sui exercitus inaniter persecutus fuisset ciuitatem de Mevz, super fluvium & partibus de

Bry, suis rebellibus plenam cum suis exercitibus obsedit, ubi per conflictum & victualium inedia, magna eius multitudo consumpta vel infirmata fuit, magna quoque eius pars in Angliam redijt denuò minimè reditura. Per idem tempus dux Burgundiæ ciuitatem sancti Richardi munitissimam sibi & coronæ Franciæ rebellem adiutorio Anglicorum obsidione vallauit, sed ad eius dotationem ex causis subsequenter non peruenit. Nam Pikardi & Gallici vndique congregati dictam obsidionem dissoluere nitebantur, maiori armorum super eum numero irruente. Quorum aduentum Paulo prius per suos exploratores præsciens, tria propria tentoria combussit, & se fugere simulauit, vnde
 10 eius aduersarij amplius effertati, eum persequi non desistunt, sed inter ipsum & insidias eiusdem retropositi intercepti mille & octingenti de eisdem occisi, ac captiuati, cæteris per fugam dilapsis. Sic itaque prædicta obsidione dissoluta, ipse dux pro tanta victoria deo gratias retulit, & suas peregrinationes & vota ob hoc promissa indilatè persoluit, nō enim poterat cum suo exercitu pro tunc amplius obsidere propter cremationem suorum tentoriorum (vt præscribitur) quia magna pars sui exercitus ab eo recesserat ante conflictum, & sui aduersarij taliter prouocati super eum accrescere poterant tota die.

Postquam verò christianissimus & excellentissimus Hungariæ, Boemiæ ac Romanorum rex Sigismundus ad Romanum imperium electus, sua præsentiali sollicitudine, ecclesiam dei cum generali consilio stabilisset, & verū domini
 20 vicarium & successorem Petri Martinum quintum in eadem præfecisset, redijt ad sua regna & dominia propria, pro inimicis fidei debellandis, & hæresi Lolardorum (qui tepore & manu tenentia sui fratris senioris in regno Boemiæ inualuerat) pro suis viribus distrahendis. Collecta itaq; armorum maxima multitudine, vniuersitatem, & ciuitatem de Prage (in qua vltra ceteras dicta
 hæresis originem sumpserat, & suas radices fixerat, & dilatauerat) etiam sibire-
 bellem obsidione fortissima circumcinxit. Videntes igitur obsessi, tantæ se
 30 potentiae non posse resistere, summisserunt se totaliter eius imperio, fatentes se
 tore eius ligēos, & eius consilio, ordinationi, & imperio parituros, dummodo
 maximam partem sui exercitus (quæ totam eorum patriam deuastauerat) remitteret: & cum suo solo familiari exercitu, cum eisdem inde amicabiliter pertractaret, eidem victualia & dona in signum suæ promissionis & futuræ fidelitatis emittentes, & suos ambasiatores honorificè suscipientes, quorum promissionibus nimis credulus, & effusionem sanguinis christiani cuitate desiderans, fortissimam partem suorum exercituū remisit, & reliquo suo familiari exercitu (vt optauerant) rei exitum expectauit. Videntes igitur fallaces, & falsidici, tempus
 40 suis desiderijs arrisisse, irruerunt etiam subito in eius exercitum, fecerūtque inde stragem maximam, antequam imperator cæteris poterat subuenire. Tandem resumpto spiritu viuaciori, per medium illorum trina vice se ingressit, plurimos peremit, & cæteros reintrare coegit. Et cum reliquo exercitu ad propria redijt, fortior denuò rediturus, & sui iniuriam vindicaturus, coadunato namq; suorum principum, ducum, & militum, & aliorum armorum, & architenētium, & balistariorum validissimo exercitu, cum Archiepiscopis, Colonienſi, Maguntienſi, & Treuerenſi, & alijs (ob hoc exhortatione & auctoritate Apostolica cruce signatis) dictos hæreticos persequi non cessauit, & eosdē aut vnitati fidei & ecclesiæ reuocauit, aut gladio vel ignibus tradidit deuorādos.

Hoc etiam anno domina Katherina regina Angliæ peperit filium suum primogenitum, apud castrum suum de VVindeshora, die sancti Nicholai episcopi & confessoris, & vocatum est nomen Henricus. Susceperunt namq; eum de facto fonte dominus Iohannes dux Bedfordiæ, (eius auunculus, & pro tunc
 custos

custos Angliæ) & dominus Henricus domini regis auunculus, Vintonien-
sis episcopus, & domina Iakelina duciſſa Holandiæ (pro tunc in Anglia morā
trahens) ministerio domini Henrici Cantuariensis Archiepiscopi, cum ea qua
deciuit solemnitate & latitia (cunctorum præcipuè Anglicorum) nō sine maxi-
mis donatiuis ad magnum valorem computatis. Hoc insuper anno primo die
Mensis Decembris, coadunatum est parliamentum apud V Vestmonasterium,
per dominum regem, domino duce Bedfordiæ (pro tunc custode Angliæ) eidē
præsidente. In quo fuerat vna quintadecima à laico populo domino regi in
suarum guerrarum subsidium concessa, ad festum Purificationis beatæ virgi-
nis & sancti Martini eidem persoluendum, sed nihil à clero ea vice pro eo quod
decima per eundem in vltimo parlamento conditione tali concessa non dum
fuerat plenè persoluta, sub ea etiā conditione, quod prima medietas dictæ quin-
tedecimæ solueretur de pecunia conseruata & alia tunc currente. Ordinatum etiā
fuerat, quod talis moneta cum reliquo vsque dictum festum Purificationis in-
differenter curreret dūmodò foret argentum verum vel aurū, nec tonsione vel
lotione enormiter diminutum. Hoc etiam anno Mense Aprili transfretaui
regina Angliæ in Normanniā, cū manu valida sub conductu domini Iohānis
fratris regis, ducis Bedfordiæ: & dominus Humfridus frater eiusdē custos An-
gliæ subrogatur.

ANno domini millesimo quadringentesimo vicesimo secundo, tenuit do-
minus rex Angliæ regens & hæres regni Franciæ, Natale domini cum suo
paucis Anglorum exercitu sibi relicto, in obsidione ciuitatis de Mevvs, in parti-
bus de Bry, quā obsederat per quoddā spatiū anni proximi præcedētis. Durauit
quoq; eadē obsidio vsq; quintū diem Mensis Maij proximò subsequētem, quo
quidem die reddita fuerat ciuitas memorata, cum omnibus eidem pertinenti-
bus dispositioni & gratiæ domini regis, rex verò admisit ad gratiam omnes in-
clusos, præter Scotos, Hibernicos & falsos Anglicos, & alios sibi antea iuratos,
sed de valentioribus ad Angliam sunt conducti comitis Deuoniæ transmi-
ssi, & ibidem diuersis carceribus mancipati, grauib; (vt creditur) summis pe-
cuniæ redimendi: saluis etiam domino regi omnimodis armatura, victualibus
& re præciosa in eadem ciuitate repertis. Interea Dolphinus cum comite de
Armanak & Scotis, & alijs sibi adherentibus & exercitu satis valido, quandam
ciuitatem muratam ducis Burgūdiæ obsedit. Obsessi igitur ob inopiam victua-
lium in arcto positi, miserunt eidem duci ac etiam domino regi Angliæ hæredi
& regenti Franciæ, pro succursu: aliās vrbem prædictam eosdem eidem Dol-
phino necessariò reddituros. Misit igitur dominus rex illuc cum suis exerciti-
bus fratrem suum dominum Iohannem ducem Bedfordiæ, dominum Tho-
mam Beuford auunculum suum ducem Exceſtriæ, comitem Marchiæ, comi-
tem VVarvyci, & alios comites, & Barones, & milites (quorum nomina no-
stræ notitiæ non occurrunt,) cum dicto duce Burgūdiæ pro dicta obsidione
amouenda, & bellis cum suis aduersarijs committendis: sed Dolphinus eo-
rum aduentu per suos exploratores recognito, more solito fugit, & eius tentor-
ia Anglorum direptioni dereliquit. Rex itaque diutina intemperie (quam ex
nimio & diutino labore cōtraxerat) interim incidit in febrem acutam cum dis-
senteria vehementi, quæ in tantū eius vires consumpserant, quod medici eidem
medicinas aliquas intrinsecas apponere non audebant, sed de eius vita penitus
desperabant. Cernens igitur dominus rex sibi mortem proximam imminere,
conuocatis suis ducibus & alijs qui adesse poterant, pro regnis tam Franciæ quā
Angliæ, ac ducatu Normanniæ sapienter disposuit, testamentum cōfecit, & de-
bita sua de suis thesauris & loca libus superhabundantibus soluenda constituit,
sumptis

sumptisque viuifici corporis dominici & alijs quæ ad christianum pertinent sacramentis, in vera penitentia, fide recta, spe certa, & charitate perfecta & bona memoria, huic sæculo & suis valefaciens, animam suam suo reddidit creatori *Henrici. 5. mors.*
 penultimo die Mensis Augusti postquam regnasset nouem annis quinq; mensibus & .14. diebus, sibi quæ similem inter christianos reges vel principes nō reliquit, vnde eius mors non solum regnicolis Angliæ & Franciæ, verum toti christianitati, non merito est deplenda. Fuit itaque pius in animo, rarus & discretus in verbo, prouidus in consilio, prudens in iudicio, modestus in vultu, magnanimus in actu, constans in agendis, in peregrinationibus frequens, & elemosinis largus, deo deuotus, & ecclesiæ prælatos & ministros promouens & honorans, belliger quoque insignis & fortunatus: qui in cunctis congressibus bellicis semper victoriam reportabat. In ædificijs construendis, & monasterijs fundandis magnificus, in donis munificus, inimicos fidei & ecclesiæ super omnia persequens & impugnans. Hæc & eius gesta notabilia eius subditi animo reuoluentes, de tam subitanea & terribili mutatione dexteræ excelsi plurimum formidabant, ac indicibiliter condolebant, nec mirum, cum pro tam potentissimo rege & domino sapiente, & omnibus bonis moribus adornato, reciperent pro eorum rege & domino eius filium nondum annalem, inualidum & improvidum, ad regendum tot & tanta regna & dominia sibi hæreditariè pertinentia:
 20 illud vñ Salomonis metuentes, cuius terræ rex puer est &c. Nisi eius bonitatis clementia subueniat qui æquæ mirabilia operatur in minimis vt in magnis, cuius manus non est abbreviata quin faciat bonum, dumodò in eius & nostris oculis ad modum nostri regis humiles efficiamur, & paruuli, & in nostris actibus & bonis consilijs indiuisi. Rex itaque Franciæ Carolus, audita morte sui generi Angliæ prænotati, post solennes exequias & missas in sua capella pro eius anima solemniter celebratas, accersito eius edicto suorum prælatorum & aliorum dominorum (qui concordie nuper pridem inter regna Franciæ & Angliæ consenserant) numero copioso, fecit eandem concordiam coram ipsis perlegi & tam suo quàm illorum iuramento super corpus dominicum & sancti dei
 30 Euangelia denuò confirmari. Deindè dolore & desolatione contabescens. 13. *Caroli uers.*
 die subsequenti & ipse instabili luci seculi valescit. Sed & omnis penè Francigenæ, qui eiusdem regis Angliæ æquum & discretum regimen post tam turbulentam & improbam aliorum tyrānidem experti fuerant, planctu maximo condolebant, præcipuè Parisienses, & Rotomagenses, eiusdem regis corpus in funeralibus obsequijs, legitimè, & oblationibus pro eorum viribus multipliciter honorantes, offerentes auri summas maximas pro eius corpore inter eosdè tumultuando, pro eorū honore, & solamine singulari, sed hoc fieri nō poterat pro eo quod testamētariè primitus legauerat se apud VVestmonasteriū tumultuandū, quod postmodū vt sequitur satis honorificè est completum. Cōgregato interea
 40 apud Parisiū & Rotomagū magno cōsilio vtriusq; regni, dominoquè Iohāne fratre regis duce Bedfordiæ, & custode ducatus Normāniæ, ac domino duce Burgundiæ regente regis & regni Franciæ, prout idem rex Angliæ viuens ordinauerat constitutis. Necnon comite Salisburiensi, comiteq; Southfolchiæ & alijs pluribus proceribus ad tutelam castrorum, & villarum inibi relictarum. Reliqui penè comites & domini cum regis corpore, & regina ad Caleſiam, deindè in Angliam redierunt, præmissis regis thesauris & iocalibus in Turri Lōdoniensi conseruandis. Regijs quoque exequijs apud Cantuariam, & sanctū Paulum Londini, & VVestmonasterium (vt tantum principem decuit) solemniter celebratis, inceptum fuerat parliamentum auctoritate & breuib; Henrici regis Angliæ sexti dicti regis filij, pridem summoniti apud VVestmonasterium,

sterium, præfidente eidem eius auunculo domino Humfrido duce Glouce-
stræ, prius custode Angliæ commissione dicti regis. Infra quod parliamen-
tum solennes exequiæ regis ab omnibus statibus (vt præscribitur) fuerant cele-
bratæ. Cuius regis mortui apparatus si scire libeat talis erat. Superposita namq[ue]
fuerat cistæ, in qua corpus eius habebatur quædam Imago staturæ & faciei re-
gis mortui similima, clamide purpurea satis longa & larga cum furrura de Er-
myn induta, sceptrum in vna manu, & pila rotunda aurea cum cruce infixæ in
altera, Corona aurea in capite, super capellum regni & sandalis regijs in pedi-
bus impositis. Et taliter eleuatur in curru vt à singulis videri potuisset, vt per hoc
meror & dolor accresceret, & eius amici & subditi pro eius anima dominum te-
nerius exorarent. Fertur etiam mille torticios magnos per venerabiles personas
circa eius corpus delatos, & pannos aureos, & sericos pro eodem oblatos. Ad-
ducti etiam fuerant ad maius altare VVestmonasterij tres dextrarij cum eo-
rum sessoribus vt moris est, armis regis Angliæ & Franciæ optimè armatis, &
sessoribus inibi inde expoliati. Arma verò integrè ablata, vexilla insuper circa
corpus defuncti ferebantur. Arma sancti Georgij Angliæ & Franciæ, ac Ima-
ginum sanctæ Trinitatis sanctæ Mariæ continentur, sicquè corpus dicti regis
vsque ad monasterium deducitur, & ministerio prælatorum & procerum regni
inter reges Angliæ, ibidem inter feretum sancti Edvvardi & Capellam
sanctæ virginis (loco quo reliquiæ ibidem fuerant reconditæ)

honorificè fuerat tumulatum ac Parliamentum con-
tinuatum. In quo quidem Parlamento ex
assensu omnium statuum eiusdem,
idem dux Defensor seu protector Angliæ in absentia sui fratris
senioris ducis videlicet Bedfordiæ fuerat ordinatus,
ac nominatus, omniaquè regni officia &
beneficia eius dispositioni sunt
commissa.

FINIS.



Index rerum in hoc opere memora- bilium: prior numerus Paginam, poste- rior Lineam indicat.

Arragonie regis in Sicilia inuasio. 10. 23.
a Papa excommunicatur. 10. 27.
Abbatia de Abberton translata. 12. 15.
Alexander Scotorum rex casu perit. 15. 45. quot
liberos habuit. 16. 1. Controuerfia de reg-
no. 16. 20.
Anglie regis ius in Scotiam. 17. 30. Literae re-
cognitionis. 18. 30. Litterae fessinae de co-
dem. 19. 10.
Alienora Edw. 1. mater moritur. 120. 9.
Aparia Episcopali sede insignitur. 34. 21.
Angli in VVasconia fugati. 35. 18.
Angliae comites pacis formam sibi statuunt. 40.
16. pro qua subsidium regi dant. 41. 4.
Adolphus Romanorum rex occiditur. 43. 28.
Anglorum regis ius in Scotiam. 50. 3.
Abolutio Papalis causa periurij. 63. 30.
Albani corpus Elienses vendicant. 79. 12. pan-
nus pro corpore inuentus. 79. 30.
Angli quidam ad Scotos deficiunt. 81. 48.
Angli fugati a Scotis. 89. 22.
Animalium lues. 89. 36.
Andree Herkle ingratitudo in regem. 96. 37.
suscipitur a Scotis. 97. 2. capitur, suspendi-
tur. 97. 16.
Antipapa Romae. 110. 37.
Angli de Scotis triumphant. 113. 13.
Arbores floridae in Ianuario. 119. 31.
Angliae regis in Franciam ius. 120. 17.
Ageneis insula ab Anglis vastata. 132. 5.
S. Albani miraculum. 154. 40.
Articuli pacis inter reges Angliae & Franciae.
168. 30. Iuramentum procerum vtriusque
regni. 270. 50.
Annus morbidus. 173. 3.
Angli peste laborant. 178. 30.
Anglorum mores. 184. 27.
Anglorum militum penuria. 183. 10.
Aquitania defecit ab Anglis. 183. 48.
Aquarum mala ex niue. 187. 32.
Alicia Peeres meretrix. 189. 28. proscibitur,
198. 50.
Angli cum Gallis pro victualibus pignant. 127.
37. vincunt. 228. 38.
Armorice dux honorifice receptus a suis. 231. 1.
Arundel Iohanes in Sanctimoniales sauit. 239
24. in mari punitur. 240. 36. submergitur,
241. 47.
Anglorum virtus in Gallia. 251. 34.
Admirallus & Nauis. p. 26. 28. 30

Anglia expilata indulgentijs Papae. 257. 18.
Abbatia S. Albani a villanis oppugnata. 266.
37. mirabile de sigillo eius. 275. 2. causa vil-
lanorum per VValterum at Lee ventilata
286. 47. quaerunt gratiam Abbatis. 291. 26.
Angli e Britannia eieci. 300. 5.
Andegauiae dux fit rex Neapolis. 308. 47.
Austriae dux a suis caesus. 351. 6.
Anglia proditoribus nunquam vacua. 355. 40.
Abbas Papae indulta respuit. 367. 43.
Anglorum & Gallorum mores in aliena ter-
ra. 375. 20.
Angli a curia Romana reuocantur. 378. 24.
Aquarum inundatio. 387. 17.
Archiepiscopi Cantuariensis grauamen in cle-
rum. 389. 22.
Arundeliae comes condemnatur. 393. 7.
Aquila vnguenti regij reperta. 401. 28.
Aquarum diluuium. 416. 4.
Archiepiscopi Eboracensis insurrectio. 416. 40
capitur. 417. 24.
Aureliensis ducis strages. 422. 6. procuratorij
ad regem mittit. 426. 34.
Bellum Hispanicum. 13. 26.
Bonifacij. 8. electio. 26. 28. prophetia de eo.
26. 37. miserè moritur. 26. 44.
Bellum de Fowkerk. 43. 5.
Baptizato cadunt pili. 44. 4.
Bonifacij. 8. iubilaeus. 45. 45. Sanctimoniales
Angliae visitat. 47. 40. iratus Galliae. 48. 19
Scotiam tuetur. 48. 36. incitat Anglum in
Gallos. 55. 49. homicidij accusatus. 57. 31.
obsidetur. 57. 35. non vult cedere Papatui.
58. 42. spoliatur. 59. 2. ignominiose tracta-
tur. 59. 14. mendicat cibum. 59. 26. mori-
tur. 59. 46.
Babilonia reddita Cassano. 47. 9.
Burdegaleses Gallorum iugum excutunt. 56. 31.
Benedictus. 11. Papa fit. 60. 1. moritur. 61. 14.
Britanniae dux muro occisus. 62. 1.
Berwicum Scotis proditum. 88. 45. ab eis cap-
tum. 163. 5.
Burgensium furor de Edmund burie. 108. 6.
Benedicti litterae ad Edwardum tertium. 124. 13.
eiusdem aliae ad eundem. 129. 1.
Buriensis monasterij causa finit. 341. 14.
Bateman auditor Papalis. 154. 11.
Bellum Dunelmiae inter Anglos & Scotos. 157. 33
Bradwardyn Cantuariensis Archiepiscopus
moritur. 160. 21.

Bellum

INDEX

Bellum Mauronæ. 160. 49.
 Bellum inter Paganos & Christianos. 174. 20.
 Bertrandus Hispaniæ regem fugat. 175. 30.
 capitur. 176. 14.
 Beauchamp Francos fugere cogit. 178. 40. pe-
 ste obiit. 178. 49.
 Bellum nauale inter Anglos & Flandrenses.
 181. 49.
 Berwicum capitur à Scotis. 222. 40.
 Bellum Papæ contra Antipapam. 225. 30.
 Borgia Eboraci submersa. 230. 41.
 Brumfield subdolè ad abbatiam aspirat. 236. 24.
 turri inclusus. 238. 23 causa eius Romæ ven-
 tilatur. 244. 6.
 Borealiū mores. 248. 26.
 Ball Iohannes captus. 292. 14. opiniones eius
 & thema. 292. 24. Litteræ eius ad rebelles
 293. 14.
 Burgenfes à Gallis victi. 317. 36.
 Bonifacii. 9. ad Richardum literæ. 378. 34.
 nouum festum statuit. 382. 12.
 C.
 Concordantia magna quando ædita. 7. 5.
 Carolus pecunia liberatur carcere. 15. 4. &
 iuramento per Papam. 15. 36.
 Celestini quinti creatio. 25. 46. quomodo pa-
 patu se abdicarit. 26. 25. mors. 34. 12.
 Cardinales in Angliam pro pace veniunt. 28. 12
 frustrantur voto. 34. 25.
 Clerus à protectione regia exclusus. 35. 3. 34.
 Cardinales de Coluntina schismatis damnati.
 35. 38. reconciliantur. 43. 32. fugiunt. 44. 7.
 Communitatis accusatio. 37. 41.
 Clemens quintus fit Papa. 61. 46. fratres mi-
 niores argeto emugit. 64. 34. moritur. 78. 50.
 Carleoli parliamenti acta. 64. 12.
 Caritas omnium rerum. 83. 9. præ pluuia ni-
 mia. 83. 33.
 Cardinales Papæ spoliantur. 86. 34. fulminat
 in latrones. 86. 43. pacem optatam faciunt.
 87. 6.
 Castrum de Leedes deditum. 93. 4.
 Carolus regem citat. 96. 23. in VVasconia pa-
 rat. 99. 44.
 Coniuratio de incarceratis liberandis. 97. 27.
 Comitibus Cantij recognitiō. 110. 50.
 Cometa. 121. 39.
 Cardinales plus ad Gallos quàm ad Anglos de-
 clinant. 131. 47.
 Clemens sextus fit Papa. 149. 43. procurato-
 res eius Angliam pulsi. 150. 30. scribit ad Ed-
 wardum tertium. 152. 12. donat Insularum
 dominium non possessionem. 155. 20. donat re-
 missionem morientibus. 160. 5. moritur. 161. 7
 Cleri privilegia à rege. 155. 1.
 Cardinalis sesquipedalia verba. 163. 47.
 Comitua magna & alba. 171. 25. grassantur in

Francia. 175. 10.
 Cypriæ rex capit Alexandriam. 174. 36.
 Chandos mortuus defletur. 181. 13.
 Clerici amoti laicalibus officiis. 181. 27.
 Calores nimij. 185. 5.
 Coronationis regie ordo. 193. 4.
 Caluerlei gesta. 199. 30. Bolonienses mercato-
 res spoliati. 210. 37. Castellum Merke cepit
 214. 4 fit Admiralus. 224. 8. animositas in
 mari. 232. 20.
 Cædes in templo VVestmonasterij. 217. 17. au-
 thores excommunicantur. 217. 42.
 Cardinalis Papam mendacij arguit. 219. 25.
 Cardinalium apostatarum epistola. 219. 38. re-
 sponsio ad eandem. 221. 20.
 Comitibus apud sanctum Albanum de rebelli-
 bus. 295. 26. vbi Chartæ eis redduntur. 295. 25
 Carolus Neapolis rex coronatur. 301. 23.
 Cruce signatorum professio. 325. 26.
 Carmelita interfectus. 335. 26. mirabilia de eo.
 335. 47.
 Cantebriგიæ parliamentum. 367. 4.
 Calesiani Gallorum naues capiunt. 346. 20.
 Courtenei Archiepiscopi Cantuariensis visi-
 tatio. 373. 16.
 Capella de pace. 391. 2.
 Constantinopolis imperatoris in Angliam ad-
 itus. 405. 30.
 Cleri litteræ ad Papam. 422. 36.
 D.
 Daud VVallenses in regem concitat. 9. 25.
 captus, suspenditur. 12. 10.
 Dissidium inter Anglos & Francos quomodo
 ortum. 20. 30.
 Doncini hæretici opiniones. 63. 48. comburi-
 tur. 64. 3.
 Decima sexennalis ad terram sanctā. 73. 3.
 David rex Scotie inunctus. 112. 13. captus. 157.
 49. deliberatus. 156. 4.
 Dunbar castrum obfessum. 118. 49.
 Derbeie comitis fortitudo in VVasconia. 155.
 27. liberalitas. 155. 42. quas villas cepit. 158. 16
 Dux Lancastrie creatus. 161. 30.
 Dagworth victoria in Carolū de Bloys. 158. 5.
 eundem capit. 158. 45.
 Dissensio inter regem Francorum & Britones
 223. 35.
 Duellum inter duos commissum. 245. 44.
 Duellum Londini. 337. 20.
 Disse magnam à papa potestate habet. 357. 16
 Delphin in Tamesi captus. 380. 35. Natura eo-
 rum. 380. 40.
 Duellum indictum. 394. 33. 337.
 Dæmon specie fratris. 407. 2.
 Dormouth insularum gesta. 412. 45.
 Dicitur eonstitis magnanimitas. 441. 3.
 Decretum concilij Constanciensis. 442. 24.
 Ed.

Concilium et Canon
 1. 9.

Edwardi primi absentis electio in regem. 1.
49. mores eius. 2. 6. forma corporis. 2. 10.
rediēs humaniter exceptus à rege Siciliae. 3. 5.
ad papam venit. 3. 15. in torneamento victo-
riam reportat. 3. 40. Franciæ regi homagiū
dat. 4. 3. VVasconia motus compescit. 4. 7.
coronatur. 5. 19. parliamentum conuocat. 5.
41. quintā à populo obtinet. 6. 10. VValliā
vastat. 6. 48. castrum ibi construxit. 8. 4.
transfretat in Franciā. 8. 22. cur irata ei ma-
ter. 9. 40. VValliā subiugat. 11. 34. fulmi-
nis ictu non læsus. 14. 36. regnum Scotiae
vero hæredi deputat. 19. 47. Gallorū regi
de damno illato respōdit. 23. 30. citatus Pa-
risius non comparet. 23. 49. parliamentum
conuocat. 25. 23. nauigium maritimum parat.
25. 35. subsidium obtinet. 25. 44. Berwicum
capit. 30. 39. alia etiam castra. 32. 14. parla-
mentū Berwici tenet. 33. 14. aliud apud san-
ctū Edmundū. 34. 4. aliud Londini. 36. 37.
parat ire in VVasconiā. 35. 10. casu libera-
tur mirē. 37. 30. Flandriā nauigat. 38. 36. in-
ducijs papæ nolens consentit. 41. 34. casu
ab equo læditur. 42. 45. pacem cum Gallis
habet. 43. 42. vxorem ducit. 44. 47. Scotos
fugat. 46. 16. audacia in Papā. 46. 37. quæ-
ritur in Scotos ad Papam. 47. 45. literæ eius
de iure in Scotiam. 49. 31. Scotiam adortus
treugas init. 55. 35. Scotiam subegit. 60. 43.
dissenteria laborat. 65. 30. ossorum eius vir-
tus. 65. 35. exhortatio ad filium. 65. 30. mo-
ritur. 66. 38. vxores & liberi eius. 66. 43.
victoriæ cum exequijs. 67. 10. Sepelitur
67. 30.

Episcopus militat. 42. 31.

Edwardus secundus fit rex. 68. 11. tyrannidem
incipit exercere. 68. 31. trāsit in Galliam. 69.
27. redit. 69. 32. coronatur. 69. 40. odio est
proceribus de Petro. 72. 5. proceres eū de-
precantur in Petrum. 75. 12. fugit cum Pe-
tro. 75. 22. proceribus reconciliatur. 77. 5. fi-
lium habet. 77. 10. odiū cum proceribus pa-
catur. 77. 47. transit Parisius. 78. 40. scruta-
tur sancti Albani corpus. 79. 7. pugnat cū
Scotis. 80. 20. multos nobiles amittit. 81. 2.
deferitur à quibusdam Berwici. 89. 10. treu-
gas cum Scotis init. 89. 32. proceres reprimat
93. 5. prosequitur reliquos. 93. 43. fugit à
Scotis. 95. 27. poenituit mortis Lācast. ducis
96. 7. treugas init cum Scotis. 97. 23. excu-
sat se de homagio non factō. 99. 20. ducem
Aquitaniæ filio resignat. 101. 16. por-
tus maris obseruat. 102. 10. à Londinensi-
bus desertus. 103. 33. fugit in VValliā. 105. 31.
capitur. 105. 47. dignitate abdicatur. 107.
7. veru confossus est. 108. 36.

Ecclesia de Middleton cremata. 72. 24.

*Exudion et Tollia: p. 35 86 41. 38.
39. 40. 41.*

Eboraci parliamentum. 81. 48.

Edwardus le Brus decollatur. 88. 25.

Edwardus Baliol Scotiam vendicat. 112. 49.

Edwardus. 3. patre viuente fit rex. 107. 20. pro-
ficiscitur in Scotiam. 108. 26. vxorem ducit
109. 15. homagium regi Fraciæ facit. 110. 17.
rebelles comprimit. 113. 46. Berwicum ca-
pit. 114. 27. Scotos prosternit. 114. 37. comi-
tes creat. 117. 31. legatos de pace ad Gallum
mittit. 118. 5. Literas ad Papā de iure in Fran-
ciam mittit. 119. 41. insignia Francorum cū
suis miscet. 128. 13. Flandris suum ius in Frā-
ciam denuntiat. 128. 16. Franciam depopu-
latur. 128. 32. rescribit pontifici. 130. 13. quo-
rūdam monachorum bona confiscat. 131. 36.
humaniter susceptus est ab imperatore. 132.
15. Boreales Franciæ partes vastat. 132. 28.
Fraciæ & Angliæ rex appellatus. 132. 38. re-
dit Lōdinum. 132. 46. proceres quosdam in-
carcerauit. 133. 1. quæ in parlamento remi-
sit. 133. 14. victoriam maritimam de Gallis
deportat. 134. 30. Franciam vastat. 135. 9. li-
teras ad Philippum mittit & responsa ha-
bet. 135. 32. Franciam spoliat. 136. ad episco-
pum London. scribit. 142. 7. Britanniam na-
uigat. 149. 13. prouisiones Papæ abolet. 149.
47. scribit ad Papam. 150. 33. Franciam &
Picardiā vastat. 156. 40. apud Cressley Gal-
los prosternit. 157. 20. Calefiam obsidet. 157.
27. capit. 158. 33. periclitatur in mari. 158. 40.
pugnat acriter Calefiæ. 159. 45. Hispanorum
naues submergit. 160. 16. Franciam vastat
161. 46. regem eorum fugat. 163. 1. regnum
Scotiæ obtinet. 163. 18. Franciam cum ex-
ercitu nauigat. 166. 18. Parisiū obsidet. 167.
14. Pacē petentibus Francis donat. 167. 46.
Angliam redit. 168. 20. auri vsum quibuscū-
prohibet. 173. 14. à tribus regibus inuisitur.
17. 23. intoxicatur. 177. 14. Franciæ regnum
vendicat. 178. 21. vëto impeditur ab itinere
versus Rochel. 182. 36. moritur. 189. 25.
mores eius. 189. 45.

Edwardi principis gesta. 163. 27. victoriam de
Gallis reportat. 164. 15. regem Iohānem ce-
pit. 164. 30. redit in Angliam cū captiuo re-
ge. 164. 35. fit Princeps Aquitaniæ. 172. 16.
Lemonicensis destruit. 180. 45. patri VVa-
sconiam resignat. 181. 5.

Etheldredæ miraculum. 370. 17.

E.

Frugum copia in Anglia. 15. 30.

Fames magna. 16. 7. 84. 25.

Forma pacis inter Angliæ & Franciæ reges. 24.

Franciæ regis inconstantia. 25. 12. (24.

Flandriæ comes captus. 48. 3.

Francorum regem nemo excom. audet. 48. 24.

Flandrenses expellunt ducem suum. 56. 4. cæ-
dunt

R.

dunt Gallos. 56. 10. ceduntur à Gallis. 61. 11.
Anglia pelluntur. 62. 7.
Fulgur magnum. 72. 31.
Fures grassantur. 83. 46.
Franci Anglia pulsi. 100. 20. Naues captæ.
102. 22.

Florenorum moneta. 154. 18.
Francorum regis fuga turpis. 158. 28.
Frumenti summa. 15. sol. venit. 173. 40.
Franci pacem frangunt. 177. 36.
Francorum iactatio. 183. 23.
Florentini fiunt serui Anglorum regis. 187. 17.
Famis vis. 228. 3.
Flandrensiū mores. 229. 13. prædantes na-
uim Anglicam capiuntur. 230. 5.
Flandriæ comes à suis pellitur. 235. 43.
Francia ab Anglis sine resistentia peragrata.
247. 20.

Flandriæ comes pulsus terra sua. 307. 7.
Francorum naues captæ. 352. 8. dispersæ. 354. 23.
Franciæ regis periculum de igne. 386. 35.
Faber combustus in Smithfield. 423. 38.

G.

Gregor. 10. cōcilium Lugduni conuocat. 4.
14. mors. 6. 27.

Gasco de Bierna rebellionis conuictus. 5. 16.
condonatus vixit fidus. 5. 41.

Glouerniæ statuta. 8. 20. Glouerniæ parla-
mentum. 218. 16.

Girunda obsidetur. 13. 39.

Galli Douerium spoliunt. 28. 24.

Gallorum strages. 56. 10.

Gilberti hæreditas partita. 81. 29.

Grossi moneta cusa. 160. 36.

Gens sine capite in Francia oritur. 164. 49.

Gregorius. 11. Papa. 280. 32. Bulla ad Oxoni-
enses. 200. 30. alia ad Cant. Archiep. 201. 30. a-
lia ad eundem. 202. 47. alia ad regē. 204. 10.
moritur. 212. 20.

Galli grassantur in Anglia. 198. 7.

Gryndcob dux rebellium captus. 289. 25. sus-
pensus. 294. 13.

Gandauenses Francorum tributum diripiunt.
321. 3.

Gallorum dominantium mores. 345. 7. terras
ducis de Gelre inuadunt. 366. 20. in VVal-
liam appellant. 418. 20.

H.

Henrici tertij morbus, mors & sepultura. 1.
7. quàm religiosus. 1. 33.

Honorij Papæ mors. 14. 2.

Hugo Spencer cur infestus. 91. 10. exulat. 92.
30. fit comes VVinton. 95. 36.

Hereford Episcopus prouocat ad Archiep. 98.
27. reus inuentus. 99. 3.

Hospitalarij bona Templar. obtinent. 99. 15.

Hugo Spencer capite plectitur. 106. 13.

Henrici combusti. p. 63. 64.

Hastiludia Londini. 112. 25.

Hinula biceps. 118. 35.

Henrici Burgwath auaritia. 150. 13.

Hispanicum bellum. 176. 10.

Haultwood magnanimus. 179. 10.

Hispani miranda fidelitas. 235. 24.

Hawkwood lo. mors. 388. 4.

Henricus de Lancastria regnum vendicat. 399.
42. coronatur. 401. 10. cum Scotis congredi-
tur. 410. 34. periculum eius. 411. 10. moritur
428. 12.

Henricus quintus coronatur. 428. 18. monaste-
ria. 3. fundauit. 432. 18. Caletiam pergit. 438.
1. impar certamen cum Gallis habet. 438. 24.
vincit. 439. 34. redit in Angliam. 440. 20.

Henrici le Scrop proditio. 435. 7.

I.

Iohānes. 21. Papa ruina domus collisus. 7. 13.
Iudæi suspenduntur. 8. 18.

Io. de Peccham fit Cardinalis. 8. 11. Concilium
Radingæ conuocat. 9. 4. aliud Lamedhæ.
9. 17.

Incendium cum damno graue. 15. 25.

Io. Baliol fit rex Scotiæ. 22. 34. qualiter coro-
nator. 22. 37. homagiū Edwardo primo fa-
cit. 22. 42. Eadem violat. 28. 33. pares. 12.
eligit. 28. 42. homagiū facit. 31. 13. pacem
impetrat. 32. 35. mittitur in turrim Londini.
33. 46.

Ingratitudo Iohannis in Alonsum. 35. 33.
Iusticiarij dicti Trabaiston. 61. 3. multati. p. 15.

Iohannes. 22. fit Papa 84. 44.

Isabella pro pace in Gallia iuit. 100. 47. Ini-
mica proclamatur. 101. 45. fugit à Gallis.
102. 40. Angliā manu regreditur. 102. 13. E-
dicta eius. 103. 45. insequitur regem. 104.
10. quantū praualeat. 105. 16. proceres. sup-
plicio afficit. 106. 9. aspectū regis abhor-
ret. 108. 23.

Ingham Agennenses subiugat Anglis. 102. 13.
Iohannes Stratford Archiepiscopus Cantuar.
116. 35. diocesim visitat. 117. 4. litteræ eius
ad regem. 136. 36. & ad Cancellarium. 138.
15. bulla eius regi. 139. 10. episcopo Lōdon.
scripsit. 140. 2.

Inundatio maris. 116. 40.

Iuuenis mirè sensu alienatus. 153. 33.

Iubilæus annus. 160. 29.

Iohannes Francorum rex captus. 164. 30. deli-
beratus. 162. 22. redemptionis valor. 170. 3.
moritur. 174. 10.

Iohannes Ciaunt consanguineam ducit per di-
spensationem. 166. 9.

Insurrectio in Abbatem de Euesham. 186.
40.

Iohānis Philpotti amor in patriam. 213. 1. huic
proceres inuident. 312. 22. mors. 336. 15.

lanuen-

INDEX:

Ianuenſis mercator inuidè peremptus. 233. 15.
necis author ſuſpenſus. 255. 44.
Inſurreſtio ruſticorum. 258. 259. 260. 261. 262.
263. ducum nomina. 280. 43.
Ipſes obſidio. 326. 4.
Iubilæus Papæ. 372. 20.
Iohannes Papa fugit. 433. 29. fugiens capi-
tur. 433. 41.
Imperator Papæ frænum tenet. 444. 28.

K.

Krakon rex fit Chriſtianus. 425. 1.

L.

Lvgdunenſis concilij decreta. 4. 16.
Lewlini rex. 10. 48.
Lodouicus canonizatus. 39. 11.
Londini parliamentum. 45. 48. 117. 26.
Litteræ procerum de iure in Scotiam. 54.
43.
Londini parliamentum 71. 12. aliud ibidem. 82.
30. 88. 13. 98. 12. 22. 4. 45.
Lunæ eclipsiſ. 77. 18.
Lancaſtriæ comitiſſa rapta. 85. 8.
Latronū graſſatio in finibus Scotiæ. 86. 7. dux
capite plectitur. 87. 35.
Leproſi combuſti. 90. 36.
Lancaſtriæ comes rebellans fugit. 94. 5. capi-
tur. 94. 18. decollatur 94. 40.
Londinenſium tumultus. 104. 17. epiſcopum
Exon. decollant. 104. 39. Turrim occupant.
105. 4.
Lucy prædatur Scotiam. 114. 16.
Ludouici litteræ ad Edwardum tertium. 145. 32
deſciſcit ab eo. 149. 30.
Lis inter fratres mendic. & Armachanum Ar-
chiepiſ. 165. 27. quieſcit. 170. 41.
Lancaſtriæ dux periclitatur. 188. 44. Londineſ-
ium fauorem recipit. 192. 21. recedit à curia
196. 43. petitiſio eius de taxa regis. 211. 25. a-
pud S. Maloum victoriam amiſit. 215. 12. in
Scotiam cum manu conceſſit. 254. 19. in
Portugaliam expeditionem facit. 257. 40.
cum Scotis treugas init. 297. 1. litem cum
comite Northumbr. habet. 297. 46. ad par-
liamentum cum manu militum venit. 298.
43. redit ex Hiſpania. 375. 10. fit dux A-
quitaniæ. 377. 2. à Gallo honorificè ſuſ-
ceptus. 381. 24. nuptiæ eius. 390. 12. mo-
ritur. 395. 40.
Littereſtre villanus rex Norfolciæ. 277. 34. ſuſ-
penſus. 279. 27.
Londineſium inſolentia. 309. 13.
Londinenſes diſſident pro maiore. 333. 34.
Ledam obſeſſa. 345. 15.
Londinenſium inanis metus. 351. 10. ad VVind-
for vocantur. 383. 17.
Lolardi ſacerdotes creant. 372. 30. furia eorum
388. 43. opiniones. 408. 32. inſurgunt. 430.

40. fugiunt. 431. 22.

M.

Moneta renouatur. 8. 43. adulterata exte-
minatur. 45. 35.
Martinus papa fit Senator Romæ. 9. 20. mori-
tur. 13. 23.
Maria Regiſ filia fit Sanctimonialis. 13. 13.
Margaretæ Scotorum Regiſ filiæ mores.
16. 33.
Maritima pugna. 23. 10.
Mulieriſ hiſtrioniſ factum. 85. 33.
Mulier pœnitens coram Idoliſ expirat. 118. 24.
Mulier ab incubo oppreſſa. 118. 40.
Moriſoniſ lepidum dictum. 134. 44.
Mortalitas in Angliâ. 159. 21.
Mortui è ſepulchriſ extracti per papâ. 165. 42.
Motus in Francia. 166. 5.
Menſterworth proditor. 180. 20. ſuſpenſus eſt.
189. 7.
Mercer Iohannes naues Anglicas capit. 212. 31.
Philpotti opera capitur. 213. 9.
Militiſ pœnitentia pro hoſtia ablata. 256. 30.
Mendicantium fratrum abuſus. 281. 35.
Mendaciſ ſupplicium. 308. 17.
Miraculum in die Oſwini. 336. 46.
Michael at Poole conuictus. 353. 5. 354. 35. A
Londinenſi epiſcopo taxatus. 360. 12. fugit
Caſeſiam. 363. 17. moritur. 372. 12.
Mirabile de corpore Chriſti. 371. 23.
Miracula de Bridlington. 373. 7.
Mortalitas in Norfolciâ. 380. 2.
Man inſulæ dignitas. 387. 9.
Monſtra de ſiluiſ. 409. 34.

N.

Nicholai. 4. mors. 20. 25.
Nauarra regina ob ſtuprū ſuffocata. 82. 15.
Normanni Portſemutham incendunt. 119. 27.
Naues vndeſies centum cum rege transfre-
tant. 166. 19.
Normanorū ſlagitia apud VVincheſſee. 166. 36.
Northumbriæ comes Galloſ inſeſtat. 197. 16.
Northumbrorū temeritas Angliſ timor. 214. 57.
Northfolciæ inſurreſtio. 275. 35. alia. 312. 10.
Norwiciſiſ Epiſcopi animoſitas in rebelles
278. 26. ad mare pergit. 321. 36. prælium cū
Flandrenſib. gerit. 323. 3. Ypreſ obſidet.
326. 3. diſcordiâ cū militib. exercet. 328. 2.
componit cum Galliſ. 330. 1. temporalia re-
ſtituuntur. 349. 10.
Notinghamiæ parliamentum ſubdolum. 399. 23.
Neapolis rex Papam obſidet. 420. 44.
Niuiſ aſperitas. 421. 22.

O.

Ovium peſtiſ prima. 5. 26.
Obolus fit rotundus. 8. 44.
Oxonij diſcordia. 34. 30.
Orationeſ publicæ pro rege. 45. 24.

Rr. ij.

Oliueri Ingham fortitudo. 133. 38.

Oxonij seditio orta. 161. 50.

Oxonienſes bullam Papalem recipere dubitant. 200. 20.

Oxon. comitis. 1. origo. 348. 46.

Oldcastle accusatur. 429. 3. respondet. 430. 14. condemnatur. 431. 34. euadit. 430. 9.

P.

*. p. 5. 8. 25. 34. 12.
13. 17. 28. 45. 34. 36.

Parliamentū Eboraci. 42. 20. aliud ibi. 45. 6.

Parliamentum Londini. 44. 10. 109. 27.

330. 16. 348. 20. 36. 37. 38. 5. 2. 12. 17. 25.

Philippi expeditio ingloria. 56. 25. appellat à

Papa. 57. 33. liberatur excom. 60. 7. Bonifa-

cij olla exurenda petit. 63. 35. moritur. 82. 12.

Papæ familiaritas in fame. 59. 35. 58.

Petrus de Gauerſton ab exilio reuocatus. 68.

46. donatur inſula Mā. 69. 10. proceres con-

tēnit &c. 49. 70. 10. indignantur eidē. 70. 23.

exulat. 71. 28. reuocatur. 71. 38. exulat. 72. 13.

redit. 72. 25. capitur. 75. 38. decollatur. 76.

16. corpus Oxoniam translatum. 82. 27.

Proceres in regem insurgunt. 75. 40. petunt

articulos confirmari. 76. 25. legatos Papæ re-

ijciunt. 76. 40. Pacem habent cum rege.

77. 5. *Relatio p. 37. 38.*

Præſbyter proditor captus. 436. 10.

Papæ nunciij eiecti. 76. 45.

Peltis in Anglia. 84. 13. inter Saracenos. 159. 16

420. 32.

Primitiæ Papæ ſoluuntur. 84. 46.

Pſtorum inane iter ad terram ſanctā. 89. 44.

Papa confert Episcopatum VVintonienſem

vacantem. 90. 10. 183.

Proceres insurgunt in Hug. Spencer. 91. 30. le-

gatos mittunt ad regem. 91. 47. pax cum re-

ge. 92. 27. iterum diſcordant. 93. 18.

Papæ legati pace fruſtrantur. 100. 36.

Pax in Anglia magna. 159. 5.

Pluuiæ inundatio. 159. 13.

Philippæ Angliæ reginæ mors. 179. 16.

Penbrochiæ comes à Gallis redemptus expi-

rat. 185. 17.

Parieſis tumultus. 283. 26.

Papæ bulla de ſignadis cruce. 312. 45. effectus

eiusdē. 313. 6. priuilegia per eam. 315. 28. exe-

cutio. 316. 20. *Qualitas 46. Inſtitutio 76.*

Pugna inter ciuites. 371. 43.

Plimmouth incenſa. 410. 10.

Parliamentum indoctorum. 414. 37.

Parieſes crudeliter à rege ſuo tractati. 318. 10.

Penbrochiæ comes haſtiludio perit. 376. 18.

Piſcatores Lōdon. libertatibus reſtituti. 320. 35.

Parliamentum Sarisburie. 334. 35.

Portugaliæ rex Hiſpanos vincit. 345. 40.

Proceres indiſtantur. 359. 38. congregantur in

regem. 360. 43. VVeſtmonaſterij regem cō

ueniunt. 361. 36. Londini cum exercitu cō

Parliamentum p. 32. 34. 36. 37. 40. 41. 45.

46. 70. 71. 76. 77. 78. 82. 83. 84. 85. 86. 87.

109. 110. 112. 113. 115. 117. 119. 121. 161. 165. 170.

178. 181. 183. 185. 186. 187. 188. 189.

ueniunt. 364. 10.

Proditores regni ſupplicio afficiunt. 365. 20. 12. 29. 61.

Petrus de Bolco legatur ad regem. 395. 7. 63. 94. 95. 97.

Perſei inſurrectio. 421. 31.

Thimothæus Damuſcus. 2. 173.

R. Adulphus de Aſſe. ſit Rom. Imp. 3. 3. & rex

Alemannie. 3. 4.

Robertus Cantuarien. Archiepiſcopus ſit Car-

dinalis. 8. 12. mors. 9. 11.

Regina ſit ſanctimonialis. 14. 18.

Riſuncij captio. 26. 5. à Gallis recuperatur.

27. 42.

Robertus Brus ſit Scotiæ rex. 62. 20. fugit. 62.

46. inuadit Angliæ fines. 64. 28. fugat & fu-

git. 65. 16. captiuos benignè tractat. 81. 36.

uſque Eboracum vaſtat. 82. 48. Hiberniam

inuadit. 83. 5. excommunicatur. 88. 33. lepra

moritur. 110. 30.

Referendarius Papæ exuſtus. 84. 4.

Regis filium ſe mentitur quidam. 90. 23.

Rogerus de Mortuomari carcere fugit. 110. 9.

quantæ authoritatis poſt fuit. 109. 34. ſuſpe-

ſus eſt. 112. 18. quæ imponebantur ei. 112. 33.

Rotunda tabula in Anglia. 154. 31.

Rotunda tabula in Francia. 154. 24.

Roche à Francis obſeſſa. 182. 5.

Richardus ſecundus mittit ad Londonienſes

191. 37. honorificè ab eis ſuſcipitur. 192. 24.

ordo coronationis eius. 193. 4. rebelles Can-

tij comprimit. 282. 7. Literæ eius de rebelli-

bus compſcendis. 283. 36. venit ad ſanctum

Albanum. 292. 1. parliamentum conuocatum

diſſoluit. 299. 26. Bohemiæ regis ſororē du-

cit. 300. 30. quid in parlamento ſtatuit. 300

40. parliamentum Londini tenet. 319. 25.

Abbatias circuit. 326. 17. Iratus duci Lāca-

ſtriæ. 341. 30. & VVil. Courtney. 342. 35. in

Scotos pergit. 342. 47. ſpoliat. 343. 46. pro-

ceres irritat. 360. 43. obſidetur in turri. 364.

16. conſilio adhibet quos vult. 369. 10. Par-

liamentum tenet Londini. 376. 30. Londi-

nēſibus iratus. 382. 20. Cōgreditur cum Gal-

lo. 390. 43. filiam eius ducit. 391. 10. Impe-

rador futurus fertur. 932. 46. quā durus in

ſubditos. 396. 12. turri commiſſus. 398. 13.

deponitur. 398. 43. moritur. 405. 1.

Romanorum mores. 227. 13.

Rad. Ferrers arreſtatus. 255. 4.

Ruſticorum inſurrectio. 258. 16.

Romani insurgunt in Papam. 310. 26.

Robertus Veer vxorem nobilem repudiat. 358

47. exercitū in proceres congregat. 362. 20.

Rebellium clades. 411. 29.

Rumores Rich. regem viuere. 413. 33.

S.

Statutum manus mortuæ. 5. 48.

Soldanus Acon capit. 17. 5.

Scotiæ

Scotiae regni competitor. 21. 10.
 Simon de Monte acuto quis. 30. 6.
 Scotorum irruptio in Angliam. 31. 45. strages
 eorum 32. 5. subiectio Angliae regi. 32. 34. co-
 rum iuramentum. 33. 29.
 Scoti rebellant. 35. 46. dedunt se. 36. 33.
 Seditio in Anglia. 39. 7.
 Strawe Iohannes ductor plebis. 276. 20. capti
 confessio. 280. 10. decollatur. 282. 34.
 Scotorum perfidia in Anglia regem. 42. 10.
 Striuelin pugna. 40. 5. caltri deditio. 60. 35.
 Scotorum rex liberatur. 44. 20. cistae aperiu-
 tur. 44. 26.
 Scoti fugati. 46. 17. grassantur in Anglia. 88. 2.
 Serlonis executio. 414. 12.
 Soldanus à Scotis fufus.
 Stamfordiae parliamentum. 48. 32.
 Scotorum rebellio. 56. 40. pacē petunt. 57. 24.
 Supplicium de perduellibus. 61. 7.
 Saracenorum maxima strages. 64. 48.
 Seberti translatio. 65. 21.
 Subsidium regi negatum. 98. 20.
 Siccitas magna. 101. 30.
 Simon de Mepham fit Cantuariensis Archie-
 piscopus. 109. 26. consilium tenet. 110. 22.
 Exonia visitaturo resistit episcopo. 113. 38.
 moritur. 115. 5.
 Subsidium terrae sanctae in Papae vfus. 119. 20.
 Southampton per Francos incensa. 131. 27.
 Scoti praedantes, pugnaturi fugiunt. 156. 10.
 Statuta de Seruis. 161. 17.
 Solis eclipsis. 171. 7. 337. 10.
 Sanguinea crux in aere. 171. 9.
 Simon Illep in festis laborare iubet. 172. 23.
 moritur. 175. 37.
 Simon Langham Cantuarienf. Archiepiscopus
 175. 37. fit Cardinalis. 178. 12.
 Subditi Edwardi tertij subsidium negant. 185. 42.
 Subsidium magnum regi concessum. 187. 40.
 Simon Sudbury fit Cancellarius. 243. 47.
 Scotica naus capta in cōtēione euadit. 248. 18.
 Scoti grassante peste Angliā inuadunt. 234. 3.
 Scotorum imprecatio in pestem. 234. 44.
 Scotorum irruptio in Penreth. 249. 22.
 Serope Cancellariatu deiectus. 311. 14.
 Saueiae comitis dira mors. 321. 19.
 Scoti inuadūt Angliā. 330. 32. 336. 7. 407. 42.
 Sententia in maiorem Londini lata. 336. 30.

T.

Tartarorum nuncij baptizati. 4. 17.
 Thomae Aquinatis mors & vita. 4. 35.
 Terramotus. 6. 9.
 Thomas Herefordensis quis. 11. 12.
 Templarij incarceration. 69. 16.
 Tripolis capta à Soldanis. 15. 17.
 Tempestas magna. 16. 6.

Taxalis Erelisiani. p. 16.
 Tallagyn non impetenda fuit
 p. 37. 38. 39. 40.

FINIS TABULAE.

Turberuile proditor suspensus. 29. 4.
 Thronus regis Scotiae ablatas VVestmonaste-
 rium. 33. 10.
 Tributum de lanis auctum. 35. 21.
 Tartari quomodo conuersi. 65. 2.
 Templarij Parisius cōbusti. 72. 46. ordo dam-
 natus. 72. 48. scelera eorum. 73. 12.
 Thomae Lancastrensis origo. 74. 7.
 Thesaurus per Saracenum repertus. 155. 13.
 Terramotus. 310. 20.
 Triuet casu equi caesus. 367. 17.
 Translatio episcoporum. 368. 4.
 Treugae inter Anglos, Scotos & Fracos. 369. 40.
 Taxa insolita. 410. 30. 225. 368.
 V. *V. p. 47.*
 VValliae principis deditio. 7. 22.
 VValter Giffard Eboracensis Archiepiscopus
 moritur. 9. 2.
 VVallenfibus leges Angliae imponuntur. 12. 7.
 VVallorū insurrectio. 26. 7. debellatur. 27. 34.
 VVinchelsey Rob. fit Cantu. Archiepiscopus
 26. 22. regi iurat. 27. 5. reuocatur. 71. 3. mori-
 tur. 78. 10.
 VVasconiae acta. 29. 33.
 VVasconia reddita Anglis. 56. 44.
 VValleis Scotus suspensus. 61. 26.
 VValter Reynolds fit Cantuarienf. Archiepiscopus
 78. 30. moritur. 109. 26.
 VVallenses vbique nociui. 132. 26.
 VVindesoriae aedificia noua. 167. 2.
 Wickā superuifor operū VVindforiae. 167. 5.
 fundationes eius. 416. 10.
 Ventorum violentia mala. 171. 46.
 Vrbani quintus papa. 172. 43. pluralitates re-
 uocat. 173. 7. bonitas eius 177. 19. mori-
 tur. 180. 23.
 VViclif praedicare incepit. 188. 1. Silentium in-
 dicitur ei. 188. 35. propositiones eius. 205. 1.
 declaratio eiusdem. 206. 16. aliae eiusdem
 209. 27. aliae 256. 15. aliae. 302. 15. damnatae.
 305. 37. moritur. 358. 47.
 Vecta insula à Gallis capta. 197. 29.
 VVinchelsey praedantur portum Petri. 211. 12.
 Vrbani papa è Gallia eiectus. 224. 42. cum
 Antipapa bellum gerit. 225. 45. Cardinales
 sex deponit. 338. 47.
 VVallerannus regis filia inuitis amicis ducit.
 245. 10. Anglia pellitur. 255. 17.
 VVinchelsey capitur. 250. 7.
 VValter Tyler dux commotus. 264. 7.
 Villanorum proclamatio. 272. 24. Ciues rege
 iubente suspendunt. 296. 33.
 VVallorum rebellio. 405. 18.
 VValdeni fors. 418. 37.

Y.

Yprenses subito occiduntur. 250. 32.

Errata præli inter excudendum.

| Pag. | Lin. | Errata | Correctio | Pag. | Lin. | Errata | Correctio. |
|-------|------|------------------|------------------|-------|------|--------------|--------------|
| 5 | ult. | redditum | reddituum | 166 | 18 | Sanwicum | Sandwicum |
| 7 | 48 | fui | fuæ | 167 | 38 | asperitatem | asperitate |
| 30 | mar. | Wasconiam | Scotiam | Ibid. | 40 | ordinatum | ordinatam |
| 31 | 41 | resignationi | resignationem | 175 | 26 | Petrum | petronem |
| Ibid. | 45 | Haugustaldensem | Haugustaldensem | 177 | 40 | Angliæ | Franciæ |
| 35 | 33 | Hispaniam | Hispania | 187 | 3 | Fuerunt | Ferunt |
| 36 | 31 | VVarenne | VVarenne | 219 | mar. | apostatorum | apostatarum |
| 37 | mar. | directe | directæ | 225 | 26 | dictum | dictam |
| 38 | 38 | Exclusa | Sclusa | Ibid. | 27 | subterfugiet | subterfugiet |
| 41 | 3 | | dele &c | 227 | 38 | dixerunt | duxerunt |
| 65 | 18 | quosque | quousque | 231 | 31 | discidia | disidia |
| Ibid. | 19 | insequentibus cū | insequentibus cū | 280 | 48 | Iohan Straw | Iohan VVraw |
| 73 | 22 | altertro | alterutro | 281 | 5 | curiam | curam |
| 85 | 48 | milites | miles | Ibid. | 31 | contentendo | contendendo |
| 100 | mar. | Rege | Regina | 292 | 36 | incarceretos | incarceratos |
| 102 | 1 | disidij | disidij | 292 | 37 | compulerū | compulerunt |
| Ibid. | 23 | Normannicas | Normannicas | 349 | 41 | præparauit | præparauit |
| 120 | 1 | idnucendis | inducendis | Ibid. | 45 | irruptones | irruptiones |
| 132 | 4 | hauenda | haurienda | 351 | mar. | parant | parat |
| 135 | 1 | Quam | Quam | 371 | ult. | discutiendam | discutiendum |
| 158 | mar. | reditu | reditu | 343 | mer. | matris regem | maternæ rex |
| 162 | 16 | ediret | rediret | 423 | 31 | parascenes | parasceues |
| 165 | 12 | obsedes | obsides | 429 | 19 | Quo | Quod |
| Ibid. | mar. | deceptione | disceptione | | | | |


Notandum præterea quod ubicunq; imprimitur Benford, legendum est Beuford:



*Londini excusum apud Henricum Binneman
Typographum, sub insigno Syrenis.*

ΥΡΟ
ΔΙΓΜΑ
ΝΕΥΣΤΑ

Dr Dobson styles the
Hodegma as one of the rarest
& most important volumes which
ever issued from the press of Cas-
taldi, that there is every reason to
think that Opp. Barber sustained
the cost of publication.



5/-

Mil-

sm/g

